UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Bvllarii Earvmve Svmmorvm Pontificvm Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae Vsvm post volumina Iuris Canonicis, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N. D. Pavlvm Papam V. emanarunt

Quaranta, Stefano

Venetiis, 1619

urn:nbn:de:hbz:466:1-10793

Visual Library

A III
Th. 4787.

Ex legato Celsi Principis Ferdin: Epi Paderb: et Monaster: Ao 1683.

SVMMA BVLLARII EARVMVE SVMMORVM PONTIFICVM CONSTITVTIONVM

QVAE AD COMMVNEM ECCLESIAE VSVM post volumina Iuris Canonicis, vsq; ad Sanctissimum D.N. D. PAVLVM Papam V. emanarunt.

AVTHORE STEPHANO QVARANTA I. V. D. Canonico, & Iudice Synodali Neapolitano, cum Adnotationibus, & Additionibus eiusdem.

Et vltra proximioris editionis Constitutiones Apostolicas, & Additiones denuo adauctas, in hac postrema appositæ sunt ipsiusmet Auctoris aliæ quam plures, quæ amplius non desiderantur. vnà cum Additionibus PROSPERI DE AVGVSTINO I. V. D. Presbyteri Neapolitani.

Cum Duplici Indice verborum vno, & Titulorum iuxta seriem decretalium; & altero nouissime rerum omnium dignissimarum notatu, summa diligentia, breuibusque collecto.

Accesserunt etiam quatuor Tractatus Canonici, necnon extrauagantium communium Liber Sextus, & alia prout versa pagina indicabit.

CVM PRIVILEGIO.

Collegij Societ. Jesu Paderb.



VENETIIS, Apud Iuntas M. D C. XIX.

Ferdinandi Fürstenbergij

TRACTATVS.

De rebus Ecclesiæ non alienandis cum explicatione Extrauagãtis Pauli II. incip. Ambitiosæ, pag. 10.

De præstantia, & authoritate Archiepiscoporum in Suffraganeos, eorumque subditos, & in tota Prouincia. pag. 46.

De concilio Prouinciali. pag. 210.

De officio, & potestate Capituli Sede vacante. pag. 169.

Extrauagantium communium liber Sextus, in quinque diuisus libros sub titulorum Decretalium serie, quæ a diuersis Romanis Pontificibus post quintum librum Extrauantinm communium emanarũt vsque ad Sanctissimum D. N. D. Paulum Papam V.

Canones, & Decreta Sacrosancti Oecumenici, & general. Cõcilij Tridentini, iuxta eumdem ordinem Titulorum Decretalium, cum Citationibus Cõstitutionum Summorum Pontificum, editis ad declarationem quorundam Capitum eiusdem Concilij, vt habetur in fine.

ILLVSTRISSIMO
Et Reuerendiſsimo
D. OCTAVIO AQVAVIVÆ
S. R. E. CARD. AMPLISS.

CVM multi iam anni ſint (Cardinalis Ampliſſime) quibus mihi cum Stephano Quaranta, viro vitæ integritate, ac doctrina conſpicuo, non leuis interceſſit conſuetudo; Cumque is in cauſis eccleſiaſticis dyudicandis domi, foriſque, diu multumque verſatus eſſet, & ob id maximam Apoſtolicarum Conſtitutionum, tum veterum, tum nouiſſimarum, adeptus eſſet cognitionem, videretque quantam vtilitatem omnibus, & præcipuè Eccleſiaſticis allaturus eſſet; ſi eas in vnum redactas, Summiſtarum more colligeret; atque ita eas ex immenſo penè Bullarij Oceano liberatas, paruula hac rate ad tutum, tranquillumq; cognitionis portum perduceret, hiſce ipſe ſtimulis concitatus, nempe publicæ vtilitatis, confecit hanc Summulam ad totius Pontificij iuris Conſtitutionumq; nouiſſimarum ſcientiam illuſtrandam, accommodatam. Qua in re, me qui eo doctore vſus plurimum profeci, voluit ſtudiorum ſocium adhibere atque calcaria, vt ita dicam, addendo, effecit, vt has additiones perficerem; quas, quales cumq; illæ ſint, tibi

dicandas esse vna cum opere destinauí, magnum inde fulgorem consequuturas, si illustratæ tui nominis gloria ederentur. Hoc ipsum, vt facerem, author tui amantissimus, ac pariter obseruantissimus, maximè gratum se habere ostendit. Vrgebat namque, & quasi iure debitum exigebat, non nisi te vnum hac nostra tempestate penè esse superstitem, qui clarissima ex familia ortus, in Amplissimo isto purpuratorum Senatu, heroicis virtutibus, & consilii magnitudine præstans, rebus pro Ecclesia Dei præclare gestis, Neapolitana hanc nostram Vrbem illustras, tibique iure optimo quæcumque debent, quæ Neapolitana ingenia, & maximè de re Ecclesiastica, literarum monumentis mandauerint. Accedit in illud etiam quod ex ea es familia, quæ semper literatos mirifice fouit, nam vt vetustiores tuos maiores præterea, qui ipsi tamen hoc magnificentissime præstiterunt, dicam tantum eximia beneficia, quibus sum ornatus ab Illustriss. Duce Atriæ tuo parente, qui me voluit suo sub præsidio, ac tutella esse. Cuius beneficiorum in animo meo altius insedit memoria, cumque ei nequeam his meis ingenii fructibus, licet tenuibus gratias, quas debeo, persoluere, eas nũc tibi tanto Patre dignissimo quas possum immortales ago, persoluoque, oroque vt me in tuam tutellam, qua soles alios benignitate suspicias. Vale.

Illustriss. & Reuerendiss. Dominationis tuæ.

Humillimus seruus.

Prosper. de Augustino.

AD LECTOREM.

QValis, quantaque fuerit Doctrina, atque sapientia Stephani Quarantæ I.V.D. quanta Ingenij perspicacitas, & excellentia omnibus quidem conspicuum est, verum quantum præsertim profecerit, quantum versatus fuerit, atque omnibus in caussis Ecclesiasticis tam domesticis, quam forensibus præcellens extiterit, vel ex hoc facile cognosci potest, si quis hanc BVLLARII SVMMAM ab ipso omni studio, vigilia, atque sedulitate confectam præ manibus habuerit ad legendam, & contemplandam. Ob id in reducendis, ac colligendis vniuersis cum priscis, tum nouissimis constitutionibus, perinde ac omnes solares radios in peranguſtum speculum includens, in hanc breuissimam SVMMAM, quidquid vberrimè in hoc dicendi genere potuerat afferri, plenissimè (breuibus tamen) redegit, conclusit, perstrinxitque. Cum autem in dies aliæ recentiores, lucidioresque Constitutiones Ecclesiasticæ ab Oriente Romanæ Apostolicæ Ecclesiæ Sedis effulserint, omni laborioso conatu molitus est, dum adhuc vigeret in humanis, vt ipsas quoque (seruato Summistarum more, atque stylo) cęteras adijceret, ac (& id exactissimè) ampliaret, ita vt nihil protinus in futurum, vel expetendum, vel præstandum relinqueret. Quare quæ omnia ad hæc vsque tempora constituta à Summis Pontificibus emanarunt, in hanc ampliorem formam, in multipliciores materias, luculentioremque, ac feliciorem ordinem hic congesta, compilata, atque districta traduntur. Vnde, ne Auctor tantæ existimationis, tantique ponderis frustraretur laborem, & vt quisquis maximam adipisceretur vtilitatem, præcipuè verò ecclesiastico munere perfungentes, Nos iuxta Auctoris collectionem, & ordinem opere pretium duximus in præsentia cuncta in vnum redacta, & in multis grauissimis rebus adaucta iterum mandare typis, & è prælo nostro hoc exemplo edere in hominum lucem, atque ad vsum minime inutile Professoribus cum Procuratoribus, & Patronis Ecclesiasticis, tum Prælatis tam sæcularibus, quam regularibus, item confessarijs, & alijs quibusuis curam animarum gerentibus necnon & simplicibus Sacerdotibus. Hanc SVMMAM locupletioribus suppellectilibus ditata impertiri. Quemadmodum igitur de præstantia huius operis deque necessitate huiusmodi effecti studuimus (vt assolemus) tibi LECTORI Studiosissimo rem gratam facere, ac rem non vulgaris emolumenti præstare contendimus, pariter tu grato animo, velimus, suscipias, & Auctoris, & nostram diligentiam benignissimè

ample-

amplectare. Cæterum illud vnum te animaduertendum monemus, nimirum quoties citantur constitutiones existentes in folijs Bullarij intellige de Bullario Romano impresso anno M. D. LXXXVI. sub fel. Record. Sixti V. quoties non addetur in Bullario intellige de folijs præsentis operis, quæ non reperiuntur in Bullario, & aliquæ adhuc non sunt redactæ in volumin'bus, quæ tamen hic non desiderantur. Insuper & nouum apponitur Index notabilium rerum, quæ digniora sunt scitu, & nihil appositum, nihil additum est, quin summam ad huius SVMMAE studiosos afferat facilitatem, atque venustatem redoleat. interim stude, & vale.

Sub tuum præsidium confugimus S. Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper Virgo Gloriosa, & benedicta.

QVoniam post editionem multarum Summarum superuenerunt noua iura, innouando, moderando, ampliando, limitando, & quandoque corrigendo iura anteriora, quod nō debet reprehēsibile iudicari, ideo ego Stephanus Quaranta Ecclesiæ Neapolitanæ seruus inutilis, visis omnibus fere constitutionibus Apostolicis hucusque post volumina iuris Canonici promulgatis, cum annis superioribus recollegissem communes iuxta ordinem titulorum Decretalium, fui deinde requisitus a Reuer. Sacerdotibus, vt hanc recollectionem facerem, sectando communem stylum Summistarum, quid de nouo fuerit prouisum recensendo, onus libenter suscepi, eis obtemperando, nam Domini mei sunt, quos præ cunctis reuereri Sanctus Franciscus monuit. Intercessione igitur semper Virginis Dei Genitricis Mariæ, cuius precibus nos adiuuari mente, & spiritu deuotissimè poscimus, opus compleui, cum Adnotationibus, & Additionibus omni qua potui breuitate. Salua correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ, cui omnia submittimus. Habetis Sacerdotes sancti, quod mihi iniunxistis, tantum vos rogo, vt ad Altare Domini memineritis mei. Vni trinoque Domino sit sempiterna gloria, qui vitam sine termino nobis donet in Patria. Amen.

IN-

INDEX VERBORVM.

A

ABbas. pag. 1
Abbatissa. pag. 4
Abortus. 5
Agnus Dei. 9
Alienatio rerum Ecclesiæ. 10
Ambitio. 41
Apostata. 43
Apostolorum limina. ibid.
Archiepiscoporũ authoritas. 45
Archiuus. 88
Astrologia iudiciaria. 89

B

BAnnitorum fautores. 91
Baptisma. 98
Beneficiorum parochialium collatio. ibid.
Beneficiorum possessio. 103
Beneficiorum resignationes. 110
Beneficiorum resignatorum publicatio. 124
Beneficiorum permutatio. 133
Beneficiorum priuatio. 136
Beneficiorum reseruatio. 137
Blasphemia. 145
Bona naufragantium. 146
Bona Ecclesiæ vsurpantes. 149

C

CAmbia, vide in verbo vsura.
Campana. 149
Canonicus regularis. 250
Canonizatio Sancti Raymundi. ibid.
Capitulum Sede vacante. 169
Casus reseruati. 191
Conceptio B. Mariæ. 205
Concilium Prouinciale. 209
Concilium Tridentinum. 252
Confessor. 234
Confessio sacramentalis. 242
Communio sacra. 243
Cõgregationes illustrissimorum DD. Caedinalium, & earum facultates. ibid.
Confraternitates. 272
Contractus ad caput saluum. 278
Contractus censualis. 279

D

DAta, & promissa pro iustitia, vel gratia obtinenda a Sede Apostolica. 283
Dies festus. 284
Distributiones quotidianæ. 286
Diuinum officium. 287
Duellum. 288

E

ELectio. 299
Excommunicatio ad finem reuelationis. 315
Excommunicatorum vitatio. 319
Excommunicatorum absolutio. ibid.
Excommunicationes in Bulla die cænæ Domini. 320
Exemptio. 329

F

FAbrica Sancti Petri de Vrbe. 332.

Fidei

Fidei professionis forma à Latinis. 336
Fidei professionis forma à Grecis 340
Forum competens. 342

G

GRæcorum Ritus. 345

H

HAbitus clericalis. 357
Hæretici. 361
Horę canonicę. 372

I

ILlegitimi. 374
Inuentarium actorum. 380
Indulgentiæ. 467
Iudęi. 380
Iudex. 389
Iuramentum. ibid.

L

LIbri prohibiti. 391
Litanię. 392

M

MAgister. 393
Matrim. impedimenta. 394
Matrimoniales dispēsationes. 397
Medicus. 399
Missa. 401
Monasteria, & conuentus Regularium virorum. 403
Monialium. 440
Montes pietatis. 462
Munerum largitio Regularibus vtriusque sexus interdicta. 463

N

NVllitas. 480

O

ORdo. 401

P

POena pecuniaria. 503
Præcedentia. 504
Prædicator. 506
Priuilegium Regularium. 509

Q

QVarta Episcopalis. 550

R

REgulæ Cācellariæ Apost. 551
Residentia. 571
Reuerentia Diuinorum Officiorum, & Ecclesiarum. 581

S

SEquestrum. 587
Seruitium Capellaniæ. 589
Simonia. 590
Sodomia. 605
Spolia clericorum. 608
Synodus Diœcesana. 624

T

TOrneamenta. 627

V

VEctigal. 630
Vicarius perpetuus. 637
Vsura. 638

Prædictorum omnium recollectio iuxta ordinem titulorum Decretalium in fine operis.

TA-

TABVLA,

IN QVA GRAVIORA, AC DIGNIORA scitu hinc inde carptim collecta breuibus, sed vberrimè perstringuntur.

Abbates.

ABBatum in causis priuationū quæ constitutio seruanda sit quomodo valeant priuari. quando intelligantur ordinarii, & quibus polleant auctoritatibus. debent in monasterio instituere lectorem sacræ scripturæ. De eorū vsu mitræ & baculi. loco episc. possint assistere degradationi electi tantū si possunt vti mitra, baculo, & annulo. priuilegia ipsis concessa conferendi ordinum minorum, calices, & omnia paramenta ecclesiastica benedicendi. pagina 3.

Abbates nullo modo possunt alienare bona ecclesiastica propter iuramentum. pag. 13.

Abbatissæ.

Abbatissæ benedictio an sit reiterabilis. pag. 3. quando debeant eligi. quanto tempore sine præfectura, & regimine debeant manere ponitur eius Bulla, si tuermi, & pluries possint eligi. non in futurum perpetuæ eligantur, sed per triennium electio quo facienda, nouitiæ ad professionē, quibus ritibus vtendum sit. Abbatissa temporalis quomodo sit iure benedicenda pag. 4.

Abortus.

Aborti in causa quot genera personarum incurrant pœnas contentas in constitutione Sixti V eius Bulla, seu constitutio ponitur pag 5 moderatur per Gregorium XIIII. pag 6 quibus in partibus sit, & in quibus non sit moderata. reducitur ad dispositionem iuris communis fœtus quando dicatur animatus tum in masculo tum in fœmina abortū consulens quomodo efficitur irregularis pœnæ sunt tam de iure diuino, quam ciuili circa abortum. in quo casu obstinentes tradi debeant brachio seculari. pag 7 quando fœtus interemptus dicitur homicidiū, & non abortus pag 7.8. pœnæ huiusmodi an habeant locum in procurantes abortum. si vlla de causa liceat procurare abortum, si procurans efficiatur irregularis, & quomodo. si

abortum committentes procurando fecunditatem sint puniendi pag. 8.

Agnus Dei.

Agnus Dei vendi non possunt. Circa venditionem Agnus Dei habetur constitutio Greg XIII. Non debeant pingi, nec aliquo minio, neque auro notari Agnus Dei missi ab Vrbano V. ad Gregorium Imper. quot. & quibus versib. pag 9 habetur Versus Vrbani pag. 10.

Alienatio rerum ecclesiæ.

Circa alienationem ecclesiarū rerum præter Summistas quæ cōstitutiones adsint Pontificum. Habetur extrauagans Pauli II de rebus eccles non alien pag. 10. an hæc Paulina sit vbique recepta. pag. 39. In quibus casibus, liceat bona ecclesiastica alienare, alienatio rerum eccles quando sit nulla Alienantis pœnæ quæ sint. de huiusmodi alienatione habetur tum in iure ciuili, tum in canonico. Ad validitatem alienationis quot requirantur, & quæ sint pag 11. causæ iustæ alien. quot sint, & quæ. Causæ alienationis, vtiles & necessariæ differunt. Alienatio, neque in casu licito, neque solemnitate aliqua fieri pot p 12. extrau de non alienandis rerum eccles. diuiditur in duas partes. Inconsulto Rom Pont quibus in casibus alienatio fieri potest p 12 13. non fiat aliqua alienationis species inconsulto Summo Pōtifice; Prelati nullo modo possunt alienare propter iuramentum tum etiam propter pœnas, licentia obtenta à Summo Pont. absque alia solemnitate alienandi operatur pag 13. qūo hæc licentia declaretur & limitetur. Assensus in alienatione debet præcedere contractum Tenor Decreti Commissariorum in Archiep. Neapol. de contractu alienationis. Traditio possessionis ante assensum quid operetur pag. 14. seruanda est in alienatione cautela, ne incidant contrahentes in pœnas Paulinæ. sufficit assensum subsequi alienationem contractum de nouo ad maiorem cautelam consulitur celebrari euidens in alienatione vtilitas quænam sit alienationis quando dicuntur fieri in vtilitatem ecclesiæ p 15. Lesio si reperiatur post assensum, quid fieri debeat. quando in dubijs pro decreto non præsumatur. Alienationes non confirmantur, nisi prius purificatis conditionibus in breui apostolico contentis, pag 16. quando reddatur nulla interpositio decreti super alienatione. pœnæ infligendæ cōmissarijs circa alienationis culpas Alienationes, quæ fiunt, cū decreto prælati quo modo valeāt Gierardina cōstitutio quę sit circa alienations bon eccl. stipulationes instrumentorum alienationis fieri non debent absque subhastationibus de licentia faciendis. Consensus episcopi, quot & quibus requisitis sufficiat. p. 17 In alienatione requiritur licentia episcopi. Quid in dubio concessionis, an cedat in euidentē vtilitatem, faciendum sit. Forma ponitur decreti commissariorum facienda in alienatione rerum ecclesiasticarum p. 18. 19. Quid faciendum in dandis commissionibus, quā do de ordinarijs agatur interesse, & præiudicium in alienatione. 19. Regula de alienatione, quod si requirantur causa & solemnitas, est amplianda, & limitanda & qūo. Permutationes quod sint faciendę. Cōtractus quot & qui nā sint per quos transfertur dominium utile, in dubio quis contractus præsumatur. p. 20. An alienatio per concessionē in emphiteusim ualeat facta vltra tempus promissū p 21 Species alienationis quæ sint p. 22. 24. An possit fieri remissio absque solemnitatibus in rebus acquirendis p. 24. Pecunia quę & quomodo nō possit alienari. Mobilia quę nō possint sine causa, & solēnitate alienari bona pia non possunt alienari. p. 25. loca ecclesiæ etiam dirupta non possunt alienari. Bona confraternitatum lai-

laicorum, an & quando sine solemnitate alienari possint pag.26. Alienatio quando requirat solemnitatem incorporatam rei ecclesiæ. Relicta ecclesiæ incapaci omnino possunt alienari pag.27. incisio arborum an dicatur alienatio. pag.28 Vnio ecclesiæ dicitur alienatio. An possint res obligatæ creditoribus, & quæ perueniunt ad ecclesiã? alienari absque solemnitate pag.29. Quæ non concurrere debeant in alienatione rei sterilis. in alien rei eccles cum extẽsionibus non creditur assertioni Prælati interuenisse contractum p.30. Qualiter debeat fieri, & præcedere tractatus circa alienationem bonorum Monasterij. Videnda sunt quæ seruando seruari non possunt ideo necesse alienantur pag.31. vt res modica possit alienari quot concurrant, & quænam sit res modica, & parua bona ecclesijs incapacibus sine solennitate possunt alienari. pag.33 in alienatione summa necessitas non requirit solemnitatem; & quæ sit ista necessitas. quomodo remissio non est alienatio. pag.34. Quid in permutãte Principe cum ecclesia pag.35. Præscriptio alienationis legitima succedit loco decreti, & quomodo. pag.38. Male alienantes committũt sacrilegiũ. Pœnæ contra male alienante, & an habeant locum ante cõdemnationem pag.39. Quænam excusant ab his pœnis vt in Paulina pag.40.

Ambitio.

Vltra summistas adest constitutio Pij Quarti contra Ambitiosos. Nuncij Apostolici non debent à Principibus mendicare fauores, nec pro se, nec pro suis cõsanguineis, aut necessarijs. adest Bulla pag 41.

Apostata.

Contra Apostatam adest vltra summistas, Bulla Pauli IIII. hanc reuocauit Pius Quartus reducens ad terminos iuris an deferens habitum cooperiu religionis ob metum iustitiæ censeatur Apostata pag 43.

Apostolorum Limina.

Tenentur episcopi visitare limina apost. pag 43. habetur Bulla Sixti V. pag.44.

Archiepiscopi Auctoritas.

Vltra summistas de Auctoritate Archiepiscopi habetur Ecclesia Bononiensis à Greg XIII. in Archiepiscopatum erecta pag 45. Extat Bulla circa hanc erectionem illius Pontificis pag.46. Pius Secundus erexit Ecclesiam Senensem in Archiepiscopatum Archiepiscopus ab Episcopo in quibus discrepet; & in quibus conueniant. Auctoritas Archiepiscopi, & iurisdictio varijs nominibus exprimitur pag 48. Auctoritates quænam sint, & quot Archiepiscopi pag 49 vsque ad pag 87. Episcopi Comprouinciales accedere tenentur ad cõsecrationem Archiepiscopi. suffraganeus non conseruatus ab Archiepiscopo quid prima vice facere debeat. Archiepiscopus est Pater, & Episcopus animarum suffraganeorum de suffraganeorum reuerentia in Archiepiscopũ. pariter de obedientia pag 50. Arch. episcopi partes debent à suffraganeis cõprouincialibus defendi; & fauoribus affici, præsente Archiepiscopo debent Episcopi cessare a benedictionibus priuatis Ab Archiepiscopo exigetur ratio de anima Episcopi p.51. Archiep. potest episcopum suspendere, interdicere, & excõmunicare. An sit Archiep. iudex ordinarius suffraganeorum pag. 52 Vicarij suffraganeorum an immediate subsint Archiepiscopo. pag.53. in quibus tantum casibus Archiepiscopus habeat iurisdictionem. pag.54. in quibus Episcopus inuito etiam Archiepiscopo potest confessorem eligere sibi.

De coadiutore eius mouentur & resoluuntur nonnulla dubia, & quæ nam sint. pag. 56. Quam iurisdictionem habeat Archiepiscopus per appellationē & de eius effectu pluribus probatur conclusionibus a pag. 57 usque ad 60 in quo loco Archiepiscopus potest cognoscere causas appellationum pag. 60 in quibus casibus inuitis Episcopis potest regulariter in suis diœcesibus agere An de cōsensu partium. Quę sint considerandā antequam Archiepiscopus inhibeat suffraganeo pag. 61. vsque ad 66. An per suspicionem suffraganei deuoluatur iurisdictio ad Archiepiscopum. pag. 63. A quibus decretis, & in quibus casibus sit admittenda appellatio. pag 66. vsque ad 70. An Archiepisc. de nullitate principaliter absque appellatione cognoscere possit pag. 68. Ad Archiep. etiam potest appellari ab inquisito de hæret. 72. an iurisdictio reuocantur propter negligentiam episcopi ad Archiepiscopum. pag. 75. Quid extra casum negligentiæ, immo etiā deuoluitur iurisdictio in casu recusationis p. 78 Quæ non possit Archiep exercere in sua prouincia suffraganea; & in locis exemptis suæ diœcesis & prouinciæ. Quando non possit vt suspectus recusari. pag. 79. Quando non dicitur iudex in causa propria, sed executor iuris in matrimonio debet attendi consuetudo metropolitani, & Archiep. ecclesiæ. pag. 80. Archiepiscopus nō potest consuetudine augere ea, quæ sunt ad honorem. pag. 81. Archiep. de iure communi facit ante se deferre crucem per totam suam prouinciam pag 82. Quas indulgētias possit concedere Archiep. nouum pallium Archiep debet petere, licet aliud habuerit in alio Archiepiscopatu. Quæ facere non possit Archiepiscopus antequam habeat pallium. Archiepiscopus sepeliri debet cum pallio, quod relinqui non potest, in morte pag 84. sine pallio Archiepiscopus non potest exercere neque ea, quæ exercere poterat vt Episcopus, potest tamen committere, & quæ facere possit, & quomodo pag 85. in quibus casibus possit exercere iurisdictionem fori cōtentiosi in subditos pag. 86. Circa dispensationem quid facere possit Archiep. audiendo confessiones in visitatione diœcesis suffraganei, discordias suffraganeorum inter sese potest Archiep. cohibere, & cogere eos vt concordent. pag. 87. auctoritates Archiep. sunt nunc quadraginta. pag. 87 88.

Archiuus

Vltra summistas de faciendo Archiuio ad est constitutio Sixti. V. pag 88. Prælatus an teneatur facere repertorium seu Inuentarium rerum ecclesiæ, & qui alij teneantur adhoc. Archiuus quid sit. pagina 89.

Astrologia Iudiciaria.

Vltra summistas cōtra exercentes Astrologiam iudiciariam constat Sixti. V. cōstitutio, nec non contra legentes, & tenentes libros huiusmodi materiam, & alia quæcunque diuinationum genere pertractantes. pag. 89 extat Bulla contra hanc artem, & professores ipsius Sixti. V. quæ iudicia, & naturales obseruationes permittantur, & ad quid. pag 90.

Bannitorum fautores.

Præter Summistas cōtra huiusmodi adest Breue Sixti. V. extat etiam ipsum Breue. Quæ nam aliæ Bullæ Summorum Pōtificum existant. Qui receptatores excusantur. pag. 91. 92.

Adest, & ipsius Pontificis constitutio cōtra Bannitos pag. 92. contra receptantes, & non Bannitos, adsunt literæ sermones vernaculo ad Nuncium Apost. Neapoli pag. 97.

Ba-

Baptisma.

Priuilegia Hebræis concessa, quæ & quot sint. Pueri, & puellæ Hæbreorum patribus inuitis non debent baptizari, neque adhunc effectum auferre seu subducere.

Beneficiorum Parochialium Collatio.

Circa beneficiorum Parochialium collationem vltra Summistas adsunt canones & quæ sint pag 98 Apportatur Constitutio Pij V. p. 99. Quæ concurre debeāt, vt ecclesia dicatur Parochialis, & quis eius dicatur Curatus. An notorius idoneus moribus, & scientia subijcietur examini: examen requiritur proforma. An ius examinandi curatos sit tantum episcoporum. forma examinis à Cōcilio prescripta quibus in casibus possit omitti pag. 101 Mensium quattuor episcopis tempus datū conferendi quando incipiat currere. In quibus casibus poterit Episcopus terminum decē dierum in edicto præfixum ad alios decem dies. subrogare, quæ sua requiratur aut reperiatur dignior cæteris examinatis, vt præfici possit beneficijs ecclesiasticis. dignior præfertur, qui sufficientes literas habens, vitæ moribus, & prudentia alios antecellit. An patroni possunt bona conscientia proponere dignū eſi, cum potuerint proponere digniorem. Quibus in casibus liceat minus digno conferre beneficia ecclesiastica digniore postposito An & quomodo minus dignus competēs, & cōcurrens eū digniori excusetur à peccato. An eligens dignum digniore prætermisso teneatur ad restitutionem. item impediens, ne detur beneficium digniori. pag 102.

Beneficiorum possessio.

Prouisus à Sede Apostolica nō potest adipisci possessionem nisi literis expeditis. Prouisi in Regno Neapolitano vt faciant fructus suos, quid requiratur. de electo se ingerente administrationi ante confirmationem. Quid si moriatur post supplicationem signatam, antequā perueniatur ad Bullarum confectionem pag. 105. An & quando beneficiatus potest cogi ad ostendendum titulum sui beneficij. An quis possit propria auctoritate beneficij possessionem capere. Prouisus à Papa quomodo committeret peccatum symoniæ. quando liceat dare aliquid pro consecutione iuris requisiti. An quis possit tuta conscientia accipere beneficium simplex animo relinquendi illud, & mutandi statum pag. 104. Prouisi quando adepta possessione professionem fidei emittere teneantur. qui professionem fidei non emiserit, in quibus possessionē non suffragari eis censuerit sacra congregatio Cameræ qui fructus & quando applicētur. pag. 105. Nemo debet à seipso summere honorem contra retinentes & apprehendentes beneficia ecclesiastica absque literis Apostolicis. adsunt Constitutiones Pij IV. & Pij V. pag 106 Breue adest Pij V. circa applicationem fructuum à die vacationis vsq; ad possessionem prouisi. pag. 108. De electionibus ad regimina monasteriorum præpositorum, & aliarum dignitatum conuentualium. Bulla apportatur. pag. 109. apponitur Bulla Pij V. circa relaxationem prohibitionis de nō admittendis Resignationibus per ordinarios cum modificationibus. pag. 113. De resignationibus quomodo, & qui recipere, & admittere possint extat constitutio. Declaratio Bullæ Pij V. & dilucidatio habetur Hieronimi Sancti Pancratij tt. Cardinalis Matthæi. pag. 115. Ex quibus causis ordinarij possint beneficiorū resignationem admittere. pag. 116 vsque ad 122. Criminosi dum beneficio veniunt priuandi an possint beneficium resignare tam coram Papa, quam corā ordinario. p. 116

in qui-

in quibus autem non possit ressignari duo sunt casus. an criminosus crimine occulto tuta conscientia retinere possit beneficium, an vero illud ressignare teneatur. Quomodo sit intelligenda priuatio beneficij propter crimen ipso iure à canone facta. quid si nil dictum fuerit de priuatione beneficij in sententia condemnatoria super crimine pag. 117. An à die perpetrati criminis clericus criminosus teneatur de restitutione à die criminis perpetrati. pag. 118. An in obtinente dignitatem per adeptionem alterius ipso iure inducatur vacatio primæ. Quid faciendum de beneficijs vniformibus, & similibus. pag 121. Quid requiratur, vt renunciatio ab ordinario admittatur pag 122 Quid si ordinarij admittunt ressignationem sine debitis requisitis, Ordinarij beneficia ressignata suis non possunt conferre, & quare. An ordinarij in curia Romana commorantes possint ressignationes beneficiorum recipere, & cui voluerint cõferre. Acceptantes beneficia ressignata debent iurare de non conferendo alijs pag. 123.

Successor in beneficio an teneatur stare contractui pag. 22 in quibus casibus teneatur stare colono pag 23.

Beneficiorum resignatorum publicatio.

Præter summistas circa beneficiorum resignationes occultas, & simulatas adsunt probationes summorum Pontificum. pag. 124. extat constitutio Greg. XIII Proponitur causa ipsius constitutionis. Tẽpus assignatur, & quod trãsit ad omnes resignationes, agitur de modo, & forma publicandi ipsas resignationes. Quid si ecclesia ruralis sit, & populo careat. Tempus huiusmodi resignationis statuitur etiam litigiosis. qua forma seruanda sit pag. 125 quando cessio facta possidenti publicanda sit Quid sequatur si forma fuerit omissa modus impetrationis, & concessionis beneficiorum, quæ vacant, quis futurus ob non seruatam formam publicationis. Quãdo sint irritæ reseruationes propter nullitatem concessionum. pag. 126. quid sit in causa litigiosi contra cedentem donec successor venerit. Modus, forma, & tempus publicandi resignationes, quæ fiunt in manibus ordinariorum, & legatorum. Pœna in ordinarios non ea prædicta seruantes. decretum sit irritans. omnes tolluntur constitutiones de publicandis salua illa Pij V. pag. 127.

Ampliationes huius constitutionis quot sint pag. 128 Quot limitationes. pag. 129. cui contingit probare non fuisse factas publicationes. Modus probandi hanc negatiuam quis sit pag. 136. Constitutio apponitur Pij Papæ V. super modo & forma pag. 131.

Beneficiorum permutatio.

Vltra summistas adsunt constitutiones sanctiones, & Canoni. An permutationes beneficiorum subsistant quoties ordinarij illas admiserint, patronis non vocatis, & absque eorum consensu. p. 133. permutatio absque patronorum consensu facta duo operatur. consensus Patroni in permutatione habetur loco præsentationis in quibus casibus possit sine consensu alicuius fieri permutatio. pag. 134. Quid de permutationibus, quæ fiunt in curia non facta mentione de iure patronatus laicorum ratione. Quid de renunciatione beneficiorum iuris patronatus laicorum siue simplici siue ad fauorem alterius, siue in manibus Papæ, siue ordinarij facta p. 135.

Beneficiorum priuatio.

Extant constitutiones vltra summistas, & pracipue constitutio Pij Papæ IV. priuationem beneficiorum continens, quæ ponitur suo loco. pag. 136.

Bene-

Beneficiorum reseruatio.

Præter summistas ad sunt cum pœnis assignatis constitutiones, & præsertim Pij IV. contra reseruantes sibi beneficia. Reseruatio beneficiorum vacantium sede episcopali vacante, a quo facta sit. Beneficia vacantia propter crimem hæresis s ũt reseruata Sedi Apostolicæ. pag. 137 ad est Bulla Pij V super Reseruatione beneficiorum. 138 collationes Beneficiorum annullatæ per Greg XIII ad est cõstitutio ipsius Greg. XIII pag. 139 Beneficia parochialia collata non seruata forma Concil Trid. sunt reseruata. An sit idem beneficia vacare in curia, & apud Sedem Apostolicam. pag. 140. Quæ sint causæ, propter quas summi Pontifices inducti, fuerunt, ad faciendas reseruationis. p 141. De reseruatione adest Bulla Pij IV. pag 149. Contra vsurpatores fructũ sede vacante beneficiorum adest Bulla Pij IV pag. 143.

Blasphemia.

Pœnæ inuictæ Clericis Blasphemantibus Deum Iesum Christum & Mrem eius Sacratissimam aut reliquos Sanctos.

Præter summistas adsunt constitutiones Pontificum Pœna statuta in cap. 2. de maled. cur non habeat locum quo ad Clericos.

Pœnæ laicorum hominum blasphemantiũ quæ sint. pag. 145. An consuetudo regionis Excuset Clericum. pag. 146 ira blasphemi quibus circumstantijs debet esse vallata pag. 146.

Bona Naufragantium.

Præter summistas extant constitutiones Summorum Pontificum. Raptores bonorum naufragantium sunt excommunicati, & absolutio reseruata Pontifici in Bulla cœnæ. Quando non incurratur excommunicatio. Monitoria sub excõmunicatione pro rebus ablatis restituendis quibus in casibus non sunt concedenda, pag. 146. Habentur nonnullę limitationes circa excommunicationẽ inferendam Raptoribus rerum naufragantium. pag. 147.

Bona Ecclesiæ vsurpantes.

Vltra summistas adest Bulla in Cœna cõtra vsurpantes bona Ecclesiæ Huiusmodi vsurpatores incurrunt excommunicationem reseruatam Papæ. Vsurpatores tales ne hanc censurã incurrant. sunt quinque conditiones requirendæ. Additur, & sexta pag. 149.

Campana.

Præter summistas ad est Bulla Leonis X. Pœna cõtra pulsantes Campanas in die Sabbati Sancti ante campanam pulsatã in ecclesiam Cathedrali, vel Matrici. Quare, campana pulsetur diuersi sunt fines, & significationes pag 549. Quare tempore interdicti prohibeatur sonitus cãpanæ. Quare triduo ante Pascha non pulsentur campanę. An pulsans uel iubẽs pulsari cãpanas ad arma sumẽda pro capiendis rebellis, vel malefattoribus efficiatur irregularis. vel qui pulsauerit, ut cõuocetur populus, dũ ducitur reus ad patibulum. etiã si inter pulsandum ipsa campana, uel eius malleus ceciderit, & aliquem interfecerit pag. 150.

Canonicus Regularis.

Nulli regulares, neque Canonici possunt, sine dispensatione apostolica habere beneficia curata pag. 150.

Canonizatio Sancti Raymundi.

Quam diligens cura sit à deputatis Cardinalibus pro sacris ritibus, & cæremoniis

monüis adhibenda in Sanctorum canonizationibus.
Vltra summistas. adsunt constitutiones, & præsertim illa Sixti V. de Canonizatione sanctorum. De iis multis, quæ spectant ad Sanctorum Canonizationem quis auctor præcipue sit legendus. pag. 150. Adsunt litteræ decretales Clem. VIII. quibus Beatus Raymundus in catalogum sanctorum ascribitur. pag. 151. Vita Beati Raymūdi describitur. pag. 152. vsque ad 168.

Capitulum Sede vacante.

Sede vacante in quibus Episcopo succedat Capitulum. pro intelligentia istius materiæ adnotantur nonnulla iura scitu dignissima pag. 169. an succedat in iis, quæ sunt ordinis. An in potestate visitandi. pag. 172. An possit dispensare. an excommunicare, & ab eius sententia absoluere. pag. 173. An Vicarius datus à Capitulo sede vacante, possit quemdam absoluere à peccato, cuius absolutionem Papa mandauit alternatiuè Episcopo, vel eius Vicario. An Capitulū possit condere statututa & possit cognoscere de arduis causis. pag. 174. An possit alienationi consentire, & mutuo accipere. An in Capitulum transeat potestas infeudandi bona mensæ Episcopi. An exigat obedientiam manualem. An conferat beneficium pag. 175. An concedat dimissoria ad ordines. pag. 178. An possit concedere licentiam Episcopo extero exercendi pontificalia in ecclesia vacante. An possit concedere indulgentias quas posset Episcopus, si viueret. Ante Capitularis Vicarij electionem, quis administret. p. 180. An Capitulum possit reuocare Vicarium. Causæ, quibus potest depom Vicarius quænam sint. pag. 181. A Capitulo quis in Vicarium eligi debeat. Capitulum Vicarium, & alios officiales quando possit punire. tempus quod præscribitur Capitulo post mortem Episcopi ad constituendum Vicarium. pag. 182. Quid facere debeat Capitulum si Vicarius constitutus non esset Doctor. An facta Vicarij electione Capitulū abdicet à se iurisdictionem, possitq. sibi aliqua reseruare. pag. 183. Capitulum Neapolit. monuit litteris Apostolicis Clemens VIII. Ponitur litterarum tenor. Quis cognoscat de suspicione Vicarij Capitularis. an teneātur eligere personam de gremio illius Capituli, Vicarius Capituli ex cuius bonis debeat habere salarium. pag. 184. An Vicarius Capituli præcedat canonicos in sessionibus. an in processionibus & in choro debeat habere honorabiliorem locum. An habeatur Vicarius ex Capitulo electus pro præsente ad effectum lucrandi fructus An Capitulum possit plures Vicarios eligere; & substituere pag. 185 An Vicarius à Capitulo deputatus possit alium substituere, & si potest in quibus casibus An inhibitio facta Vic. Capitulari afficiat Episcopum successorem pag. 186. An Episcopo viuente detur casus in quo Capitulum valeat Vicarium constituere. in quibus casibus expiret officium Vicarij Capitularis An Vicarius Capituli teneatur stare syndicatui pag. 187. Sede vacāte an possint agitari causæ ipsius Ecclesiæ, & salarium aduocatis debeatur & curat præscriptio. Apponitur forma, pro electione Vicarij facienda a Capitulo. pag. 188. in hac constitutione à Capitulo quæ obseruanda sint. pag. 189.

Casus Reseruati.

Ad quem finem casus reseruari debeant, & quales & quot sint. habetur decretum Clem. VIII. super casuum reseruatione. Casus reseruati à superioribus, qui, & quot sint. pag. 191. Regulares deputare debent tot confessarios pro subditorum numero in singulis domibus. Quid si regularium superiores dare noluerint facultatem casus alicuius reser-

reseruati. pag. 192. Quando agitur de salute animæ sit extensio etiam iuris penalis. Quænam sortilegia inducant casum reseruatum. quando per apostasiam Regularis incurrat casum reseruatum vel excom. & quãdo neutrum pag. 193. Quando regulares dicantur, & moniales proprietarij quæ excusent regularem à peccato proprietatis. An ex dispensatione inferiorum ipso Pontifici liceat Regularibus possidere agros, & alia bona immobilia & mobilia superflua pag. 194. Dubian nonulla proponũtur circa proprietatem regularium. & eius resolutiones. Circa proprietatem monialium quæruntur aliqua, quæ etiam resoluuntur pag. 195. Monachus quomodo possit habere ius testandi quod dicatur iudicium regulare, seu legitimum. vt sit falsitas quæ requirantur. Quæ quãtitas in furto constituat peccatum mortale, & casus reseruatus. pag. 196. Lapsus carnis quæ peccata comprehendat. Quando percussio non faciat casum reseruatum in Regulari. Aperire literas quando sit peccatum reseruatum in regularibus, & peccatum mortale inducat pag. 198. confessarij priuilegiati à quibus casibus absoluere non possunt. pag. 199. Declaratio ponitur decreti, quo prohibetur absolutio à casibus reseruatis. pag. 199 & 200. Cautela ordinariorum in reseruatione casuum p. 201. adsunt literæ sacræ congregationis de cautela habenda ab episcopis circa casuum reseruationem. pag. 202. Casus ponuntur reseruati in Bulla cænæ. pag. 203, 204. Pœnæ confitentium. & confessariorum. Quos casus non possint sibi episcopi reseruare pag. 204. Quos reseruare possint. Per obitum episcopi an cesset casuum ab ipso reseruatio pag. 205.

Conceptio B. Mariæ.

Præter summ. stas adest constitutio Sixti IV. & aliorum Pontificum. de non disputando Conceptionis B. Mariæ materiam in popularibus contionibus. pag. 205. adest tenor Bullæ Pij V. de Conceptione. pag. 206.

Concilium Prouinciale.

Constitutiones Concilij Prouinc. requirunt approbationem à Sede Apostolica, antequam publicentur pag. 209. Quid sit Concilium Prouinciale, per quem conuocetur, ad quem finem, & quoties. p. 211. Quomodo, & qui vocandi sint, & quam in eo vocem habeant. pag. 211. Quo tempore, & loco, & de termino ad comparendum, & recedendum. Quando potestas statuendi deuoluatur ad accedentes de excusationibus non venientium, & quæ non admittantur. pag. 214. Quod possint compelli, & de pœna contumacium. Quæ sit pœna infligenda contumacibus pag. 215. An possit peti charitatiuum subsidium. de ordine celebrandi Capitulum & Legendi pag. 216. Quis in eo præsidẽs, & qui iudices sint, & quis principalis p. 217. & quomodo pronunciandum. de modo agitur statuendi, & si sint vocales præter Episcopos pag. 218. Quid si dissentiat Metrapolitanus à maiori parte, & nolit pronuntiare vota pro maiori parte. De quibus causis possit Concil. Prouinciale cognoscere quam iurisdictionẽ habeat, & super quos. pag. 219. An Cap. Prou. possit capere informationem, aut formare processum contra aliquem Episcopum suspectum. Concil. Prou. iudicat Metrapolitanum seu Archiep. ad quem ab eo cap. appelletur. pag. 221. & quid si allegetur suspectũ de Cap. Prou. potestatem statuendo. pag. 222. & quod in eo præcipue agendum pag. 223. quandiu sit duraturum Conc. Prouinc. & de illius publicatione pag. 225. Qui nam habeant potestatem absoluendi à censuris per illuddatis Ecclesiæ Archiepiscopales & Episcopales Regni Neapol. quæ sint, &

celebrent Concil. Prouinciale, & vbi de eis fiat mētio in corpore iuris. p. 226.

Concilium Tridentinum.

Præter summistas adest confirmatio Concilij Tridētini à Pio IV. pœnæ illatæ contra non seruantes inuiolabiliter Conc. Trid omnia aboleta, & reuocata quæ contrariantur Concil Trid. Constitutio Greg XIII. contra iurantes, vel facientes iurare aduersantia Concil. Trid. in confirmationibus priuilegiorum additur particula, quatenus sit in vsu, & decretis Concil. Trid. non aduersetur. pag. 232. An requiratur expressa mentio de constitutione Conciliarij. Apponitur Bulla Pij IV. de abolitione, & nullitate eorum omnium, quæ Cōcil. Trid. aduersantur pag. 233.

Confessor.

Præter sūmistas adsunt decreta Leonis X. de confessoribus. pag. 234. quando confessores possint etiam administrare sacramenta suis pœnitentibus infirmis. Adest Pij V. declaratio decreti Concil Trid circa auctoritatem confessorum. Confessores semel examinati ab Episcopo non amplius examinantur. Priuilegia Fratrum Prædicatorum in terra laboris circa audiendas confessiones. & alia pag. 235. Quid intelligi debent per confessarium ab ordinario approbatum in euentu Iubilæi. Adest Clem. VIII. dispositionis tenor quoad personas regulares. pag. 236. Bulla quoque Pij V. p. 237. Confessores quib. in casibus de hæresi habeantur suspecti. pag. 238. Bulla Pij IV. contra abutentes sacramento pœnitentiæ pag. 238 & 239 Priuilegia apponuntur à Sixto V. concessa Presbyteris congr. Oratorij Romæ non examinentur extra vrbem prō audiendis confessionibus. pag. 240. Habetur declaratio tenoris pontificij prædicti. pag. 242.

Confessio Sacramentalis.

Præter summistas adest quæstio proposita in Palatio Apostolico circa confessiones sacramentales. pag. 242.

Vtrum liceat per literas, & inter nuntiū confessario absenti peccatum sacramentaliter confiteri, & absolutiones ab eo obtinere. pag. 243.

Communio Sacra.

Vltra summistas adsunt Pontificū declarationes in hæbdomada sancta, & infra octauam Paschæ communicātes an satisfaciant præcepto Ecclesiæ pag. 243.

Congregationes Illustrissimorum D. Card. & earum facultates.

Adest Sixti V. electio per constitutionem quindecim virorum ad consulenda grauiora & difficiliora negotia. pag. 243.

Congregatio pro Sancta Inquisitione.

Congregatio quare instituta sit Sāctæ Inquisitionis pag. 244. Qui Cardinales sint huius Sanctæ Inquisitionis. p. 245.

Congreg. Præsignaturæ.

Quare instituta sit cōgregatio Præsignaturæ Qui Cardinales huic assistant præsignaturæ pag. 246.

Congreg. pro erectione Ecclesiarum, & prouisionibus consistorialibus.

Quid facere debeant, qui eliguntur in hac congregatione. pag. 246. Qui sint eius Cardinales pag. 247.

Congregatio pro vbertate Annonæ.

Quid teneantur agere ij, quibus hæc cura demandatur. pag. 247. Qui sint huius congreg.

congreg. Cardinales. pag. 248. Et aliæ plures habentur congregationes in Vrbe; & apponuntur eorum Cardinales. pag. 248. vsque ad 257. De numero Cardinalium, qui præesse debeant huiusmodi congregationibus. pag 257. Cardinales assistentes cõgregationibus debent habere suos secretarios pag. 258 extãt tenores duarũ constitutionum Sixti V. vna super noua ordinatione titulorum & diaconiarum S. R. E. Cardinalium. pag. 259. Altera de numero, ordine ætate tempore, qualitate, & officio creandorum Cardinalium pag 264.

Confraternitates.

Adest Clem. VIII forma, & modus tractandi in constituendis confraternitatibus tradita, & eius tenor apponitur de verbo ad verbum pag. 272. additur tenor Breuis Apostolici, quo cum fieri debeant aggregationes, & institutiones.

Contractus ad caput saluum.

Præter summistas adest constitutio Sixti V. contra contractus ad caput saluum. extat tenor ipsius constitutionis. pag. 178.

Contractus Censualis.

Vltra summistas habentur strauagantes, & constitutiones summorum Pontificum super annorum censuum emptione, & venditione. extat tenor constitutionis Nicolai pag. 279. item constitutio Pij V. super forma creandi census pag. 281. Hæc constitutio a quibus declaretur pag. 282. Bulla habetur Greg. XIII. circa venditionẽ, & emptionem censuum pag. 282.

Data & promissa pro iustitia', vel gratia obtinenda à Sede Apostolica.

Præter summistas adest censurarum, & pœnarum innouatio Greg. XIII. contra pacisentes, seu dantes, & accipientes pro expeditionibus gratiæ, &c. extat eius extrauagantis tenor. pag. 283.

Dies Festus.

Adest vltra summistas de festorum obseruantia constitutio Pij V. Pœnæ, quæ sint contra non obseruantes dierum festos. p. 284. In diebus festis licet vacare rebus ad victum spectantibus. item rebus perituris. Nundinæ solemnes, & priuatæ quando possint prohiberi in diebus festiuis. adest decretum particulare de Nundinis. pag. 185.

Distributiones quotidianæ.

Quando Canonici participes fuerint distributionum quotidianarum. Num absentibus dari possint distributiones quotidianæ. Carcerato, & absoluto an debeantur distributiones. pag. 186.

Diuinum Officium.

Adest Breue Greg XIII circa officia Sanctorum, qui non sunt in Breuiario Romano pag. 287.

Duellum.

Breue contra Duellantes Pij Quinti. pag. 288. Item Greg XIII constitutio contra duellatores. pag. 294. etiam adest confirmatio Clem. VIII contra duellantes publicè, vel priuatim, & alios quouismodo participantes pag. 295. Pragmatica in Regno Neap. contra prouocantes ad duellum. etiamsi non sequatur effectus adest pœna mortis. p. 298.

Ecclesia.

Debitum quando dicitur legitime contractum ab ecclesia pag. 30. ecclesiæ bonorum incapaces quænam sint, neque in communi pag. 33.

TABVLA.

Electio.

De electione summi Pontificis habentur vltra summistas constitutiones, præsertim Pij IV. extat tenor ipsius constitutionis. pag. 299 contra sponsiones super vita, & morte Pontificis, & futura eius electione et promotion S.R.E. Cardinalium constitutio pag. 305. de sponsionis priuatione sub quolibet euentu pag. 308 eiusdem Pōtificis habetur tenor constitutionis attinentis ad electionem Cathedralium pag. 309. Prohibitionis tenor Greg II contra dantes vel promittentes nunciantibus prouisiones beneficiorum de electione superiorum regularium pag 314 de electione parochialium quando eligens elegisse præsumatur indignum, quid fiet. pag. 315.

Emphyteusis.

Emphyteusis tres habet conditiones. pag. 12. Concessio in emphyteusim absque assensu Apostolico quando valeat. pag. 31.

Excommunicatio ad finem reuelationis.

Concil Trid. forma circa scōmunicationē ad finē reuelationis Excōmunicationis descriptio quæ sit Pro executione Conc. Trid. adest ordinatio Pij V. pag. 315. Scommunicationes in forma significam. quomodo sint publicandæ. pag 316. Clausula hæc arbitrio suo vel significantes bodie cur non ponatur in rescriptis pœnæ publicæ infligēdæ scommunicatis. Practica mouendi generabiliter malefactores pag. 317 in excommunicandis quot & quæ requiruntur digna consideratu pag. 318. Excommunicatio pro pariis, & leuibus causis non est ferenda. pag. 46.

Excommunicatorum vitatio.

Vltra summistas adest constitutio Leonis X. & aliorum. circa euitationem excommunicatorum. extat tenor Bullæ illius Pontificis.

Excommunicatorum absolutio.

Præter summistas, adest constitutio Leonis X. circa absolutionem excommunicatorum. an regulares possint laicos absoluere ab excommunicatione ab homine lata. excommunicati ordinem Mendicantium ingredi volentes quando possint absolui. Excommunicatio ab homine vnde proueniat. & vnde à iure. pag. 319. Circa excommunicationis causam, quæ sit causa leuis aut grauis, vt absolutionis formam obtineatur.

Excommunicationes in Bulla Cœnæ.

Præter summistas adsunt constitutiones. excōmunicationum reseruatarum summo Pontifici quænam sint extra, & & quænam contineantur in Bulla. Tenor Bullæ apponitur pag. 320.

Extat Bulla Pauli V. in die Cœnæ Domini publicata in qua videntur quot sint excommunicati per ipsam Bullam. pag. 321. Harum scommunicationum Absolutiones reseruantur, & quando possunt absolui a quocunque confessario absoluentes excommunicantur præterquam in illos casus Papæ absolutio non comprehendit, qui à præmissis non destiterint. pag. 326. Quicunque audiunt confessiones apud se habere debent Bullam in Cœna. pag 329.

De casibus in Bulla Cœnę cōtentis quæ extrauagantes videndæ sint pag. 328.

Exem-

Exemptio.

Episcopi iurisdictionem habent contra regulares extra claustra degentes quomodolibet exemptis. Archiepiscopi possunt procedere contra exemptos, & in quibus rebus, & causis, & qui sint isti, qui exempti dicantur. pag. 329. Extat constitutio Clem. VIII. contra regulares non subditos Episopo intra vel extra claustra degētes notorie delinquentes pag 331.

Fabrica Sancti Petri de Vrbe.

Extat vltra summistas Bulla Pij V. applicationis Fabricæ medietatis relictorum priorum non exactorum per triennium Habetur Bullæ huiusmodi tenor. pag 332.

Fidei professio.

Prouisi de Cathedralibus tenentur facere professionem publicam fidei, & alii beneficiati Ecclesiastici. qui interesse debent Conciliis Prouincialibus. Adest cōstitutionis tenor Pij IV. de emittenda professione fidei in ordinatione. in promotione doctorum. Adest tenor huius constitutionis. pag. 336 forma quæsit confessionis, siue professionis fidei pag 338 Professio Orthodoxæ fidei à Græcis facienda iußu Gregor. XIII. edita pag 340.

Forum competens.

Adsunt Præter summistas constitutiones Pontificum contra personas ecclesiasticas foro suo renunciantes. & quæ ad forum laicale trahunt causas. Extat Bulla Martini V. pag. 342. Pro militibus regularibus Sancti Joannis extat constitutio Clem. VIII. de pœnis contra assassinos pag. 345.

Græcorum ritus.

Græci de iure communi sunt subiecti Episcopo Latino loci ordinario. In quo degunt. pag. 345. Græci sacerdotes quando vtantur legitimo matrimonio pag. 345. Mores Græcorum in quibus tolerandi non sint. Instructio qualis super aliquib ritibus Græcorū. instructiones super ritus septem sacramentorum p. 347. Circa alia dogmata nonnulle instructiones. pag. 348 Bulla adest Papæ Innocentij VIII super ritibus Græcorū ritus qui tenendi, & qui remouēdi sint apud Græcos. pag 349. Literæ Pij IV. in forma Breuis per quas subijciuntur Græci ordinarij Latinis. pag. 352. adest Bulla Pij V. reuocationis licentiarum Græcis Latino more, & Latinis Græco ritu Missas ac alia diuina officia celebrandi hactenus concessarum pag. 354 Circa Sacramentū confirmationis conferendum baptizatis, quomodo nominentur Græci. Habetur decretum Innocentij I de hac re decernentis. p 355. Ponuntur literæ Innoc III decernentis quod soli Episcopi conferant Crisma, & non simplices sacerdotes pag 356. item decretum Eugenij IV. confirmationem quid esse, & quid significare declarās. cuius ministrum nullum alium assignat præter Episcopum pag. 357.

Habitus Clericalis.

Clerici beneficiati tenentur incedere in habitu, & tonsura. dummodo velint gaudere priuilegiis. in minoribus constituti, & non beneficiati non coguntur habitum gestare si deferant habitum, & tonsuram etiam si sint coniugati gaudent priuilegijs tōsuræ. Extat constitutio Sixti V de habitu, & tonsura deferendis. pœnæ, quæ sint contra inobedientes inflictæ pag. 357. Constitutio huiusmodi ab eodem Pontifice quomodo sit declarata limitatur etiam multis modis Quæ vestes sint, & qui habitus congruentes clericis pag. 360.

Hæretici.

Præter summistas adsunt constitutiones contra hæreticos circa varia Sanctæ fidei fundamentum. extat tenor Clem. VIII p 361. Cōstitutio Pij V. cōtra impedientes,

pedientes, & offendentes personas, bona, & frangentes carceres Sancti Officij Inquisitionis, & de pœnis contra transgressores inflictis. pag. 363 De præeminentia Inquisitorum Generalium hæreticæ prauitatis, atque de obedientia eisdem ab omnibus præstanda decretum habetur Pij V constitutio ponitur Clem VIII. quod Itali non habitent in locis hæresis suspectis. & quid in eis tunc facere debeant. pag. 365. Declaratio adest & constitutio Pij V. circa sententias Inquisitorum. pag. 366. reuocantur per constitutionem Pauli V omnes concessæ superioribus quorumcunque ordinum facultates cognoscendi causas partinentes ad Inquisitores Sancti Officij pag. 370.

Horæ Canonicæ.

Contra beneficiatos non recitantes horas canonicas vltra summistas adsunt constitutiones, & præcipuè decretū Concil. Lateranen. sub Leone X. extat tenor decreti. Quod innouatū fuit & auctū per Pium V. an fructus amittunt nō recitantes horas canonicas. pag. 373. Canonici collegiatæ tenentur residere; & ad horas canonicas statis horis recitandas possunt compelli, & in quibus causis non possent compelli, & non tenerentur. pag. 374.

Illegitimi.

Illegitimi sunt inhabiles ad ordines, & beneficia, ad successionem bonorū, & ingressum Religionis per Constitutionem Alex. III. quod possint succedere in beneficijs, quæ constitutio per Clementem VII. fuit reuocata. pag. 374. extat tenor Bullæ Clementis pag. 375. per Constitutionem Pij V. priuantur etiam quibuscunque bonis patrimonialibus tum mobilibus, quam immobilibus; laicus potest vigore priuilegiorum disponere in illegitimos de bonis more patrimonialibus. quibus de laicalibus possit disponere. Bulla Pij V reuocantia facultatum testandi, & disponendi in illegitimos licet videatur dura nimis, tamē est seruanda. qua moderatione Bulla hæc sit moderanda, & quibus dilucidanda declarationibus. pag. 379.

Inuentarium actorum.

Actorum inuentaria facienda sunt quot annis ab Episcopis, & qua de causa. extat constitutio huius rei per Pium V. pag. 380.

Iudæi.

Vltra summistas adest Pauli III. constitutio circa Iudeos venientes ad agnitionem catholicæ fidei An venientes ad agnitionem Christianæ fidei ipsi Judæi bona patrimonialia, materialia, & omnia eorum consuetudine acquisita, habere, tenere, & possidere valeant pag. 380. Extat tenor præsentis constitutionis pag. 381. Bulla habetur Pij V. super reuocatione, & reualidatione Bullæ Pauli V ædita contra Judæos pag. 383. Iudæi prohibentur ne medeantur. quod Judæis semel in hebdomada, prædicent. Bulla Gregorij XIII. contra hæbræos, & eorum malos mores. pag. 387.

Iudex.

Iudex sæcularis an teneatur exequi sententiam iudicis ecclesiastici. pag. 7. debet formare contra sibi traditum ecclesiasticum, tanquam sæcularem, alium processum à formato ab ecclesiasticis. pag. 8. per negligentiam Episcopi an deuoluatur iurisdictio ad Archiepiscopum. pag. 75 Præter summistas adest decretum Leonis X. quod Judices à Sede Apostolica destinati si in altero iurium graduū non fuerint, assef-

assessorem partibus non suspectum assumere, & iudicare teneantur.

Iuramentum.

Vltra summistas adest constitutio, præter illum Nicolai Tertij relatum, illa Greg. XIII innouatio. Cuius hæc Bulla est huiusmodi tenoris. pag. 389.

Libri prohibiti.

Præter summistas multæ sunt constitutiones & præsertim Clem VIII Index librorum prohibitorum per Concil. Trid. editus. Qui fecerit, tenuerit, aut legerit, aut impresserit libros prohibitos hæresis suspectos incidit in excommunicationem. Opera Caroli Molinei damnantur, & reuocantur licentię si quę fuerint legendi, aut tenendi. adest Clemen. VIII. contra dictum Carolum Molineum constitutio pag 392.

Litaniæ.

Circa litanias vltra summistas adest decretum Clem VIII. Lętaniæ quę recitari debeant de Beata Virgine, quę aliorū sanctorum, & sanctarum pag. 392.

Magister.

Adest Decretum Leonis X. circa lectiones Magistrorū in Philosophia de mortalitate animę, & vnitate, de æternitate mundi, & alijs huiusmodi. Euacuauit deus, & stultam fecit sapientiā hominum. Quo ordine Clericis ad studia incumbendum sit. quę obseruanda sunt à Magistris, & præceptoribus scolarium. pag. 393 Ordinarij per constitutionem Pij V. tenentur constituere loca in quibus pueri Doctrina Christiana erudiuntur. Ordinarij possunt eligere confraternitates, & indulgentias impertiri confratribus pueros docentibus. pag. 494.

Matrimonij impedimenta.

Duodecim matrimonij impedimenta quę remanent incorrecta, & quę non. Declarationis impedimēti ex cognatione spirituali prouenientis tenor apponitur Quid de impedimento affinitatis. Ex fornicatione proueniens pag 395 An spadones sint habiles ad cōtrahendum matrimonium. pag. 395 extant literę Sixti V. super inhabilitate spadonum, ad matrimonium contrahendum. pag. 396.

Matrimoniales dispensationes.

Nulla, vel rara debet dari dispensatio matrimoniorum contrahendorum. Cause pro quibus dispensationes conceduntur ad contrahenda matrimonia, quęnam sint. pag. 397. Quid faciendum iis qui ignorantes aliquid impedimentum existere per inuicem verba de præsenti matrimonium contraxerit. pag 398. Quęnam dicantur dispensationes subreptitiæ pag. 399.

Medicus.

De Medicis vltra summistas adest decretum Concilij Lateranensis. extat tenor constitutionis Pij V. Medici vltra tertium diem non visitent infirmum si admonitus sacramentum pœnitentię non acceperit. pag. 399. & 400. Adest constitutio Greg. XIII. circa medicos hebręos. pag. 401.

Missa.

Adest decretum Concilii Trid vltra summistas de iis, quæ obseruanda, & euitanda sunt in Missę celebratione. Extat Reuocatio licentiarum, ac facultatum Missas celebrandi vespertino tempore. Pij V. pag. 401. Qua circumspectione vti debeant Episcopi in concedendis

licentijs vt in priuatis oratorijs domus celebretur Missa. Oratoria in priuatis domibus qua reuerentia & quibus ornamentis teneri debeant, decorata. Missæ non dicuntur in oratorijs domorum priuatarum die Paschatis Resurrectionis. Pentecostes, & Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi. Qui non gaudeant priuilegio audienti Missam in oratorio domus. Missæ possunt ab Episcopo reduci ad numerū iuxta eleemosinæ quantitatem pag. 402 Quid iuris de illis, quod nullum habeat beneficium, sed solum iure legati relictū fuit vt eligatur sacerdos pro certis Missis in hebdomada dicendis Ceremoniæ dei iouis & sabbati Sancti faciendæ debēt fieri à Parocho tantum, & Rectore. pag. 403.

Monasteria, & Conuentus Regularium virorum.

Suspenduntur, & reuocantur omnes licentię per constitutionem Pij V ingrediendi quęcunque monasteria quibuscunis mulieribus concessæ extat tenor huius constitutionis pag 403 Priuantur etiam per Greg XIII mulieres ingredientes monasteria sine licentijs huiusmodi, aut alia facultate est casus seruatus Prętorio pœnitentiarię Clausura Monasteriorum regularium ad quid intelligatur facta Quando mulieres possint non incurrendo pœnas ingredi monasteria pag. 406 Circa qualitates recipiendorum ad religionem, & statum regularium adest constitutio Sixti V. pag. 406 Extat altera constitutio Sixti V. super dubijs in priori constitutione emergentib & quæ sint Dubia huiusmodi pag 410 Apponitur moderatio constitutionis Sixti V contra illegitimos Regularium facta per Greg XIV. pag. 413. Decreta generalia pro regularium reformatione, ac receptione nouitiorum per Clem VIII facta Quibus in cōuentibus designātur Nouitiatus. p. 416 de renouatione & ampliatione eiusdē decreti habetur tenor cōstitutionis Clementis p. 417 Contra faciētium quæ pœnæ imponantur pag. 418 Decretorum pro reformatione tam mōnacorum, quam mēdicantium, quæ & quot sint, extat tenor Clemen. VIII à pag. 418. vsque ad 423. Decretum Clemen. VIII super casuum reseruatione ab omnibus superioribus regularium, & qui sint casus regularium reseruanti. pag 423. qui intra regulares, & quot sint deputandi confessarij formula quænam sit concedendi facultatem pro Nouitijs ad habitum regularem recipiendis pag 424. Habetur decretum super forma recipiendi nouitios regularium ad habitum, & professionem pag. 425. Qua ætate, & quibus aliis conditionibus debet esse prædituus, qui vult ad habitum recipi, seu professionem emittere pag 426 quæ institutiones debent obseruari super receptione & educatione Nouitiorum pag. 427. vsque ad 431. Quoties debeat esse numerus præfigendus Religiosorum cuicunque monasterio conuentui, aut domui Regularium par. 432 Declaratio adest Concil Trid. de Reg. decretum apponitur Sacræ Cōgregationis Regularium contra regulares ad vrbem temere & leui ex causa accedentes absque superiorum licentia pag 433. pro leui etiam causa disciplinati à superioribus non possint min. de obs. appellare non possunt retineri, neque recipi fratres laxioris ordinis ad alios ordines. Adest Bulla reuocationis istius priuilegij pag. 434 Habetur declaratio quo ad transitum Religiosorum de vna in aliam religionem pag. 436 an renunciatio bonorum facta ab existente adhuc in seculo intuitu ingressus religionis valida sit præscribuntur normæ dandi licentiam ab ordinariis ad ædificanda in posterum regularia monasteria pag. 437 Quenam sint constitutiones editę ad reformationem ord. min. conu. pag 438.

Mona-

Monasteria Monialium.

Quantum attinet ad clausuram monialium præter summistas adsunt Constitutiones. ponitur constitutio Pij V. super clausura & reformatione quarum cũque monialium pag. 440 Greg XIII. addidit pro declaratione maiore prædictæ constitutionis aliam constitutionẽ. & de præstandis eis eleemosinis. pag. 443 Quænam loca monasterij monialium extra clausuram esse declarẽtur. ingredi quibus tantum licitum sit intra septa monasterij monialium superiores eorum in quibus casibus non possint ingredi. & in quibus possint. pag. 446 Extat tenor illius decreti. Vltra casus quibus possunt ingredi septa monasterij monialium qui ingrediuntur excommunicationem incurrunt extat tenor constitutionis de hac re Gregor. XIII. pag 447. Ampliatur prædicta constitutio. pag 448 An puellæ in monasterijs monialium educationis causa permanere possint. Habentur declarationes Sacræ congregationis circa receptionem puellarum. quo ad educationem, & aliarum mulierum, & quot sint 449. An repugnet mulieri nuptæ permanere volenti in monasterio ex causa rationabili. De egressu monialiũ quid Sanctimoniales posti professionem non licet exire a monasterio pag. 449. extat Bulla Pij V prædictarum rerum decernens constitutionem. Quibus de causis possint moniales exire de monasterio pag. 450. loqui cum monialibus cuius sit iuris non potest quis loqui monialibus secundum decretum sacræ congregationis ponitur tenor illius decreti pag. 451 de non loquendo extenditur etiam hoc decretũ ad regulares Sancti Ioannis Hierosolimitani. An regulares adeuntes monasteria monialium absque licentia Episcopi incidant in pœnam excõmunicationis pag. 452. An Episcopi possint declarare excommunicatos à iure, regulares exemptos habentes priuilegium, vt excommunicari, & suspendi non possint An statutum Episcopi liget omnes tam subditos quam non subditos ad monasteria monialium accedentes An liceat Episcopo licentiam dare Matri sororibus, & consanguineis regrediendi monasterium causa videndi filium sororem, & consanguineam, quæ graue detineantur infirmitate extant cum suo tenore ordinationes, quam plures pro reformatione monialium pag. 453. vsque ad 459. Declarationes habentur quorundam prædictorum capitum. pag 459. literæ adsunt declaratoriæ aliquorum capitulorum attinentium ad reformationem monialium Cardinalis Florentiæ apponitur etiam decretum declaratorium ipsius dubiorum. pag 460 Declaratio quomodo sint soluendæ eleemosinæ pro monialibus super numerum recipiendis pag. 461.

Mons Pietatis.

Montes Pietatis vltra summistas quod sint liciti demonstratur. contrarium prædicantes excommunicationẽ latæ sententiæ incurrunt Adest tenor constitutionis super hoc Monte Pietatis Leonis X.

Munerum largitio Regularibus vtriusque sexus interdicta.

Adest constitutio Clem. VIII. de munerũ largitione, & tenor eius apponitur. pag 462 pœnæ quæ iniungendæ sint contrafacientibus pag. 466.

Indulgentiæ.

Reuocantur indulgentiæ pro quibus consequendis manus adiutrices sunt porrigendæ. extat de hac materia constitutiones tenor Pij V. reuocatoriæ. pag. 467. de reuocatione indulgentiarum

confraternitatum, & de earum aggregatione adest Bulla Pauli V. pag 471. Habetur Bulla Sixti V. de elargitione indulgentiarum, & applicationum iis, qui Christianorum Imperatorum numismata deuoto animi affectu apud se tenuerint, aut aliis fidelibus accōmodauerint: vel Ecclesias visitauerint vbi fuerint seruata pag 474. Facinora egregia aliquorum Imperatorum numerantur, & commendātur pag 475. etiam numismatum indulgētiæ pro defunctis applicantur. pag. 459.

Nullitas.

Præter summistas adsunt constitutiones de nullitatibus, quas nullitates iudices vrbis attendere debeant non obstantibus nullitatibus prædictis ad expeditionem causarum attēdatur. pag 480.

Ordo.

Adsunt præter summistas in materia ordinationum vltra canones, anteriores, & per Conc Trid extant quatuor constitutiones Habetur tenor constitutionis Pij II. contra promotos ante legitimam ætatem, aut extra tempora, aut sine dimissorijs. ætates idoneæ ad ordines initiandis quæ sint pag. 481. Quanto tempore remaneat suspensus qui ante ætatem ordines susceperit. Presbyteratus ordinem suscipientes ante tempus excommunicationem, & irregularitatem incurrunt. pag. 482. Probatio ætatis quot modis fieri possit. Quod tēpus præfignatum atque statutū sit, vt dicti sacri ordines recipiantur tempus hoc quomodo amplietur, & limitetur. literæ dimissoriales quæ sint, & quid efficiant. Episcopus ordinarius triplex esse potest. Quæ origo requiratur adhoc vt sit ordinarius. Quando Episcopus possit conferre ordines ratione beneficij. beneficium alicui quot modis possit dici subiectum Quis & quomodo potest dici ordinarius domicilii. pag. 483. An promouendis sufficiant literæ dimissoriæ Vicarii Generalis pro satisfactione huius constitutionis pag. 484. literæ dimissoriæ requiruntur ab Episcopo alieno in promouendo ad sacros ordines. Ratificatio an sit necessaria. An sine dimissorijs alterius Episcopii quis possit promoueri ad ordines per Episcopum cui per triennium inseruiunt pag 483 agitur de pena Episcopi ordinantis cum qui sibi subditus non est nō habita ordinarij licentia. Quinam excusentur à pœnis huius constitutionis. pag 468. in ordinato ante legitimam ætatem quot modis possit præd. iuris ignorantia constringere. & de quibus ordinibus sit intelligendum. an Presbiter ordinatus ante legitimam ætatem mala fide sciēter celebrauerit antequā ingrediatur ętatem contrahat irregularitatem. Episcopus quando in foro conscientię potest in irregularitate cōtracta absoluere pag 487. Episcopus licet aliis possit, tamen sibi ipsi minime potest dispensare. extat tenor secundę constitutionis, quę est Pij V. ad regulares non professos, qui initiari volunt. An clericus secularis ordinatus in sacris absque titulo sit ipso iure suspensus. pag. 489 Quid si habet titulum, sed non sufficientem ad honestam sui sustentationem. Quid si deceperit Episcopum vel in totum vel in partem non confitendo verè statum sui beneficii. An qui post ordinationem ad subdicatum ad titulum patrimonii sibi ordinatis illud renunciauerit, & retrocesserit in fauorem parentum, & facit se postea ordinari ad superiores ordines, incurrat aliquam censuram, seu irregularitatem pag. 490. An sacris initiatus ficto titulo, & à suspensione absolutus absque nouo titulo ad superiores ordines accendere possit. pag. 492. De simonia incurrente in recipiendis ordinibus multa pertractantur. pag. 493. existentia tituli debet constare

Stare in quolibet ordine sacro pag 494. Quis teneatur prouidere de alimentis sacerdoti absque titulo initiato. An possit quis loco beneficij initiari ad titulum seruitij alicuius Ecclesiæ cui ascribitur. Adsunt literæ Sixti V. ad Patriarcham Venetiarum circa titulos seruitij in aliqua ecclesia pag. 445. An Regulares possint super temporum interstitijs subditis suis dispensare. extat Bulla constitutionis Clem. VIII. inferens alias duas nempe tertiam, & quartam Sixti V. contra male promotos, & in Episcopos male conferentes ordines pag 496. Decretum adest Clementis Octaui obseruandum circa regulares iuxta decreta Concil. Trid. Regulares habitis dimissorijs suorum superiorum posse ad quoscunque Episcopos accedere vt ordinentur. Abbates quibus possint ordines minores conferre. Potest Episc. rogatus in dimissorijs superiorum aliquem ab interstitijs dispensare attenta necessitate, vel vtilitate ecclesiæ, seu religionis pag. 501. An Episcopus ordinans tacite aliquem dispensare censeatur. Quæ dicatur Ecclesiæ necessitas, siue vtilitas, vt sit causa sufficiens ad dispensanda interstitia. Quis annus attendendus pro interstitijs. Adest constitutio Clem. VIII. contra non sacerdotes temere sibi sacerdotium assumentes, Missas celebrare & sacramentum pœnitentiæ exercere audent. extat tenor istius constitutionis pag. 502.

Pœnæ pecuniariæ.

Episcopus sub quo nomine possit Clericos pœna plectere pecuniaria & quæ cauere debeat in hac pœna ponenda pecuniaria, ne auaritiæ gratia factum suspicetur pag. 503. Episcopus pauper dictã pœnam pecuniariã an possit vertere in proprium vsum. pag. 504.

Præcedentiã.

Præter sũmistas adest declaratio præsidẽtiæ Greg. XIII inter fratres mendicantes, & confraternitates laicorum in processionibus. pag. 504. Adest contra lites præcedentium decretum obseruandum DD Cardinalium super consultationem Episc. & regul. Circa præcedentiam dicuntur multa, vt est videre hoc loci. pag. 506.

Prædicator.

Adest de prædicatorum officio, examine, & approbatione constitutio Leonis X. pag. 506. Parochus quando possit dare in sua parochia hanc facultatem prædicandi pag. 507. An prædicare sit actus sacri ordinis. Hebrei per decretũ Gregorij XIII. debent ab ordinarijs Episcopis prouideri de Magistro idoneo in Theologia, qui eos bene docere possit & si fieri potest qui caleat linguam hebraicam scripturas vet test. iuxta sensum Catholicũ. p. 508 quibus pœnis subijciantur ipsi Hebræi si neglexerint facere quæ in Bulla ordinantur quid faciendum de ijs Hebræis ad fidem nostram accedentibus. pag. 509.

Priuilegia Regularium.

Priuilegia fuerunt Regularium multoties moderata. adest constitutio Leonis X priuilegia moderantis. Quæ sint & quot sint priuilegia moderata pag. 509. vsque ad 511. verba ista expresso voto quomodo hic intelligenda. sine parocho luci non licet regularibus leuare funera defunctorũ pag. 512. Adsunt moderationes factæ in regulares à Concil. Trid. quæ & quot sint correcta, & moderata regularium priuilegia pag 513. Qui in propria diœcesi vbicumque locorum & quouis tempore sint regulares ad confraternitates audiendas admittendi, qui vero non. Conseruatores a

quibus, & qui eligi debeantur regularium pag. 514. Episcopis in ecclesiis regularium possunt pontificalia exercentes exigere Baldachinum, pag 515. De quarta funeralium adsunt declarationes. Quæ monasteria sint, & quæ non sint exempta à solutione quartæ funeralium Episcopo pag 516. Extant Pij IV. duæ constitutiones derogantes priuilegijs Regularium in ijs, quæ contrariantur Concil Trid. Adest Bulla confirmationis & nouæ concessionis priuilegiorum omnium mendicantium. Pij V. Quot & quæ sint ista confirmata priuilegia. pag 517 vsque ad 527 quænam sit declaratio priuilegiorum Fratrum Ord. Prædicatorum. Edita à Pio V. pag 527. quænam sint & quot priuilegia Fratrum Prædicatorum declarata pag 528. vsque ad 536. Adest Bulla Pij V. declaratoria assignationum portionum Vicarijs in vnione beneficiorum facienda, vt est videre in ipsa pag 536. Reductio habetur omnium constitutionum pro mendicantibus & alijs regularib. contra locorum ordinarios per Gregor. XIII facta pag 539. Reductio literarum Pij V. extat facta per Greg. XIII. pro militibus Sancti Ioannis Hierosol. pag 541. Reuocato habetur priuilegiorum Hospitalis Sancti Lazari Hierosol. de Hospitalibus, & pijs locis leprosorum. Extat Bulla Pij V istius materiæ pag. 543. Exemptiones concessæ, ab omnib. Gabellis &c. vtriusque sexus religiosis personis Ordinum Mendicantium. pag. 547. Bulla adest Pauli V. derogans facultatem audiendi in causa, & causis pertinente, & pertinentibus ad forum Sanctæ Inquisitionis pag 549.

Quarta Episcopalis.

Decisio circa quartam episcopalem pro remouendis litibus apponitur. An opera pia in quibus sunt consummenda bona repetitoria, sint priuilegiata a iure ita vt non debeatur quarta Episcopo Siracusano. An de relictis pro restauratione Ecclesiæ Matricis & aliorum locorum piorum ædificatione debeatur quarta pag. 550. An de relictis pro aliis piis opibus in genere detrahatur quarta. Circa legatum factum de maritandis duabus puellis singulis annis & pro vna puella consanguinea teneatur quarta episcopo. De quarta Episcopo danda qui legendi proponantur Auctores pag. 551.

Regulæ Cancellariæ.

Circa Regulas Cancellariæ primo fecit reseruationes generales, & speciales, quæ videri possunt à pag. 552. vsque ad 570.

Residentia.

Præter summistas contra obligatos residētes & non residentes attenditur dispositio Canonum & Concil Trid. Pius V. fecit constitutionem, quæ hic apponitur super residentia facienda pag. 571. Quibus de causis non teneantur prælati residere pag. 572. Quæ distributiones debeantur residentibus, & residentes in quot modis intelligantur. An ex causa studij absens Canonicus possit fructus percipere. An causa studijs absentibus requiratur licentia Episcopi. Adsunt aliquæ ampliationes, & limitationes circa concessionem hanc pag 574. Adest constitutio quædam Pij IV circa dispensationes de non residendo, & percipiendo beneficiorum fructus ratione studij cū consensu ordinarij. An priuilegium, quo gaudent duo canonici existentes in obsequio Episcopi vt lucrari possint fructus in absentia, extendatur ad alios Clericos inferiores non Canonicos. ampliatur propositio quæ se habet, non debere Canonicos absentes percipere distributiones quotidianas nisi diuinis officiis intererit pag. 575. Quæ sint iustæ causæ excu-

santes à personali residentia. An Episcopo liceat pro cathedrali Ecclesiæ seruitio, itemque suo curatum aliquem à sua diœcesi impedire, ne adsit. An aliquis curatus à sua cura possit abesse pro seruitio Episcopi in Vicarium, siue in secretarium. pag. 576. De alijs, qui tenentur residere quomodo possint, & quomodo non possint abesse ab eorum residentijs adest Bulla constitutionis Pij IV. ante publicationem Conc Trid. de residentia Episcopali. pag. 577. Altera extat constitutio eiusdem Pontificis pro executione decretorum Concil. Trid contra non residentes. pag 579.

Reuerentia Diuinorum Officiorum.

Præter summistas contra illicita facientes in Ecclesijs sunt varia pœnæ statutæ per canones. Adest & constitutio Pij V. contra illicita facientes in ecclesijs pœnas constituens. Quænam sint huiusmodi pœnæ. & contra quæ delicta pag. 581. Pauperes remouendi ab Ecclesijs petentes eleemosinas sunt dum celebrantur Missæ, concionatur, & dicuntur diuina officia ab omnibus Curatis, & Prioribus regularium. statuendo eos ad valuas Ecclesiæ de foris Quæ pœnæ transgressoribus imponendæ. quæ pœna pauperibus non obtemperantibus. editum Cardinalis Sabelli de ædificando in ecclesijs in porticijs ecclesiæ de nō sepeliendis mortuis nisi in cœmeterijs, & in Tumbis. de fenestris Ecclesias introspiciētibus amouendis vel non faciendis pag. 582. Immunitas ecclesiæ qua de re instituta sit. De hac immunitate adest Greg. XIIII. constitutio. pag. 583. De immunitate ecclesiæ quot scripserint. De immunitate Ecclesiæ ampliandum est etiam de vrbe Extat tenor constitutionis Pij V. Circa immunitatem ecclesiæ, & vrbis pag. 586.

Sequæstrum.

Traditur facultas per Pium IV. Iudicibus litę pendente decernendi sequestra super fructibus beneficiorū Sedi Apostolicæ reseruatorum. Extat constitutio ipsius Summi Pontificis super sequestra pag. 587. Adest constitutio eiusdem de personis, apud quam fieri debeat depositio sequestruum pag 588.

Seruitium Cappellaniæ.

Quid censeatur de Cappellania formandæ ex propriis bonis prauia licentia ordinarij. vtrum eligendus in Cappellano debeat actu esse sacerdos. pag. 589.

Simonia.

Vltra summistas adest contra simoniacos Bulla Pij V. adest additio pœnarum facta à Sixto V. contra simoniace promouentes, & promotos etiam in prima tonsura pag. 590. contra prauas cōsuetudines recipiendi à prouisis de beneficijs. adest Concilium Trid item reuocatio adest Pij V. priuilegiorum, & consuetudinum ecclesiarum aliud recipiendi in collatione, prouisione, &c beneficiorum pag 591. Non licet Episcopo pro expeditione literarum collationis beneficij tertiam partem fructuum illius accipere teneri ideo ad restitutionem. vltra conuenientem suorum laborum mercedem nisi vlterius à ministris Cancellariæ accipiendum forecontra dantes & recipientes etiam Episcopi ministros pro collatione ordinum periculum est etiam candellas accipere contra examinatores deputatos pro eligendis ad gubernationes ecclesiarum parochialium aliquid accepturos. Ex parte competitorum quomodo possit cōmitti simonia pag 593. est alia species simoniæ, quę beneficiorum confidentiam vocant. p 594 extat Pij IV. constitutio contra quoscunq; retinētes

seu

seu recipientes in confidentiam ecclesias seu beneficia ecclesiastica. pag. 594 De confidentijs beneficialibus, & de earum casibus præsumptionibus, & probationibus, atque de pœnis in confidentiam retinentium beneficia extat constitutio Pij V. pag. 596. vsque ad 599. Præfatæ cõstitutionis Pii V. quatuor sunt partes principales, & quæ sint Pœnitentiarius quomodo se gerere possit circa absolutiones à simonia reali, vel conuentionali, etiã occulta. pag. 599 Pontifex reseruauit sibi dispensationem in retinendo beneficio, & fructibus per simoniam conuentionalẽ, & occultam perceptis pag. 600. ampliatur & limitatur variis modis quoad pœnas hæc prædicta constitutio pag 601. adest constitutio Pauli IV. contra eos qui pro obtinendis beneficiis se ipsos aliis in examine supponunt, &c. vt ab eis aliquid consequantur. pag. 604.

Sodomia.

Præter summistas adsunt duæ constitutiones Pii V. afferentes pœnas condignas contra Clericos nefandi criminis reo pœnæ contra clericos ne dum masculorum concubitores, sed & præpostera venere cum fœminis abutentes. pag. 605. Quæ pœnæ in quibus limitentur. pag. 606.

Spolia Cleticorum.

Adsunt constitutiones aliquę Summorum Pontificum vltra summistas circa Spolia Clericorum. prima est Pauli III. declaratio, & constitutio super spoliis ad Cameram Apostolicam spectantibus iam tẽpore ab antiquo declaratio Iulii III de fructibus beneficiorum tẽpore obitus beneficiatorum, quibus debeantur. Declaratio eiusdem super fructibus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum in exactis. In quibus hæc constitutio locum non habeat. Extat Breue Sixti V. super fructibus pendentibus & maturis, & à solo minime separatis, ad Cameram Apostolicam spectantibus pag. 608 fructus beneficiorũ à die vacationis in Regno Neap. quoad vsque sint reseruati Sede Apostolica pag 609 Clericorum bona ex illicita negotiatione acquisita sub nomine spoliorum veniunt. Declaratio literarũ super bonis ex illicita negotiatione acquisitis. Extant literę Sixti V. declaratorię negotiorum illicitorum. &c. Declaratio applicationis fructuũ omnium reseruatorum in Regno Neap. pro tempore vacantium pag. 610 Bona quæ prælatus habet num sint bona acquisita ex reditibus ecclesiæ pag. 613. Bona regularium extra claustra degentium ad Cameram Apostolicam spectant. camera est vere, & proprie hæres in omnibus spolijs pag. 614 De spoliis in Romana Vrbe, & eius destrictu intra decem milliaria adest declaratio Pauli V pag. 615. Instructiones à subcollectoribus in executione spoliorum pag 619 de interrogatorijs super examinandos in materia de spolijs. pag. 623 modus interrogandi super negotiationes illicitas post mortem presbyteri pag. 624.

Synodus Diœcesana.

Synodus diœcesana quot annis celebrari debet, & qui interesse teneantur. Quæ Acta in Synodo fieri debeant. Fidei professio publice legi debet in celebratione Synodus. Quæ alia decreta sint publice in Synodo legenda. pag. 625. Consilium debet requiri Capitulis à Patriarca Venetiarum nõ Synodo diœcesana, & in quibus casibus in teneatur Patriarca accipere Consilium Cleri. Priusquam dimittatur Synodus faciendæ sunt acclamationes sanctæ cum gratiarum actionibus. Quid agendum in dimittenda Synodo pag 626. vna & optima lex est legũ obseruantia p. 627.

Tor-

TABVLA.

Torneamenta.

Præter summistas adest Bulla Pij V. super prohibitione Taurorum, et ferarũ, & super annullatione votorum, & iuramentorum super eisdem pro tempore interpositorum pag. 627. Constitutiones torneamentorum duabus adhibitis conditionibus fuerunt à Greg. XIII. reuocatæ pag. 628. adest tenor reuocationis prædictæ. Sequitur moderatio Clem. VIII pag. 629.

Vectigal.

Impedientes vectigalia, auxilium, fauorem, atque consilium præstantes ne soluantur, incurrunt excommunicationẽ cuius absolutio est Papę in Bulla Cœnæ reseruata. est regula generalis, & firmissima quod Clerici, & quælibet personæ ecclesiasticæ gaudeant immunitate gabellarum, collatarum, & huiusmodi, bona quoque ipsorum gaudent immunitate, quæ decisio, & regula ampliatur, & limitatur variis modis. pag. 631. & 632. Quibus Clericis sit interdicta negotiatio emptio, & venditio diuiduntur tantum in duo genera, & quæ sint. Negotia quæ dicantur, & quando licita, quando Clerico teneantur soluere gabellam. An exactor teneatur stare dicto Clerici. pag. 634. Conductio an sit negotiatio illicita. Quando exactores à Clericis incurrunt in Bullam Cœnæ. Hæc Bulla quando habeat locum, & excuset pag. 636.

Vicarius perpetuus.

Adest constitutio ad declarationem portionum assignandarum Vicarijs perpetuis parochialium locis pijs vnitarum. pag. 637. An sit hæc Constitutio reuocata.

Vsura.

Præter summistas extat Pij V. constitutio de vsuris circa cambia. Damnantur cambia, quę sicca nominantur.

FINIS.

COPIA

GLi Eccellentiſſimi Signori Capi dell'Eccelſo Conſeglio di X. infraſcritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua, per relatione à loro fatta dalli due à queſto deputati, cioè dal Reuerendo Padre Inquiſitor, & dal Circ. Secretario del Senato Agoſtin Dolce con giuramento, che nel Libro ſtampato in Venetia appreſſo i Giunti intitolato SVMMA BVLLARII earumue Summorum Pontificum conſtitutionum, quæ ad communem eccleſiæ vſum poſt volumina Iuris Canonici vſque ad Sãctiſſimum D. Paulum Quintum Auctore Stephano Quaranta; alquale da nouo dal detto Auttore ſono ſtati aggionti in varij luoghi molte altre Bolle Pontificie, & altre additioni, eccetto la letera ſcritta à Monſignor di Monteſiaſcone ſopra il gouerno delle Monache: non ſi troua coſa contraria alle leggi, & è meriteuole di ſtampa, concedono licentia, che poſſa eſſer ſtampato in queſta Città.

Dat. die 2. Iannuarij 1617.

D. Vicenzo Dandolo
D. Gieronimo Corner } Capi dell'Eccelſo Conſeglio di X.
D. Benetto Bondumier

Illuſtriſſimi Conſilij X. Secr.
Barth. Cominus

1617. adi 13. Genaro
Regiſtrata nel Libro all'Officio contra la Biaſtema
à carte 58. Tergo

Ioannes Franciſcus Riccius
Officij contra Blaſph.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

QVanquam neminem fore arbitror, qui vel debilitate intellectus præpeditus, vel temeritatis furore præoccupatus affirmando simplicium mentibus insinuare, ipsque vt suæ plausibili, nihilominus erroneæ, & omni studio ab hominum consortio procul relegandæ opinioni calculum addant, multis variisque verborum pigmentis persuadere audeat, quod qui ab initio iura, Politico ad bene tranquilleque viuendum, & ad conseruandam hominum societatem inter ipsos admodum necessaria cõstituerunt, aut etiamnum pro communis publicæ vnionis, & concordiæ bono statuunt, & promulgant, dum alia subinde alijs vel abrogando, vel innouando, vel interpretando substituerint, inconstantia laborasse, & multitudine ac superfluitate legum subditos oneraſſe: attamen si quispiam eiusmodi præconcepto errore imbutus reperiatur, maxime cum a plerisque absurda, atque paradoxa multo facilius arripiantur, ac approbentur, quam felicius negligantur, & extirpentur, huic nunc temporis neque melius responsum dare, neque salubrius consilium ad se corrigendum, & ab illo erroris laqueo liberandum communicare valemus, quam quod Summus Pontifex in cap. Non debet. De consanguinitate, & affinitate, subministrat, dum inquit. Non debet reprehensibile iudicari si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas, aut euidens vtilitas id exposcit, quoniam ipse DEVS ex his, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo. Egregia certe vox, & a quolibet, ne de Sacrarum legum conditoribus, & ceteris Superioribus tam Ecclesiasticis quam Secularibus Potestatibus, quibus a DEO OPTIMO MAXIMO libera facultas ius dicendi, & exercitium iudicandi propter bonorum defensionem, & malorum coercitionem concessa fuit, male sentire, aut perperam loqui audeat, ambabus vlnis amplectenda, memoriæ infigenda, & perpetuo mente recolenda. Ex eo enim satis superque apparet, qua de causa, quibusue rationibus moti fuerint quandoque legumlatores, vt quæ prius cõstituta non sine maturo consilio ab ipsis sint, tam ampliando, quam restringendo in meliorem concordantiam reformauerint. Nam cum humani casus non semper vno eodemque contingere modo soleant, sed instar lunæ modo in excessum, vel defectum declinent, aliter fieri non potuit, vt emergente aliqua facti contingentia, quæ in promulgata lege non comprehenderetur, neque per extensionem congruã ac rationabilem per illam decidi poterat, quin noua lege inuenta, sancitaque remedium nouo casui, maloque exorto adhiberetur, ad quod aggrediendum illos summa quadam necessitate compulsos fuisse nemo sanæ mẽtis inficias ibit. Quo facto cum posteriores leges prioribus derogauerint, illæ his omne robur, vim, ac potestã

rem, quam in omnes, qui parere tenebantur sub comminatione violationis exercebāt, ademerunt, atque hoc pacto in desuetudinem abierunt. Quibus non paruum adminiculi adiungebatur a circumstantiarum variatione, quarum intuitu quælibet res de more Prothei singulis momentis varias & recentes assumit formas, ipsque se abscondit. Cum enim humanorum negotiorum atque actorum capitula ex causis, atque ex personis, nec nō loco, & tēpore dependeāt, & cōsiderāda sint, quotū modi si medullitus non indagentur, in erroris labyrinthū quandoque graviter impingitur, siquidem illis non perpensis ante iudicetur, quam intelligatur, & semper regulæ Sanctorum Patrum pro tempore, loco, persona, & negotii qualitate traditæ fuerint, his de causis summopere necessarium fuit nouarum sanctionum promulgatio, ne ad instar imperiti Medici vno collyrio omnes oculi curarētur, & alicui suum ius hoc pacto interuerteretur, cum lex, quæ alias honesta, iusta, secundum naturam, & tempori, loco que conueniens esse diffinitur, ab huiusmodi effectuum productione & attributione sui cuique penitus se iungeretur, & ceteris per iniuriā sub quouis æqui bonique prætextu res alienas auferendi fenestra aperiretur. Vtilitas vero non minorem potentiam obtinet ad quædam de nouo per legitimas Sanctiones introducenda, & iuxta illarum tenorem diiudicanda, cum duobus, quæ expediunt, concurrentibus, semper id quod magis expedit, eligendum sit, consequens manifestum euadit, quod in eiusmodi comparatione, & electione semper variatio, ac uicissitudo quædam emergat, propter quam secus fieri non potuit, nisi vt huius respectu a prioribus legibus quandoque discessus minime reprehendendus moliretur. Quod quidem non solum in Sæcularium Potestatum puta Summorum Imperatorum ac Principum Constitutionibus locum inuenit, verum etiam Summi Pontifices præ ceteris totis viribus omnibusque vigilijs in id incubuerunt, vt secundum possibilitatem, & iniuncti muneris præcellentem auctoritatem diuerso tempore multiplices, & distinctas Bullas in lucem emitterent, quibus Religioli & Religiosæ in debito officij statu continerentur, & improuisi errores ratione honestatis, & religionis Zelo emendarentur. Quapropter ego Stephanus Quaranta Ecclesiæ Neapolitanæ seruus inutilis visis omnibus fere Constitutionibus Apostolicis hucusque post Iuris Canonici Decreta, Epistolas Decretales, Sextum librum Decretalium, Epistolas Clementinas, cum Extrauagantibus Summorum Pontificum promulgatis, collegi illas, & iuxta ordinem titulorum in Iuris Canonici Voluminibus obseruatum disposui, additis ad quemlibet titulum non contemnendis Adnotationibus, & Commentarijs ex optimis quibusque Auctoribus depromptis, quibus, totā illorum materiam illustrari, & vberius declarati existimabam. Quam meam operam cum quam plurimis minime displicere perspexeram, & insuper accidente instantissima requisitione Reuerendissimorum Dominorum Sacerdotum, vt Bullas quæ subsequentibus annis promulgatæ fuissent, prioribus adderem, & hoc pacto absolutissimum opus perficerem, non potui neque uolui honestissimæ huic petitioni resistere, verum potius libentissimo animo illi locum reliqui. Illas igitur diligēter reuisas, & ubi opus fuerat summa cura emendatas Tibi Lector studiosissime etiā atque etiam commendo, atque defero, firma ac indubitata spe fretus, idem euenturum, quod Iustinianus Imperator de suis Institutionum Iuris Ciuilis Tyronibus sibi pollicetur, Te quoque, si in illis non vulgares progressus feceris, & legendo relegandoque fideliter menti memoriæque infixeris, spes pulcherrima fouebit, posse Ecclesiasticam rempublicā, quæ sæculari tanto præstantior est quanto sol reliquis stellis lucidior apparet, in partibus eius tibi credendis, ad Dei gloriam, & proximi salutem prosperrime gubernari.

AB.

ABBAS.

PRæter Summistas sciendum qualiter in causis priuationum Abbatum seruanda est Constitutio Leonis X. in Consilio Lateranensi, fol. 191. in Bullario incip. supernæ. & infra.

Et quoniam episcopalem dignitatem tueri illęsam, & ne improborum impugnationibus, aut accusantium calumnijs passim pateat, muniri par est. Statuimus vt nullus episcopus, aut Abbas quouis astante, ac requirente (nisi sibi copia & facultas legitimæ defensionis permittatur) etiam si crimina fuerint notoria, diligenterque partibus auditis causa plenarie probata fuerit priuari valeat.

De causis criminalibus episcoporum quid fuerit postea dispositum vide Concil. Trid. sess. 13. c. quoniam vero. cum duob. sequ. & c. causæ criminales. 24. sess. & c. quam turpe in fi. sess. 25. fin.

Abbas nullius diœcesis habens iura episcopalia est ordinarius, & potest facere omnia regulariter, quę episcopus potest in diœcesi sua circa ea quæ sunt iurisdictionis vt sunt etiam Commendatarij, & potest remittere denunciationes matrimoniorum, quæ fieri deberent in ecclesijs suę Abbatię iuxta Decretum Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. matri. Nauar. cons. 5. de sponsa. in antiquis, & cons. 2. de clandest. desponsa. in nouis. De istis Abbatibus seu Commendatarijs dixi infra in verbo concilium prouinciale sub nu. 3. in additione, & sub nu. 16. de Abbate Cauense. & constitutio loquens de diœcesanis intelligitur de episcopis, si vero de ordinarijs comprehendantur etiam tales Abbates seu Commendatarij. Nauar. in d. cons.

De benedictione Abbatissæ, & an sit reiterabilis vide gl. fi. in clem. attendentes. in verbo solitę. & in uerbo benedici de statu mona. & ibi Zaba. & Bonifa. Feli. in c. meminimus de accusatio. Nauar. in cons. 2. de sacramen. non reiteran.

Abbas prouidere debet in monasterio, si comode fieri potest, vt sit lector Sacræ scripturæ ex decreto Concil. Trid. sess. 5. c. 1.

Abbates usum mitræ, & baculi habentes ex priuilegio assistere possunt degradationi loco episcoporũ. Concil. Trid. sess. 13. c. 4. de refor. & adde ad c. degradatio. de pœnis in 6.

Abbas electus antequam sit benedictus an possit vti baculo, Mitra, & annulo, vide Abb. in c. cum inter monasterium nu. 25. de re iudi. vbi Feli. nu. 2. & in c. eam tenu. 7. de rescrip. Zabarel. in d. clemen attendẽtes. 5. statuimus. de statu monacho. & Illustrissimum ac Reuerendissimum Dominum Cardinalem Tuscum practicarum conclusionum iuris in verbo Abbas, nu. 3. quantum vero ad collationem ordinum minorum vide c. cum contingat. de ęta. & quali. & glo. in d. clem. attendentes. in verbo benedici. & declarationem Sacrę congregationis relatam infra in verbo ordo. in priuilegio concesso Abbati Montis virginis ab Vrbano quarto inter alia conceditur. & hoc dicitur.

Nos itaque ob deuotionem Beatæ Mariæ Virginis Gloriosæ, in cuius honore dictũ monasterium est fundatum, uestris supplicationibus inclinati, vsum mitræ, baculi, annuli, sandalium, chirothecarum, tunicæ, dalmaticæ, benedictione solenni ad populum, ordinatione minorum ordinum, indulgentia quadraginta dierum benedicere etiam calices, & omnia alia ornamenta ecclesiastica, & cognoscere de matrimonio inter uasallos, in quibus habetis spiritualia, tibi fili Abbas,

& successoribus tuis in perpetuum, dummodo tibi & eisdem successoribus sit more ac modo debito munus benedictionis impensum & te ac eos constet existere sacerdotes, auctoritate præsentium concedimus ex gratia speciali.

Vt patet ex libro priuilegiorum dicti ordinis Neap. impresso.

ABBATISSA.

PRAETER Summistas in hoc verbo, sciendum est quod Abbatissæ, & aliæ monasteriorum monialium ad vitam præfectæ, cum vacauerint, seu cesserint non vltra triennium per vniuersam Italiam in futurum eligantur iuxta Decreta Sac. Conc. Trid. & regularia suorum ordinum instituta, quo tempore finito præesse desinant, & abstineant per triennium a die finitæ administrationis, quo elapso seruato forma eiusdem Concilij iterum & pluries eligi possint ex constitutione Greg. xiij. Romæ publicata die 4. Ianuarij 1583. incip. exposcit debitum. & infra hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in omnibus & singulis monasterijs monialium Sancti Benedicti Cistercien. Cartusien. & aliorum quorumcumque ordinum in vniuersa Italia & præsertim in vtriusque Siciliæ Regnis Consistentib. quæ nunc per Abbatissas, vel alias præfectas perpetuas reguntur & gubernantur, cum primum Abbatissæ aut aliæ præfectæ huiusmodi regimini & administrationi ipsorum monasteriorum cesserint, etiam apud Sedē Apostolicā, vel decesserint, earum Abbatissatus, seu præfecturas vacare cōtigerit, Abbatissæ, aut aliæ præfectæ non amplius perpetuæ seu ad vitam (quarum nomen ac titulum ex nunc prout ex tunc Apostolica auctoritate ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium perpetuo extinguimus, & abolemus) sed triennalis tantum a conuentu vniuscuiusque monasterij, & alias iuxta decreta Sancti Concilij Tridentini, & regularia suorum ordinum instituta eligantur, & præficiantur, quæ post modum elapso triennio suis officijs perfuncte præesse desinant omnique prorsus careant auctoritate, ac a regimine, & administratione monasterij per triennium a die finitæ administrationis inchoandum abstineant, quo elapso seruata eadem forma concilij Tridentini, iterum & pluries eligi possint. Distinctius inhibentes omnibus & singulis dictorum monasteriorum conuentibus, superioribus, & personis aliquam Abbatissam aut aliam præfectam perpetuam, seu ad vitam, sed triennalem tantum eligere & præficere vllo modo audeant, vel præsumant; quod si secus a quoquam quauis auctoritate fuerit attentatum, electionem & præfectionem huiusmodi, ac omnia, & singula, quæ inde sequenter irritat, nulla & inania, nulliusque roboris & momenti fore: sicq; per quoscunq; iudices & c. in Bullario. fol. 1321. Electio autem quomodo facienda sit, habetur in c. indemnitatibus. de elect. in 6. & in d. Conc. Trid. sess. 25. de regul. c. 6. & 7. Hæc autem Constitutio declaratur per Nauar. cons. 82. de regula. lib. 3. in antiquis & cons. 7. de statu mona. in nouis. non includere eas, quæ vere non sunt professæ regulam a Sancta Sede Apostolica approbatam.

Abbatissa tenetur ante mensem certiorem facere episcopum de tempore professionis nouitiæ, alioquin quādiu episcopo videbitur, ab officio sit suspensa ex Decreto dicti Conc. Trid. sess. 25. ca. 17. de potestate præfectæ monialium Sot. in 4. sent. dist. 20. q. 1. ar. 4.

Abbatissa temporalis non est iure benedicenda, nisi sacrosancta Sedes Apostolica aliud statuat aut præsse vel seruet contrarium. Nauar. cons. 4. de regul. lib. 3. fol. 574. in antiquis, & cons. 2. de statu mona. in nouis.

ABOR-

ABORTVS.

1 *Constitutionis Sixti V. Relatio.*
2 *Eiusdem per Greg. XIIII. Moderatio, & num. 4.*
3 *Pœnæ contra personas ecclesiasticas procurantes abortum, quæ nam sint.*
4 *Cui reseruatur absolutio in foro conscientiæ.*
5 *Fœtus animatus quando dicatur, & præsumatur.*
6 *Casus in quibus persona ecclesiastica tradi potest Curiæ sæculari.*

ABORTVS. Præter Summistas in hoc verbo sciendum est, quod abortum procurantes, consultantes, & consentientes quocunque modo, incurrunt in pœnas contentas in Constitutione Sixti V. Romæ publicata die 16. Nouembris 1588. Neap. alias impressa incipiente Effrenatam, & infra. *Cõgruit tit. de homic.*

Omnes, & quoscunq; tam viros, quam mulieres cuiuscunq; status, gradus, ordinis, & conditionis, etiam clericos seculares, vel cuiusuis ordinis regulares, quauis dignitate & præminentia ecclesiastica, vel mundana fulgentes, qui de cetero per se, aut interpositas personas, abortus, seu fœtus immaturi, tam animati, quam etiam inanimati, formati, vel informis eiectionem procurauerint percussionibus, venenis, medicamentis potionibus, onerib. laboribusq; mulieri prægnanti impositis, ac aliis etiam incognitis, vel maxime exquisitis rationibus, inde, vt re ipsa abortus sequutus fuerit, ac etiam prægnantes ipsas mulieres, quę scienter præmissa fecerint, pœnas tam diuino, quam humano iure, ac tam per canonicas sanctiones, & Apostolicas Constitutiones, quam ciuilia iura aduersus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & re ipsa patrauerint, propositas, & inflictas (quorum omnium tenores his nostris literis pro expressis, & ad verbum insertis habemus) eo ipso incurrere hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus, ipsasq; pœnas, leges, & constitutiones ad casus præfatos extendimus. Eos vero qui clerici fuerint omni priuilegio clericali, officijs, dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis, quæ sic vacatura, nostræ, & sedis Apostolicæ dispositioni perpetuo reseruamus, ipso facto priuamus, & in futurum inhabiles ad ea suscipienda decernimus; adeo vt illi, qui hoc delictũ cõmiserint non secus atq; ij, qui sua voluntate homicidium perpetrauerint, iuxta Concilij Tridentini decreta, etiam si crimen id nec ordine iudiciario probatum nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, ad sacros ordines promoueri, aut in susceptis ordinibus ministrare nullo modo possint nec illis aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferri liceat: sed omni ordine, ac beneficio, & officio perpetuo careant. nec non, & illos qui clerici non fuerint, & talia perpetrauerint, non solum pœnas incurrere supra narratas, sed etiam inhabiles ad ordines, & alia prædicta decernimus, & declaramus. Volẽtes, quod hi qui foro ecclesiastico subiecti, vt præfertur, deliquisse comperti fuerint per iudicem ecclesiasticum depositi, & degradati, curiæ, & potestati sæculari tradantur, quæ de eis illud capiat supplicium, quod contra laicos vere homicidas per diuinas leges, ac ciuilia iura est dispositum. Præterea eisdem pœnis teneri omnino statuimus eos, qui sterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinauerint, & quo minus fœtum concipiant, impedimentum præstiterint, ac ea facienda, & exequenda curauerint siue quocunq; modo in his consulerint, ac mulieres ipsas, quæ eadem pocula sponte, ac scienter sumpserint. Quocirca mandamus vniuersis, & singulis iudicibus ordinariis, & Delegatis, tã ecclesiasticis, quã sæcularibus, quibus contra criminum reos, etiam quo ad causas huiusmodi

de iure, vel ratione delicti, aut personarum legitime competet iurisdictio, ita tamen vt inter eos præuentionis locus sit, vt in his delictis, quæ vt plurimū in occulto perpetrantur, contra quoscunque, non solum per accusationem, & delationem, verum etiam per inquisitionem, ac simplicem denunciationem procedant: ac ad illa probanda testes alias de iure inhabiles, eorundem tamen iudicum arbitrio habita ratione personarum, causarum & qualitatum illarum ac circumstantiarum quarumcumq; admittant, ac in eos, qui culpabiles fuerint prout per nos sancitum est demum animaduertant. Insuper vt immanissimi huius delicti grauitati non solum temporalibus, verum etiam spiritualibus pœnis prospiciamus, ac prouideamus, omnes, & singulos cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel cōditionis existentes, tā laicos, quā clericos seculares, & cuiuscunque ordinis regulares, nec non mulieres seculares, vel quemcumque ordinem professas, qui vel quæ, vel vti principales, vel vt sociæ, consciæ ad tale facinus committendum opem, consilium, fauorem potionem, uel alia cuiuscunque generis medicamenta scienter dederint, ac etiam scribendo literas priuatas uel apochas, vel alias verbis, aut signis iuuerint, aut consuluerint (vltra supra dictas pœnas) ipso facto, nunc prout ex tūc excommunicamus, & pro excōmunicatis declaramus. Decernentes, ac declarantes, quod per quæcunque Iubilea, & Indulgentias per nos, & successores nostros etiam anno Iubilei, aut alio quouis tempore, etiam cruciatæ Sanctæ, Iubilei, vel quouis alio titulo concessas, & concedendas, nec non per quascunque literas Apostolicas quibusuis Principibus seu ad eorum instantiam per nos, & successores nostros pariter concessas, & concedendas, ac etiā vigore priuilegiorum Mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatorum quibusuis congregationibus Regulariū, aut episcopis vigore Concilii Tridentini, vel alias per nos, & prædecessores nostros quomodocunq; concessorum, vel in futurum concedendorum: nec personæ sic, vt præfertur, delinquentes, & excommunicatæ præterquam in mortis articulo absolui ualeant: nec cum iis clericis, qui huiusmodi delicta perpetrauerint, etiam si eorum crimen occultum fuerit, super irregularitate præmissorum occasione contracta, nec per locorum ordinarios, nec per alios quauis auctoritate fungentes, quam per nos, & Romanos Pontifices nostros successores, & tunc non nisi urgentissimis de causis dispensari possit. Ac tam absoluendi, quam dispensandi facultatem huiusmodi, etiam quo ad forum conscientiæ in casibus superius expressis nobis, & successoribus nostris duntaxat reseruamus. † Hæc tamen Constitutio fuit moderata per Gregor. xiiij. prid. Kal. Iunij 1591. & Neap. alias impressa incip. Sedes Apostolica pia mater, & infra. Habita super hoc cum uenerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super negotiis, & consultationibus episcoporum deputatis matura deliberatione, de eorum consilio, constitutionem prædictam sic duximus moderandam, ut a peccato, & excommunicatione contra personas ibi expressas lata, tam quo ad eos, qui hactenus deliquerunt, quam quo ad illos, qui post nostram constitutionem in eisdem casibus deliquerint, quilibet presbyter tam secularis, quam cuiusuis ordinis regularis ad Christi fidelium confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per loci ordinarium deputatus plenam, & liberam, in foro conscientiæ tantum absoluendi habeat facultatem eandem prorsus, quam idem Sixtus prædecessor sibi, ac suis successoribus reseruauit. Quo uero ad pœnas procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, uel sumentium uenena sterilitatis, aut quocunque modo auxilium, uel consilium eis dantium in prædicta Constitutione contentas, Cōstitutionem præfatam in ea parte, ubi de his agit, ad terminos iuris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini dispositionem auctoritate Apostolica tenore præsentium, tam quo ad præterita,

quam

quam quo ad futura perpetuo reducimus, perinde ac si eadem constitutio in huiusmodi parte nunquam emanasset non obstantibus eadem Prædecessoris nostri constitutione, quam quo ad reliqua omnia præter contenta in hac nostra Constitutione in suo robore omnino permanere uolumus, ceteriſq; contrariis quibuscunque, &c.

3 Nota per hanc moderationem remanere ſupradictas † pœnas impoſitas a Sixto V. poſt animatum fœtum, priuationis, inhabilitatis, degradationis, traditionis Curiæ ſeculari, & præuentionis vt ſupra: ſed ſolum fit moderatio in par
4 tem quo ad † abſolutionem a peccato, & excommunicationem reſeruatam ordinario in foro conſcientiæ tantum, quando vero non eſt fœtus animatus, in totum tollitur Conſtitutio Sixti V. & reducitur ad diſpoſitionem iuris communis vt in c. ſicut el 2 cap. ſi aliquis, de homicid. vbi glo. Abb. Felin. & Docto. tex. in cap. quod vero, cum ſequ. 32. q. 2. Couar. in clem. 1. furioſus in 2. par. §. 3. de homicid. & non facit Irregularem: Dicitur † autem fœtus *a* animatus in maſculo
5 a poſt quadraginta dies, in fœmina poſt octuaginta, & ſi dubitatur, an maſculus ſit vel femina, preſumendum eſt eſſe animatum poſt quadraginta dies Nauar. b in Man. confeſſ. cap. 15. num. 14. quia in dubio *b* tutior pars eſt eligenda, & eſt communis opinio, quam ſequitur Sacra Pœnitentiaria vt teſtatur Nauar. in conſ. 22. de homic. in antiq. & in conſ. 26. in nou. non tamen eſt Irregularis conſulens abortum ei, quæ dubitat eſſe prægnantem, ſi non apparet de abortu, vt per eundem in conſ. ſeq. d. tit.

Pœnam a iure diuino impoſitam habes Exodi c. 21. & c. Moyſes 32. q. 2. Pœnam vero a iure ciuili impoſitam habes in l. ſi aliquid §. abortionis, & in l. Cicero ff. de pœn. in l. ſi mulierem. & in l. 3. §. ex Senatuſconſulto ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Afflict. in conſtit. reg. terminum vitæ nu. 29. & in conſt. mala. §. amatoria pocula num. 5. Grillan. de ſortileg. q. 13. Boſſ. in tit. de homic. Foller. in pract. crim. par. 4. in princ. in verbo pœnis debitis feriantur. ſub nu. 63. Iul. Clar. in §. fin. pract. crim. q. 68.

6 Nota ex prædictis † caſum, in quo eccleſiaſtica perſona pōt tradi *c* Curię ſecula
c ri ob abortum animatum; Id etiam conſiderauit Chapeauilla in tract. de caſ. reſeruat. par. 2. cap. 9. q. 1. fol. 259. Alium caſum habes in perſona eccleſiaſtica exercente Sodomiam per Bullam Pij V. incip. Horrendum, relatam per Nauar. in c. 27. nu 249 in Man. confeſſ. & per Moder. in addit. ad Diaz. c. 86 fol. 341. & infra in verbo Sodomia. Alius etiam caſus traditionis Curiæ ſeculari eſt contra eos, qui cum ad ſacrum Presbyteratus ordinem minime promoti ſint, ſacerdotis tamen auctoritatem temere ſibi aſſumentes miſſarum celebrationem vſurpare, & ſacramentum pœnitentiæ Chriſti fidelibus miniſtrare præſumunt, vt patet ex nouiſſima Conſtitutione Sanctiſſimi D. N. Clementis viij. relata infra in verbo
d Ordo, quam adde tit. de cler. non ordi. miniſtra. *d* Reliquos vero caſus refert Iul. Clar. in pract. crim. q. 36. & tunc an teneatur iudex ſecularis exequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici habetur per eundem Iul. Clar. q. 96. num. 7 poſt Iſer. & Affl. in prima Conſt. Regni, Luc. de Pen. late in l. 1. C. de priuileg. ſcholar. li. 12. & in l. nemo C. de digni. eo. lib. Diaz. in pract. crim. Canon. c. 144. in verbo curiæ ſeculari, & ibi Addentes.

a *ADDITIO Ex quo infertur, quod poſtquam fœtus eſt viuificatus per animæ infuſionem quæ cenſetur infuſa ſiue in mare, ſiue in femina ſi lineamenta omnium membrorum habebit ut per Burgaſ. in tract de irregular. par. 6. tit. de ueneficis ſub nu.*

14 licet adhuc vere non sit in rerum natura. & multa possent impedire ne nascatur l. 1. § sed & si quis ventrem ff de ventr. in poss. mitt. tamen illum occidens vere homicidium committere dicitur c quod vero, & c. Moyses 32. q 2. c consuluisti. in fine, & ibi glos. 2. q 5.

Praedictæ autem pœnæ an vendicent sibi locum etiam in eo qui procurauerit abortum fœtus animati ad præseruandam ipsam prægnantem quam Medici dicunt non aliter posse euadere mortem nisi existens in vtero occidatur uide Sylu. in v Medicus §. 4. Burgas notab in d. tract. par 6 ti. de Physicis & Chirurgis fol. 269. Amplia vt quo ad euitandam irregularitatis pœnam nihil suffragetur alleganti se non habuisse intentionem, & propositum occidendi fœtum quoties operatur actum illicitum, & de sui natura aliquo modo ordinatum ad abortum causandum c. sicut el 2 de homic. Na. cons. 24. de homic. in antiq Couar. in relect. clem si furiosus de homi. §. 4. p. 2. licet non incurrant irregularitatem indispensabilem ex dictis per eundem Nau. in man confes. c. 27 sub nu 240

Limita, & primo in eo qui non fuit in dolo & sic in ignorante mulierem esse pragnantẽ, vt clare habetur per August. Ariminen. in apostil ad Aug. in tract. malef. in ver & ex interuallo per Campanum in c. regni ad peruersorum sub nu. 50. & colligitur ex dictis per Afflict. in rub const. Terminum uitæ nu. 2. Couar. in prælleg. §. 4. sub nu 10. dicens contrarium sibi non uideri iuri consonum, & eo maxime si ignorantia esset inconuincibilis, & hoc quoad pœnas non autem quo ad irregularitatem quam euitare non potest.

Secundo limita in eo quia contrario sensu dederit poculum mulieri ad eam ingrauidandam, & illa eo sumpto mortua fuerit, nam tunc debet tantum puniri pœna relegationis l. 3. § sed ex Senatusconsulto ff. ad l. Corn. de sicar Afflict. in Const. Mala noxia. §. amatoria pecula. nu. 6. & ratio esse potest vt excusetur a dictis pœnis quia finalis intentio tradentis huiusmodi poculum ad concipiendũ tendit in bonum s. ad suscipiendam prolem quod est fauorabile, licet istud factum non debeat ex toto transire impunitum propter malum exemplum consistens in eo, videlicet in quærendo uiolentare naturam, volendo imponere fecunditatem in utero, in quo Deus, & natura imposuerunt sterilitatem. quæ ratio colligitur ex dictis notabiliter per Paul. Grill. in tract. de sortileg. q. 12 nu. 19 non tamen euadet Irregul.

b Adde glo. celebrem in c. vnico, de scrutin. in ord. fac. in fin. & Felin. in c auditis de præscript. sub nu. 32 limita tamen in foro contentioso quo ad pœnam, quia in dubio iudicis partes debent esse in absoluendo iuxta tex. in c. cum sint iura partium obscura. de reg. iur. in 6. cum interpretatio debeat fieri in mitiorem partem l. si de interpretatione. ff de pœnis, & hanc esse communem doctorum resolutionem id c. ad audientiã, vbi præcipue Abb. nu. 3. de homici testatur Nauar. in supra alleg. cons. nu. 22. in antiq. licet Couar. in clem si furiosus, nu. 3. de homic. par. 1. in princ. videatur tenere contrarium.

c Ista traditio operatur vt ecclesia non teneatur eum amplius defendere. glos. in c. si quis sacerdotũ 11. q. 1. & qualiter fieri dẽat. habetur in c. nouimus de verb. sig. & in casib. in quib. clericus traditur curiæ sæculari puniendus, communis opinio est, quod nõ tenetur iudex sæcularis stare processui facto coram iudice ecclesiastico sed potest de nouo formare processum, & ratio est quia per huiusmodi degradationem, & traditionem reputatur tanquam laicus de quo tanquam sibi subdito iudex sæcularis cognoscere potest Iul. Clar in §. fin. pract. crim q. 90. num 7. quod intelligatur non procedere in crimine mere ecclesiastico, de quo iudex sæcularis non potuisset cognoscere etiam si reus fuisset laicus vt in crimine hæresis. c. vt inquisitioni §. prohibemus, de hæret.

hæret. in 6. quo casu ut refert Boß in tit. de hæret. nu. 35. seruatur, vt sola sententia transmittatur, imo solus effectus sententiæ.

Et audiens serio confessionem sacram, & absoluendo simulando se presbyterum, est irregularis. Nauar. in man. confess. c. 27. sub nu. 242. fol. 526.

AGNVS DEI.

AGNVS DEI benedicti ne minio inficiantur, nec venales proponantur Gregorij XIII. Constitutione cauetur, Romæ publicata die 11. Iunij 1572. cuius tenor talis est, Omni certe studio, & opera a nobis procurandum est, vt ea tollantur, quæ non conueniunt, ac nostrum, & aliorum bonorum, piorumque Christi fidelium animos offendunt. Itaque proinde considerantes certas formas innocentissimi Agni imagine figuratas, & per Romanos Pontifices statis temporibus consecrari solitas, sicut Agni puri, & mundi a Summo Pontifice benedicuntur, ita ab omnibus postmodum immaculatas, non autem auro, & coloribus vllis depictas, sed in sua albedinis mundicie sanctificatas congruenti cum reuerentia teneri, & conseruari debere: Statuimus, & ordinamus, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda prohibemus, & interdicimus, ne quisquam siue vir, siue mulier, sęculares, aut ecclesiastici, etiam regularis ordinis ille sit, & quocunque gradu, conditione, statu, nomine, dignitate, & honore præcellat, post hac in perpetuum Agnus Dei per Romanum Pontificem pro tempore existentem benedictos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud super inducere, neque depingi, aut miniari facere nec illos venales proponere, seu tenere quouis prætextu qualibetue de causa audeat: verum eos albos, & mundos Agnum illum purum, & innocentem representantes, qui occisus pretiosissimo sanguine suo nos redemit, decenter ac reuerenter a cunctis haberi, deferri, & custodiri præcipimus, & ita ab omnibus fieri, & censeri debere decernimus. Mandantes omnibus, & singulis locorum ordinarijs per vniuersum Christianum orbẽ constitutis, eorumq; vicarijs in spiritualibus generalib. vt præsentem nostram cõstitutionem & prohibitionem in suis quisque ciuitatibus, & diœcesibus statim publicare procurent, ita vt ad omnium notitiam quam primum peruenire possit. Quicunque vero inobedientes fuerint, præter excommunicationis pœnam, quam vt præfertur incurrent, etiam alijs pœnis ipsorum ordinariorum, seu vicariorum plecti, & mulctari volumus, & iubemus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque, volumus etiam quod præsentium literarum exemplis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati ecclesiastici obsignatis plena, eademque prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensę. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, octauo Kal. Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

De significatu, & eorum benedictione habetur in libro Cęremoniali vbi in fine sunt infrascripti versus.

Legimus Vrbanum V. Pont. Max. misisse ad Imperatorem Gregorium tres Agnus Dei cum versibus infrascriptis.

Balsamus.

Balsamus, & munda cera cum chrismatis vnda,
Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum
Fonte velut natum, per mystica sanctificatum
Fulgura de surſum depellit, & omne malignum
Peccatum frangit vt Christi sanguis, & angit
Prægnans seruatur simul & partus liberatur
Munera defert dignis, virtutem destruit ignis
Portatus munde de fluctibus erripit vndæ
Morte repentina seruat: Satanæq; ruina
Si quis honoret eum, retinet super hostes tropheum
Parsq; minor tantum tota valet integra quantum
Agnus Dei miserere mei
Qui crimina tollis miserere nobis.

ALIENATIO RERVM ECCLESIÆ.

1 *Quænam iura obseruanda sint in alienatione rerum Ecclesiæ.*
2 *Regula traditur pro validitate alienationis rei ecclesiæ; Ampliatur a num 15. & limitatur a num. 28.*
3 *Causæ alienationis, & casus a iure permissi sunt idem, & requirunt solennitates; & quænam illæ sint.*
4 *Consensus patroni an requiratur.*
5 *Dispositio huius Paulinæ quæ sit, eius intelligentia, & praxis.*
6 *Prælati iurant non alienare, & quid operatur.*
7 *Assensus Apostolicus, quod importet.*
8 *Assensus debet præcedere contractum & quando subsequi num. 11.*
9 *Traditio possessionis ante assensum quid operetur.*
10 *Cautela pro contrahentibus ne incurrant in pœnas huius Paulinæ.*
11 *Assensus quando subsequitur.*
12 *Euidens vtilitas quando attenditur, quæ dicatur, & quid si post assensum reperiatur læsio.*
13 *Pœnæ commissariorum male iudicantium, procurantium, ac tale a decreta extorquentium.*
14 *Gerardina constituito quæ sit, & praxis procedendi in huiusmodi causis.*

ALIENATIO rerum Ecclesiæ. Præter Summistas in hoc verbo sciendum est, Paulum IIII aliqua constituisse circa alienationem rerum Ecclesiasticarum, quæ Pius IIII. reduxit ad viam iuris communis, vt in eius Constitutione publicata Romæ die 24. Septembris 1560. Incip. Prouida. fol. 68 t. in Bullario, adeo quod hodie attenditur dispositio Sacrorum Canonum, præsertim Pauli II. fol. 91. quæ est inter Extrauag. com. sub tit. de reb. Eccles. non alienan. tenoris sequentis:

Ambitiosæ cupiditati illorum præcipue, qui diuinis, & humanis affectati damnatione postposita, immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus ecclesiæ, Monasteria, & pia loca regantur illustranturque, & eorum ministri sibi alimoniam vendicant profanis vsibus applicare, aut cum maximo illorum, ac diuini cultus detrimento exquisitis modis vsurpare præsumunt, occurrere cupientes.

Omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem omneq; pactum, per

quod

quod ipsorum dominium transfertur, concessionem hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum, emphyteuticum, præterquã in casibus a iure permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc in ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura Constitutione præsenti fieri prohibemus.

Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis super hoc editis, quæ tenore præsentium innouamus in suo nihilominus robore permansuris. Si quis autem contra huius nostræ prohibitionis seriem de bonis, & rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio hypotheca, concessio, locatio conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sint roboris, vel momenti, & tam qui alienant, quam is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat

Alienãti vero bona ecclesiarum monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorẽ si Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus, & si per sex menses immediate sequentes sub interdicto huiusmodi animo (quod absit) perseuerauerit indurato, lapsis mensib. eisdem a regimine, & administratione suæ ecclesiæ, vel monasterii cui præsidet, in spiritualib. & tẽporalib. sit eo ipso suspensus. Inferiores vero prælati commẽdatarii & aliarũ ecclesiarum Rectores beneficia vel administrationẽ quomodolibet obtinentes, prioratib. præposituris, præpositatibus, dignitatib. personatib. administrationibus, officijs, Canonicatibus, præbendis aliisque ecclesiasticis cum cura, & sine cura sæcularibus & regularibus beneficijs, quorum res & bona alienarunt dumtaxat ipso facto priuati existant, illaque absq; declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint) libere de iure conferri, nisi alias dispositioni Apostolicæ Sedis sint specialiter aut generaliter reseruatæ, nihilominus alienatæ res & bona huiusmodi ad ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationẽ huiusmodi pertinebãt, libere reuertantur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Dominicæ Incarnationis 1468. Kal. Martij Pontificatus nostri anno quarto.

Ad euidentiam præmitto quod de Alienatione rerum ecclesiasticarum, piorumue locorum habetur in iure ciuili in l. iubemus la 2. & in Auth. hoc ius porrectum, cum multis Auth. seq. C. de sacrosanct. eccl. & in lib. Authe. in tit. de aliena. & emphyt. & in alio tit. clariori de non alien. nec permuta. reb. eccles. In iure vero Canonico habetur in lib. Decreti 12. q. 2. per totam, præsertim in c. sine exceptione. ac in lib. Decretalium in tit. de reb. eccles. alien. vel non, præcipue in c. nulli; Habetur in lib. Sexti, in Clem. ac in hac extrauag. communi eo. tit. & in Conc. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 11. incip. Magnam.

1 Standum est hodie † Dispositioni iuris Canonici gl in c. 1. in verbo tractatus de reb. eccle. non alien. in 6. Abb. in c. in præsentia, sub nu. 28. de probat. & in c. inter alia nu. 16. de immu. eccl. & in d. c. nulli nu. 6. de reb. eccles. alien. vel non & in cons. 41. sub nume. 3. par. 1. Quo dilucidius intelligi possit hæc materia, quæ longa & obscura est, visis omnibus pene scriptoribus, consideratisque eorum dictis, ac perpensis facio Regulam, quod

2 Ad validitatem alienationis Rei ecclesiasticæ † Duo copulatiue requiruntur, causa iusta in casu licito, & forma. 1. solennitas legitima. c. 1. de reb. eccles. nõ

alien.

alien.in 6.d.clem.1.eo.tit.d.c.sine exceptione,glo.in summa.12.q.2.Abb.in c.2. nūm.8.de his quæ vi met.cau.in c.1.num.17.de restit.in integr. & in c.nulli,nu. 7.de reb.eccles.alien.& in c.ad nostram,eo.tit.in c.tua,num.8.de his,quæ fiunt a prælat.sine cōsensu c.Socin.in suis fallent.reg.100.in verbo,eccles.Dec.in Auth. qui rem num.21.C.de sacros.eccles.& in cons.142.nu.4.Couar. lib.2.var.resol. c.17.nu.2.qui dicunt communem esse opinionem,Redoa.in tract. de reb.eccles. alien.q.51.c.7.nu.21.& q.36.nu.17.& q.46.Mascar.de proba.conclusio.75.Mo lina de contract.disput.468.Et hac forma omissa regulariter nō valet alienatio. Afflict.in decis.107.& dec.85.Vinc.de Franch.decis.35.late per Franc.Sarment. Rotæ Romanę Auditorem in tract.de reddit.eccles.par.1.c.2.vbi doctissime prę ter alios.

3 Causæ iustæ sunt quatuor † necessitatis, vtilitatis, incommoditatis, & pieta- tis.glos.in summa 12.q.2.Abb.in d.cap.nulli,de reb.eccles.alien.Silu. ver. Alie- natio,num.2.explicat Rebuff.in compen.aliena.rer.eccles.num.9.latissime Re- doa.in d.tracta.quæst.19.20.21.& 22.& q.51.cap.22. aliqua per Couar. d. lib. 2.var.resol cap.16.num.8.& 9.& cap 17.Mol.in d.tract.dispu.465. Nauar. in comment. de alien. rer. eccles. Necessitas & vtilitas æquiparantur in iure, cap. 1.de reb.eccles.non alien.in 6 & clem.1.eod. tit.Abb. in cap. vt super.de reb. ec- cles.alien.& in cap.fin.de eccles.ædifi. Et istæ causæ dicuntur casus a iure permis si, vbi reducuntur omnes,qui in iure reperiuntur expressi d.glo.in Sum.12.q.2. & in cap. 2. in verbo casibus,de reb. eccles.non alien.in 6. & regulariter requi- runt solennitates in alienatione,exceptis aliquibus,quos ponam infra in limita tionibus.

Alienatio rerū ecclesię Diff. inter alienat. ex causa necessitatis et ex causa vtilitatis.

Adde quod inter alienationē ex causa necessitatis,& illam quæ fit ex causa vti- litatis communiter distinguunt DD. & sic vt in primo casu seruatis seruandis sufficiat illam vtiliter esse cœptam, ita quod Ecclesia non sit in damno, illiq. ste- tur qualemcumque exitum habeat: in secundo vero non sufficit illam vtiliter es se cœptam nisi effectus sequatur,& contrarium non euenerit, scilicet quod Ec- clesia effectu sit locupletior, quam differentiam præter alios tangit Federic. de Sen.in cons.249.sub n.2.Rebuf. in compend. alienat. num.72. approbat Rota Rom.in decis.65.diuers.num 4.& 23.vol.2.sequitur Ioan.Anton.Lanar.in cons. 50.nu.6.& 7.& Fabius de Anna in cons.38.nu.36.vol.1.

Solennitas legitima continet quatuor de iure antiquo, vt authoritas præla- ti,tractatus,consensus Capituli,& subscriptio singulorum saltem per Notariū, de quibus per Abb.in c.1.& c.tua de his,quæ fiunt a prælat. Silu. & Summistæ in verbo Alienatio Rebuff.in d.compen.a num.9.vsque 14.& a num.74. vsque
4 99.& num.118.latissime per Redoa.a q.24.vsque ad q. 48. † Consensus patro- ni si ecclesia sit patronata,non est de necessitate. Abb.in c.vnico.vt benef. eccl.si- ne dim.confer. Dec.cons.174 Redoa. in d.tra. q.31.licet contrarium teneat Re- buf.num.90.

Hodie vero regulariter prohibetur omnis modus alienandi etiam in casu li- cito, & seruatis solennitatibus prædictis inconsulto Romano Pontefice per hāc
5 extrauag. † quæ diuiditur in duas partes,in prima ponit causam motiuam, in se- cunda ibi omnium rerum, prohibitionem facit, & tres tantum casus concedit alienandi inconsulto Romano Pontif. Primus est locationis, & conductionis infra triennium; Secundus est emphyteusis habentis tres conditiones, scilicet in casibus a iure permissis, & de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim,& cum euidenti ecclesiæ vtilitate. Tertius est alienationis fructuum, qui seruando

seruari

seruari non possunt, secundum tutiorem sensum Caieta. in verbo excomunicatio c. 75. Pro cuius prohibitionis obseruantia ibi Prædecessorum innouat, & confirmat antiquos Canones, præsertim cap. sine exceptione. 12. q. 2. c. 1. & c. nulli, de reb. eccle. alien. c. 1. & 2. eo. tit. in 6. clem. 1. eo. tit. quibus duo hæc extrauag. addit. primum vt non possit fieri locatio vltra trienniũ, declarando verba ad modi cum tẽpus in d. cle. 1. in fin. nam antea poterat ad decennium vt ibi per glo. & Doct. Secundum vt quælibet alienationis species nõ fiat inconsulto Rom. Pont. & sic additur alia solennitas, quæ non requiritur in prædictis tribus casibus hic exceptis. Item pro maiori obseruatione huius prohibitionis annullat contractus, & imponit pœnas, ibi si quis autem, h. d. in summa. Quælibet species alienationis ecclesiasticæ etiam locationis vltra triennium regulariter non potest fieri in consulto Rom. Pont. excipit, innouat, ac confirmat iura antiqua, annullat contractus, & imponit pœnas. Vltra Caieta. faciunt relata per Redoa. q. 35. qui in q. 36. & 42. aliter intelligit, hanc Paulinam, vt quando sunt seruatæ causæ & solennitates, non requiratur assensus Apostolicus de necessitate, nam per eam permittitur alienatio in casibus a iure permissis, videlicet iusta de causa, & seruata forma iuris Canonici, notat etiam Nauar. in d. comm. de alien. rer. eccle. sub nu. 2. ac in manua. confess. c. 27. nu. 156. & videtur tenere Rebuff. in d. compen. Sed prima intelligentia est de obseruantia, stylo & praxi Rom. Curiæ, congruit literæ, & sensui, ac tutior, *a* miror de Redoa. & Nauar. qui de isto Caieta. sensu mentionem non faciunt. Animaduertendum tamen est, quod etiam si hæc Con-
6 stitutio non fuisset edita †, Prælati & Abbates non possent regulariter alienare in casu etiam licito, & seruatis solennitatibus inconsulto Rom. Pont. ob iuramentum, quod ita præstant. Abb. in c. vt super, de reb. eccles. alien. in c. fin. de eccles. ædific. & in c. ad nostram, eo. tit. de reb. eccle. & in c. 2. de feud. num. 13. Redoa. q. 55. Nau. in d. comment. a nu. 11. vsque 15. quanto magis hodie per hanc extrauag. cuius pœnis se subijciunt in iuramento, vt habetur in Pontificali fol. 81. & 120. His verbis, Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, nec de nouo infeudabo vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli ecclesiæ meæ inconsulto Rom. Pont. & si ad aliquã alienationem deuenero, pœnas in quadam super hoc edita constitutione contentas, eo ipso incurrere volo. Idem iurant Abbates vt in d. Pontificali fol. 134. mutato nomine (ad mensam) dicendo ad monasterium, (& Capituli) dicendo conuentus monasterij mei. In ceteris vero personis, quæ non ita iurant, valebat alienatio in casu licito seruatis solennitatibus ante hanc
7 extrauag. Abb. in d. c. vt super † Quia assensus Apostolicus supplet tractatum & consensum prælati superioris. Abb. in cons. 41. par. 1. Dec. consil. 142. Rebuff. in d. compen. sub num. 15. Capyc. decis. 16. Paris. cons. 24. lib. 2. Redoa. q. 43. & 36. Non tamen supplet consensum Capituli seu maioris partis, & in quib. consistat, & dicatur maior pars, Abb. in cap. 1. de his quæ fiunt a maio. part. Capit Rebuff. nu. 76. Redoa. q. 38. & debet conuocari per eum ad quem spectat. Abb. in c. 1. de maio. & obedien. Authoritas Episcopi, seu prælati non est de necessitate, si ecclesia non habet collegium seu Capitulum, sed sufficit consensus Rectoris seu beneficiati, causa iusta, & assensus Apostolicus. Abb. in c. potuit, nu. 14. de loca. Fran. in c. 1. de reb. eccles. alien in 6. Rebuff. nu. 88. & 90. Dec. & Paris. in præall. cons. Rolan. cons. 15. vol. 1. Molina de contract. disput. 468. num. 13.

Inde elicitur conclusio illa Doctorum quod licentia obtenta a Summo Ponti- *Quia o-*
fice alienandi res ecclesiæ operatur, vt non requirantur aliæ solennitates. Cuius *peretur*
sen-

n alienatione Papa auctoritas cum declaratione.

sententiæ ratio est, quia Papa dicitur esse dominus & dispensator bonorum ecclesiæ, & ob id ad libitum potest de eis disponere. Menoch. in addit. nouissime impressis ad lib. 2. de arbitr. iud. casu 172. num. 37. in fine. Quam conclusionem intellige primo, quando Papæ auctoritas legitime, & valide interponitur, ac secus si fuerit surreptitia, & consequenter nulla, vt declarat Decius in cons. 142. sub nu. 5. & Ruin. cons. 157. nu. 4. & 11. esset enim talis, quando aliquid narratum non fuisset, quod si Papa soluisset, verisimiliter licentiam non cõcessisset, vel ad concedendum difficilior redditus fuisset, Menoch. in præf. tract. cent. 3. casu. 201. num. 24. Rota diuers. in proprijs terminis. decis. 65. nu. 2. & 3. vol. 2. egregie & ad rem explicat ampliando, vt ibi per eum de Anna. in præcit. cons. 38. nu. 43. & infra. Secundo intellige quando d. auctoritas simpliciter, & absolute obtinetur, & constet confirmationẽ factam fuisse de certa eius scientia, scilicet, quod Papa habuerit notitiam tenoris rei confirmatæ. ita Ioann. Bapt. Ferret. in cons. 249. num. 11. vol. 2. secus vero in eius mandato dato ad confirmandum, cum clausula quatenus per diligentem informationem, &c. conditionaliter rescribendo si ita est, referendo se ad supplicata. Anton. Maria de Canibus in quodam consilio edito post decis. 46. Borgn. Caualc. par. 1. num. 399. Tertio intellige, quod & si Papæ auctoritas interueniens solennitates suppleat, non tamen supplet defectum causæ Redoan. in suo tract. de reb. eccl. non alien. quæst. 22. num. 75. Rota diuers. decis. 178. num. 2. volum. 2. Quarto intellige vt procedat conclusio, scilicet, vt valeat alienatio, sine solennitatibus facta etiam per Papæ Commissarium, seruata tamen forma suæ commissionis, cuius est executor, vt innuunt Doctores allegati in d. num. 7. quibus adde Ferret. in consil. 248. num. 2 volum. 2. Menoch. vbi supra numero. 39. & Amæd. a Ponte in commentar. ad tit. qui feud. dare pos. sub num. 149.

Ista Breuia Apostolica, quæ passim expediuntur in forma, si in euidentem, vt plurimum loquuntur de assensu præstando per Commissarios alienationi facien
8 dæ, & tunc † assensus debet præcedere contractum. Abb. in c. vt super. nu. 17. de reb. eccles. alien. in c. fin. nu. 7. de eccle. ædific. ac in c. cum vos, sub num. 5. de his quæ fiunt sine consensu. Capit. quia quando aliquid est de forma in actu, semper illa forma debet præcedere. Abb. in c. nulli, nu. 7. de reb. eccle. alien. Rebuff. in d. compen. alien nu. 15. & sub nu. 52. Afflict. decis. 355. Camera. in c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. fol. 54. Fel. in c. sicut tuis, nu. 8. de simo. Ias. in l. licet, versiculo. Quinto limito C. de procura. Hodie in curia Archiepiscopali Neap. practicatur fieri de nouo contractum alienationis cum inserto tenore Decreti Commissariorum.

9 Caueant contrahentes præsumere tradere possessionem (etiam si dixerint, saluo assensu) ante impetrationem, nam incurrerent in pœnas huius extrauag. cum sit protestatio contraria facto. Nau. in cons. 1. de reb. eccle. alie. in nouis, faciunt dicta per Dec. consil. 160. Iul. Clar. in §. feudum. q. 31. & in §. emphyteusis q. 13. Gram. decis. 49. Vinc. de Franch. decisio. 267. post Abb. in cap. 2. de feud. Ias. in l. fin. nu. 142. C. de iur. emph. Fel. in c. quæ in ecclesiarum, sub nu. 84. de const. Cur. de feud. par. 4. q. 20. nu. 112. Capyc. in inue. in verbo, feudorũ alienationes, am-
b plia. 17 & limita. 12. Frec. de subfeud. lib. 2. auth. 1. sub. nu. 24. *b* Sed bona fides excusaret, quia dicitur in hac extrauag. Præsumentes, Nauar. in d. commenta. alie. rer. eccle. nu. 16. lex posita contra præsumentes aliquid facere, non comprehendit eum qui absque dolo vel contemptu, bona fide vel simplicitate facit. Card. Zabar. in cle. 1. nu. 22. de priuileg. Nauar. in c. accepta. oppo. 8. de restitu. spoliato. &

in

in manuali confess.c.27.nu.74.sunt etiam aliæ causę,quæ excusant a pœnis huius Paulinæ, quas dicam infra limit.21.

10 Cautius agendo consului, vt Beneficiatus, qui terram sui beneficij volebat concedere in emphyteusim, illam locaret per triennium,& eo elapso in emphyteusim concederet cum pactis emphyteuticis in forma, saluo tamen & reseruato assensu Apostolico infra dictum triennium impetrando,ita quod eo elapso non sit translata possessio,nec vtile Dominium, nisi impetrato & exequuto assensu Apostolico, & non aliter nec alio modo, alias eo non obtento, habeatur pro non facta dicta concessio,nisi locatio pro dicto triennio tantum. Sint cauti Contrahentes vt in Breui Apostolico fiat mentio de alienatione in facta per traditionem possessionis, si fuerit tradita,quia tunc assensus præstandus traheretur ad præterita. Ita
11 † procedit quod dicunt. Doctores † sufficere assensum subsequi alienationem Rebuff.in d.compen.alien.verficulo,nonus casus,Redoa.q.42.sub nume.16.Vinc. de Franch.dec.163. licet sit disputabilis articulus, an requiratur nonus contractus Capy.in inuest.verbo Defectus fol.83.Iacobi.inuesti.in verbo,& cum pacto de non alienando.nu.19. Ad maiorem cautelam consulerem celebrari contractum de nouo,si in assensu non fit mentio.de alienatione iam facta,& valebit vt nunc tempore assensus Rebuff.in d.compen.alie.nu.93.& 95. tum quia assensus debet præcedere contractum cum in hac Paulina dicatur Inconsulto Summo Pontifice,quæ verba denotant actum nullum, nisi præcedat assensus. Abb. in d. c.vt super, de reb. eccl. alienan. Fundatur talis assensus super euidenti vtilitate,
12 † quę consideratur tempore alienationis.Paris.cons.24 lib.4.Rebuff.sub nu.73. Redoa.q.20.nu.141.

Euidens vtilitas dicitur, quando nullum dubium est,quin alienatio sit magis profutura ecclesię,c.sine exceptione.12.q.2.vbi Rebu.nu.97.& 98.c. tua nuper, de his quę fiunt a prel.si.cons.c.Red.d.q.20.sub nu.81.

Ad pleniorem intelligentiam adde Rebuf.cons.111.num 8.& cons.112.nu. 13.& scripta per Menoch.in præalleg.addit.ad cas.172.nu.22.& infra late & notab.Borgnin.Caualcan.decis.45.nu.34.& seq.par.1.Anton.Mar.de Canib.loco cit.nu.121.& infra,ex cuius dictis,num.160. cum pluribus seq.perbelle colligitur,quæ regula sit obseruanda, quoties ex aliorum attestationibus adesset variatio circa verum rei ecclesiæ valorem liquidandum, & postremo præ ceteris diligenter examinat D.de Anna in præf.consil.38.nu.5.& infra.Item quando in vtilitatem ecclesiæ dicendæ sint fieri alienationes, tradit Eman. Roderic. tom.1. quæst.regular.q.27.art 8. Id vero, quod in hac materia a Doctoribus respondetur,nempe, quod vt de euidenti ecclesiæ vtilitate cognosci possit, spectari debeat tempus ipsius alienationis,declarationem recipit in re aliqua ecclesiæ,quę distraheretur tempore belli, pestis, & alterius similis calamitatis, vt si propter dictos casus insolitos, & raro contingentes res distrahenda effecta sit deterior, veluti si ager qui alienatur per cessationem culturæ sterilis,& infructuosus redditus esset, seu syluosus effectus,vel quia ab eo arbores succisæ essent, vt tunc attendatur valor seu æstimatio temporis contractus: si vero nullum passa sit damnum, sed in eodem statu permanserit,tunc æstimari debet secundum iustum,& verum valorem, prout erit in futurum cessante bello,peste,& similibus. Ita sane colligitur ex deductis per Dominos de Rota in decis.65.diuers.vol.2.& ex eadem decis.annotat Menoch.loco cit.& adducitur ratio; quia illud tempus tanquam non successiuum & perpetuam causam habens, sed momentaneum, & breui duraturum, non attenditur. Caualcan.decis.45.nu.53.& deci.46.num.26.par.1. Secundo declaratur

claratur ampliando idem procedere, scilicet, ut debeat etiam attendi tempus contractus in dignoscenda læsione ecclesiæ, non autem tempus anterius, uel posterius, Calderin. cons. 5. sub tit. de rer. permut. Ruin. cons. 35. sub nu. 35. lib. 1. Ias. in cons. 54. num. 20. vol. 1. sequitur Rota diuers. decis. 18. nu. 4. vol. 2. quæ ecclesiæ læsio iuxta eandem Rotam in alia decis. 677. par. 3. lib. 3. erit probanda ex communi æstimatione, non vnius tantum terulæ, sed aliorum prædiorum, quæ circumuicina sunt. Tertio declaratur communis conclusio, quæ se habet, scilicet valorem rei inspiciendum esse tempore contractus, ut tamen in articulando probatio valoris ipsius rei tempore cõtractus considerati, non restringatur solum ad tempus breue celebrati contractus, sed debet fieri attendendo etiam tempus ante tius, & posterius per multos annos. Afflict. decis. 316. num. 6. Rota in præalleg. decis. 65. num. 13. & 20. par. 2. sequendo theoricam Bartoli, & aliorum in leg. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid. Sed quid si in emptione alicuius rei ecclesiasticæ concurrant duo inuicem æmuli, quorum alter obtulit iustum pretium, alter vero deinde obtulit satis plus iusto pretio, Quis istorum sit præferendus? Resp. quod cum hic casus contigisset Vincent. Caroc. in suis deci. & proprie in decis. 99. refert aliquos iudices ardenter inclinasse ad fauorem eius, qui plus iusto pretio obtulit tanquam magis vtile ecclesiæ, ipse vero ex multis cumulatis circa id, quod ecclesia est cultrix iustitiæ contrarium sensit.

Et licet Decreti interpositio faciat præsumptionem pro vtilitate ecclesiæ, Abb. in cons. 41. par. 1. Dec. cons. 341. Redoa. ibid. nu. 75. Mascar. de proba. conclu. 488. Tamen solennitatibus adhibitis non obstantibus ecclesia restituitur, si fuerit læsa c. ad nostram, de reb. eccles alien. vbi. Abb. & in c. 1. de restit. in integ. ac in d. c. tua nuper, Couar. lib. 2. var. resol. c. 17. sub nu. 2. Dec. cons. 141. Gram. decis. 79. Redoa. q. 78. c. 4.

Quando p decreto non presumatur.

Declara primo quod licet in dubio pro decreto Cõmissariorũ præsumatur, secus tamen sit quando non apparet, quod præcesserit causæ cognitio per ipsos adhibita, eoq; magis, vbi in commissionibus Breuis Apostolici adessent clausulę cõditionales iuxta tenorem, & formam a Caualcano descriptã in decis. 45. sub nu. 77. par. 1. quia tunc de ista diligenti perquisitione, & causæ cognitione non perfunctorie, & per solam ipsorum Commissariorum relationem, sed expresse, clare, ac liquido de ipsarum verificatione apparere debet, quia ita mandat Papa, vt per eundem ibidem nu. 81. concluditur, & in decis. 46. nu. 28. eadem par. 1. quem sequitur Mascard. de probat. conclus. 1317. nu. 37. Anton. Mar. Canis cum alijs ab eo allegatis in præd. cons. num. 281. & 374. cum seq. non enim Commissarij possunt assumere potestatem confirmandi alienationes, nisi purificatis prius conditionibus, & clausulis in Breui Apostolico contentis, quæ sunt suæ potestatis fundamentum. late Ruin. in consil. 68. num. 5. lib. 1. In quo animaduertendum, quod vbi Papa committeret alicui; vt diligenter se informet seruata forma Paulinæ requirentis receptionem testium, & probationum super veritate narratorũ, tunc hęc informatio aliunde constare, & probari debet, quam ex assertione Commissarij; Vbi vero Papa simpliciter committeret, vt se informet, & si apparuerit illam cedere in euidentem vtilitatem, eam confirmet alias non, derogando Paulinæ, in hoc casu stabitur assertioni Cammissarij. & sufficit extrauudicialis informatio, ita in hac materia distinguunt Domini de Rota in decis. 716. diuers. num. 4. vol. 1. in cuius finalibus verbis habetur, quod ideo hodie saluantur similes processus, & in decis. 160. num. 7. & 8. vol. 2. Secundo declara, vbi de causa non fuisset maiure cognitũ; seu indagatum, seu per nimiã acceleratione, nimisque prope

re,

re,& festinãter ad decreti interpositionem processum fuisset,nam propter tẽporis breuitatẽ resultaret p̃sumptio ipsos Commissarios minus diligenter, nec rite seu recte suum officium fuisse exequutos,circa loci visitationem, & inuestigationem expositorũ in supplicatione vt per Octau. Simoncel.in tract.de decretis lib.3.tit. 7 inspect.3.nu.47.Præfatus de Canib.in eod.cons.nu.162.& 283.alijque cumulati per Menoch.in tract.de præsumpt. lib 2.præs.75. nu.35.quo loco agit an & quando decretum in alienationibus bonorum Ecclesiæ recte, & rite interpositũ præsumatur.Tertio declara vt admittatur probatio in contrarium, scilicet, quod non suberit neque necessitas, neque euidens vtilitas, imo defectus causæ reddit nullam interpositionem decreti super alienatione. Gemin.cons.48. num.9. quia tunc non verificatur conditio sub qua Papa rescripsit, nempe si cedebat in euidẽtem vtilitatem, vel necessitatem ecclesiæ.Rota diuers.decis.178.num.3. vol.2.& præsertim quando istud contrarium ostenderetur ex actorum inspectione. Alciat: in tract.de præsumpt.reg.3.præs.10.limit.4.& late per Hyp. Rim.in cons.5.nu. 162.& infra,volens vero probare contrarium,oneratur grauiori probatione, ita vt requiratur probatio valde elata per testes valde graues. Alex.de Neuo in cons. 30.num.3.

Sciant autem Commissarij quod idem Paul.2.constituit vt in causis alienationum examinandis,quæ a Sede Apostolica in forma si in euidentem vtilitatem cedant,committuntur.

Si delegatus conscientiæ suæ prodigus in grauamen vel detrimentum ecclesiæ, per gratiam,aut timorem vel sordes alienationi consenserit, aut Decretum vel au-
13 *thoritatem interposuerit † inferior quidem episcopo sententiam excommunicationis incurrat, episcopus vero aut superior ab exequutione officij per annum nouerit se suspensum;ad æstimationem detrimenti ecclesiæ illati,nihilominus condemnandus, sciturus quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se Diuinis, Irregularitatis laqueo se inuoluet, a quo non nisi per Rom.Pont.poterit liberari: is vero,qui dolo, uel fraude uel scienter in detrimentum ecclesiæ alienationem fieri procurauerit,aut per sordes,aut impressionem alienationis Decretum extorserit,similem sententiam excommunicationis incurrat,a qua nisi per Rom.Pont. poterit absolui, ad restitutionem nihilominus rerum alienatarum cum fructibus de præmissis constiterit, condemnandus.* Vt patet ex Constitutione d.Paul.de Anno 1465.in-
c cip.Cum in omnibus.fol.88.in Bullario.c

Vltra prædictas solennitates aderat ante hanc Paulinam in hoc Regno Nea-
14 politano Constitutio Gerardina constituens quod † alienationes bonorum ecclesiarum inferiorum,quę fiunt cum Decreto Prælati,non aliter valeant nisi prę cedentibus subhastationibus,& hoc per Constitutionem Gerardi Cardinalis Episcopi Sabinensis, de qua meminit Afflict.in Constit. Instrumentorum robur. sub num.19.& Gram.decis.79.tamen non vidi seruari, sed passim concessiones fieri absque subhastationibus. Pro tutiori consului has subhastationes esse prę mittendas ante stipulationẽ instrumenti concessionis pro maiori securitate beneficiati,concessionarij,& commissariorum.Ideoq; episcopi statuere deberẽt,quod nullus beneficiatus,siue collegiata ecclesia,etiam Monasterium Monialium ciuitatis, & diœcesis suę iurisdictionis, præsumat stipulari instrumentum alienationis bonorum ecclesiasticorum absque subhastationibus de eius licentia faciendis,& factis si res est modica iuxta dispositionem c.terrulas.12.q.2.tribus requisitis concurrentibus sufficit consensus episcopi vt dixi infra num.41.si vero requiritur assensus Apostolicus tunc præuijs subhastationibus existente euidenti vtili-

tate potest stipulari instrumentum cum clausula saluo assensu Apostolico impetrando infra certum tempus & quod interim nõ transferatur dominium, neque possessio nisi obtento, & exequuto assensu Apostolico ita vt res sit penes ecclesiã ante exequutionem assensus Apostolici, vt dixi supra num. 10. & si res alienanda erit Capituli seu collegiatę etiam monasterij monialium, deberet episcopus facere statutũ quod consensus maioris partis fit per vota secreta duarum partium ex tribus, & hoc potest facere ipsemet et collegiũ prout habetur in statutis venerabilis Archiconfraternitatis Consalonis Romæ c. 12. fol. 28. ibidem impressis, & approbatis & de statuto episcopi quod in alienatione requiratur eius licentia vide Henri. Boc. in tract. de synodo episcopi & statutis synoda. par. 3. arti. 1. nu. 17.

Obtento rescripto Apostolico, & presentato si antea nõ fuerunt factæ subhastationes, præsertim si adest suspectio collusionis inter beneficiarum, & concessionarium, vel est dubium an concessio cedat in euidentẽ vtilitatẽ consulerem vt Commissarij Apostolici extraiudicialiter copiam illius rescripti consignent episcopo loci ordinario (etiam si eius Vicarius fuerit vnus ex commissarijs) ad quem spectat tueri iura suarum ecclesiarũ, vt si quid ei pro facti institutione videbitur ipsis commissarijs significet.

Secundo expedire poterunt monitiones per edictum cum inserto tenore rescripti in genere monendo omnes, & quoscũque volentes dicere de subreptione & obreptione, per affixionẽ ad valuas cathedralis, parochialis, beneficialis ecclesiæ, & in loco rei sitæ alienandæ.

Tertio debent citari nominatim ad dicendum aduersus rescriptum cum inserto eius tenore, beneficiatus, concessionarius, patroni si beneficium seu ecclesia est de iure patronatus ad quos spectat tueri iura & bona ecclesiæ patronatæ consensus autem eorum an sit de necessitate dixi supra num. 4. imo quodam Breui Apostolico uidi clausulam accedente consensu patronorum, & in alio Breui assensus alienationis præbendę annexę canonicatui, vidi clausulam vocatis dilectis filijs canonicis capituli. N.

Quarto post decretum declarationis se esse Iudices competentes debẽt Commissarij eligere expertos agrimensores, & appretiatores non suspectos, & una cum eis, & partibus interesse prędictis accedere super faciem loci alienandi, & illum mensurari facere cum appositione terminorum & relatione confinium, & relatione qualitatis arborum, & quantitatis, seu membrorum domus & quanti valent in proprietate, vt possint ipsi Commissarij considerare an concessio sit in euidentem vtilitatem, & vt quando res erit reuersura ad ecclesiam sciri possit, an sit meliorata, deteriorata, vel occupata a confinibus, & omnia in scriptis redigere cum iuramento Agrimensorum appretiatorum, vocatis etiam dominis bonorum confinium pro eorum interesse.

Quinto hoc adimpleto possunt capere informationem & examinare testes ex officio, vel ad instantiam partis coram eis, & facere interrogatoria opportuna.

Sexto compilatis actis & monitis partibus ad dicẽdum super expeditione causæ, ipsi que auditis declarare debent an concessio cedat in euidentem vtilitatem ita vel ne, & si viderint exposita in rescripto esse vera, tunc procedant ad prolationem decreti huiusmodi, aliquibus additis vel detractis iuxta qualitatem facti.

In Dei nomine Amen.

Nos, N. N. Commissarij Apostolici viso rescripto nobis directo, & præsentato

teno-

tenoris sequentis (inseratur de verbo ad uerbum) & volentes Apostolicis obedire mandatis, præuijs monitionibus & citationibus opportunis, & declaratione nos esse iudices competentes, visoque loco coram nobis mensurato, & appretiato vt patet ex relationibus tenoris sequentis (inserantur) ceptaque diligenti informatione, & monitis auditisque partibus ad dicendum super expeditione causæ, & ad audiendum præsens decretum pro tali die. N. consideratis considerandis dicimus decernimus, & pronunciamus concessionem iuxta formam dicti rescripti cedere in euidentem vtilitatem dictæ ecclesiæ, & proinde assensum auctoritate Apostolica præstamus, ita tamen quod de nouo inter ambas partes stipuletur instrumentum cum inserto tenore prædicti rescripti Apostolici & præsentis decreti cum omnibus pactis emphyteoticis in forma apponi solitis, adiecto etiam pacto, quod in qualibet generatione renouari debeat instrumentum cum beneficiatu de facie ad faciem, & infra mensem dictus concessionarius assignare habeat instrumẽtum reassumptum in charta de pergameno cũ subscriptione Notarij, iudicis, & testium saltem triũ, Beneficiato predicto qui infra eundem terminum exibere habeat copiam authenticam, & consignare Archiuario Curiæ episcopalis. N. ut in eius Archiuo pro futura cautela ecclesiæ conseruari possit, & ita dicimus, decernimus, & pronunciamus isto, & omni alio meliori modo.

Quid si ante sententiã aliquis comparuerit offerẽdo plus. vide supra subnu. 12.

Et an successor possit reuocare Borg. Caualcan. decis. 37. par. 2.

a *ADDITIO VI. D. PROSPERI DE AVGVSTINO. Congruit etiam Rub quæ est sub verbis negatiuis de reb. eccl. non alienan. & a rubro infertur ad nigrum & rub sæpe facit regulam iuris communis, nam quando est negatiua omnes casus generaliter prohibentur nisi contrarium probetur expressim, ita, & e contra quando est affirmatiua, Hostien. in Sum. in tit. de testi. in decretali vero Rub.*

b *est ambigua de reb. eccle. alien. vel non.* b *Nisi fiat protestatio reseruando assensum directi domini etiam in actu traditionis. Minado. decis. 24.*

c *Commissiones huiusmodi fiunt a Sum. Pont ordinario loci, & alteri personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, coniunctim, & si de ipsius ordinarij intereße, & præiudicio agitur, tunc loco ipsius committuntur Metropolitano, & si res ad ipsum Metropolitanum pertineat, ordinario viciniori Concedebantur antea istæ commissiones etiam per sacram Pœnitentiariam Romanam cuius facultates Pius 4 restrinxit die 15. Maij 1562. incip. In sublimi fol. 744. & deinde Pius 5. in totum has facultates in futurum reuocauit, Kal. Maij 1569. incip. Tempus & necessitas fol. 1047. in Bullario ita vt nec quicquam etiam inceptum habeant expedire.*

15 *Inter ecclesias permutantes ad inuicem etiam requiritur solennitas.*
16 *Contractus per quos transfertur dominium utile qui nam sint, & in dubio quis contractus præsumatur.*
17 *Hypotheca generalis bonorum ecclesiæ etiam prohibetur.*
18 *Quando res ecclesiæ potest locari vltra triennium.*
19 *Successor in beneficio an teneatur stare contractui.*
20 *Quando transactio & compromissum possit fieri absque solennitatibus.*
21 *Seruitutis impositio requirit solennitates.*
22 *Cessio iurium, actionum, litis, & causæ alienatio est.*
23 *An in acquirendis possit fieri remissio absq; solennitatibus.*
24 *Inter mobilia pretiosa quænam connumerentur.*

25 *Pecunia ecclesiæ quando prohibetur alienari.*
26 *Iura actiones, & nomina debitorum computantur inter immobilia.*
27 *Mobilia ecclesiæ quæ & quando possint pignorari.*
28 *Quorum locorum piorum bona non possunt alienari, & quænam sint loca pia.*
29 *Locus ecclesiæ seu pij loci etiam diruti non potest alienari.*
30 *Quando consuetudo possit remittere solennitates.*
31 *Solennitas in alienatione rei ecclesiæ incorporata requiritur etiã si a donante fuerit remissa*
32 *Relicta ecclesiæ incapaci possunt alienari non obstante quauis dispositione incontrarium.*
33 *Incisio arborum an dicatur alienatio.*
34 *Quando contractus est vtilis ecclesiæ an requirantur solennitates.*
35 *Vnio ecclesiarum dicitur alienatio*
36 *Quando res est obligata creditoribus, & peruenit ad ecclesiam an possit alienari absque solennitate.*
37 *Quænam debeant concurrere in alienatione rei sterilis.*

HAnc Regulam sic firmatam,& declaratam quod in alienatione rei ecclesiasticæ requirantur copulatiue causa,& solennitas,Amplia & limita.

Primo amplia procedere in omni contractu, per quem tranfertur dominium directum,& vtile etiam in permutatione.c.nulli,de reb.eccles.alien.c.2.vbi Abb. 15 de re.permu.c.sine exceptione.12.q.2.vbi Rebuf.nu 66.tenet procedere † etiam quando ecclesiæ inuicem permutant.Redoa.q.2.cap. 20.& q.12.nu.28. permutatio enim alienatio est.Ias.in l.fin.nu.101.C.de iur.emphyt.Redoa.q.2.c.4.ita vidi practicari, & expedire Breuia Apostolica etiam inter ecclesias permutantes,si in euidentem vtilitatem vtriusque partis cesserint,quamuis ante hanc extrauagantem sufficiebat consensus Episcopi in ecclesijs sibi subiectis.c.1. & c. vt super.§.fin.de reb.eccles.alien.iste est vnus de casibus a iure permissis nempe Permutatio, requirens solennitates,etiam si fiat permutatio cum Principe secũdum Inno.& Abb.in c.1.de rer.permuta.

Secundo, amplia in omni contractu, vbi transfertur Dominium vtile retento directo, probatur in hac extrauag.& in loc.præalleg.Rebuff.in d. compen. nu- 16 mero.3.& 6.Redoa.quæst.2.capit.24. cum seq. † Et sunt sex vt superficiarius, locatio ad longum tempus, emphyteoticus, libellarius, feudalis, & precariæ in genere femineo,Declarant Aluarot.in proœm. feud. Redoa. loc. præalleg.& Bened.Canophi.in repet.huius extrauag.sub num.10.vsque.34.& in dubio præsumitur emphyteoticus potius quam censualis.Iul.Clar.in §. emphyteusis.quæst.1.num.3.Mascar.de probatio. conclus.281.post Affl. decisio. 129. sub num.4.

Et quia valde interest,an iudicetur census,vel emphyteusis, adde quod magis recepta opinio est in contrarium,de qua attestatur Menoch.Doctores in hoc conuenientes,longa serie recensendo, in tract.de præsumpt.lib.3.præs.106. num.3. quam opinionem vltra allegatos per eum sectatur Crescent. decis.1. sub titul.de censibus,in eam etiam descendit Nauar.tam quo ad forum interius, quam exterius in commentar de vsur.num.109.eamque amplectitur Molina de contract. disput.38.num.6.nec caret ratione de qua ibi per eos,& vendicat sibi locum etiam si ageretur de re ecclesiæ,Corbulus in trac.de iure emphy.ti. de causa priuat.

ob

ob non solutū canonē, limi. 34. nu. 3. Couar. lib. 3. uar. resol. c. 7. sub num 1. Molina loco cit. declaratur non procedere, quando in ipsa regione magis frequens esset vsus concedendi in emphyteusim, Iaſ. in l. 2. nu. 165. C. de iure emphy. Aluar. Vallasc. in tract. de iure emphyt. quæst. 32. nu. 35. Mascard. de probat. cōclus. 281. nu. 7. Et vt clare discerni possit, an sit iudicandus contractus censualis vel emphyteuticus, quatuor casus distinguendo prosequitur Borgn. Cauale an. decis. 30. nu. 103. & infra par. 2. vide per eum.

Tertio, amplia in hypothecatione, seu obligatione vt expresse in hac extrauag. dicitur, & in c. nulli, de reb. eccl. alie. vbi Abb. & in c. 2. num. 3. de preca. in c. 1. nu. 4. de pignor. Couar. lib. 2. variar. resol. c. 16. num. 7. Redoa. q. 2. c. 6. & q. 51. c. 29. Ludoui. Molina in tract. disputa. 466. nu. 2. Redoa. q. 2. c. 6. & q. 51. cap. 29. qui dicunt procedere in hypotheca tantum speciali, non in generali, quia in d. c. nulli dicitur neque specialis hypothecæ titulo obligare, sed attenta dispositione
17 huius extrauag. † etiam generalis hypotheca est prohibita, quia simpliciter loquitur de hypotheca, facit l. vlt. C. de reb. alien. non alien. vbi prohibita alienatione simpliciter videtur prohibitus omnis actus; per quem alteri quæritur ius aliquod in re, & probatur in hac extrauag. vt per Nauar. in d. comment. de alie. rer. eccle. sub num. 1. amplia etiam in submissione, capitul. 2. de reb. eccles. alien. in 6.

Quarto, amplia in locatione, & conductione vltra triennium; nam per hanc extrauag. prohibetur locatio non solum ad longum tempus, quod est ad decem annos iuxta glos. singul. in clemen. 1. de rebus eccles. alienan. sed etiam ad minus
18 tēpus vltra triennīū: † intelligitur tamē ista extraua. de rebus ecclesiæ, quę quotannis colūtur, & ex eis fructus quolibet anno colliguntur, alioquin si res ecclesiæ eius sint conditionis, vt ex eis quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur, poterit in nouem annos locari, quia primum triennium æquiualet vnico anno, ita secundum & tertium, & si alternatim fructificant, poterunt per sex annos locari. Couarr. lib. 2. var. resol. c. 16. nu. 6. Nauar. in comment. de alien. rer. eccle. nu. 21. Qui ampliat etiam in emphyteuta rei, quæ non fructificat nisi tertio quoque anno, vt non deuoluatur ecclesiæ, si non soluerit per quinquennium, neque per octo annos si non soluerit laico, iuxta terminos e. potuit, de loca. & l. 2. C. de iur. emphyt. Idem Couar. loc. cita. num. 4. Concludit non posse fieri locationem ad sex, vel nouem annos cum hac clausula, vt tot sint locationes, quot triennia, & vt finito primo triennio, tunc facta sit noua locatio, quia est in fraudem huius Constitutionis, sed valida erit in tempore permisso primi triennij. Molina de iust. & iur. disput. 467. Erit tamen in totum nulla; quando fuit facta simpliciter ultra triennium etiam quo ad casum permissum, ut expresse in hac extrauag. dicitur, Couar. ibid. sub nu. 5. Redo. q. 58. Aflict. decis. 107. Molina de contract. disputa. 466. & 467.

Quando locatio rei ecclesiæ vltra triennīū in totum vitietur.

Hunc articulum An scilicet alienatio per concessionem in emphyteusim rerum ecclesiæ ultra tempus permissum facta, in aliquo teneat, late tractat Ioan. Gutier. lib. 2. canon. quæst. c. 13. Et quid in locatione rei ecclesiæ ultra triennīū an in totum rescindatur, ut uitietur, an saltem sustineatur, & ualeat per infra triennium, uide Doctores citatos per Annan. in singul. 527. & disputat ad utram quę partem Lap. allegat. 80. magis tamen communis opinio est, ut ualeat, & restringatur quo ad triennium permissum, de qua testatur Vincent. Caroc. in tract. loc. & cond. par. 3. conclus. 9. ampliat. 4. quamuis superius conclus. 6. num. 20. & seq. contrarium asseueret. Verum ut perpēdi utaq; opinio

est sustentabilis,& priorem sequendo declara,vt per eundem Caroc.in præd.con cluſ.9.nu.97.nisi ex probabilibus coniecturis appareat non minori tempore rem illam per locatorem,vel conductorem locaturam,vel conducturam fuisse, aut sit conuentum, vt vnica tantum pensio soluatur pro toto tempore, quo casu in totum locatio vitiatur, & tradit etiam Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. gloss. 1. num. 12.

Secundo.Declaratur ista extrauag. non procedere in locatione vltra triennii rerum exigui valoris,per can.terrulas 12.q.2.vt non requiratur solennitas supra dictæ regulę.

Tertio.Declaratur dispositio huius extrauag.procedere,quãdo constituitur ius in re vltra triennium, vt si concedatur vsusfructus rei ecclesiasticæ durante vita beneficiati; quæ concessio species est alienationis ,quia vsusfructus constitutio alienatio est Rebuff. in d.compen. sub num.4. Secus autem quando quis obligat se actione personali ad dãdam commoditatem, & vtilitatem percipiendi fructus vita sua durante,vel tanto tempore vltra triennium,quia tunc non transfertur aliquod ius in re, sed tenetur duntaxat exhibere conductori commoditatem percipiendi fructus, & hæc est cautela vt valeat talis contractus vltra triennium Rebuff.in d.compen.nu.26.versi.6.& Molina d.disp.366.nu.5.

Quarto.Declaratur, vt non possint duo beneficiarij in eadem ecclesia alter alteri locare vita durãte portionem obuentionum & fructuum suorũ, quia species est alienationis Nau.in conſ.10.in nouis,de reb.eccle.non alie.

Quinto.Declaratur non procedere quando adesset consuetudo locandi vltra triennium,quia valet Paris.conſ.98.lib.4.

19 Animaduertendum est,quod † locationi factæ infra triennium successor in beneficio non tenetur stare. Abb. in c.fin.ne prælat. vic. suas cum distinctione vt ibi per eum.Etiam si sit facta repręsentata pecunia absque assensu Apostolico,qui non conceditur ex Concil. Triden.sess.25.capit. 11.magnam. Redoa. quæst.57.

Et quando a Summo Pontifice confirmantur locationes vltra triennium, apponitur clausula, dummodo locatio huiusmodi iusto pretio, & citra anticipatã solutionem facta fuerit; & quod finito nouennio omnia, & singula bona sub locatione huiusmodi cõprehensa cũ iuribus, & pertinentijs suis vniuersis, nec nõ quibusuis melioramentis desuper pro tempore quomodolibet factis, ad ecclesiã pleno iure,& omnino reuertantur,illique libere cedãt,absque eo quod ipse cõductor,eiusque filij hæredes & successores cõsanguinei uel affines,aut alij quicũque ius renouationis dictæ locationis quouis prętextu,& ex quacũque causa petere uel prętendere possint.Igitur ut locationi teneatur stare successor,requirit assensus Apostolicus, & si adest & fuerit facta solutio anticipata pdecessori,pfi successori non nocet, nisi in assensu fuerit facta expressa mentio, vt possit fieri anticipata solutio.

Amplia idem iuris esse, ubi rector ecclesiæ,qui locauit,beneficio renũciauerit ante finitam locationem, ut eius successor non teneatur stare locationi, ex communi opinione Couar.lib.2.uar.resolut.cap.15. sub nu.6.& ita in Rota resolutum fuisse refert Paris.lib. 1. de resignat.benef.quæst.16.num.47.Secundo amplia, quod sicut successor in beneficio non cogitur stare locationi factę per Rectorem iam mortuum, pariter non cogitur conductor perseuerare in d. conductione,si noluerit,ut seruetur ęqualitas.Caroc.cum alijs ab eo adductis in d.par. 3.concluſ.20. num.78. Limita in Prælato administrationem habente, qui non

nomine

nomine proprio, sed nomine ecclesiæ debita iuris solennitate seruata, contraxisset. Soc. regula 388. dummodo contractus tendat in commodum, seu vtilitatem ecclesiæ. Rota decis. 332. incip. si Prælatus, in nouis, sub tit. de locat. &c cond. post Calder. cons. 279. sub ead. rubr. Vincent. de Franch. decis. 163. nu. 14. & seq. Rota diuers. decis. 805. nu. 4. vol. 1. Borgn. Caualc. decis. 44. nu. 31. par. 1. faciunt dicta per Sylueſtr. in verbo, locatio, sub quæst. 11. & est communis opinio re ferente Caroc. in d. par. 3. concluſ. 2. in cuius fine inquit, quod si quis locat vti Rector dicitur facere nomine ecclesiæ, quam limitationem intellige, vt procedat, dummodo locatio sit facta ad tempus a iure permissum ipsiusque rei locatæ reditus ad ecclesiam, & non ad Prælatum pertineant, ita eruditissimus, & summo iudicio præditus Didac. Couar. loco prox. cit. & iuxta ipsius mentem prædictis concurrentibus haberet locum præsens limitatio etiam si contractus ecclesiæ inutilis esset, licet ob ipsius læsionem possit in integrum restitutio peti. An autem successor Prælati, vel alterius beneficiati teneatur stare locationi prædecessoris proprio nomine, & in sui vtilitatem factæ, late tradit Ioann. Gutier. lib. 1. can. quæstio. capitul. 36. & an successor singularis ecclesiæ teneatur stare colono, vel inquilino, remittimus lectorem ad Hieron. Grat. consil 96. num. 23. Petr. Duen. reg. 240. num. 9. Aluar. Valasc. decis. 40. Lusitan. tom. 1. & Gutier. lib. 2. can. quæstio. cap. 8. num. 66. & seqq. Inter alios enim casus in quibus successor in beneficio tenetur stare colono, quos prosequitur Caroc. in præd. tractat. par. 3. concluſ. 11. quatuor seqq. enumerantur videlicet. Quando S. Pontifex licentiam concederet locandi ad tot annos, & vt d. tempore durante Conductor a nemine, nec a successoribus in beneficio molestari possit, Mandos. de signat. grat. titul. Indultum locandi. vers. Supponamus igitur &c. Item quando inchoatus esset ann 3, vel laborerium, & res non esset amplius integra, & sic vt pro anno incœ; o successor in beneficio teneatur stare colono, Franch. Marc. decision. D. Iphin. 196. col. fin. part. 2. Borgin. Caualcan. d decis. 44. num. 32 qui Doctores hanc opinionem tanquam æquissimam, & in conscientia fundatam valde commendatur, & faciunt dicta per Octau. Cacheran. decis. Pedemon. 182. sub num. 10. & hic casus extenditur etiam ad ipsum conductorem, scilicet, vt pro anno cœpto non possit recedere a locatione, vt quia forte videret parum vtilitatis esse consequuturum. Franc. Marc. decision. 102. in fine parte 1. Caualcan. ibidem num. 24. Item vt successor in beneficio teneatur stare colono, si consuetudo loci ita obseruet, quæ in hoc attendenda est, Franc. Marc. decis. 144. part. 1. Caroc. loco cita. concluſ. 14. per quem etiam in concluſ. 20. num. 75. declaratur dispositio Sacri Concilij Tridenti. Sess. 25. de refor. cap. 11. vt locatio anticipatis solutionibus, licet non præiudicet successoribus, afficiat tamen locatorem, quare si beneficium vacaret per resignationē, tenetur locator refundere id, quod accepit, si vacaret per mortem tenebitur hæres, ne locupletetur cum aliena iactura, & sic solum datur actio ad repetendum contra recipientem, & eius hæredem. Caualcan. loco præcit. num. 9. sed an successor in beneficio recipiens canonem censeatur contractum prædecessoris ratum habere, vide Gutier. lib. 1. cano. quas. cap. 36. vbi etiam habetur quando hæres prædecessoris resoluta locatione teneatur ad interesse locatori.

Casus in quibus successor in beneficio tenetur stare colono.

20 Quinto, amplia etiam † in transactione, & in compromisso Rebuff. in d. compen. num. 2. & 66. Redoa. quæst. 2. cap. 1. & cap. 36. & quæst. 51. cap. 17. Feder. de Sen. optime cons. 94. casus talis est, Barbat. in rub. de reb. eccles. non alien. colum. 4. Quod intellige de rebus ecclesiæ incorporatis. Franc. in c. 1. in fin. de reb ecclesi. non alien. in 6. late per Rolan. consil. 15. volum. 1. Dicam in limit. 12. prohi-

bita alienatione censetur prohibita trãsactio, per quam transfertur possessio in alium. Cauett. consil. 197. num. 7. Et transactio non potest fieri super decimis futuris, sed de præteritis sic. Abb. in cap. vt super, num. 6. de reb. eccles. alien.

Hinc est, quod cum transactio sit quodammodo alienatio, ipsa super re immobili ecclesiæ facta, seu cessio iuris, litis, & causæ, quando actio ad rem immobilem ecclesiæ competebat, sit inualida, nisi interuenisset debita solennitas. Panor. in cap. 1. sub num. 8. de deposito, Caputaq. decision. 106. par. 1. Hinc etiam fit, quod cum compromissum sit species alienationis, vt per Paris. cons. 134. num. 11. lib. 4. & Caualcan. cum alijs ab eo relatis decis. 45. num. 34. part. 1. Compromissum factum per beneficiatos absque consensu Episcopi & Papę, & laudum illius vigore subsequutum, non præiudicat Episcopo, & beneficiatis successoribus prout resolutum fuit per Rot. Rom. teste eodem Caputaque decis. 165. part. 1.

21 Sexto, amplia † in impositione seruitutis, l. fin. C. de reb. alien. non alien. Rebuff. in d. compen. num. 4. & 6. in fin. Redoa. quæst. 2. c. 16. & cap. 44. & quæst. 14. num. 22. quia computatur inter immobilia Abb. in cap. nulli, num. 10. de rebus ecclesiæ alien.

22 Septimo amplia † vt non possit fieri cessio iurium, actionum, litis & causæ, quia est species alienationis, Abb. in c. 1. num. 8. de depo. in c. cum pridem. num. 4. de pact. & in d. c. nulli, num. 9. de reb. eccles. alien. Armilla in verbo Alienatio, nu. 16. facit l. bonorum, la prima ff. de verb. & rer. signif. & dicam infra ampliat. 10. 12. & 13.

23 Octauo amplia non solum in acquisitis † sed etiam in acquirendis, quæ transeunt in ecclesiam ipso iure, iuxta l. fin. C. de sacros. eccles. vt non possint a solo prælato absque solennitate remitti. Anchar. in c. vt supra, de rebus ecclesia alien. & in c. 1. eo. titul. in 6. Alex. in l. legatum, ff. de leg. 1. Lamber. de iur. patron. lib. 3. art. quæstio. 2. prin. Ripa in l. si vnquam, quæstio. 11. C. de reuoca. donat. Molina de iusti. & iur. disput. 465. Contrarium tenent Federic. de Senis consil. 9. Lapus alleg. 35 Abb. in cap. tua, num. 9. de his quæ fiunt a prælat. sine consen. Capitu. in c. 1. num. 21. de dolo & contu. in cap. potuit, num. 15. de loca. & in c. quoniam, de decim. Gemin. & Franch. in cap. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. Soc. in reg. 110. num. 6. & in d. l. legatum, de leg. 1. Afflict. in cap. vnico §. & iterum, num. 6. de ca. Corrad. Rebuff. in d. compen. alien. sub num. 30. Sil. in ver. Alienatio, num. 18. & Armilla num. 17. Et hanc esse magis communem opinionem dicunt Ias. & Ripa in d. l. legatum, Fel. in cap. in præsentia, sub num. 57. vers. 10. de probat. Rola. cons. 15. num. 23. Vinc. de Franc. decis. 15. sub num. 16.

Sed verior, & tutior est prima opinio, quam dicit Alex. in d. l. legatum, esse magis communem, eamque tenuit Molina de contract. disput. 468. num. 11. ac Præceptor meus Doctor Marius Andria vita & doctrina celeberrimus in relectione huius extrauag. Non tamen repudiando, vel remittendo incurrit in pœnas huius Paulinæ, vt dicam infra in limit. 9.

Nono, ampliatur regula procedere etiam in pretiosis mobilibus, nam æquiparantur immobilibus per hanc Paulinam, & pari passu ambulant in hac materia. l. sancimus C. de sacros. eccles. l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. Abb. in cap. nulli, de reb. eccles. & sine causa & solennitate alienari, transigi aut amicabilis
24 compositio fieri non potest. Redoa. quæstio. 8. inter quas † etiam connumerat thesaurum, & decimas, & ideo res mobilis pretiosa ecclesiæ non vsucapitur triennio. Nomine vero bonorum mobilium pretiosorum, quæ seruando seruari possunt, intelliguntur vasa aurea, argentea, vestes pretiosæ, quæ lon-

ge ab interitu distant, & commode seruari possunt, gemmæ & his similia: Grex etiam ouium aut capratum, de cuius fructibus emolumenta, ac redditus percipere consueuit monasterium aut ecclesia, licet possit vendere arietes, agnos, hircos, & hædos; non tamen licet alienare totum gregem, nisi concurrentibus causis, & seruata forma Ludouic. Molina de contract. disput. 465. num. 4. dicam in amplia. seqq.

Decimo, Amplia in bonis, quæ seruando seruari possunt, vt sine causis, & solennitatibus alienari non possint. Abb. in capitu. tua. numero 7. de his quæ fiunt a prælat. in c. nulli, sub num. 8. de reb. eccles. alienan. Nauar. in cap. sine exceptione, num. 5. & probatur in hac Paulina. ex quo infertur, gregem pecudum ser-
25 uando seruari posse §. sed si gregis. Institutio. de rer. diuis. † De pecunia vero cuius proprietas est Ecclesiæ, quæ est destinata ad emptionem stabilium, censuum, vel mobilium pretiosorum, considerando pecuniam quo ad fructuosam conseruationem, non potest alienari sine solennitate & causa: nam tunc connumeratur inter immobilia, seu mobilia pretiosa. Alexan. Ias. & Ripa in l. 1. §. quæsitum ff. ad Trebellian. Tiraq. de vtroque retract. glos. 7. num. 105. Boer. decision. 209. Redoa. quæstio. 16. & 6. facit text. in §. constituitur. Institu. de vsufru. vbi senatus censuit pecuniam in fructu esse: sic etiam pecunia, quæ seruatur pro aliqua futura necessitate pro conseruando magis patrimonio, l. si Caius §. 1. ff. de leg. 3. Ias. in d. §. quæsitum. num. 38. vel deseruiret pro locatione ad pompam, l. 3. in fin. cum seq. ff. commodati. Regulariter tamen pecunia est de rebus, quæ seruari non possunt. glos. in d. §. quæsitum. Quæ percipitur ex redditibus beneficij, & non est de proprietate ecclesiæ, potest alienari sine solennitate, Abb. in d. cap. nulli, vbi Bero. notabiliter distinguit, quem refert Redoa. in d. q. 16. & q. 51. cap. 25. Thesaurus non pertinet ad beneficiatum, sed ad ecclesiam, arg. tex. in l. diuor-
d tio. §. si fundum ff. sol. matr. d

26 Vndecimo, amplia, † vt iura, actiones, nomina debitorum, annui redditus & huiusmodi, non possint alienari sine causa, & solennitate, cum habeantur loco rerum immobilium, cle. exiui de paradiso. §. eumque annui redditus, de verb. sign. Abb. in capitul. nulli de reb. eccles. alien. Rebuff. in d. compen. num. 54. vbi declarat rei appellatione quid contineatur, l. rei, la 1. & l. alienationis ff. de verb. signif.

27 Duodecimo, amplia † etiam in pignore, vt bona mobilia pretiosa, & ea mobilia, quæ seruando seruari possunt, non possint pignorari sine debita causa & forma, quia pignoratio alienatio est, præsertim quando res tanti est obligata, quanti est. Rebuff. in d. compen. nu. 7. nisi in extrema, & vrgenti ecclesiæ necessitate. c. 1. vbi Abb de pigno. Coua. lib. 2. var. resol. c. 16. nu. 8. Redoa. q. 2. c. 6.

28 Decimo tertio, ampliatur regula procedere † etiam in bonis locorum piorum per hanc Paulinam, vt non possint alienari sine causa, & solennitate requisitis in rebus ecclesiarum, Abb. in cap. nulli, in fin. de reb. eccs. alien. Franch. in c. 1. eod. titul. lib. 6. Loca pia dicuntur quæ sunt fundata authoritate episcopi, alias non, est, quod ibi exerceantur opera pietatis, & concernant pium vsum, nam aliud est dicere de loco, & aliud de operibus: Ideoque iura loquentia de pijs locis non
e comprehendunt Hospitalia, e Confraternitates, Collegia, & congregationes absque authoritate episcopi fundatas, & consequenter eorum bona possunt alienari sine solennitate. Franch. in d. capitul. 1. extat de hoc singulare Cons. Paris. 34. volum. 4. vltra Felin. in capitul. de quarta, de præscript. quib. adde Rebuff. in compen. alien. rei eccles. num. 56. & 57. Redoa. quæstion. 28. 47. 49. & 51. num. 12.

Afflict.

Afflict. de iur. protom. in princ. num. 12. vbi de Stauritis loquitur non fundatis authoritate episcopi, alias secus, vt habetur in additio. Moder. ad Neapoda. de iure congrui in §. ecclesia, fol. 340. dicam infra limi. 5. Et quoniam Cardinal. Paris. in d. cons. nihil reliquit intactum, de potestate, quam habent episcopi in visitando has confraternitates, & laicorum collegia, post Dec. in cons. 72. & 148. eius tamen dictis adde Conc. Triden. sess. 22. c. 8. & 9. de refor. & vide quod antea fuerat dispositum per cap. 1. de censi. in 6. ibi pia loca. & per c. 3. c. tua, & c. Ioannes, de testa. clem. quia contingit, de religio. domi. Abb. in c. inter dilectos in fin. de donat. Bald. in c. nulli, sub num. 15. C. de episc. & cler.

Adde Mandos. de signat. Grat. tit. si in euidentem, vers. limitari possunt, &c. & Borgn. Caualc. decis. 17. num. 65. par. 2. Et ad sciendum ex quibus signis præsumatur, & probetur Hospitale esse locum religiosum, & Episcopi auctoritate ædificatum post Ioan. de Sylua in tract. de benfic. par. 1. quæst. 6. num. 17. late agit Mascard. de probat. conclus. 869. & adest egregia Rotæ Rom. decisio in decis. 725. diuers. par. 1. & si nesciretur, an auctoritate Episcopi fuerit locus ille ad talē vsum deputatus, in dubio standum esse possessioni & rei, quæ prima facie apparet, docet Feder. de Senis in cons. 130. sub nu. 2. & vide Anto. Gabriel. lib. 1. cum opinio. de causa pia, conclus. 2. per totum & Iosep. Ludouicum decis. 93.

Decimo quarto, amplia procedere non solum in bonis ecclesiæ, & pij loci,
29 † verum etiam in ipsa ecclesia, seu oratorio pij loci authoritate episcopi fundato ad perpetuū ecclesiasticum vsum, seu in ipso pio loco; ut non possit alienari, concedi seu seruitus imponi ex prædictis auth. multo magis. C. de sacros. eccles. cap. ad hæc, de religio. domi. facit regula semel, de reg. iur. in 6. Non tamen comprehenduntur oratoria in priuatis domibus, de quib. loquitur Abb. in c. inter dilectos, de donat. quamuis in eis non possit celebrari missa, absque licentia episcopi ex Decreto Conc. Triden. sess. 22. c. quanta, quia nō sunt ad perpetuum ecclesiasticum vsum, neque comprehenduntur concessiones cappellarum cum sepulturis, quæ passim fiunt, quia non dicitur alienatio, sed concessio ad vsum destinatum. Si tamen ecclesia esset diruta, & non posset reædificari, vel reparari propter nimiam egestatem, potest tunc episcopus transferre, & ecclesiam ad profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi Cruce cōuertere ex Decreto eiusdem Concil. Triden. sess. 21. cap. 7.

Quando autem Ecclesiæ, & Oratoria solennitate, & Episcopi auctoritate constructa præsumātur post Mascard. de probat. conclus. 583. habetur per Menoch. in tract. de præsump. lib. 6. præs. 75. vbi nu. 9. & infra agit. quę dicantur Oratoria publica, & quæ priuata, de quibus ante eum scripserunt. Lambertin. de iurepatron. par. 1. lib. 1. q. 11. art. 12. & Remig. in tract. de immunit. eccles. par. 1. ampliat. 2. Item cui debeantur oblationes, & elemosynę factæ huiusmodi Oratorijs vide Dec. cons. 148. num. 2. & Caualcan. qui alios commemorat. decis. 17. nu. 71. par. 2. Et circa id scilicet, An bona Confraternitatum, seu Congregationum Laicorum possint sine solennitate alienari, satis mihi arridet distinctio Menochij in commentar. de recuper. possessione remedio 15. num. 34. & infra, qui doctor propter varias interpretum opiniones difficilem huiusmodi dissolutionem esse sentiens, tandem sic determinat, quod si Oratorium, in quo isti laici omnes vna conueniunt, eo animo ab eis sit extructum, ac bona ea mente vna simul congesta, vt Confraternitati deseruiant, & possit ipsa Confraternitas ad libitum de illis disponere & tractare, tunc illa bona seu reditus tanquam loci prophani ad libitum distrahi, & alienari possint. sic intelligendo Bald. in Auth. Hoc ius porrectum.

Bona confraternitatum laicorum an, & quando sine solennitate alienari possint.

col. 2.

col.2.vers.2.quæro,C. de sacros.eccl. & in l. id quod pauperibus, quæst.21.C.de episcop.& cleric. Balb.in tract.de præscrip. particula prima 5.par. princip.vers. amplia. 5. & Paris. in consil. 34. num. 19. lib. 4. Si vero Oratorium illud ab eis sit extructum, vt sit sacrum, & Deo Opt. Max. dicatum, bonaque vna simul eo animo congesta,vt ad opera Oratorij necessaria, & ad pauperes subleuandos perpetuo sint, & tunc bona illa veluti ad illud solum commodum tendẽtia,tanquam loci religiosi iudicanda sunt,etiam si episcopi non accesserit consensus,& proinde non possint ad libitum distrahi, nisi accedente totius Confraternitatis consensu,& Episcopi auctoritate,ac in illis casibus,in quibus aliorum locorum religiosorum bona alienari conceditur, sic intelligendo quæ scribit Pet. Rebuf.in commentar. Regiarum constitut.tom.2.tract.de Confratrijs,nu.9. Zabarel.in cons.13.in princ.Panorm.in cons.31 sub num.1.vers. Sed his non obstantibus,li.1.& Socin.sen.in cons.82.sub nu.34.volum.4.

30 Decimo sexto,amplia † etiam si consuetudo esset in contrarium,nam solennitas a Canonibus requisita in alienandis rebus ecclesiarum,non potest consuetudine remitti.glo. in c. cum causa, de re iud. Abb.in c.nulli,sub num.6. de reb. eccle.& in c. ceterum,de donat. Rolan.cons.15. num.14. & est communis opinio. & testatur Couar.lib.2. var.resol.c 17.num.4 Subdens id esse verum, quo ad alienationem propriam,& perpetuam,ex qua vtile & directum dominium transfertur, secus in datione in emphyteusim, vel in feudum,quia consueta dari possunt in emphyteusim concedi ea solennitate, qua dari consueuerunt, & dicam infra limita.3. Quando autem consuetudo possit augere vel diminuere has solennitates,late per Fel. in d.c. cum causa,de sent.& re iudi.Rebuff.in d.compe.num.20. 32.& 35.Redoa.q.51.c.18.fol.196.

31 Decimo sexto,amplia † procedere etiam vbi ita donatur vel legatur ecclesiæ, vt possit alienari sine solennitatibus,quia requiruntur non obstante dicta voluntate,quæ tanquam illicita seruanda non est,c.tua,vbi Couar.num.6. de testa.facit tex.in l.nemo potest ff.de leg.1.& habetur pro non apposita,cum sit improbata a iure. glo. & Abb. in c. verum. de condit. appo. Nam cum dominium rei sit quæsitum ecclesiæ, res est effecta ecclesiastica, ideo requiritur authoritas iudicis ecclesiastici Innoc.in c.verum.de for.compet. Non obstat tex.in l.1.& 3.C.quando Decr.opus non est,quia non militat eadem ratio de re minoris ad rem ecclesiæ, quia minor maior factus potest ratificare alienationem factam in minori ætate.toto tit.C.si maior fact.rat.habue.quod secus est in ecclesia,quia per ecclesiæ ratificationem absque solennitatibus, non validatur contractus, cum de necessitate requirantur solennitates, etiam quod appareat de euidenti vtilitate,vt dicam infra amplia.18. secus est in alienatione rei minoris, in qua tunc non requiritur Decretum.Capy.dec.113.faciunt not.per Redoa.q.78.c.2.nu.13. Tum etiam quia res minoris remanet laicalis & in casu nostro res efficitur ecclesiastica, & mutata persona, mutatur rei status,l. per procuratorem ff. de acqui. hæred.

32 Hoc intellige quando legatur ecclesiæ capaci, secus si incapaci, † quæ non potest retinere in communi,quia tunc potest alienari sine solennitate. Rebuff.in d. comp.nu.29.Rolan.cons.15.vol.4.post Hyppol.singul.132.in alienatione,Franc. in c.1.de reb.eccles.non alie.in 6.vers.12.limita.Idque amplia si in tali legato facto ecclesiæ incapaci, dicatur quod non possit alienari, quia adhuc poterit alienari,& inde pecunia conuerti in ecclesię vtilitatem. glo. in cap.1. de relig. domi. lib.6. in verb. Domum, Abb. Fel. & Dec. in cap.cum in præsentia, de probat.

S.Anto.

S. Anto. in 3. par. Summ. tit. 12. c. 1. in prin. Armilla in verb. Alienatio, num. 29. Dicam in limit. 6.

Decimo septimo, amplia regulam prædictam procedere non solum in bonis stabilibus ecclesiæ, sed etiam in rebus solo cohærentibus, vt sunt arbores, quæ solo cedunt, si radices egerint, & iure soli iudicantur, l. adeo. §. si alienam. ff. de acqu. re. do. §. si Titius. Insti. de re. diuis. ideo seruus rusticus deputatus prædio computa-
33 tur inter immobilia. Abb. in c. nulli. num. 2. de reb. eccle. alien. † & possessionis appellatione continentur res possessæ, vt sunt arbores, quæ solo inhærent. Nauar. in cons. 6. nu. 2. de reb. eccles. alien. quas regulariter beneficiatus non potest incidere etiam non fructiferas, & contraueniendo incideret in pœnas huius Paulinæ. Nauar. in cons. 7. eo tit. Beneficiatus enim æquiparatur vsufructuario. glo. in cap. præ
f senti. de off. ordi. in 6 & vsufructuarius *f* non potest incidere, l. æquissimum §. fructuarius ff. de vsufru. Limita non procedere in sylua cædua, nemore, arundineto, & alijs arboribus cæduis, quæ per incisionem sunt in fructu, & renascuntur, quia per huiusmodi incisionem non deterioratur fundus. l. diuortio, §. si fundum. cum §. seq. vbi Bar. & Ias. ff. sol. mat. l. qui fundum. ff. de cõtrah. emp. l. sylua cædua ff. de verb. sig. limita etiam si ex incisione huiusmodi arborum fundus fieret fructuosior, quam esset antea incidendo arbores opacas, siue quæ umbram summam efficiunt, vt quando nimia densitas noceret arboribus, & fructui ab eis ferendo, & impedirent augmentum fructuum, & vtilitatem aliarum arborum sufficientiũ prædio. Nauar. in d. cons. 6. eo. tit. vel exciderentur arbores fructiferæ, vetustæ, ac corruptæ, vel non fructiferæ, & in earum locum alię vtiles substituerentur. l. agri ff. de vsufr. arg. §. in pecudũ, insti. de re. diui. Bart. & Ias. in d. §. si fundum. Tiraq. de retract. conuen. §. 3. glo. 1. a. num. 23. vsque ad 30. vbi etiam de creditore habente in pignus, emphyteuta, colono, & alijs habentib. ius in re, & per Redoa. de reb. eccles. alien. q. 79. c. 7. Itaque beneficiatus debet vti arboribus, & fundo, vt nihil agriculturę, & arboribus noceat, & proprietas agri non deterioretur d. §. fructuarius, ac boni viri arbitratu, frui, & recte colere quasi bonus paterfamilias. l. item si
g fundi. ff. de vsufruct. *g*

34 Decimo octauo, amplia etiam † si contractus essent vtiles ecclesię, nam si sine solennitate fiant, sunt nulli, Franc. Sarmient. de reddit. eccles. p. 1. c. 2. 3. & 4. Vinc. de Franch. dec. 35. & alij, quos refert Redoa. q. 46. & 24. in d. tract. de reb. eccles. alienan. Contrarium tenent Dec. in cap. 1. in 1. lectu. num. 71. de constitu. & ibi Adden. in verb. contentioso, & in c. quę in ecclesiarum, num. 28. eo. tit. Rebuff. in d. compen. nu. 34. Redoa. q. 20. & 51. c. 7. Nauar. in comment. de alie. rer. eccl. sub num. 17. alios cumulat Ant. Gabriel lib. 3. com. opin. in tit. de reb. eccl. alien. concl. 1. & nouissime Mascard. de probat. concl. 75. qui refert hanc esse magis communem & veriorem opinionem, faciunt dicta per Aflict. in Const. Reg. Constitutionem Diuæ memoriæ, num. 66. quod in augmentum feudi valet alienatio sine assensu directi domini, est tamen in electione ecclesiæ, si vult stare contractui, & procurare expeditionem solennitatum etiam inuito contrahente. Sarm. d. c. 2. nu. 21. Redoa. d. q. 20. nu. 193.

Ad cuius opinionis corroborationem, scilicet, quod contractus initus in ecclesiæ vtilitatem, non seruatis solennitatibus sustineatur, adde quod illam etiam sectatur Roderic. tom. 1. quæst. regular. q. 27. art. 9. & ratio est, quia in hoc casu interuenit finis, seu effectus, ad quem respiciunt iura solennitates requirentia in alienatione rei ecclesię, cum sint inuentę ad euitandas deceptiones. Rebuf. in cons. 109. num. 13. & cons. 111. num. 9. & seq. post Albert. Brun. in tract. de forma

& solen-

& solennit. actus rubr. de causis formæ, & solennit. Declara quod ita demum talis contractus erit nullus, vel validus, si ecclesia in cuius fauorem solennitates sunt introductæ, hoc volet, eique placebit, adeo, quod hæc nullitas non possit ab alio allegari, quam ab ipsa ecclesia. Innocen. cuius dictum sequũtur Host. Zab. & alij in c. 1. in prin. de his quæ fiunt a præl. sine consens. Cap. Pan. in c. diuersis falsitatis, nu. 6. de clerc. coniug. Dec. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 31. in fine de constitut. Rota Rom. in decis. diuers. decis. 133. num. 11. & seq. vol. 2. & decis. 262. nu. 9 par. 3 lib. 3. ita quod ipsa volente stare contractui non potest eius aduersarius dicere contractum nullum. Menoch. qui alios congerit in addit. ad cas. 172. nu. 61. & infra. Intelligo dummodo Ecclesia post initum contractum, illi stare volens, parata & solicita sit adhiberi facere legitimas solennitates, vereque ac cum effectu eas adhiberi faciat, seu Papæ assensum super contractus validitate obtineat, ne conductor, seu cessionarius perpetuo stet in suspenso, & ecclesia semper in tuto iuxta terminos insignis decisionis Vinc. de Franc. in decis. 35. quem sequitur Amæd. a Ponte in commentar. ad tit. qui feud. dare possit, num. 148. Secundo declara, quod licet defuerint solennitates iuris positiui, dummodo iusta causa interuenerit in tuta conscientia, potest quis res ecclesiæ detinere, donec contractus in foro exteriori cassetur ob defectum solennitatum, ut præter Sarment. in 4. tract. part. prima. capitul. 2. numer. 6. & 7. uoluerunt etiam Abb. in capitul. 1. in fin. de rest. in integr. Nauar. in comment. de spol. cleric. §. 2. sub nume. 6. Redoan. in præd. tract. quæst. 46. numer. 4 & seq. & Roderic. in præd. quæst. 27. art. 10.

35 Decimo nono, amplia † in unione ecclesiarum, quia unio dicitur alienatio, ut not. Abb. in c. tua. nu. 4. de his quę fiunt a præla. text. in clem. fin. de reb. eccles. non alien. Rebuff in d. compen. nu. 14. præterquam in casibus a iure permissis vigore etiam Decretorum Conc. Trid. sess. 21. de refor. c. 5. & sess. 24. de refor. generali, c. 13. & 15. & sess. 23. c. 18.

36 Vigesimo, amplia † etiam si res, quæ peruenit ad ecclesiam, erat antea obligata creditoribus ut non possit alienari absque solennitatibus pro illis satisfaciendo secundum unam opinionem, quam refert Lapus allega. 25. num. 4. nam dominium ipso iure transiuit ad ecclesiam ut supra ampl. 8. & est effecta ecclesiastica ut dixi supra amplia. 16. quæ opinio mihi magis placet, tamen ipse Lapus in fine refert alteram opinionem contrariam, quam sequitur Redoa. quæst. 51. c. 8. num. 18. Ego uero censeo quod aut alienatio, seu uenditio fit a iudice ecclesiastico ad
h instantiã creditorum, sicut potest fieri propter urgens debitum legitime *h* cõtractũ ab ecclesia, prout not. glos. in summa 12. q. 2. & Abb. in c. ad nostram, de reb. eccles. alie. & tunc debet adhiberi causæ cognitio. s. ut existat causa urgens alienãdi, 2. quod debitũ ex bonis mobilibus ecclesiæ nõ possit solui, idque liqueat iudici per discussionem bonorum, 3. quod vendatur res minus damnosa, 4. quod pro paruo debito non vẽdatur res magna, 5. vt ipsius iudicis ecclesiastici interueniat authoritas, & quod omnia ista præcedant Decretũ iudicis, & subsequatur subhastatio, quæ si cõsiderantur in venditione rei minoris vt per Affli. dec. 249. multo magis in re ecclesię prohibita alienatione nõ pręsumitur prohibita alienatio ex causa necessaria, vt ea quæ ob æs alienũ fit l. alienationes ff. fam. erci sc. & nõ sufficit simpliciter æs alienũ subesse nisi etiã creditores vrgeant. Mascar. de prob. conclu. 1237. Aut ipse ꝑlatus ecclesiæ vult vẽdere ex se, & tũc nõ põt absq. assensu Apostolico, & ita vidi practicari, & expediri Breue Apostolicum cõmissum ordinario loci ad instantiã Conuentus IESVS Maria de Neap. ordinis Prædicatorum,

37 Vi-

37 Vigesimo primo, amplia † etiam in re sterili seu domo, quæ plus incommodi quam vtilitatis affert Rebuff. in d. compen. num. 121. si modo non concurrunt tria, de quibus in limit. 4 Capy. dec. 105. Rodoa. q. 51. c. 20. nu. 2. & 3.

a *ADDITIO 'De thesauro inuento ad quem pertineat vide §. thesauros instit. de rer. diuis l. 1 C. de thesaur. lib. 10. Couar in reg peccatum in fi. de reg. iur in 6. Tiraq de retract conuent in fin nu. 96.*

Ad pleniorem illius explicationē post Afflict. in Const. Regni Dohanæ secreti, recentiores scribentes videlicet Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 5. præs. 30. nu. 5. & infra. Petr. Nauar. in tract. de restitu. lib. 4. cap. 2. num. 72. & seq. Ludo Lopez. in instructor. conscientiæ. par. 2. c. 2. & latius Molin. de iust. & iure disput. 56. & de Thesauro in bonis ecclesiæ reperto, vide Borgnin. Caualc. decis. 612 par. 2.

e *ADDITIO Hospitale fundatum authoritate episcopi gaudet priuilegijs eccle siæ Afflict decis. 67.*

f *Idem tenet Affl in Consti reg Iustitiarijs num 18 vbi etiam tenet, quod incisio arborum fructiferarum sit iudicium criminale, & appellatione arborum fructiferarum contineri quercus: & de Beneficiato si æquiparetur vsufructuario, vel vsuario, vide Abb. in c. cum esses nu. 21. de testa. Redoa. q. 51. c. 25.*

g *Sequitur ex prædictis, quod pretium arborum, quas beneficiatus non poterat incidere item marmorum & lapidum, quia non sunt in fructu, tenetur conuertere in vtilitatem ecclesiæ, & non suam, & quando dicatur in ecclesiæ vtilitatem conuerti, declarat Rebuff. in d. compe nu. 73. De fodinis auri, argenti, cretæ, & arenæ, est tex. in d. l. diuortio. § si uir. ff. sol. matr. & quando possit inquirere, vel exercere ac instituere, habetur in d. § fructuarius & de lapidicinis est etiam tex. in l. si ex lapidicinis ff. de iur dot.*

h *Tunc dicitur debitum legitime contractum ab ecclesia quando fuit cum assensu Apostolico alioquin non possunt bona ecclesiæ obligari, ut fuit dictum supra ampli. 3 nisi fuisset versum in vtilitatem ecclesiæ quod tenetur probare creditor in tribus casibus vt in mutuo, in deposito, & pro solutione debiti ecclesiæ legitime contracti, nec creditur assertioni prælati Rebuff. in d. comp. alien. nu. 38 vsq 42. Couar lib. 2. var resol c 17 num 3. Dec. cons. 36 post Ab in c 1 depo & in c quod quibusdam de fideiusso Bart. in l. ciuitas ff. si cer pet.*

Nō creditur Prælati assertioni iuterue nisse tractatum in alienat. rei eccle cū extēsionibus.

Hoc videlicet, quando creditor probare habeat pecuniam esse versam in ecclesiæ vtilitatem, & quando ecclesia ex mutuo suscepto a prælato, vel alio eius administratore teneatur, post Redoan. in præf. tract. quæst. 56. cum duob. seq. capit. diligēter explanat Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cent. 5. casu 432. quo loco, & in tract. de præsumpt. lib. 3. præs. 55. disserit etiam de coniecturis, ex quibus id probari possit, cuius dictis adde, quod Abbas, qui recipit pecuniam conuertendum in certā causam pro necessitatibus monasterij, obligat monasterium, licet non conuerterit in dictam causam, ex com. opinione de qua testatur Ioan. Vincēt. de Anna singulari. 1. Et quod ibi subdimus, scilicet quod de hac versione in vtilitatē ecclesiæ non credatur assertioni Prælati, amplia vt nec ex eius assertione probetur tractatus requisitus in alienatione rei ecclesiæ, sed de eo fieri debere scripturam separatā, docent ex multis Domini de Rota decis. 716. diuers. nu. 2. & 3. pa. 1. Extende vt neq:

præd.

præd. tractatus probetur etiam si instrumento alienationis diceretur, habito colloquio & tractatu, cum non sit ad id specialiter confectum, neque sufficere si in d. instrumento fieret de tractatu mentio per relationem ad aliud instrumentum, nisi producatur & exhibeatur. Hier. Magonius decis. 12. Rotæ Lucensis, nu. 24. & 25. nota 6. Rolan. a Valle cons. 15. nu. 10. Qualiter autem debeat fieri, & præcedere tractatus circa alienationem bonorum monasterij, tradit Rodericus tom. 1. quæst. regul. q. 27. art. 2. Formam vero, seu solennitatem, quam Capitulum Cathedralis, seu inferioris ecclesiæ adhibere debet in alienatione alicuius prædij ipsius Capituli, describit Menoch. in præalleg. addit. ad cas. 172. num. 28. & infra. Prosper de Augustino. V. I. D.

38 *Quænam sint res quæ seruando seruari non possunt.*
39 *Concessio in emphyteusim absque assensu Apostolico quando valeat.*
40 *Quænam dicantur solita concedi*
41 *Intelligentia tex. in c. terrulas 12. q. 2.*
42 *Quando imminet summa necessitas non seruantur solennitates.*
43 *An dispositio huius Paulinæ habeat locum in remissione legati, ac rei non incorporatæ.*
44 *In remissione caducitatis non requiritur solennitas.*
45 *An in principe permutante cum ecclesia.*
46 *Præsumuntur solennitates ex antiquitate temporis.*
47 *Præscriptio legitima succedit loco decreti.*
48 *An hæc Paulina sit vbique recepta.*
49 *Pœnæ contra male alienantes, & an habeant locum ante condemnationem.*
50 *Quænam excusant a pœnis huius Paulinæ.*

HAnc Regulam sic ampliatam, limita Primo in locatione, & conductione per triennium, vt in hac Paulina, cum declaratione tamen de qua supra in 4. ampliat.

38 Secundo, limita in rebus, quæ seruando seruari non possunt, vt in hac extrauag. glo. in summa 12. q. 2. Rebuff. in d. comp. alie. rer. eccl. nu. 25. Socin. in fallen. reg. 110. nu. 2. & sunt quæ vltra triennium durare non possunt absque notabili deterioratione. arg. l. lex quę tutores. C. de admin. tutor cum simil. alleg. per Redoa. q. 6. nu. 29. vbi tenet, quod etiam vestes attritæ, & animalia superuacua possunt vendi absque Decreto, & facit tex. in l. fin. C. quando Decre. opus non est. Sed debet pretium conuerti in vtilitatem ecclesiæ. Ac ea, quæ magis expedit distrahi quam seruari, non sunt prohibita alienari, Redoa. q. 51. c. 1. num. 4. Et quid bonorum mobilium appellatione, quæ seruando seruari non possunt, comprehendatur, vltra Abb. c. nulli, de reb. eccles. alien. & præallegatos, declarat etiã Molina de contract. disput. 465. nu. 3. Idem dicendum est de re mobili minus pretiosa Rebuff. nu. 24. Redo. loco præalleg. dicam infra. lim. 8.

39 Tertio limita † in concessione in emphyteusim, habente tres conditiones scilicet in calib. a iure permissis, de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, & cum euidenti ecclesiæ vtilitate, vt in hac extrag. secundum Caieta. in uerbo, excommunicato, cap. 75. & dixi sup. in reg. sub nu 5. Bona igitur, quæ reuertuntur ad ecclesiam, & sunt solita concedi, si non cesset prima causa, possunt iterum concedi iuxta consuetum modum sine solennitate. Abb. & Doct. in cap. ut super, de reb. eccles. alien. Rebuff. in d. compen. num. 33. probatur etiam in c. 2. de feud. in

tit.

tit.de his qui feud. dar.poſſ.& tit.epiſcop.vel Abba. in vſib.feud.vbi Iſer. Alua. Prępoſ.& Afflict.Ruin.conſ.41.num.39. Franc. Curt.in tract. de feud. par.2.q. 1.Couar.lib.2.var.reſolut.cap.17.Iul.Clar.de feud.q.13.& in §. emphyteuſis q. 6.Calderi.cõſ.vlti.Paul.Caſtr.in l.etiam.ff.ſol,matr,Bero.conſ.86.vol.1.Redoa, q.51.cap.6.& q.60.& 61.Menoch.conſ.70.vol.1.Alex.Stiat.in repet.huius extra uag.num.34.43.& 44.Molina de contract.diſput.466.& 468. num.20. poſt Afflict.in Conſt.Baiulos ſub num.85.

40 Sed quando dicatur † res ſolita cõcedi,declarant etiam Dec.in conſ.142. nu. 4.& in Auth.qui rem,nu.20.C.de ſacroſ.eccle. Franc.Curt. ibid.nu.44. Capy.in inueſti.feud. in verbo, feudum dant, verſiculo Prælati eccleſiarum. fol.142.vſq; 148.Iul.Clar.in d.§.feudum.q.13.Redoa.q.65. ſed vltra eos lege aurea verba Afflict.in Conſt.Regni,Conſtitutionem Diuæ memoriæ. ſub nu.67. quem ſequitur Alex.Stiat.ſub nu.19.& 33.& Molina d.diſput.468.nu.20.vide Ripam in l.filius fam.§.Diui.nu.65.ff.de leg.1.

Notandum tamen eſt communem eſſe opinionem quod tunc dicatur res ſolita concedi,quando reperiuntur duæ conceſſiones illo modo factæ, ſimul cum curſu quadraginta annorum,vt refert Iul.Cla.in loco prælegata,dicens eſſe tenendam tanquam tutiorem,

Concluſionem hanc,nempe,quod Prælatus bona concedi ſolita, ad eccleſiam reuerſa,poſſit iterum ſine aliqua ſolennitate concedere ſeu infeudare, notabiliter ampliat & limitat Amædæus a Ponte in Commentar.ad tit. qui feud. dare. poſſ. a.num.155. vſque ad finem,item amplia, vt per Rolan.cõſ.1. nu.83. vol.1. Item quando dicatur res ſolita concedi ſeu infeudari,præter Doctores citatos, videndi ſunt Paris de Puteo in tract.de feud.redintegrat.ſub rubr. Res ſolita concedi quãdo dicitur,nu.11.& infra Prefatus a Ponte loco cit.nu.151.& ſeq. & Anton.Maria de Canib.in quodam alio ſuo conſi.collocato poſt 30. deciſ.Cauaſcpar.2. nu. 95.119.173.& 185.cum ſeq.probatur autem iſtud ſolitum aut per duas locationes cum curſu 40.annorum aut per vnam ſolenniter factam prout ita fuiſſe alias tẽtum in Rota Rom.ac eſſe communem opinionem traditur in deciſ.160.diuerſ. num.5.vol.2.vbi vero ſecunda locatione fuiſſet obiecta noua conuentio, ſeu noua qualitas tunc facit, vt non poſſit dici confirmatoria primæ locationis, ſed eſſet noua conceſſio diuerſa a prima, vt in eadem deciſ.num.9.habetur,& per Cauale.deciſ.30.nu.87.& ſeq.par.2.ac ex adductis per Cacheran. deciſ.Pedem. 23. nu.22.& infra ſatis comprobatur. Idem etiam vbi excederetur modus conſuetus ſeu forma conſueta alteraretur, vt declarat Vrſil.in annot. ad deciſ. Afflicti 305. nu.L.& latius d.Amæd.ibidem,nu.144.& eſt com Doctorum ſententia referente Ripa,reſpon.2.num.17.& 18. ſub tit.de iure emphyt.Cauale.deciſ.25.nu.13. par.2.ideoque vti nouus contractus debitas requireret ſolennitates. Intellige procedere,vbi alteratio ex nouis pactis adiectis eſſet,quo ad ſubſtẽtialia ipſius,actus, non autem ſi alteratio eſſet reſpectu aliquarum,qualitatum,quæ tanquam accidẽ tales non eſſent in conſideratione, Cald.in conſ.11.ſub rubr. de feud.eſt communis concluſio referente Alex.in conſ.9.num.2.lib.3.Hieron.Magonius. deciſ.14. Rotæ Lucenſis,num.30.& 39.& ibi addentes li. E, & quando alienatio dicatur in melius,exemplificat Riminal.conſ.340.num.17.vol.2. vbi etiam aliqua tradit quot tempora requirantur vt res dicatur effecta de menſa, Inſuper ſupra affirmata concluſio, videlicet,quod in bonis eccleſiæ concedi ſolitis remittatur ſolennitatis obſeruatio,inter ceteras,quas patitur exceptiones eſt, vt non procedat in bonis, quæ & ſi ſemel vel pluries fuerint conceſſa, ſunt tandem aliqua de cauſa ad

Res ſolito cõcedi qualiter probetur.

Quando non procedat cõcluſio.q. in bonis eccleſiæ

ipſam

ipsam ecclesiam reuersa, eiusque patrimonio incorporata, ac de illius mensa effecta, sicque prima sua natura amissa nouam assumserint, Crescent. decis. 1. num. 5. sub tit. de reb. eccles. alien. vel non. post Zabarel. in c. 2. q. 12. de feu. Menoch. lib. 2. de arb. iud. cent. 5. casu. 433. quo loco, & in tract. de præsump. lib. 6. præs. 87. exprimit coniecturas ex quibus id conijciatur post Redoan. in præd. trvct. q. 62. & Parid. de Puteo vbi supra, nu. 6. & seq. Amæd. a Ponte loco cit. num, 160. notab. Mascard. de probat. conclus. 203. date præd. Anton. Mare. in prælleg. cons. num. 194. & infra. Reliquas recensere omitto, cum satis abunde per Doctores scribentes super c. 1 qui feu. dare possunt, & per Redoan. quæst. 61 de eis agatur; Vnum non pertranseundum duxi scilicet, vt bona ad ecclesiam reuersa, quotiescunque cessaret causa primæ concessionis, & rebus non sic stantibus non possint dari pro eodem canone, seu pretio quando plus fuerit oblatum, vel facta diligenti inquisitione plus reperiri potuisset, pp verisimilē spem maioris perceptionis iuxta termi. nos singulariter discussos per Dñs de Rota in dec. 360. diuers. vol. 1. & vide Paul. de Cast. cons. 61. incip. videtur. & Rimi. consi. 100. nu. 4. & consi. 567. volum. 3.

concedi solitis remittatur solennitatum ob seruatio.

41 Quarto, limita † in re immobili parua, vt possit alienari cum consensu episcopi, absque solennitatibus. capit. terrulas 12. quæstion. 2. & tunc tria copulatiue requiruntur, vt res sit exigua & modica, quod non sit ecclesiæ vtilis, & necessitas. Rebuff. in d. compen. num. 122. & 60. Redoa. q. 13. num. 19. & q. 51. cap. 8. & 20. num. 6. Res igitur sterilis, seu inutilis prædictis non concurrentibus non potest alienari absque solennitate. Capy. decis. 105. Bero. consil. 83. 85. 59. & 91. vol. 1. Guid. Pap. decis. 156. Rebuff. num. 121. & iuramentum prælati de non alienando non extenditur ad hanc rem exiguam. Abb. in. c. fin. de eccle. ædific. in cap. vt super, de reb. eccle. & c. 2. de feud. Redoa. d. q. 13. num. 11. Capy. in inuest. feud. in verbo feudum dant consul. 20. fol. 147. Nota quod tex. in d. c. terrulas, per hanc extrauag. non est correctus, vt dicit Alex. Stiatic. hic, num 3. Non obstat tex. in c. ad aures, de reb. eccles. quia ibi ponitur vnus de casibus a iure permissis, & procedebat ante hanc extrauag. per quam hodie non potest concedi in emphyteusim nisi tribus concurrentibus scilicet, quod sit in casibus a iure permissis, de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, & cum euidēti vtilitate, vt in prēced. limita. quibus tribus concurrentib. potest concedi inconsulto Romano Pontifice: Quænam dicatur res exigua & modica, vltra glos. in d. cap. terrulas. & Redoa. q. 10. est arbitrio boni viri inspecta conditione ecclesiæ, si est tenuis vel multum abundans, attenta qualitate temporum, locorum & rerum arg. l. 1. de iur. delibe. & c. de causis. §. 1. de offi. delega. Abb. in cap. 1. num. 8. de restit. in integ. Canophi. in repet. huius Paulinæ, num. 46.

Adde quod hoc censuit Sacra Congregatio Concilij, scilicet, neque Constitutionem Pauli secundi, neque Conc. Trid. decretum derogasse dispositioni c. terrulas 12. q. 2.

Quinto, limita in bonis stauritarum, fraternitatum, hospitalium, collegiorum, seu aliorum locorum non fundatorum authoritate episcopi in quibus non habet institutionem neque destitutionem, Redoa. quæst. 49. nu. 8. & per ea quæ dixi supra 13. amplia. cum sequenti.

Sexto, limita in bonis relictis, & donatis ecclesiæ quæ est incapax retinendi etiam in communi vt sunt fratres Sancti Francisci de obseruantia, & Capuccini, de quibus mentionem facit Concil. Trid. sess. 25. de reg. capitul. 3. vt possint alienari sine solennitatibus, & pretium conuertī in ecclesiæ necessitatem. Socin. in Reg. 110. nu. 3. Deci. in c. in præsentia, nu. 271. de prob. & dixi supra amplia. 16.

42 Septimo, limita † si immineret summa necessitas alienandi, & tantam celeritatem requireret, quod superiorem consuli non patiatur, tunc potest alienatio sine consensu Papę, vel alterius superioris, cui fuit iuramentum præstitum de non alienando minime requisito, Abba. in c. fin. num. 7. de eccles. edific. Card. Zabar. loquens de bonis Hospitalium in clem. 2. q. 11. de religio. domi. Rebuff. in d. comp. num. 35. loquens pro vtili communi in munienda Ciuitate, & per Redoa. q. 13. num. 13. cum seqq. & quæstio. 9. num. 51. & quæstio. 35. num. 7. & 9. Canophil. in repet. huius extrauag. num. 85. item pro redemptione captiuorum, & alimonia pauperum quando periculum esset in mora. Lege aurea iura in c. aurum, & c. gloria episcopi 12. q. 2.

Octauo, limita in re mobili minus pretiosa. Rebuff. in d. compend. num. 24. Redoa. q. 51. c. 1. num. 4.

43 Nono, limita † non habere locum dispositionem huius Paulinæ in repudiatione, vel remissione legati, seu hæreditatis, ac rei ecclesiæ non incorporatę, quia remissio non est alienatio. l. alienationis ff. de verb. signi. & prælatus, seu beneficiatus potest præiudicare ecclesiæ, in acquirendis. Ias. in l. seruus. num. 2. C. de pac. & in l. legatum, ff. de leg. 1. dixi supra in amplia. S. tamen tenetur ecclesiæ resarcire damnum. glos. in cap. 2. in verbo aut neglectum 12. q. 4. Abb. in cap. ad præsentium, de pigno. Franc. in c. 1. de reb. eccle. non alienan. in 6. Silu. in verbo, immunitas primo, num. 12. Rebuff. in d. comp. alic. num. 31. Redoa in d. tract. q. 2. c. 7. nu. 12. & q. 3. num. 60. ac q. 22. num. 52. q. 76. num. 31. & q. 51. c. 4. non tamen incurit pœnas huius Paulinæ. reg. odia, de reg. iur. in 6. facit tex. in l. qui autem. ff. quæ in frau. credi. de debitore qui potest renunciare legatum in fraudem creditorum. Couar. in c. Rainaldus. §. 3. de test. Bal. in l. maximum vitium. num. 11. C. de lib. præte. quem refert Ang. in ver. excommunicatio primo, nu. 20. Sed hæc procedunt in foro exteriori, non autem interiori, quia tenetur debitor facere id quod potest pro soluendis debitis iustis. Pet. Naua. li. 3. de rest. c. 1. nu. 13. si tamen prælatus ex iusta causa ob scandalum vitandum omisisset acquirere, nó tenetur, quia ecclesia potius debet pati damnum temporale, quam permittere scãdalum animarum fidelium, S. Thom. & ibi Caieta. 2. 2. qu. 43. art. vlt. in resp. ad 5. in fi Quando vero esset res, seu actio communis prælato, & ecclesiæ, seu Capitulo, non potest in præiudicium Capituli renunciare. Rebuff. in d. comp. num. 30. vers. & ista opinio. Iul. Clar. in §. emphyteusis q. 11.

Prælatus potest præiudicare ecclesiæ in acquirendis, vide Rimin. consi. 315. nu. 15. vol. 2. adde quod hãc opinionem sequitur Aluar. Valasc. decis. 77. Lusitan. nu. 2. to. 1. Amplexi sunt etiam Domini de Rota vt liquet in deci. 233. diuers. nu. 6. par. 3. lib. 3. iuncta deci. 284. nu. 9. co. lib. ad obiectionẽ illam scilicet, ꝙ quando Prelatus cedit iura sibi competentia ratione hereditatis ecclesię suę relictę, ad quã sibi, & ecclesię actio est quęsita ex testamento, cedendo, & repudiando videtur, acquirere, & adire hereditatem tanquam necessariũ antecedens ex Ripa consil. 270. col. 2. vol. 1. non enim posset cedere, nisi prius saltem ordine intellectus intelligatur adijsse, & ita potius essemus in acquisito, quam in acquirendo, & per consequens cessioni illi obstaret Paulina tanquam absque solennitatibus per eam requisitis factę, siquidem per eosdem Dominos in alia decis. 30. par. 3. lib. 2. iuncta decis. Putei. 519. li. 2. respondetur, ꝙ ex quo illa cessio nõ est ordinata ad acquirẽdũ & adeũdum principaliter, sed potius ad repudiandũ, quod illa acquisitio momentanea, quę fit, non est in consideratione; licet verior & tutior sit opinio contraria relata supra, sub nu. 23. scilicet, quod non tantum in acquisitis, sed etiã in

acqui-

acquirendis non possit fieri remissio a solo Prælato absque solennitate, quæ vltra supra allegatos corroboratur ex decis. Caputaque. 359. par. 2.

Decimo, limita in rebus quæ nondum sunt incorporatæ mensæ Episcopali, seu Capitulari, clem. 1. in ver. ad mensam, de excess. præla. c. 2. de feu. Abb. in c. vt super, de reb. eccl. alien. vt possint concedi sine solennitatib. dummodo duret prima causa, vt dixi supra limi. 3. quæ & quo modo res dicatur de mēsa vltra Doc. in locis præallegatis, & in c. 1. de his qui feu. da. post. in vs. feu. vide Redoa. quæst. 62. Aduerte quia tam per nonam, quam per hanc decimam limitationem euitantur pœnæ extrinsecæ huius Paulinæ, non tamen intrinsecæ nullitatis contractus, non enim præcluditur via ecclesiæ aduersus repudiationem, seu remissionem legati, ac rei non incorporationem factam in damnum Ecclesiarum, quia Rectores earum vtilia, non inutilia agere potuerunt; ideoque dato, quod in quærendis videatur, quod factum Prælati possit præiudicare Ecclesiæ, & licet Ecclesia possit agere contra Prælatum, qui illi præiudicauit in non acquirendo, non tamen per hoc videtur sublatum remedium restitutionis in integrum ex allegatis per Riminal. in cons. 315. nu. 15. & infra vol. 2.

Vndecimo, limita vt possit Prælatus sine solennitatibus restituere rem, quam iniuste detinet Rebuff. in d. comp. nu. 28. Canophi in repet. huius Paulinę nu. 37.

Duodecimo, limita vt valeat transactio absq; solennitatibus quando possessio non est penes Ecclesiam, nam si per transactionem Ecclesia rem relaxaret in cuius possessione existit, tunc requiruntur solennitates. Rebuff. in d. comp num. 21. Rolan. cons. 15 dixi supra amplia. 5. intellige de re dubia, alioquin non dicitur transactio l. 1. ff. de transact. & dummodo sit in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, tutius tamen erit assensum Apostolicum obtinere si in futurum Ecclesia nollet stare contractui, sic practicatur, & vidi expedita Breuia.

44 Decimo tertio, limita † vt possit solus prælatus, seu Rector remittere caducitatem emphyteutæ Ecclesiæ. Ias. in l. legatum, num. 18. de leg. 1. & in l. seruus, num. 2. C. de pac. Cur. de feu part. 2. quæstion. 2. princ. num. 7. per ea quæ dixi supra limi. 9. hoc enim dependet ex voluntate beneficiati. Afflict. decis. 97. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæstion. 9. 10. & 11. quæ pœna caducitatis an, & quando remissa præsumatur notab. tradit Menoch. in tractat. de præsumption. libr. 2. præsumpt. 112. & an caducitas incursa tempore prædecessoris possit per successorem intentari, & de canone decurso tempore prædecessoris, & non soluto cui debeatur an heredibus illius, vel successori in Ecclesia de vtroq; agit Hiero. Maugon. decis. 70. Rotæ Fiorent.

Decimo quarto, limita quando contractus esset in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, vt nō requirantur solennitates secundum quosdam Doct. relatos supra amplia. 18. sed hodie per hāc Paulinam requiritur assensus Apostolicus, vt dixi supra num. 5. & 34.

45 Decimo quinto, limita † in principe permutante cum Ecclesia secundum Host. in cap. de rer. permut. licet contrarium teneat Innocen. vt prædixi amplia. 1. & est magis tutum.

Decimo sexto limita quando ecclesia esset grauata per fideicommissum restituere Rebuff. in d. compen. nu. 29. & 30. Redoa. q. 51. c. 3. nu. 22.

46 Decimo septimo, limita † quando non apparet de solennitatibus, sed præsumuntur propter diuturnitatem temporis mortuis contrahentibus Rebuff. in d. compen. num. 37 & in consil. 111. num. 12. Afflict. decision. 107. num. 5. & decision. 368 num. 7. Capi. decision. 16. Gram. decision. 79. Crauet. de antiq. temp.

par.3.§.vidimus.num.24.cum seq.Redoa. in d.tract.q.39.& 48.Nauar.consil. 1.de reb. eccles.alienan. in antiquis, & 16.in nouis. Rolan.consil.15.nume.12. volum.2. Alexan. Stiat.in repe.thuius Paulinæ sub nume.20.de qua solennitate præsumenda late per Felin.in c.sicut,de sent.& re iud. Iason l. sciendum, ff. de verb.oblig. Rimin,consil. 292.sub num.87.Ruin. cons.41.cumulat, & reassumit Mascard.de proba.concl.75.& 154.& 482.vbi notabiliter limitat,& sublimitat,& an ex cursu triginta annorũ, vltra Nauar.in d.cons.& cons.1.de præscr. in nouis vide Dec.cons.36.sub nu.8.& cons.341.n.13. Soci. in regul.376.in ver. solennitas extrinseca, & an credatur instrumento in quo asseritur solennitates fuisse adhibitas. Bar.cons.41.par.1.

Propter tẽporis diuturnitatem præsumitur solẽnitatem interuenisse cũ declaratione.

Præsumuntur solennitates propter diuturnitatem temporis, adde quod hanc conclusionem multorum auctoritate comprobat Nauar.in cons.3.num.7. de cẽsib.in antiq. Declara primo, quod cum hæc præsumptio sit fundata in taciturnitate partium ex Soci. iun. cons. 56.sub nu.13.& 14. lib.1. secus esset dicendum si infra spaciũ 30.annorum super eaper partes aliqua lis mota fuisset. Rota diuers. decis.160 nu.6.vol.2. Secundo declara talem præsumptionem nunquam habere locum, vbi ex instrumento constaret solennitatem fuisse defectiuam,& minus legitimã. Caslador.decis.3.num.7.de procurat. Redoan. quæst.39 sub num.29. est magis com.opinio. referente Canale. qui alios concordes adducit decis.29. sub nu.24 par.2.amplia etiam & declara, vt per Ant.de Gama.decis.48. regni Lusitani,& per Riminal cons.343.vol.2.& in cons.461.vol.3.& cons.571. eod. vol. Quid vero dicendum sit in præsumptione assensus Apostolici.

Traditur plena elucidatio illius articuli, nu 5. an ex tẽporis diuturnitate præsumatur assensus Apostolicus.

Vt huius articuli, qui admodum frequens, necessarius, & difficilis est, ueritas liqueat,amicorumq; votis morem geram, idcirco exactius illum examinando breuiter præsupponendo dicimus,quod de stylo,& obseruantia Curiæ Romanæ concessio assensus Apostolici super alienationibus rerum ecclesiæ non indulgetur, nisi prænia delegatione S. Pontificis in personam aliquorum in dignitate ecclesiastica constitutorum,qui videant an concessiones cedant in euidentem ecclesiæ vtilitatem,& si ita apparuerit, illas confirment, alias non, de qua obseruantia testatur Vincent. de Franch.in decis. 239.nu.1. quæ commissio solet expedirí in forma Breuis,seu per Bullam,de quibus rescriptis, eorumq; clausulis est videre apud Staphil.de rescript.in forma Breuium nu.20.& infra in 2. editione, Gomes.in tract.Breuium, nu.22.& seq.Mandos.de signat.Grat.tit.5 in euidẽtem,& latius apud Redoan.in præd.trac.quæst.20.nu.89.& pluribus seq. Quæritur modo an præd.Assensus Apostolicus,[cuius concessio passim sit per diploma separatũ, vt prędixi,] ex tẽporis diuturnitate præsumatur. Respondeo, quod ista difficultas fuit proposita in Rota Rom. vt habetur in decis. 179. diuers.vol. 2. Cuius integrum tenorem, vt cũctis innotescat, huc inserere curauimus, prout sequitur?

NEAPOLITAN. FVNDACI, LVNÆ, PRIMA IVNII M. D. LXXVIII. *Difficultas fuit restricta, An ex lapsu 38. vel.39.annorum cum continua quasi possessione, seu solutione canonis præsumatur beneplacitum Sedis Apostolicæ. Et an præsumatur consensus Confraternitatis in alienatione facta per Joan. Antonium in sorores de Caracciolis. Circa primam resoluerunt ex lapsu 30 annorum cum possessione præsumi beneplacitum ex Put & Aug de reb. eccles.non alien.& alijs plurib.in Roman. Sancti Laurentij in Damaso, coram D. de Rubeis isto anno allegatis. Quo ad secundam partem Domini dubitabant, cum simus in Vniuersitate vel Collegio, in quo requiritur consensus Collegij ad remittendam caducitatem, vt late cumulat Clar.in § emphyteusis. q.19. Et quia moniales*

les videntur potentiores, cum quibus est facta alienatio; sed hoc tollitur ex facto quia ab initio fuit in particulares. Solum igitur remanet difficultas de Collegio, seu Vniuersitate ex adductis per Clar. d. q. 10. Hactenus decisionis verba. Verum quia hæc resolutio non est vsquequaque sufficiens, ad plenioremdilucidationē firmo conclusionem, scilicet, quod quando intercedit solus lapsus annorum 30. vel 40. absque alia coniecturā non inducitur præd. præsumptio. Hugo Cels. in cons. 111. num. 18. Ferret. notab. vbi huius rationem reddit in cons. 248 num 12. & seq. vol. 2. Limitatur primo quando cum præd. temporis decursu probatur etiā, seu constaret Summum Pontificem habuisse scientiam, & tolerantiam illius contractus, seu alienationis, in qua eius licentia, & consensus erat necessarius, & de cuius præsumptione agitur ex Alex. in cons. 9. nu. 8 lib 3 quam Alexandri declarationem eum sequendo commendat Felyn. dicens de ea nunquam obliuiscendū in c. sicut. sub num. 33. vers. Bene fateor, de sen. & re iud. Afflict. decis. 107. in fine, Crauet. in tract. de antiq. temp. par. 3 in princ. Ioan. Cephal. consil. 628. num. 80. vol. 5. Redoan. in præf. tract. quæst. 48. num. 16, Mascard. de probat. concluf. 416. num. 2. com. opinio. de qua per Menoch. in tracta. de præsump. lib. 3. præs. 132. num. 71. qui hanc scientiam præsumi inquit, vbi contractus fuisset celebratus in eo loco, in quo esset notorium, & consequenter verisimile, quod ipse superior, & sic Papa scierit ex dictis per Capyc. decis. 4. nu. 29. & 30. Secundo limitatur quādo concurreret perseuerantia partium in ipso contractu cum affectorū solutione prout Romæ iudicatum fuisse attestatur ex quibusdam decisionibus manuscriptis Mohedani, & Fabij, quæ circumferebantur, Hieron. Gabriel cons. 88 num. 18. & seq. vol. 1. quibus conformatur prænarrata a nobis decisio, quæ est Robusterij, & quod hæc sit magis com. opinio etiam absque scientia & patientia superioris Ferret. cons. 249. num. 26. vol. 2. Declara vt hæc limitatio non procedat, quando per partiū conuentionem seu pactum, & sic conditionaliter Papę beneplacitum requireretur propter appositionem clausulæ videlicet, (si & quatenus beneplacitum, & consensus S. Sedis Apostolicæ interueniat) per quam significatur ipsarum partium voluntatem esse, vt ecclesiæ omnino sit consultum per Papę assensum, & notitiā, & per consequens vt a d. futuro euentu ipsius contractus validitas pēdeat, & demonstretur, quo casu vere & non præsumptiue de dicto assensu apparere debet, ad tradita per Ruin. in cons. 68. nu. 17. & 18. lib. 1. & per Ioan. Cephal. in cons. 447. nu. 88. & infra vol. 3. & est communis opinio, ut docet Berous cons. 16. nu. 14 & cons. 90. num. 4. vol. 3. Ioseph. Ludic. decis. 52. Rotæ Lucan. num. 25. & seq. optime, & in specie Caualcan. decis. 8. sub num. 23. par. 2. asserens hoc esse ualde notandum, quia pauci ad hoc animaduertunt, ac ita per ipsum uti iudicem delegatum fuisse iudicatum, eiusque sententiam Romæ confirmatam. Tertio limitatur, quoties cetera habilia supponerentur, scilicet, quod de iustitia tituli appareret, aliaque de iure requisita concurrissent, & sic quod causa alienandi suberit, ac in euidentem ecclesiæ utilitatem sit contractum &c. ex Ferreto in præaleg. cons. 248. num. 24. qui interminis ita respondet si aliud canonicum non obstet. Quarto limitatur ut præd. licentia, seu consensus præsumatur adhibitus, quando transactum esset tempus immemorabile. Grauet. loco præcit. num. 19. quem sequitur Menoch. vbi supra in eod. num. 71. in fine. Declara nisi constaret, uel alia coniectura colligi posset, quod partes arbitrabantur eo opus non esse, uel non intellexisse illum velle adhibere ex Ioan. Vincent. Hondedeo in cons. 21. nu. 36. cum sequen. & cons. 89. num. 26 lib. 2.

Optime ad hāc 2. limitationem faciunt dicta p Rimi. cons. 199. col. 1.

Hinc non immerito quæritur, An præd. tempus 30. aut 40. annorum in

telligatur currere viuente illo Prælato, seu Rectore, qui fecit alienationem. Respondeo negatiue, imo neque post mortem illius, nisi data scientia, & patientia cuiuslibet Rectoris, seu Prælati successoris, eoque maxime vbi plures intra d. tempus successissent, quam probare habet is, qui se fundat in d. præsumptione, prout colligitur ex dictis per Caualcan. decis. 46. sub nu. 29. par. 1.

Quando nō appa ret de decreto Cōmissa rii an ex tempo- ris diu- turnita- te inter ueniſſe præſu- matur.

Ex præcedentis articuli discussione alia emergit quæstio dubitandi materiam præbens, & in qua iudices, a pud quos in facti contingentia huiusmodi processus absoluendi pendent, nimis perplexi esse videntur; An scilicet si appareat de supplicatione, & petitione præd. assensus, ac de commissione facta a S. Pontifice delegatione ad confirmandum si in euidentem &c. de ipsa confirmatione, seu Cōmissariorum decreto subsequuto non constet, num ex temporis diuturnitate illud interuenisse præsumendum sit. Respōdeo, quod & si præsens dubium a Doctoribus formaliter, & in specie tactum non reperi, compellor negatiue respondere, nempe, quod nisi appareat omnia contenta, & mandata per S. Pontificem in huiusmodi rescriptis Apostolicis commissis iudicibus delegatis, per ipsos vere fuisse executa, ad illa præsumenda temporis diuturnitas non sufficiat, imo esset maxima præsumptio, quod Commissarij voluissent decretum interponere, eo quod nō inuenissent exposita in supplicatione verificari, verum ubi cum temporis curriculo concurreret etiam iustitia contractus & euidens ecclesiæ vtilitas, continuatio possessionis cum canonis solutione, scientia, & patientia cuiuslibet Rectoris successoris aliter respondendum esset. vide Riminal. cons. 430. vol. 3. & consil. 74. volum. primo.

47 Decimo octauo, limita † vt possit res ecclesiæ alienata præscribi bona fide post mortē illius, qui male alienatur spacio quadraginta annorum. Rebuff. in d. compen. nu. 36. Redoa. in tract. de reb. eccles. quæst. 79. c. 3. Mascard. de probat. concl. 225. nu. 12. Molina de iustit. disput. 79. Alex. Stiat. super hac Paulina sub nu. 56. Nau. cons. 1. 2. & 3. de præsc. in nouis. Io. And. & Doc. in cap. 2. de reb. eccles. alie. in 6 & in cap. cura. & ibi gl. de iure pat. & cum Paulus IV. contra res male alienatas exceptionē legitimæ præscriptionis opponi non posse constituisset, Pius IV. reuocauit, & ad vim iuris communis reduxit, vt in eius Bulla incip. Prouida. fol. 981. in Bullar. & tunc præscriptio ex 40. annorum curriculo habet vim decreti Redoa. q. 2. c. 3. nu. 12. & aduersus præscriptionem datur nihilominus ecclesiæ restitutio cle. vnica de in integ. rest. Felin. in c. 1. nu. 8. de præscrip. Affl. decis. 329. Cou. in regula possessor. par. 3 §. fi de reg. iur. in 6. Molin. de iustit. disput. 80. Item nō incongrue dici posse videtur, quod cum in terminis nostris præter ius commune antiquum alienationi rerū ecclesiæ resistat hæc Paulina, per quam additur, vt ēt in casu licito non possit fieri absq; assensu Apostolico, quod hæc quadragenaria p̄scriptio cōcurrente duplici prohibitione fortior redditur, & hodie non sufficere ex adductis in simili per Rui. in cons. 41. nu. 27. vol. 1. & per Tiber. Decia. cons. 43. nu. 19. vol. 1. & prohibita præscriptione non intelligitur centenaria, nec illa cuK ius initij memoria non extat. K Fel. in rub. de præscr. nu. 18. & mala fides probatur, eo ipso quod instrumentum iniusti tituli reperitur penes possessorem. Nau. in cons. 3. & 5 de præscr. in nouis. & de instrumento reperto post p̄scriptionem vi de eundem in cons. 1. de reb. eccl. alie. in antiq. & 16. in nouis.

Decimo nono limita in locatione vltra triennium de bonis quæ non fructificant quolibet anno vt dixi supra amplia. 4.

Vigesimo, limita in quibusdam Religionibus, quæ possunt alienare vsque ad certam summam ex priuilegio Apostolico, vt refert Compend. Mendic. in

verbo

verbo Alienatio. quę priuilegia erunt videnda, an sint reuocata per illam clausulam generalem in eorum confirmationem, dummodo sint in vsum, & sacris canonibus, & decretis Concil. Triden. non aduersentur, vt infra in verbo priuilegia Regularium.

48 Vigesimo primo limitant † hanc Paulinam non procedere in locis in quibus non fuit vsu recepta in totum, vel in partem. Card. Caiet. in verbo Excommunicatio c. 95. quem sequitur Nauar. in Man. confess. c. 27. sub nu. 149. subdens, quod in paucis locis est recepta quo ad pœnas extrinsecas, quamuis in multis sit recepta quo ad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis contractus. quidem dicit in c. 23. sub nu. 62. & in compen. alien. num. 21. & in cons. 10. nu. 2. de reb. eccl. alie. in nou. Tolet. in Sum. lib. 5. c. 91. vers. dico tertio de hac Paulina. Felin. in c. de quarta, sub nu. 3. de præscr. & vltra Naua. vide Boer. decis. 224. Siluc. in ver. Excommunicatio 7. num. 83. in fi. Sarmen. de redi. eccle. par. 1. cap. 2. nu. 20. Io. Cutier. lib. 1. cano. quæst. c. 8. Molin. de contract. disp. 466. nu. 8. Redoa. de reb. eccl. alie. q. 36. num. 21. & q. 58. num. 25. vbi de ea nu. 21. vsq; 26. Quando autem dicatur lex non vsu recepta, vt non obliget transgressores, Abb. & profundius Fel. in c. 5. de treg. & pac. Nauar. c. nu 41. Sil. in ver. Alienatio q. 15. & in verbo lex, Couar. lib. 2. var. resol. c. 16. sub nu. 6 Menoc. in tract. de præsump. lib. 2. præsump. 2. Eman. Roderic. tom. 1. quæst. reg. q. 6. art. 11. in fi. & in proprijs terminis huius Paulinæ, Borgn. Caualc. decis. 43. nu. 2. 4. & 5. Vinc. Carocius in trac. locati, & conduc. par. 3. tit. 1. de reb. eccl. locan. concl. 9. f. 129 Verum assertio illa. f. opus esse vt lex obliget, quod sit vsu populi recepta c. in istis. §. leges 4. inst. I. de quib. vbi Doct. ff. de legib. non est ita amare intelligenda vt a subditorum voluntate pendeat obseruatio, sed satis est, vt lex sit promulgata in Ciuitate Metropolitana sicuti Romæ communiter fit. Nauar. late in cons. 1. nu. 19. de const. sed quando per lapsum decennij, ex quo lex promulgata fuit ab initio a populo non fuerit vsu recepta, neq; moribus vtentium approbata; idq; legislator sciens seu videns taceat, dissimulet, & non obseruantes impunes relinquat, tunc est tacita reuocatio. Medin. in C. de restit. q. 36. Couar. loco præcit. Gemin. in d. §. leges. Doctores communiter in præalleg. c. 1. de treg. & pace. ac Nauar. in eod. cons. nu. 23. Igitur cum ista extrauag. sit cum alijs in corpore iuris impressa, ac in iudiciali foro citetur, quotidieque Rom. Curia pro eius obseruantia pronunciet, ac ita eius praxis se habeat in expediendis passim breuib. si in euidentē &c. & ex ea emanent absolutiones a censuris, dispensationes, & habilitationes in vtroq; foro quo ad contrauenientes, ob id significatur Summos Pontifices velle illam obseruari quo ad omnes partes suas, prout expresse dicitur in iuramento quod præstant Prælati, & Abbates, vt dixi sup. nu. 6. ideoq; existimo non posse dici, quod non sit morib. vtentiū recepta integraliter, licet prędictorum Doctorum prędsertim Caiet. & Nau. magna
49 sit auctoritas. † Male tamen alienantes committunt sacrilegium. Caiet. in d. c. 45. Innoc. in c. verum, de for. compet. Pœnas contra eos impositas refert Rebuff. in dicto comp. a nu 102. vsquead 116. & Redoa q. 76. Quatuor vero pœnæ expresse per hanc Paulinam imponuntur. Prima est nullitatis contractus, Secunda quo ad personas excommunicatio vniuersalis tam contra alienantes quam recipientes. Tertia est interdictus ingressus ecclesiæ ipso iure quo ad Pontifices, & Abbates, & post sex menses suspensio eo ipso a regimine & administratione. Quarta vltra excommunicationem quo ad beneficiatos est priuatio ipso facto illius beneficij, cuius bona alienauerint, & absq; declaratione vacatio, & sic ipso iure priuati Nau. cons. 4. & 14. de reb. eccl. alie. in nouis. Sed absolutio est episcopalis cum non

sit reseruata c. nuper de sent. excō. censuræ tamen statim infliguntur in foro conscientiæ, in pœna vero priuationis requiritur sententiam etiam quod hic dicatur absq; declaratione, quod intellige non opus esse sententia condemnatoria ad pœnam, sed solum requiritur sententia declaratoria criminis reum incutrisse, & sic requiritur declaratio facti, nam pœna ipso iure inducta non habet locum in foro conscientiæ ante condemnationem glo. notab. in c. fraternitas 12. q. 2. quam declarant Fel. in c. 1. sub nu. 41. vers. tertius casus, de const. vbi Dec. num. 72. etiam si dicatur absque declaratione Nau. in Man. confess. c. 23. nu. 66. & de dat. & promiss. nu. 41. Molina de iust. disput. 86. Caiet. in D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. Ant. Gabriel lib. 7. commu. opi. concl. 34. Couar. late & not. in epitome 4. lib. Decret. in 2. par. de spons. c. 6. §. 8. sub nu. 10. vbi quod nec ante exequutionem. vnde isti beneficiati nō tenētur abstinere se a beneficijs, dignitatibus & officijs, nisi præcesserit sententia declaratoria, ita tenuit Doctor P. Marius Andria in relect. huius Paulinæ q. 14. Henri. in sum. lib. 13. de excom. c. 56 §. 3. in tex. & glos. q. & vide infra in verbo beneficiorū resignatio, & in verbo Sodomia in fine. Sed vtcumq; sit, ego vidi Breuia a Sacra Pœnitentiaria in foro conscientiæ tantum obtenta ab ijs, qui alienarunt saluo assensu Apostolico, & tradiderunt possessionem eō non obtento, vt possint absolui a cēsuris, & dispensari ab irregularitate, ac retinere, & obtinere beneficia, ita vt curent obtineri beneplacitum Apostolicum, aut alienationes rescindi, ac bona ecclesiastica restitui. Alia etiam Breuia vidi expedita in foro exteriori per signaturam S. D. N. & ita consulerem pro tutiori præsertim ab obuiandum molestationibus quæ in futurum oriri possent.

50 Alienans autem bona ecclesiastica sine solennitab. † excusatur a pœnis prædictis, Primo ex bona fide quæ in foro conscientiæ excusat; dicitur enim in tex. præsumpserit, quod verbum denotat dolum & temeritatem, vt dixi supra sub nu. 9. Nauar. in cons. 19. de reb. eccl. in nouis. Secundo ignorantia facti probabilis excusat, ab ignorātia iuris in personis non ita peritis. Nau. in d. c. 23. nu. 44. Tertio quādo fuisset erratum in subtilitatib. iuris, non peccaui mortaliter, vel quādo pro alienatione essent aliquæ Doctorum opiniones, vel esset ius non clarum, vel dubitabile Fel. in c. 1. nu. 15. de sent. & re iudi. Nau. in cons. 8 de reb. eccles. alien. in antiq. & cons. 2. de præscr. in nouis. & in commen. de alien. rer. eccles. sub. nu. 16. vbi dicit quod non peccat moraliter, qui transgreditur legem humanam male intellectam, sed credens bona fide ita esse intelligēndam secundum Inno. receptum in c. per tuas il 2. de simo. Fel. in loc. præalleg. Quarto excusat a pœnis huius Paulinæ reuocatio alienationis, & pœnitentia ante realem, & pacificam traditionē c. si quis presbyterorū, & ibi glo. in verbo celeriter, de reb. eccl. alien. Ias. in l. fin. nu. 132. C. de iu. emphyt. Couar. lib. 2. var. resol. c. 16 nu. 7. nam reuocatio & restitutio post traditionē nō de excusant a censura, & pœna Nau. in cons. 3. nu. 4. reb. eccl. non alien. in antiq. & 18. in nouis. Quinto apparētia iustę causæ excusat alienantē a culpa mortali, licet alienatio esset ipso iure nulla, quia qui bona fide facit aliquid contra legem humanam putans se iustam causam habere id faciendi, nō peccat mortaliter Nauar. in Man. confess. c. 22. nu. 43. & in d. commen. alien. nu. 10. Sexto beneficiatus, qui alienat. iusta de causa rem ecclesiæ in consulto Papa etiam cum consilium eius requiratur quo ad forum exterius, bona fide faciens conditionem ecclesiæ meliorem, non peccat quo ad Deum mortaliter, nec incidit in pœnas prætatæ Paulinæ, tum quia non frangit legem per præsumptionem tum quia alienat in casu permisso a iure, tum quia licet non seruet formam alienādi iuris humani, seruat tamen formam iure naturali, & diuino necessariā; quę

est

est magna consolatio multorum, qui per simplicitatem vel ignorantiam alienãt res ecclesiæ inconsulto Papa, in Nauar. ita d. commen. sub num. 17. vbi tenet valere alienationem in foro conscientiæ, post Abb. in c. 1. nu. 17. de resti. in integr. i Fel. in c. 1. num. 39. de constit. *i* & hæc breuiter, clare, vtiliter, & ordinate dixisse sufficiant de hac materia alienationis rerum ecclesiæ.

Stephanus Quaranta V. I. D.

K *ADDITIO. Præscriptio immemorabilis etiam si omnibus præscriptionibus & consuetudinibus derogaretur, sub tali derogatione non comprehenditur. Masca. de probat. concl. 12. 15. num. 55.*

Limita primo nisi specialiaiter ipsa immemorabilis reijciatur. Roderi. tom. 1. q. regular. q. 9. art. 5. in fine. Secundo limita quando consuetodo vti iniqua aufertur, & reprobetur, quia tunc similiter, & immemorabilis sublata, & reuocata censetur. Couar. cum alijs ab eo citatis lib. 3. var. resolut. c. 13. sub nu. 5. vide Gonsalen. ad 8. reg. cancel. glos. 33. fol. 472. & Alex. Monetam. in tract. de distribu. quotidia. par. 2. q. 12. nu. 22.

l *ADDITIO Aduertendum vero est, quod licet quidam Doctores tenuerint contrarium, vt refert Rebuff. in d. comp. nu 42 & Redoa q. 46 tamen est intelligẽdum vt possit quis tuta conscientia retinere rem ecclesiæ absque solennitatibus alie natam in euidentem eius vtilitatem quousque ecclesia restitutionem petierit. ita Sarmen. notabiliter conciliando Doctores in tract. de rediti. eccles. par. 1. capit. 2. num 6 & 7.*

AMBITIO.

PRÆTER Summistas sciendum est, Pium Quartum edidisse Constitutionem Romæ publicatam die 5. Octobris 1565. incip. & si Rom. Pont. fol. 849. in Bullario. *Cogruit tit. de senten. ex com. seu de conces. preb.*

Contra Nuncios Apostolicos, ne a principibus ad quos mittuntur, debeant mendicare fauores, aut literas commendatirias ad dignitates, & gradus obtinendos, aut fauores ad officia ecclesiastica consequendum per Rom. Pont. conferenda ipsis, vel alijs consanguineis, & necessarijs suis, neue illis etiam vltro sibi per Principes sponte oblatis vti sub matoris excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis ecclesiarum, & beneficiorum pœnis, & inhabilitatis ad illa, & sufficiunt literæ, vel preces oratorum Principum ad hoc Irgitime probandum, & omnino conuincendum tenoris sequentis.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

ET si Romanum Pontificem, quem Dominus omnipotens in persona principis Apostolorum ecclesiæ militanti sponsæ suæ præficere dignatus est, in eius vniuerso corpore a noxijs, quæ passim in illud irrepunt præseruando plurimum decet esse solicitum, in hoc tamen eum multo magis inuigilare necesse est, ne per importunum suorum propriorum ministrorum qui frequenter ab eius latere ad diuersos orbis principes peregre mitti solẽt ambitum dum videlicet eorum

non-

nonnulli inordinato cursu ad dignitates quaslibet anhelant, & ad hoc principum fauores demerendo Pontificiam, & ecclesiæ pro qua missi fuerunt causam vel impudenter prodere, vel certe remissius agere non verentur, genuinus illo clericalis candor deturpetur, debitus prælatorum pudor inter laicos requiratur, integritatis antiqua persuasio minuatur, & ob illorum fluxam fidem immoderatamque cupiditatem ecclesiasticus ordo scandalose blasphematur. Sane considerantes, quod annis præteritis aliqui quorundam Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac etiam nostri, & Apostolicæ Sedis Nuncij ad diuersos principes sæculares etiam pro feriis, graubusq; dictæ sedis negotijs missi, muneris sui decorisque nimium obliti in detestandam prælaturarum aliorumq; ecclesiasticorum, atque adeo Cardinalatus honorum ambitionem collapsi ad illos alia qualibet, quam sanctissima Aaronis via peruenire satagentes, commendatitias super hoc literas, & indebitos fauores ab ipsis principibus emendicare non erubuerunt, & quod eis recto tramite gradiendo non dabatur assiduis, & quibus non obsequi difficile fuisset Principum efflagitationibus extorserunt, in suimet qui per ostium non intrarunt animarum periculum, & prauum aliorum exemplum. Nos itaque reseratum his artibus aditum huiusmodi, ne ceteris itē pateat diligenter occludendum esse censentes, habita etiam cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in consistorio nostro secreto matura super hoc deliberatione, ac de illorum consilio & vnanimi assensu hac perpetuo valitura sanctione vniuersis, & singulis nostris, & quorumuis Romanorum Pontificum successorum nostrorum Nuncijs, alijsque ad quosuis Imperatores, Reges, Reginas, Duces & alios sæculares principes pro tempore ex quauis causa missis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel præeminentiæ sint, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia maiori præfulgeat dignitate, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub maioris excommunicationis latæ sententiæ ac priuationis omnium, & singulorum Cathedralium etiam Metropolitan. & aliarum ecclesiarum ac Monasteriorum etiam consistorialium, nec non aliarum dignitatum, etiam maiorum, & principalium personatuum, administrationum, & officiorum, ac canonicatuum, & præbendarum, ceterorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumuis ordinum regularium, etiam ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum Commendam Administrationem, & alias quomodolibet, ac etiam Romanæ curiæ & aliorum etiam sæcularium cuiuscumque qualitatis etiā quæ ex causa onerosa assecuti fuerint, officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda, nec non infamiæ perpetuæ per contrafacientes eo ipso incurrendis pœnis auctoritate Apostolica harum serie districtius inhibemus, ne deinceps similes Imperatorum, Regū, Reginarum, Ducum, aut aliorum Principum sęcularium commendationes, preces aut alios etiam vocales, aut in scriptis fauores, ad aliquas Pontificias, aut alias dignitates sęculares, vel regulares, aut etiam Cardinalatus, vel alios honores & officia ecclesiastica consequendum, aut sibi vel alijs consanguineis, & necessarijs suis quoquomodo per ipsum Romanum Pontificem conferenda, per se vel alium seu alios directe vel indirecte quomodolibet ambire, seu procurare, neve illis etiam vltro sibi per Principes sponte oblatis vti præsumant, vel audeant: eadem auctoritate, & præsentium tenore statuentes, quod omnes, & singuli in præmissis delinquentes nulla alia monitione præcedente, & absque processu desuper habendo sententias, & pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrant.

Quod-

Quodque ad illos sententias, & pœnas huiusmodi damnabiliter incurrisse legitime probandum, & omnino conuincendum solæ Principum ipsorum literæ vel preces etiam per suos apud Sedem prædictam Oratores verbotenus porrectę plenam, indubiam, & sufficientem in iudicio, & extra fidem faciant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Ac decernētes ita per quoscunque iudices & Comissarios etiam Sanctę Romanæ Ecclesię, Cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere. Nec non ea nunc in ritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ne quis autem inhibitionis, & statuti prædictorum ignorantiā prætendere valeat, volumus præsentes literas in Basilicæ eiusdem Principis Apostolorum de vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ valuis per aliquem ex Cursoribus nostris earum exemplum ibi affigendo, & dimittendo publicari, publicationemque & affixionem huiusmodi singulos, & post duos menses immediate sequentes non secus afficere, ligare, & perinde arctare, ac si literę ipsę personaliter illis intimatę fuissent.

Contra prouisos de cathedralibus, & monasterijs, Nunciatoribus dantes, vide constitutionem Greg. XI. relatam infra in verbo electio.

APOSTATA.

PRÆTER. *Caietan. & Summistas in hoc verbo sciendum est. Constitutionem Pauli IV. contra Apostatas a religione Pium 4. reuocasse, & ad terminos iuris reduxisse, vt in Bullario, fol. 654. incip. Sedis Apostolicæ, adeo quod hodie attenditur dispositio iuris communis prout habetur in c. pen & fin. de apost in c. fi de regular. & in c. 2. ne cler. vel monac. in 6. De huiusmodi Apost. item & de legitime a religione expulsis, nouissime & copiose scripsit Eman Roder. tom. 1 quæst. regu. q. 30 per totam. quibus quomodo ex Nauarri sententia sit consulendum, vide ipsum in cons. 75 de regular. in nou. An autem regularis, qui ob timorem iustitiæ propter aliquod crimen ab eo perpetratum ne capiatur, & puniatur a suo superiore, deferens tamen habitum regularem sed coopertum, alio habitu publice superindutus incedens sit Apostata censendus? Respondeo, quod cum casus Venetijs accidisset, fuit pro tali diiudicatus, & punitus, referente Thoma Triuisano lib. 2. decis. 19. tū quia deferre habitum regularem est de essentia religionis & gestare illum coopertum, perinde est, ac si non ferret cum non videatur, tum quia prædictus timor, cum sit respectu pœnæ benemeritæ, non dicitur excusabilis, & iustus, quinimmo punibilis. Et an ex sola habitus regularis dimissione, etiam quod non aliter constaret de animo deserendi religionem, apostasiæ crimen incurratur, videndus est Achil. de Gras. decis. vnica, sub tit. de apostatis.*

APOSTOLORVM LIMINA.

Cōgruit tit. de iure iuran. seu de maio. & obe dien.

TENENTVR episcopi visitare limina Apostolorum c. iuxta. 93. distin. cap. ego. de iureiur. habetur in Pont. Rom. de forma iuramenti electi in episcopū, & de Pallio. & statuit Sanctus Greg. magnus vt legitur in Breuiario Rom. die 12. Martij. Sixtus V. constitutionem edidit de visitandis liminibus Apostolorum publicatam Romæ die 20. Decembris 1585. incip. Romanus Pontifex, & infra, fol. 45.

Hac

Hac perpetua Constitutione sancimus, decernimus, & mandamus vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, episcopi per vniuersum orbem terrarum constituti a nobis deinceps ordinandi etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, antequam munus consecrationis suscipiant seu eis consecratis Pallium de B. Petri corpore sumptum tradatur, aut si ad aliam ecclesiam transferatur, antequam illius regimini, & administrationi se immisceant, si quidem præsentes in curia fuerint in manibus S.R.E. Diaconi Cardinalis ordine prioris si vero absentes in manibus Antistitis qui ad impendendum manus prædictum, aut ad tradendum Pallium huiusmodi a Sede Apostolica delegabitur, iurent iuxta formulam in libro Cancellariæ Apostolicæ Quinterno Appellato, nuper descriptum, se Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli limina statutis in hac nostra Constitutione temporibus personaliter ac per seipsos visitaturos, ac nobis, & successoribus nostris pro tempore existentibus Romanis Pontificibus rationem reddituros de toto eorum pastorali officio deque rebus omnibus ad ipsarum quibus præsunt ecclesiarum statum, ad cleri & populi disciplinam, animarum denique quæ illorum fidei creditæ sunt salutem, quouis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica humiliter recepturos, & quam diligentissime exequuturos.

Quod si legitimo impedimento detenti fuerint iurent se prædicta omnia adimpleturos per certum nuncium ad illa speciale mandatum habentem de gremio suorum Capitulorum, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum, seu alias personarum habentem, aut si huiusmodi hominem ecclesiastica dignitate, & personatu praditum non habeant per diœcesanum sacerdotem, & si clero careant omnino per aliquem alium presbyterum secularem, vel regularem spectatæ probitatis, & religionis de supradictis omnibus plene instructum. De huiusmodi autem impedimento docere debeant per legitimas probationes ad dictum primum Diaconum Cardinalem per supradictum nuncium transmittendas.

Quin etiam principes temporales, si quid pro eorum pietate, & erga hanc Apostolicam Sedem obseruantia Rom. Pont. voluerint significare, eosdem siue episcopos siue alios qui ab eis mittentur fidos habebunt nuncios, ac relatores, quorū opera ab eadem sede pro illorum dominiis Ditionibus, & rebus firmandis ac stabiliendis, & cum Dei & Sanctæ Religionis causa sine qua tuto consistere haud possint cōiungendis opportuna sinceræ charitatis officia, consilia, atque subsidia expectare certo poterunt.

Ad hoc autem debitum visitationis officium commode explendum supradicti omnes Patriarchæ, Primates, Archiepis. & Epis. Itali videlicet, vel ex Italicis insulis, vnde in Italiam commodius trauici potest, veluti Siculi Sardi, Corsi, & alij adiacentium Prouinciarum Italiæ ac etiam Dalmatiæ, & Græcarum, quæ e regione ipsis Italiæ & Siciliæ oris sunt tertio anno. Germani vero Galli, Hispani, Belgæ Bohemi, Vngari, Poloni, Angli, Scoti, Iberni, & ceteri omnes qui in Europa sunt citra mare Germanicum, & Balthicum, ac omnium Insularum Maris Mediterranei quarto anno, & qui intra Europæ fines sunt his prouinciis remotiores; ac etiā Africani littoribus nostris aduersi, ac insularum Maris Oceani Septentrionalis, & Occidentalis Europæ, & Africæ citra continentem noui orbis tam qui nunc sunt quā qui ad Catolicam fidem per misericordiam Dei aliquando redierint V. anno. Asiatici vero & qui extra Asiam, & in alijs nouis terris Orientalib. Meridionalib. Occidentalib. & Septentrionalib. tam in insulis, quam in continentibus, & denique in quibuslibet, Mundi partibus decimo anno iter suscipiant, & Deo concedente perficiant, idemque institutum tertio quoque quinto & decimo anno repetant & obseruent.

uent. Hæc autem annorum spacia a tempore susceptι muneris consecrationis, vel palij traditionis, aut translationis vt præfertur incipiant. Quæ, ne longius differatur, Volumus quod tempus qualecumque excursum alicui ex supradictis præsulibus qui siue morte præuentus siue alia quacunq; de causa ob non finitum tempus ei præscriptum dicta limina non visitauerit, ita illiut successori efluxisse, & excurrisse, intelligatur vt termino ipso iuxta prædecessoris sui insiurandum completo, debitam tunc visitationem quam primum conficere teneatur.

Hi vero ex supradictis Antistitibus qui hactenus ab hac Sancta sede ordinati sunt, aut dictum palium ab ea susceperunt, aut ad aliam ecclesiam translati sunt prout cuique distantia locorum, & temporum interualla prescripta sunt ad supradicta omnia obseruanda a die publicationis præsentis Constitutionis omnino teneantur.

Iubemus igitur in virtute sanctæ obedientiæ supradictis omnibus antistitib. præsentibus & futuris, vt visitationem prædictam sibi suisque ecclesiis adeo vtilem, ac necessariam iuxta præscriptam formulam omnino conficiant. Si uero quod absit, non egerint, eos ab ingressu ecclesiæ, ac etiam ab administratione tam spiritualium quam temporalium, nec non a perceptione fructuum suarum ecclesiarum, a capitulis eorum omni exceptione, & mora cessante interim iibere exigendorū, & in opus fabricæ, seu ornamentorum ecclesiæ emptionem prout maior exegerit necessitas insumendorum ipso facto tādiu suspensos esse volumus donec a contumacia resipiscentes relaxationem suspensionis huiusmodi a sede prædicta meruerint obtinere. Non obstantibus, &c.

ARCHIEPISCOPI AVCTORITAS.

1 Archiepiscopus in quo differat ab Episcopo.
2 Iurisdictio Archiepiscopi varijs nominibus in iure exprimitur.
3 Archiepiscopi auctoritas olim in electione, confirmatione, & consecratione Episcoporum, & exactione iuramenti.
4 Ad consecrationem Metropolitani, & suffraganei comprouinciales Episcopi accedere tenentur.
5 Suffraganeus non consecratus a Metropolitano quid prima vice facere debeat.
6 Archiepiscopus est pater & Episcopus animarum, suffraganeorum, & de dilectione, obedientia, & reuerentia erga eum.
7 Episcopus extra suam diœcesim quem possit sibi eligere confessarium.
8 Archiepiscopus potest proferre censuras contra Episcopum.
9 Episcopus coadiutor quænam possit exercere.
10 Archiepiscopus an sit iudex ordinarius suffraganeorum.
11 Vicarij suffraganeorum an subsint immediate Archiepiscopo.
12 In casibus tantum in iure expressis Archiepiscopus habet iurisdictionem.

ARchiepiscopi auctoritas. Præter Summistas in hoc verbo sciendum est Greg. XIII. erexisse Ecclesiam Bononien. in Metropolim, & Archiepiscopatū f. 1320. in Bullar. incip. Cõgruit ti. de præb. & dignitatibus.

Gre-

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

VNiuersi orbis ecclesijs, eo disponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, mentis licet imparibus præsidentes, in omnes agri Dominici partes oculos nostræ mentis vigilis more pastoris intendimus, inspicientes, quid ecclesiarum ipsarum, præsertim Cathedralium insignium statui, & decori maxime conueniat, atque hoc quidem tanto liberalius propensiusque curandum censemus, quanto magis ciuitatum celebritas, ac ciuium, & populorum suorum vota id exposcunt, ac diuino fulti præsidio illius, qui cuncta ex sua benignitate ad fidelis populi sui salutem disponit, ad ea quæ ad dignitatem, & statum Ecclesiarum huiusmodi augendum pertinet, officij nostri partes libenter conuertimus, prout cognoscimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque ecclesia Bononiensis Sedi Apostolicæ immediate subiecta, cui dilectus filius noster Gabriel tit. S. Martini in montibus, Presbyter cardinalis Palæotus ex dispensatione Apostolica præest, & quæ in primis Sancti Petronij episcopi, & Protectoris Bononiæ intercessionibus, & meritis, omni quidem tempore diuinæ pietatis abundantia magnis multisque ornamentis exculta, non modo decoris magnitudine satis in omnem partem patens, sed cleri, populique pietate, dignitate, & amplitudine florens, episcoporum quoque ordine succedentium, quos, item multos ab initio fere nascentis religionis, seruientibus adhuc infidelium persecutionibus, fidei defensores, & in sanctorum consortio adscriptos habet, numero affluens, sacrarum præterea reliquiarum copia abundans, religiosissimis quoque templis, Basilicis, Monasterijs, locis pijs, & alijs quæ ad omnem eiusdem cleri, populique Bononiensis laudem insignia sunt, pietatis christianæ monimentis ornata, valde per se ipsa elucet. Cumque ciuitas ipsa iam inde vsque a Theodosio Imper. amplissimis illustrata priuilegijs, & a diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris ad Regum congressus, Imperatoris coronationem, Concilij Oecumenici trãslationem, aliasque maximas res gerendas delecta, eiusque Apostolicæ Sedis primogenita, & studiorum mater ab omnibus merito nuncupata, nobilissimo Gymnasio, Doctorumque, & Scholarium ex omnibus orbis Christiani partibus illuc confluentium frequentia, charissimo Quadraginta virum Senatu, & Magistratibus decorata, aliorum item illustrium virorum, apud quos, & veræ Religionis cultus, & summa in Rom. Pont. ipsamque Sedem obseruantia, & studium semper enituit, copia quidem insignis. quippe quæ in omnib. schismatibus partes veri Pontificis perpetuo sustinuerit, & viros dignitatibus Ecclesiasticis claros, Episcopos, Cardinales, Pontificesque de Ecclesia Dei optime meritos sæpenumero tulerit, ædificiorum item magnificentia, opibus, fertilitate, populi magnitudine, egregia hospitalitate, ac præcipua erga omnes beneuolentia, & charitate, omnique alia virtute illustris, & sit, & habeatur; Nos aliorum Romanorum Pontificum, prædecessorum nostrorum qui eodem honore patriã suam condecorarunt, morem exemplumque secuti, & eiusdem etiam Cardinalis, episcopique Bononiensis, cuius non ignota est cura, & solicitudo in gloria Dei, saluteque animarum procuranda pio studio adducti, & patriæ ipsius nostræ Bononiensis quam vnice in Christo diligimus, singularibus erga hanc Sedem meritis commoti, paternoque desiderio, & ea spe, qua tenemur, id fore, vt patria ipsa Bonien. hoc singulari beneficio

neficio nostro excitata, sese in dies ad bene agendū magis magisq; cōformet, accēsi nec non ecclesiæ ipsius, quā totis in Christo viscēribus complectimur meritis permoti ad illam meritis honoribus augendam, & promouendam adducti, pijs quoque supplicationibus dilectorum filiorum eiusdem Ciuitatis Quadragin ta virum, aliorumque Magistratum excitati, post habitam cum venerabilibus fra tribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalibus matutam deliberationem de illorum consilio, atque Apostolicæ potestatis plenitudine, ad laudem, gloriā, & honorem omnipotentis Dei, ac Beatæ Mariæ semper virginis, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, eiusdemque. S. Petronii, episcopi, & Patroni Bononiensis, nec non ad vniuersalis ecclesiæ exaltationem, ecclesiam ipsam Bononiensem in Metropolitanam ecclesiam, & Sedē episcopalē Bononiensem in Archiepiscopalem Archiepiscopalisque, & Metropolitani presidis sedem, & prouinciæ caput pro illius Archiepiscopo pro tempore existēti, qui palij, & crucis vsum aliorum Archiepiscoporum more habeat, omnibusque alijs insignibus Archiepiscopalibus, nec non priuilegijs, honoribus, & prærogatiuis alijs Archiepiscopis debitis, & concessis, gaudeat, tenore præsentium perpetuo erigimus, & instituimus, ac nomine, titulo, & honore Archiepiscopali, & Metropolitano decoramus. Nec non Placentin. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Ceruien. & Cremen. Ecclesias earumque omnium & singulorum ciuitates, & Diœceses cum omnibus, & singulis earum Territoriis, & terminis, ac dilectos filios Clerum, & Populum vniuersum cum suis collegiatis, Parrochialibus, & aliis ecclesiis, nec non Monasteriis vtriusque sexus, ceterisque beneficiis, & officiis ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sęcularibus, & quorumuis ordinum regularibus, nec non hospitalibus, domibus, collegiis, & locis religiosis quibuscunque ab eiusdem sedis Apostolicæ immediate, siue alterius cuiuscunque, etiam Metropolitani subiectione etiam perpetuo diuidimus, & separamus, illasque & earum Diœceses, ac Ciuitates post hac in prouincia Bononiensi esse, & consistere, neque in alia prouincia censendas, & numerādas esse decernimus, & declaramus & quatenus alteri prouinciæ Archiepiscopoue, etiā Mediolanensi, & Rauennatēsi, iā antiquo iure, cōsuetudine, priuilegio, vel alterius Metropolis erectione siue institutione, quā iure electionis ex sacri Cōcilii Tridentini decreto factę vel alia quauis ratione, & causa antea adiunctę subiectę quę in toto, aut in parte essent, vel censerentur, siue in illis possessione vel quasi se esse prętenderent, ab omni illius siue alterius Prouincię vel Archiepiscopi, etiam Mediolanensis, & Rauennatensis, aut illorum Capitulorum iure Metropolitico, correctione, visitatione, subiectione, & omni quacumque alia iurisdictione, obedientia, & superioritate, si qua forsan quauis occasione illis competeret, siue competat, similiter perpetuo eximimus, & liberamus, nec non dictę Bononiensi ecclesię predictas Placen. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Ceruien. & Cremen. Ciuitates, & Diœceses pro sua Metropolitana prouincia, ac Placentin. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Ceruien. & Cremen. Ecclesias prędictas, modernosque & pro tempore existentes illarum singularum prędules pro suis, & pro tempore existentis Archiepiscopi Bononiensis suffraganeis, qui nec non earum singularum Capitula, etiam quocunque priuilegio suffulta, tanquam membra capiti eidem Archiepiscopo Bononiensi iure metropolitico subsint, sibique obedientiam, & reuerentiam, tanquam proprio metropolitano prorsus exhibeāt pariter perpetuo subiicimus eidēque Archiepiscopo Bononiensi prędictos suos suffraganeos consecrandi, ad prouinciales synodos euocandi, ac cum eius etiam ecclesiastica negotia terminandi, eorum ecclesias disponendi, & causas quarumcunque

cunque

cumque appellationum, siue querelas alias iuxta sacrorum canonum statuta cognoscendi omniaque alia, & singula, quæ de iure vel consuetudine, aut alias quo modolibet ad Archiepiscopos, & Archiepiscopale munus spectare, & pertinere solent, & debent, gerendi & exercendi plenam, & omnimodam concedimus facultatem. Prouinciæ quoque Bononiensi clerum, & populum vniuersum, pro eorundem ecclesię, & Archiepiscopi Bononiensis prouincialibus similiter perpetuo concedimus, & assignamus: Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus regula nostra de iure quæsito non tollendo, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Placentin. Parmen. Mutinen. Regien. Ceruien. Imolen. & Cremen. ac Rauennaten. & Mediolanen. ecclesiarum prædictarum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem ecclesijs, illarumque præsulibus, & administratoribus, ac Capitalis, & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarū derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de simili Apostolicæ potestatis plenitudine. & consistorialiter, & de simili concilio, ac alias quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, Quibus omnibus &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incurnationis Dominicæ 1582. quarto idus Decembris Pontificatus nostri anno vndecimo.

Similem erectionem fecit Pius secūdus de ecclesia Senensi sna patria vt in Bullario fol. 74.

Nota hic aliquas Archiepiscopi auctoritates, & quoniam hodie Archiepiscopi non possunt exercere omnia, quæ eis competebant per anteriores canones, cum in quibusdā eorum iurisdictio sit limitata, vt Ego Stephanus Quarāta dixi in tractatu meo impresso Neap. in anno 1586. de præstantia Archiepiscopi, & eius auctoritate in suffraganeos, eorumque subditos, & in tota prouincia, qui cum non facile reperiatur occasione huius Constitutionis hic inferendum esse censui, recognoscendo, & addendo, & dicimus, quod † quamuis respectu ordinis in substantia, id est respectu characteris nihil plus habeat Archiepiscopus quam Episcopus, tamen respectu exequutionis & exercitij maiorem solicitudinem habet Archiepiscopus. Card. Zabar. in Clem. Archiepiscopo. num. 7. de priuil. (ad dicta per eum vide notab. glo. in c. quia periculosum in verbo de Episcopis. de sent. excomm. in 6. & in extrauag. Ioan. 22. ne Sede vac. in verbo coepiscoporum, Sot. in 4. sent. dist. 24. q. 2. art. 4. ideo in vniuersali dispositione facta de Episcopo comprehenditur Archiepiscopus. Imo. in clem. si de beneficio nu 9. de præb.) & præcellit ceteros Episcopos honore. Gemin. in c. per singulas el. 2. 9. q. 3. & est persona magis
2 priuilegiata c. seruatis, &c. igitur. 25. q. 2. cuius præstantia † aliquando appellatur auctoritas Metropolitana c. solicitudinem, de app. c. de his 12. dist. c. fin. 51. dist. & auctoritas accipitur hic pro iurisdictione gl. Io. Paul. Lanc. in proę. Iustit. cano. in prin. in verbo auctoritate. Alibi dicitur metropoliticū ius c. cum a nobis, de arbitr. & in auth. de ecclesia. tit. in prin. & Archiepiscopalis dignitas c. fin. de purg. cano. hinc dicitur in extrauag cōmuni incip. Saluator, de præb. quod Metropolitana Ecclesia est grādioris honoris tit. suffraganea, q̄ est sub iurisdictione, potestate, & subiectione Archiepiscopi, Capituli, & Ecclesię Metropolitanę. Paul. de offi. & potest Cap. par. 2. q. 6. sub nu. 6. facit tex. in c. super eo, de censi. quod prouincia

uincia est ad iurisdictionem Metropolitanæ Ecclesię,& nota ex d.extraua. quod Metropolitanus,& Archiepiscopus idem sunt.c. pastoralis in princ. de off.ord. Imola,Zab.& Viral.in d.cle. Archiepiscopo,Lancel. Corrad.in templo omni.iu di.lib.2.c.4.sunt tamen aliqui Archiepiscopi,qui non sunt Metropolitani, inter alios est Rosanen.& Lancianen.qui nullum habet suffraganeum. Ad ostendendũ igitur quanta sit auctoritas Metropolitani in suffraganeos,eorumque subditos, & in tota prouincia dicta sacrorum Canonũ, & Doctorum in hac materia spar sim scribentium in vnum redigere curabo, referendo singulas auctoritates,& in quibus hodie reperiatur limitata,ac incipiendo a personis suffraganeorum.

3 Prima auctoritas erat, vt electum in Episcopum Archiepiscopus confirmabat c.1.64.dist.c. innotuit,& c. cum dilectus.de electio.c.inter corporalia.de transl. episc.qua fronte.de appell.

Secunda auctoritas erat,quod electione non celebrata infra tres menses iusto tamen impedimento cessante ab ijs qui eligere debuerant,eligendi potestate ea vice carebant, & deuoluebatur ad Archiepiscopũ superiorem proximũ c. ne pro defectu,de electio.c.quamquam,de electio.in 6. sed antea deuoluebatur ad Papam c.dilectus,de concess.præben.vbi Inno.3. cassauit quandam electionem factam ab Archiepiscopo Sanctæ Seuerinæ,sed postea idem Inno.in d.cap.ne pro defectu aliter generaliter decreuit.

Tertia auctoritas erat,quia quando duo contentiose in suffraganeã ecclesiam eligebantur,& hinc inde erãt æqualia omnia, poterat Archiepiscopus gratificari cui volebat.c.fi.63.dist. vide Hostien.in sum.de offi.ordi.sub nu.7.ver.custos,sed hæc Archiepiscopi exercebant quando seruabatur Scrutinium Serotinum, quo Antiqui vtebantur antequam electus in episcopum consecraretur de quo in Pontificali Romano in fin.de quibus episcopus ordinandus a Metropolitano interrogabatur habetur in c. omnes.38.dist.& quoniam ecclesiarum Cathedralium, siue Metropolitanarum,ac Patriarchalium prouisiones, seu electionũ ad illas cõfirmationes ad Sedem Apostolicam hodie pleno iure pertinent,& ab eadem ecclesijs pastore viduatis, vel de nouo prouidetur, vel electiones ab illis,quibus ex priuilegio licet canonice celebratæ confirmantur,vt legitur in d. Pontific.par.1. in rub.de cõsecratione electi in episcopum fol.22. extant de hoc regulæ Cancellariæ Apostolicæ in prin.vbi Summus Potifex sibi reseruat generaliter omnes ecclesias Patriarchales,Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales, superfluum est hodie de his disputare dicit Vgonius in tract. de concilijs in præludijs c. 7. in fi. adeo quod prouisio facta a Papa habet vim electionis, & confirmationis Abb. in c.cum olim,de ca.pos.& pro.post glo.in c.1.de electio.in 6.Feli.in c.eam,de rescript.Henri.Bot.de Syno.par. 1. nu.33. de quorum examine habendo circa eo tum qualitates vide Conc. Trid.sess. 24.de refor.gene.cap. 1. & sess.22. c.2.extat constitutio Greg.xiiij.de forma faciendi processus,& inquisitiones ex præscripto Conc.Trid.super promouendis ad regimina ecclesiarũ Cathedralium, & aliarũ superiorum,seu monasteriorũ,atque ad ceteras dignitates,de quibus in Consisto rio prouidetur. Dat.Romæ Idib.Maij 1591. incip. Onus Apostolicæ seruitutis. Consecratio vero episcoporum si extra Romanam curiam fiat in ecclesia ad quã promoti fuerint,aut in prouincia si commode fieri poterit celebretur ex decreto Conc. Trid sess.24.de refor.gener.c.2.

Quarta auctoritas erat, nam confirmato electo in episcopum Archiepiscopus in consecratione sui suffraganei interuenire debebat, vel eam committere, nec alij episcopi sine eius mandato consecrare debebant, vt habe-

tur 64.& 65.dist.per totum c qui in aliquo 51.dist.c.suffraganeis.de elect.c.si Archiepiscopus.cum seq.de temp.ord.cap.inter corporalia.de transl.episco.c. quod sedem de offic.ord.glo.in c.perlectis in verbo iurgia 21.dist.Et cognoscens episcopum consecrandum esse indignum Metropolitano poterat denunciare.cap.1. de Sent.in ordi.facien. Hodie Metropolitani hac auctoritate non vtuntur,quia promissio fit a Papa,& cessat ista auctoritas quando quis est ordinatus a Papa, vel de eius mandato c.nunc vero 9.q.3.& episcopum a Papa promotum inferiores non consecrant sine licentia Summi Pontificis, quæ datur in ipsis literis promotionis,vt a quocunq; catholico episcopo consecretur.Fely.in c. per tuas, sub nu. 2.de maio & obed.& tunc in mandato promotionis vidi apponi clausulam absque præiudicio Metropolitani, & quando consecratur extra Romanam Curiam fit etiam prępvia scientia ordinarij loci.arg.c.ex tuarum,de autho.& vsu pal.

Quinta auctoritas erat,quia Metropolitanus a suffraganeo exigebat iuramentum,non tamen vltra formam statutam a Canone c.dilecti,de maio.& obedi.& ibi Abb.

4 Sexto † ad consecrationem Metropolitani debent episcopi Comprouinciales venire c.qui in aliquo.in fin.51.dist.& 66 dist.& c.si Archiepiscopus,cum seq.de temp.ordin.

Septima auctoritas est,nam vocati ab Archiepiscopo pro consecratione alterius suffraganei tenentur accedere c.non debet,cum seq.65.dist.d.c.si Archiepiscopus,Card.Alex.in c.si episcopus 18.dist.& vbi vult Metropolitanus, ibi consecrari debet d.c.qui in aliquo,expensis tamen consecrandi.

5 Octauum Metropoliticum ius est, †q episcopus,qui in Metropolitana Ciuitate non fuerit ordinatus infra duos, seu tres menses proprij Metropolitani sui prȩsentiam visurus accedere tenetur vel impeditus scribere,vt ab eo monitis ecclesiasticis instructus plenius quid obseruare debeat,recognoscat.c.cum longe 63. dist.& c.si quis 65.dist.

6 Nonum Metropoliticum ius est,quia † Archiepiscopus est pater,& episcopus animarum suffraganeorum,ita scripsit Innoc.iij. Arelaten. ecclesiæ suffraganeis vt legitur in primo tomo Decretalium,& aliarum eius epistolarum Romæ impresso de anno 1543. fol.228.quarum literarum tenorẽ hic duximus inserẽdum, videlicet.*Cum secundum doctrinam Euangelicam quæ cunque vultis vt faciant vobis homines,& uos eis eadem facere debetis,eam reuerẽtiam vos conuenit præstare prælatis.quam vobis vultis a subditis exhiberi.sane cum venerabilis frater noster N.Arelaten.Archiepiscopus Metropolitanus vester illis studijs,& meritis aduuetur,vt commendationibus non indigeat aliorum,fraternitati vestræ duximus auctoritate præsentium iniungendum per Apostolica scripta præcipiendo mandantes,quatenus ei tanquam patri,& episcopo animarum vestrarum deuote studeatis,& humiliter obedire,ad vocationem ipsius,nisi euidens necessitas contradicat, secundum traditionem canonicam sine difficultate qualibet accedentes. Dat. Lateran.4.Decemb.*

Idem Innocen.scribens N. Lexouien. episcopo suffraganeo Rothomagen. Archiepiscopi fol.108.inter alia scribit hæc verba, videlicet. *Ad hæc ne propter hoc tu videaris ab ipsius subiectione subtractus, volumus, vt sibi tanquam Metropolitano tuo debitam obedientiam exhibeas cum honore, ipse vero (sicut ratio mutuæ charitatis exposcit) tibi ut fratri,& coepiscopo suo paternam benignitatem ac dilectionem impendat.*

Idem

Idem Innoc. scribens suffraganeis Achersitinæ ecclesiæ fol. 367. inter alia scribit hæc verba, videlicet. *Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ad eum sicut patrem, & pastorem vestrum pium geratis deuotionis respectum.*

Notatur ex modo relatis quod Archiepiscopus pastoralem habet auctoritatem super episcopum suffraganeum c. 1. 34 dist. Gemin. in c. 1. de supplen. negl. prælat. in 6. col. 4. in fin. Ex proxime dictis infertur, quod suffraganei suo Metropolitano obedientiam, & reuerentiam præstare debent capit. ad supplicationem. de renunc. glos. in cap. antiqua. in verbo, obedientiæ, de priuileg. & in literis Apostolicis quæ diriguntur suffraganeis inter alia hæc habentur, videlicet. *Mandantes quatenus eidem Archiepiscopo tanquam membrum capiti obsequētes exhibeatis ei obedientiam, & reuerentiam debitas, & deuotas.*

Et suffraganei partem sui Metropolitani fauere debent quo ad ea, quæ spectant ad honorem ipsius. gl. in cap. cum in iuuentute, in verbo, tunc purgarent, de purg. cano. debitum ergo honorem debent suffraganei exhibere Metropolitano, & eū diligere, & reuereri, ac meminisse se esse sub Metropolitano c. quia per ambitiones, vbi gl. in verbo meministi. 64. dist. c. per singulas vbi gl. in verbo cognoscere 9. q. 3. Solicitudo namque totius Prouinciæ Archiepiscopo cōmissa est c. cleros 21. dist. & d. c. per singulas, c. 1. de auct. & vsu pal. & per singulas prouincias oportet episcopos recognoscere Metropolitanū suum, qui eis præest d. c. per singulas, il primo, & 2. c. 1. de off. leg. & ei tanquā maiori obedire. gl. in c. si episcopus. in verbo. perceptione 18. distin. dummodo mandatum sit secundū Canones c. dilectus, de temp. ord. facit tex. in c. dilecti filij, de maior. & obedien. glo. in c. ad aures. d. titulo de temp. ordin. & c. ne Dei ecclesiam, de simon. in c. sane de excess. prælat. & in c. ex tenore, de sen. excom. Item *qui scit se quibusdam esse Præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum sed obedientiam, quam exegerit, etiam ipse dependat, & sicut non vult grauis oneris sarcinas ferre, ita non audeat aliis importabile pondus imponere;* verba sunt hęc Leonis Papę relata a Gratiano in c. qui scit. 2. q. 6. vbi glo. infert ad episcopos, qui non debent ęgre ferre appellationes ab eis interpositas, facit tex. in c. quorundam. 74. dist. d. c. dilecti filij, de maior. & obed. c. prohibemus. de censi.

Reuerentiæ causa fuit decretum, quod præsente seu adueniente suo Metropolitano cesset Episcopus a Benedictionibus priuatis, vt habetur in Ceremoniali episc. nuper edito c. 4.

Hinc deducitur secundum Hostien. in sum. de pæni. & remi. nu. 18. in fi. sub nu. 20. quod ab Archiepiscopo de anima episcopi ratio exigetur, & quod ei tenetur confiteri subdens nec istud prohiberi per c. fin. de pæni. & remiss. Abb. in c. cum inferior. de maio. & obe. idem tenet habere locum d. c. fi. in exemptis tantū, sed contrarium tenet in d. cap. fin. & Pe. de Palu. vt refert Syluc. in verbo confessor. 1. q. 8. num. 3. quod episcopus etiam non exemptus potest sibi eligere confes-
7 sarium, † & intellige non solum in sua diœcesi, sed etiam extra, dummodo confessarius sit approbatus ab ordinario per declarationem Concil. Trid. sess. 23.
a capit. 15 a

Decimum Metropoliticum ius est, quia Archiepiscopus potest iniungere episcopis suis, vt per suas diœceses seruetur, quod seruatur per Metropolitanum ipsum in sua Diœcesi c. dilectus. el. secundo, de simon. dicam. infra 23. aucto.

Vndecimum ius est. Nam absentia episcopi probanda est a Metropolita-

no, a quo in scriptis approbanda est Conc. Trid. sess. 6. de refor. c. 3. & sess. 21. c. 1. de refor.

Duodecimum ius est, quod absque legitima causa eo non residente Archiepiscopus potest applicare fructus fabricæ ecclesiæ, aut pauperibus loci, & crescente contumacia denunciare Summo Rom. Pontifici iuxta prædicta Decreta Conc. Trid. & Constitut. Pij iiij. de anno 1560. pridie non. Septemb. incip. De salute gregis.

§ Decimatertia auctoritas est, quod † Archiepiscopus potest episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare c. 1. §. fin. de offi. ord. in 6. c. venerabili, vbi Abb. de sent. exco. glo. in c. fi. 12. distin. Hostien. in c. graue, col. 3. de præb. & in c. 2. de offi. vica. in 6. Abb. in c. non potest nu. 8. de sen. & re iu. & in c. postulatio nu. 11. de cleri. exco. minis. Gemi. in c. vt litigantes nu. 4. de off. ordi. in c. 2. §. fin. de fo. comp. in 6. Deci. in c. 1. de iudi. nu. 29. in 2. lect. Syno. Vgo. in præludijs ea. 9. fol. 10. col. 2. Lancel. Corrad. in templo om. iudi lib. 2. ca. 4. sub nu. 18. Bocte. de Syno. par. 1. nu. 45. 46. & 47. vbi tenet quod episcopus omittens congregare Synodum est suspendēdus ab exequutione officij, & poterit suspendi per Archiepiscopum cui subest. Eo excommunicato iurisdictio non deuoluitur ad Archiepiscopum c. 1. de sup. negli. præl. in 6. & tunc cessat iurisdictio Vicarij, & eius officialis, & si de facto audit causas, potest eum suspendere, & excommunicare Hostien. in c. 1. de off. vica. in procedendo tamen contra episcopos seruanda est dispositio c. 2. de off. deleg. in 6. & sicut eo excommunicato non deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, ita vt nec etiam si propter morbum incurabilem pastorale officium exercere non possit adeo quod non coadiutorem dare possit cap. ex parte de cleri. ægro. cum hoc spectet ad Papam c. vnico. eo. tit. in 6. Conc. Trid. sess. 25. c. 7. de refor. generali † de facultate quam habent episcopi coadiutores cum futura successione, & quænam exercere possint vltra doc. in locis præallegatis, & Oldrad. cons. 44. ac Nau. in cons. 2. de cleri. ægrot. extant declarationes sacræ Cōgregationis super sacris ritibus. *b*

b Decima quarta auctoritas est. Quod si episcopus est negligens in eo quod facere debet, Archiepiscopus potest ipsum compellere Abb. in repetitione c. si quis contra clericum, num. 7. & nu. 40. de foro compet. & in cap. pastoralis in princ. de off. ordi. in c. auaritię. de præben. in cap. cum Bertoldus, de re iud. nu. 1. & potest in eum exaggerare pœnas Feli. in d. c. pastoralis nu. 6. Si autem episcopus non vult facere, an supplebit Archiepiscopus, dicam infra. Ideoque Archiepiscopus cogere debet episcopum negligentē in erectione Seminarij, eiusq; cōseruatione si suam portionē soluere detractauerit ex decreto Sacri Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 18.

Decimaquinta auctoritas est, nam Archiepiscopus vocans episcopos ad concilium prouinciale tenentur accedere, de quo infra verbo concilium prouinciale.

10 Decimasexta auctoritas est, † nam Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium episcoporum suæ prouinciæ. cap. quia cognouimus 10. q. 3. cap. pastoralis in prin. vbi Abb. num. 2. de offi. ord. cap. solicitudinem, de appel. gl. in c. Metropolitanum. 2. q. 7. & in c. sicut vnire, in verbo attētare, de excess. prælat. & in authen. clericus, in verbo episcopalis C. de sacros. eccles. Abb. in c. excommunicato, sub numer. 13. de rescrip. in cap. suffraganeis, num. 1. de elec. in cap. non potest sub nu. 8. de re iudi in c. nullus num. 2. de iure patro. in cap. dilectis. num. 7. de appel. in cap. postulatio. num. 11. de cleri. exc. ministran. & in cap. antiqua, de cleri. excom. ministran. & in c. antiqua, de priuileg. Gemi. in cap. venerabilibus

in

in princ.nu.4.de sen.excō. in 6.per illum tex.& in c.cleros 21. dist. vbi etiam dicit,quod episcopi immediate sunt subiecti Metropolitano. Car.Zaba.in cle.abusionibus sub nn.8.de pœn.& remiss.Gemi.& Franc.in c.vt litigantes,de off.ord. in 6.Roma.cons.121.nu.3.Feli.in c.cum inferior,de maio.& obedi.Bott. de syno.par.4.artī.2.nu.28.& 29.est enim episcopus suus,& idem Metropolitana lege subiectus d.c.pastoralis in prin.facit tex. in c.dilectus filius,el secondo, de simo.ibi episcopis tuis,& c.i.34.dist.& est de clero Metropolitani c.miratus, & ibi glo.93.dist.Botte.de syno.par.3.ar.2.sub nu.27 qui est eorum superior clem.1.& ibi gl.in verbo superiores,de excess.prēla.gl.in c.quia periculosum,de sen.excom. in sexto,& in c.cum Apostolus in verbo rationabilibus,de censi. & dicuntur suffraganei a suffragādo,quia suffragātur sibi in officio episcopali Abb.in d.c.suffraganeis,& c.quod sedem,de electio. Ex quibus infertur quod si episcopus manus iniecit in clericum,& est senex vel debilis,vel impeditus,poterit absolui per Metropolitanum qui est eius ordinarius, vel sede Metropolitana vacante per capitulum ipsius Specul.in tit.de diuersis senten.for.ver.quid si ipse episcopus. Bertachi.tract.de episcopo in præludijs nu.13.& qualiter Archiepiscopus potest indifferenter cognoscere de causa ciuili, & potest conueniri etiam per eius subditum absque petitione veniæ Abb.in c.legebatur,sub nu.3.de maio.& obe.Alberi. Oliua super ritu 11.cur Archiep.Neap.& quid in criminibus.vide Abb.in d. capitu. pastoralis,in princip.& in ca.2.de appella,& quid si de crimine agatur ciuiliter. Abb.in d.c. non potest nu.8.& in causa ciuili non solum procedit si conuenire tur actione personali,sed etiam si reali,vel ratione rei sitæ in eius diœcesi, vel prouincia Abb.in c.sane nu.5.de for.comp.cuius dictis adde Gemi. & Fran. in d.c. vt litigantes.& Lancel. Conrad. in d.templo omi.iudi.lib.2.c.4.nu.17 18. & 19. & Iacob.Sbrozzius in tract.de off. Vica.lib.2.q.58.in causis vero criminalibus vide decretum Conc.Trid.sess.24.de refor.generali c.5.& sess.13.c.6.& 7. Non desunt tamen aliqui Doc.dicentes quod Archiepiscopus in ipsis suffraganeis nullam habet potestatem,nisi quatenus expressum in iure reperitur gl.in clem. si vna,in verbo mensę suæ,de reb.eccle.non alienan.Deci.in c.solicitudinem. num. 11.de appellat.post Hostien.& Ioan.And.in c.magnæ, de voto,idem dicit Ioan. And.in c.nullus,de iure patro. refert Feli.in d.c.pastoralis in princ.& in c.cum ex officij nu.7.de præscript.qui dicit esse doctrinā solitariam, & quod in hac materia episcoporum Metropolitanis est prohibitum quicquid expresse non reperitur concessum,colligitur euidenter in eo quod legitur,& notatur in c.inter corporalia.§.sed neque versi.& quod non est,de transla.episco.secundum Hostien.in d. c.magnæ.facit etiam tex.in c.dilectus,de temp.ordi.c.duo simul, de off. ordi. & gl.fi.in c.1.de sup.negli. præla.in sexto,vbi dicit Hostien.per d. 2.de transl.episc. quod Archiepiscopo responderi potest,quia sufficit quod casus iste non inueniatur expresse concessus.

11 Decima septima auctoritas est † quod nedum Archiepiscopus est iudex suffraganeorum d.c.pastoralis,in princ.sed etiam vicariorum generalium ipsorum c. 1.de off.vica. in sexto, & hoc in ijs,in quibus vicarii delinquunt in officio d. cap. 1.& tunc officialis dicitur delinquere in exercitio officii,quando auctoritas officii est in causa vt delinquat,& sic quoties pretextu,fauore contemplatione & colore officii delinqueret.Paris de puteo in tract. Syndica.in verbo officialis offensa,sub num.9.Caraui.super Ritu.49.mag.curiæ Vica.sub num.27.Rota Rōma. in decis.diuerso 754.nu.2. & 3.vol.1.potest ergo Archiepiscopus eos punire Car. Zaba.in clem.abusionibus, sub nume. 8. de pœnit. & remiss. idem dicit in clem.

Archiepiscopo vers. simili. nu. 2. de priuileg. quod Archiepiscopus habet iurisdictionē in episcopos suffraganeos, & eorum officiales per d. c. pastoralis, in prin. & c. Rom. de off. ordi. in sexto, & quod qui habet querelā contra episcopū vel eius officialem, potest adire Archiepiscopū per simplicē querelam c. venerabilib. §. sed si excōmunicatus, de sen. excō. in sexto secundū Card. in d. clem. Archiepiscopo, Gemi. in d. c. venerabilibus. nu. 4. vbi etiam dicit quod quilibet subditus suffraganeorum potest adire Archiepiscopū per viam querelæ contra suffraganeum, vel eius officialem. Nō obstat tex. in c. 1. §. nec etiā. & §. fi. de foro comp. in sexto, quia intelligitur quando extra officium vt per Io. And. in d. §. fi. & ideo si in exercēdo iurisdictionem episcopalem delinquant officiales in aliquo, in talibus immediate subsunt Archiepiscopis, vnde a sententijs eorundē ad Archiepiscopū appellatur c. Romana, de appella. in sexto. & possunt Archiepiscopi animaduertere in eosdē verbi gratia si non seruant priuilegia Sedis Apostolicæ, sententiā proferunt per gratiam, vel per sordes, contra cap. 1. de sent. & re iudic. in sexto, excommunicāt sine scriptis, cap. 1. de sent. excom. in sexto, vel vniuersitatem, siue collegium, vel generaliter, sine causæ rationabilis, & veræ expressione c. Romana §. pen. & fin. eod. tit. & multa alia exempla poteris colligere per te ipsum, in alijs autem, quæ facit vel possidet officialis episcopi tamquam priuatus non habet se intromittere Archiepiscopus, plusquam de alijs subditis suffraganei sui d. cap. Romana. §. nec etiam & §. fin. de fo. comp. in sexto, & Archiepiscopus potest contra eundem procedere, quando de facto & contra iura suum exercet officium, ita dicit Host. in d. c. 1. de off. vica. in sexto in verbo officialem, & in verbo non arctatur, idem etiam dicit in d. cap. 1. de for. comp. in sexto in verbo, officiales, inquiens quod cum consistorium episcopi, & officialis vnum, & idem sit. d. cap. Romana, de appe. in sexto. videbatur quod vterque eadem persona censetur, & ideo posset Archiepiscopus distinguere officialē sicut, & episcopum, prout in d. c. pastoralis in princ. Sed non ita est nisi in ijs in quibus officialis delinqueret, circa dictum consistorium, siue officium dicti consistorii, vt patet in d. cap. 1. §. fin. de for. comp. in sexto, vbi idem tenet Ioan. And. Gemi. & Franc. in iis ergo quæ sunt extra offi-
12 cialatum, non se intromittit † Archiepiscopus plusquam de aliis subditis suffraganeorum Iacob. Sbrozzius in tract. de off. Vica. lib. 2. quæst. 59. & lib. 3. q. 75. in quos regulariter nullam habet potestatem, nisi casibus expressis in iure cap. Romana, & cap. venerabilibus, de sent. excom. in sexto d. c. pastoralis vbi præter alios Bellam. num. 1. & 10. & Feli. nu. 5. & est tex. in d. c. 1. de sup. negli. præla. in sexto. c. 1. de fo. comp. c. sicut vnire. de excess. præla. Abb. in c. si quis contra clericum, sub. nu. 40. de foro comp. & in c. ex parte. nu. 5. de concess. præben. Card. Zabar. in d. clem. Archiepiscopo, & ibi etiam Imo. num. 12. Feli. in c. cum ex officij nu. 7. de præscrip. Dec. in cap. solicitudinem. nu. 10. de appell. in totum quod Archiepiscopus excommunicans subditum episcopi, vel absoluens in casu non suo extra casus exceptos, non tenet excommunicatio vel absolutio. Inno. in d. c. pastoralis, de off. or. & ibidem Bellame. num. 12. & Abb. sub num. 10. qui dicit quod communiter tenetur, & vide eundem in cap. quanto, de off. ordin. post glos. in cap. per singulas, el secunde, 9. q. 3. & glo. in Summa, 16. q. 6. in verbo Metropolitanum. vnde Archiepiscopus subditos sui suffraganei non potest compellere causas delegatas a beo suscipere, suas sententias exequi, vel testimonium in causis, ad eum deuolutis proferre, nisi consuetudo aliud disponat c. 1. §. neque. de foro cōp. in sexto vbi Gemi. num. 3. notat quod iudex non potest compellere testem ad testificandum in causa coram eo vertente, nisi sit sue iurisdictioni subiectus. Item

Archie-

Archiepiſcopus nec contra officiales, vel prælatos ſuffraganeorum conſuetudine aliud non diſponere, nec contra ſubditos eorum ſuper ſalarijs aduocatorum, & procuratorum cauſarum fori Archiepiſcopi iudex competens eſt. d.cap.1.§. nec etiam. Idem Archiepiſcopus non compellit inuitos contrahentes aliarum diœceſiũ in ſua propria coram ſe reſpondere niſi ibi inueniãtur, ſed ſi citati nolunt comparere, vel malitioſe ſe occultant ne citentur in bonis ipſorum in ſua diœceſi poſt miſſionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam. d.c. 1.§. contrahẽtes. vbi no. Doc. & Gemi. quod ratione contractus non poteſt quis conueniri in loco contractus niſi reperiatur ibi, & ſic patet quod in contractibus non fit remiſſio ad locum contractus ſicut fit in delictis: quid ſi diœceſanus nõ vult illam facere? non poteſt compelli a iudice contractus niſi alias ſit ſuus, ſecundum Ioan. Mona. Archi. & Gemi. in d. §. contrahentes, & nota quod iudex non poterit excommuuicare exiſtentem extra territorium ratione contractus initi in territorio, ſi ibi non inueniatur, quod limita niſi iudex prius præueniſſet illum per citationem antequam exiret eius territorium, quia tunc teneret excommunicatio contra exiſtentem extra territorium ratione contumaciæ commiſſæ in territorio, tenet Inno. & Ioan. And. in c. prærerea, de dilatio. & Franc. in d.§. contrahẽtes, & nota quod diſpoſita in d.§. contrahentes, habent locum in quolibet alio iudice contractus, licet non ſit Archiepiſcopus Io. And. & Gemi. ibi ſub nu. 15. & probãtur omnia ibi diſpoſita in l. hæres abſens. & l. omnem, & l. interdum. §. fin. de iudi. cum ſimilibus allegatis per Hoſtien. ibidem in verbo ſuper contractibus. Item non poteſt Archiepiſcopus ſuos clericos mittere in Diœceſim ſuffraganeorum vt coram ipſis fiant contractus, vel iam facti approbentur, nec ſi facti, vel approbati ſunt coram illis poſſunt ſuffraganeorum ſubditos cogere coram ſe litigare ſuper illis, nec excommunicare ſuffraganeorum officiales, vel ſubditos ſi nolunt litigare coram ipſo d.cap.1.§. fin. de foro comp. in ſexto. vbi Ioan. And. ampliat etiam ſi contractus fierent coram ipſo Archiepiſcopo extra ſuam diœceſim, non ſortirentur contrahentes ipſius forum. infertur etiã ex regula prædicta quod ſi Archiepiſcopus citat ſubditum ſuffraganei, & in citatione exprimit caſum per quem concludatur ſua iuriſdictio, tenetur citatus comparere, aut non exprimit caſum per quem concludatur ſua iuriſdictio, tenetur citatus cõparere, aut non exprimit talem caſum, & non tenetur comparere ſecundum Hoſtien. Ioan. Mon. Ioan. And. & Gemi. in d.§. fin. num. 3. etiam notat quod citatus a non ſuo iudice, licet non compareat, tamen excommunicati non poteſt, & ratio eſt quia iſte non poteſt dici contumax & Franc. in d.§. fin. vnum caſum colligit in quo excommunicatio eſt ipſo iure nulla, quãdo ſcilicet quis citatur a nõ ſuo iudice, quia tunc non tenetur comparere, nec poteſt excommunicari ſi non comparet, eſto quod al quo caſu poſſet eſſe ſuus iudex, caſus in quibus excommunicatio eſt nulla, ponit glo. in c præſenti, de ſent. excom. Item Archiepiſcopus nõ poteſt cõſentire vnioni eccleſiarũ quæ ſunt in diœceſi ſui ſuffraganei. c. ſicut vnire, de exceſſ. prel. alios caſus negatiuos poterit quis collige re per ſeipſum. Inter principales ergo caſus exceptos in quibus Archiepiſcopus habet iuriſdictionem, eſt qui ſequitur.

a *ADDITIO. Verba declaratoria decreti Conc. Trid ſeß. 23. c. 15. ſunt, videlicet S. D. N. audita relatione Congregationis declarauit epiſcopos vigore priuilegij. de quo in c fi. de pœnit & remiſſ. non poſſe ſibi eligere ſacerdotem non ſubditum qui a proprio ordinario non fuerit adhuc ad formam huius decreti Concilij admiſſus, & approbatus ad audiendas confeſſiones.*

Communis intelligentia d. c. fin est, vt habeat locum etiam in episcopo suffraganeo, vt possit sibi eligere confessorem contra Hostien. qui confessor electus etiam Archiepiscopo inuito potest omnia in eum de quibus non est sedes Apostolica consulenda quia hanc potestatem non habet ab episcopo eligente, sed a iure committente S. Anton in 3 par sum. tit. 17 cap 2. §. 2. Syluest. in ver. Confessor 1. q. 9 & dum legitur ibi episcopo inuito dic. Archiepiscopo inuito sic enim dicit S. Anton. in loco prælegato

b De coadiutore episcoporum fecit tractatum Thomas Campegius habetur etiam per parisium in tract. de resigna. benefi. lib. 8. q. 20 & extant declarationes tenoris sequentis videlicet. Die Iouis 31 Ian 1561 Congregatio Illustris. Dominorum Cardinalium super sacris ritibus ad dubia nomine Illustriss. Dominorum Card. Paleotti & Veronen. proposita sic respondendum censuit.

Ad primum dubium censuit, coadiutori cum futura successione non licere ingredi ciuitatem pontificaliter, quia licet, sit coadiutor cum futura successione, ex quo tamen non habet ius in re, sed ad rem, non debet recognosci tanquam superior, & caput, sed vti coadiutor, & eo magis, quia contingere potest vt non succedat in episcopatu, sed prior moriatur.

Ad secundum respondit ipsum non debere vti cruce in diuinis, nec in functionibus pontificijs, nec dum incedit per vrbem. cum crux sit signum, & ornamentum dignitatis, & iurisdictionis, & coadiutor vtraque careat.

Ad tertium censuit coadiutorem pontificalia in ecclesia exercentem absente Archiepiscopo vti posse cappa, cum ea sit tantum ornamentum dignitatis episcopalis, præsente autem Archiepiscopo vti debet mantelletto, & rochetto, neque licere vnquam coadiutori vti mozzetta, & rochetto etiam absente Archiepiscopo, cum hoc proprium sit eius, penes quem est dignitas, & iurisdictio.

Ad quartum respondit negatiue cum vna sedes non capiat duos.

Ad quintum censuit canonicos esse compellendos vt coadiutori episcopo solenniter celebranti, & pontificalia exercenti semper assistant, alioquin indecorum videretur si episcopus sine canonicorum assistentia celebraret, nec non videretur esse cõtra decretum Conc. Trid. quod extensiue huic etiam casui accommodari potest.

Quo ad circulos respondit canonicos non debere accedere ad circulos, cum ipsi circuli denotent membrorum vnionem ad ipsum caput, & ex superius deductis constat coadiutorem non debere esse caput.

Quo uero ad confessionem faciendam cum celebrante solenniter respondit decere vt coadiutor episcopus confessionem faciat cum sacerdote canonico celebrante, & ut idem quoq; benedicat in fine missæ, ne populus præsens diuinis benedictione episcopali defraudetur, & iam est usu receptum ut episcopus benedicturus in fine missæ faciat etiam confessionem cum celebrante.

Ad sextum censuit licere coadiutori de licentia tamen Archiepiscopi benedicere populo, dum per ciuitatem incedit.

Ad septimum respondit maxime decere, ut canonici prodeant obuiam coadiutori episcopo ad ecclesiam pontificaliter accedenti ad ostium ecclesiæ, eumq; discedentem ad idem ostium deducere. immo esset valde commendandum si nonnulli canonici officij, & urbanitatis gratia ad ipsius coadiutoris ædes accederent.

Ad Octauum respondit, coadiutorem non habere facultatem largiendi indulgentias, & sic eas Archiepiscopi nomine, si quas Archiepiscopus concedere voluerit, esse publicandas.

Quarum declarationum exemplar habui ab admodum Illust. & Reuerendiss. Domi-

Domino Alphonso Pisano Archiepiscopo S. Seuerinæ, & in super vidi Bullas Apostolicas in persona Domini electi episcopi Caliponen coadiutoris Domini episcopi Insulanen. cum futura successione vbi inter alia sunt apposita hæc verba videlicet, te prædicto Annibali episcopo quamdiu idem Annibal episcopus eidem ecclesiæ Insulanen. præfuerit, coadiutorem perpetuum, & irreuocabilem in regimine, & administratione ecclesiæ Insulanen. huiusmodi in eisdem spiritualibus, & temporalibus cum plena facultate omnia, & singula quæ ad huiusmodi coadiutoris officium de iure, vel de consuetudine quomodolibet pertinerent, &c. hæc recensui quia in bullis coadiutorum non solet exprimi aliqua facultas specialis, sed absolute prædicta generalis clausula sed audiui hodie has facultates exprimi. Prosp. de Aug. V.I.D.

13 *Quam iurisdictionem habeat Archiepiscopus per appellationē, & de eius effectu.*
14 *Absolutio ad cautelam quæ sit, quando habeat locum, & dari possit.*
15 *In quo loco Archiepiscopus potest cognoscere causas appellationum.*
16 *Archiepiscopus in diœcesibus suffraganeorum eis inuitis nihil potest regulariter agere nisi in casibus sibi a iure concessis.*
17 *An de consensu partium.*
18 *Quæ sunt considerandæ ante inhibitionem.*
19 *An per suspicionem suffraganei deuoluatur iurisdictio ad Archiepiscopum.*
20 *A quibus decretis hodie admittenda sit appellatio.*

DEcima octaua auctoritas est, † nam Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganei per appellationem in appelantem, & appellatum, illosq; qui se sponte offerunt liti super illa re, de qua est quæstio c. Romana. §. in alium, & ibi Gemi. & Franc. de appellat. in sexto, & appellatio principaliter operatur duos effectus, vnum sententię suspensiuum, alium vero iurisdictionis deuolutiuū Abb. in rub. & in c. per tuas, nu. 2. de sent. excommu. Franc. in c. ex parte, de appella. a subditis enim episcopi suffraganei ad Archiepiscopum appellatur. cap. per singulas el secondo. c. cō quæstu. 9. q. 3. c. 1. de offi. lega. c. duo, & c. pastoralis, de offi. ordi c. dilectis, c. cum causam c. sollicitudinem, de appella. c. per tuas, de sent. excom. c. 1. de foro comp. in sexto. d. c. Romana, de appell. jn sexto, c. 1. & c. vt litigantes, de offi. ordi in sexto, c. venerabilibus, de sent. excom. in sexto. cum similib. & non ad Patriarchā si Archiepiscopus illum habet in superiorem, quia omittitur mediū, scilicet Archiepiscopus. Feli. in c. cū te consulente, de off. deleg. valet autem cōsuetudo appellādi eo omisso qua cessante, valet appellatio, si nō fuit obiectū. Abb. in rub. de appell. ad Papam autem appellatur omisso medio c. ad Romanā, 2. q. 6. c. antiqua. de priuileg glo. in d. cap. Romana, in princ. Feli. in d. c. cū te, quia ipse est omnium iudex ordinarius, glo. in d. c. si duobus, de appellat. de qua appellatione debet Archiepiscopus certificari, vt non possit se intromittere Host. in c. 1. de sup. negli. præla. in sexto de qua scientia vide glo in reg. eum qui scit. de reg. iur. in sexto, nam si appellatum sit ad Papam ab vno, & ab alio ad Archiepiscopum, qui ignorans appellatum fuisse ad Papam, ratione contumaciæ excommunicauit, tenet excommunicatio. c. si duobus, de appel. & sic nota Archiepiscopum esse legitimum iudicem subditorum suffraganeorum in causa appellationis, & appellatio interiecta ad Papam, quā ignorabat Archiepiscopus, non habet impedire iurisdictionē ipsius, cui renunciare poterat appellans. Gemi. in d. c. Romana. §. cum autē, de appella. in sexto, quod extendit in quolibet ordinario ignorante fuisse appellatum ad superiorem, vt non suspendatur eius iurisdictio. Per.

Duena.

Duena.reg.24.limit.4.per d.c.ſi duobus, & ſciens de appellatione ad Papam, non poteſt Archiepiſcopus tunc ſe intromittere etiam in concernentibus appellationem, niſi appellans appellationi renunciauerit verbo, vel facto, vel niſi notorium ſit actum illum eſſe iniuſtum.d.c. ſolicitudinem, de appella & vide glo. in c.per tuas, in verbo remitti, de ſent.excommu.& per d.c. ſolicitudinem, dicit ibi Card.Alex. num.4. quod licet regulare ſit Archiepiſcopum in criminibus notorijs habere poteſtatem ſupra ſubditos ſuffraganeorum c.Romana §. notoria, de cenſi. in ſexto, tamen ampliat etiam poſt interpoſitam appellationem ad Papam, & hoc per elegantem deciſionem prædictæ decretalis, de qua per Hoſtien. in cap.ex conſcientia, de crim.fal. Antonius Gabriel.lib.2.com.opin.in tit.de appella.conclu.2.

Ampliatur tamen præcedens concluſio, quod nedum in ſpiritualibus, ſed etiã in temporalibus ab epiſcopo ad Archiepiſcopum appellari poſſit. Hoſtien.in d.c. Romana.in princ.& in §.debet, & ne dum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, & non ſolum cum proceditur per viam accuſationis, ſed etiam per viam inquiſitionis. Abb.in licet num.3.de offi.ordi. an autem in cauſis fidei ab ordinario ad Metropolitanum appellari poſſit. vide Fran.Pegna in 3.par.direc.inquiſi.in ſcholia ſeu adnotatione 42.fol.153.c

c Declaratur prædicta concluſio vt per appellationẽ ſolum deuoluatur iuriſdictio ad Archiepiſcopum quo ad partes, non quo ad alios ſubditos, & ideo in compulſione aliorum ſubditorum recurrendum eſt ad epiſcopum.gloſ.& Abb. in capitu.paſtoralis, in princip. numer.12.de offic.ordin. vnde non poteſt Archiepiſcopus compellere ſubditos epiſcopi ad perhibendum teſtimonium niſi aliud de cõſuetudine obtineat c.1.§.neque.vbi glo.in verbo ſuſcipere, de foro comp. in ſexto, & Hoſtien.in verbo, teſtimoniũ, dicit neceſſe eſt quod ordo ſeruetur, vt ſcilicet is qui ordinarius eſt perſonarum primitus requiratur, qui ſi non obedierit puniri poterit, & ſi infra tempus per Metropolitanum congruum aſſignatum hoc non fecerit, eo lapſo ipſe Archiepiſcopus faciet no.in c.Roman.de ſup. negl.prel. in ſexto, ſed iſtud non placet Archidia.qui dicit, quod licet tunc poſſit compellere ſuffraganeum, non tamen ſubditum ipſius; & ita Io.And.reſidet, Imo tamen in d.§. neque.dicit, quod forte poſſet dici illud procedere quando eſt negligens in termino a iure ſtatuto, ſecus in termino per Archiepiſcopum ſtatuto ne alias aperiatur via malitijs.cap.quanto in fin.de diuor. ſecundum eum: deciſio autem huius articuli dependet a notatis in d. capitul. Romana, quia ſi teneatur opinio quod negligentia epiſcopi deuoluat iuriſdictionem ad Archiepiſcopum, procedit opinio Hoſtien. Si vero teneatur opinio contraria, procedit opinio Archi. & ita nihil affirmando tranſeunt Gemin.& Franc.in d.§. neque. de qua quæſtione dicam infra.

Id autem quod diximus de effectu appellationis, limita vt per appellationem non ſuſpendatur exequutio, ſi appelletur ab excommunicatione, vel ab alia ſententia cenſuræ eccleſiaſticę, nam tunc cauſa tantum transfertur ad ſuperiorem c. paſtoralis §. verum.vbi Abb.aſſignat duodecim rationes, de appell.c.ad reprimẽdam, & ibi gloſ.in verbo conqueſtus, de offic.ordi.cap.is cui, de ſen.excommu.in ſexto (ſecus eſt in appellatione a declaratione excommunicationis, vt dicam infra ſub nu.20.) & poteſt Archiepiſcopus aliquando abſoluere ad cautelam c.per tuas, de ſen.excom.c.ſolet, & c.venerabilibus, eo.tit.in ſexto, & de abſolutione ad cautelam etiam habetur in cap.ad præſentiam, de appell.in c.veniens, el 2 in fi. de teſti.in c.Apoſtolicæ, de excep.c.cum deſideres §.1.& c.venerabilibus. de ſent. excom.

14 excom. & in c. præsenti. eo titul. in sexto, † est autem absolutio ad cautelam vera seu putatiua ab ecclesiastica censura liberatio. Io. And in d. c. solet, nu. 12. qui post Inno. Host. & Io. Mon. ibi longe diffusius tractat hanc materiam absolutionis ad cautelam per modum summæ, ex cuius, & aliorum dictis ad intelligentiam terminorum has breues conclusiones delegimus. Absolutionem. ſ ad cautelam non habere locum nisi in sent. excom. lata ab homine, & a censuris latis in homines, quia illę possunt esse nullæ, & iniustæ, in sententijs vero latis a canone, & a iure de quibus non dubitatur, quod sint iniustæ, ista absolutio locum non habet, & hoc nisi occurat dubium facti, vel probabile dubium iuris, secundum Ioan. And. quem sequuntur ceteri doc. quorum dicta reassumit Franc. in d. c. solet. in 1. nota. & col. 3. & sequitur Felin. in d. cap. Apostolicæ. num. 20. de except. Bott. de syno. part. 3. ar. 1. concl. 13. num. 112. vbi etiam tenet quod sicut absolutio ad cautelam, non habet locum in censuris latis per canones, ita nec in censuris statutorum synodalium, idque colligitur etiam ex prędallegatis iuribus loquẽtibus de absolutione ad cautelam, quæ loquuntur in censuris latis ab homine, & excommunicatio nunquam fertur ab homine nisi propter contumaciam. Abb. in cap. qua fronte, num. 11 de appellatio. in rub. de sen. exc. & in c. 2. de rap.

Secũda conclusio est, quod quando ex quacunque causa allegatur nullitas sententiæ, habet locum ista absolutio ad cautelam, & hæc opinio est communior, & verior, & communiter tenetur. dicit Abb. in d. c. Apostolicæ, sub nu. 10. de exceptio. & ideo si sententia censuræ dicatur iniusta, tunc non debet peti absolutio ad cautelã, sed simpliciter ex quo est ligatus, eum sine iusta, vel iniusta ligat. idem quando sententia esset æqua, & iusta, ita ex dictis Doctorum concludit Franc. in d. cap. solet. col. 4. ver. 5. quærit; habet ergo locum in omni casu quo dubitatur de nullitate Franc. in d. c. solet in 3. no. Sed si constat eam esse nullam, tunc debet statim pronunciari nulla, nec fiet ista absolutio ad cautelam Card. Alex. in cap. quoties. 2. q 6. a sententia itaque iniusta non datur absolutio ad cautelam, quia fatetur se ligatum, ideo habet necesse petere directe absolutionem, & non ad cautelam. Gemi. in d. c. solet. nu. 7. casus in quibus excommunicatio est nulla, enumerat glo. in c. in præsenti, de sent. excom. in sexto, & quæ dicatur iniusta, & nulla, vide glo. in c. sacro, eo. tit. in antiquis. Abb. in c. ab excommunicato, de rescript. Nau. in Man. confes. c. 27. sub nu. 2.

Tertia conclusio est, quod qui non potest directam absolutionem impendere, non potest nec illam quæ fit ad cautelam. Franc. in d. c. solet. col. 1.

Quarta conclusio est quod absolutio ad cautelam est ex gratia nam de iure esset vt primo constaret de veritate causæ quam fieret absolutio, ideo est in arbitrio superioris, qui poterit eam concedere, & denegare secundũ coniecturas occurrentes vt concludunt Innoc. Hostien. & Ioan. And. in d. cap. solet. vbi Franc. in 2. nota.

Quinta conclusio est, quod quando fit hæc absolutio ad cautelam, requiritur citatio illius cuius interest, nisi periculum esset in mora, & debet fieri absolutio cum cautione de parendo mandatis, si apparebit eum iuste excommunicatum, cum enim hæc absolutio fiat solum in dubio, tale dubium postea per probationes certificabitur, per quas patebit an absolutio habeatur pro putatiua, & imaginaria, quod erit cum patebit non fuisse ligatum, an vero si apparebit illum iuste ligatum, vnde non bene esset in hunc casum prouisum aduersario, si non cauisset, debet etiam præstari iuramentum secundum Io. Andr. cuius dicta reassumit Franc. in d. c. solet, col. 4. vers. 6. quærit, & notat vnam regulam quod vbicunque

pars

pars potest impedire, ne actus fiat, semper requiritur citatio. facit quod notatur 3.q.9.c.omnia. quare autem ista absolutio dicatur, & fiat ad cautelam, vide Abb. in d.c. Apostolicæ. num.10. de except. referentem Hostien. & Io. And. in d.c. solet, vbi gl. in verbo opponat, dicit quod propter peccatum, & propter excommunicationem facilius quis moritur gl. in cap. episcopi 11.q.3. Silua nup. lib.6. sub nu. 58. Oliua super titu. 18. cur. Archiep. Neap. & proprie dicitur absolutio quando fit a censura iusta, vel ad cautelam, sed vbi est censura iniusta, vocatur proprie relaxatio, licet respectu suspensionis iura vtantur verbo relaxationis Felin. in d.c. Apostolicæ in princ. qui a nu. 17. vsque ad finem dictis per Io. And. in d.c. solet, circa absolutionem ad cautelam multa satis notabilia addidit.

Sexta conclusio est, quod absolutio ad cautelam potest fieri etiam antequam iudex de veritate causę cognoscere incipiat. c. venerabilibus §. sed si ex causa, & ibi Franc. de sent. exco. in sexto, plus ergo potestatis habent Archiepiscopi in hac absolutione ad cautelam, quam in inhibitione quam facere non possunt, nisi prius incipiant cognoscere de veritate causæ appellationis ante diffinitiuam glo. fi. in d. c. venerabilibus.

Septima conclusio est secundum Card. Alex. in cap. solicitudinem, num.4. de appella. qui ex eo tex. notat, quod in omni casu in quo nulla causæ cognitio requireretur, tunc inferior pendente appellatione coram superiore potest adiri, & infert satis notabiliter quod cum absolutio ad cautelam possit impendi præstita cautione absque causæ cognitione, pendente appellatione coram Papa a facto episcopi, poterit excommunicatus ab episcopo petere ab Archiepiscopo ad cautelam absolui ab excommunicatione non obstante quod interposuerit appellationem ad Papam.

Octaua conclusio est, quod non solum fit absolutio ad cautelam quando quis principaliter appellat, vt supra dixi, sed etiam quando contra aliquem testem posset opponi exceptio excommunicationis vt repellatur a testimonio, tũc iudex potest absoluere ad cautelam testes, quãdo tamen aliter veritas haberi non potest, ni si sit tale genus excommunicationis, cuius absolutio reseruaretur Papæ, & durabit durante eius depositione ca. veniens el. 2. in fin. & ibi glos. Io. And. & Doc. de testi. sicut, & absolutio eligere debentis d. cap. Apostolicæ. de excep. & potest fieri tunc a quocunque iudice causæ Feli. in cap. pastoralis, num. 13. de offic. ordi. tales enim absolutiones prouident negotijs quibus functis reuiuiscit sententia, & procedit quando excipitur de excommunicatione in vim dilatoriæ, secus in vim peremptoriæ, nam tunc non fieret absolutio ad cautelam Franc. in d.c. solet, col. 2. & 5. vers. 8. quærit, qui ita dicit post Archi. & Io. And. in cap. 1. num. 2. & Gemi. num, 10. de excep. in sexto, quæ omnia notabilia sunt, quia multi errant in ista absolutione ad cautelam dicit Card. Alex. in cap. quoties, 2.q.6. fit etiam absolutio ad cautelam extra casum excommunicationis propter ambiguum duplicitatis gl. in c. fi. de his qui fi. occid. & in verbo bonum, & in c. significasti, in verbo ad cautelam, de homi. de pœnitentia ad cautelam, legitur in cap significasti, el 2. de homi. glo. in c. perpendimus, de sent. excom. de venia ad cautelam in cap. exhibita eo. ti. cap. 2. & 3. & ibi glos. fi. de cleri. percus. & quicunque absoluitur saltim ad cautelam semper obtineat literas absolutionis, glos. in capit. proposuit. in verbo de absolutione, de cleri. exc. minis. & de iuramento ad cautelam glo. in cap. super eo, de sent. excom. Sed redeundo ad appellationis materiam quatenus ad Metropolitanum attinet, quæro de loco iudicij in causis appellationum tractandis. Resp. con-
15 stitutione Bonifacij octaui esse cautum ne Archiepiscopus causas quę per appe-

lationem,

lationem, vel alias iure Metropolitico deferuntur ad ipsum alibi quam in sua propria ciuitate, vel diœcesi, aut in eis in quibus appellatum extitit, vel causæ ipsæ cõsistere dignoscuntur audiat, vel etiam audiendas committat nisi sibi aliud de consuetudine competat in hac parte c. vt litigantes, de offic. ordi. in sexto, ex quo tex. notat ibi Gemin. casum in quo Archiepiscopus potest locare sedem, & de causa cognoscere in diœcesibus suffraganeorum suorum, nam Metropolitanis ne suorum suffraganeorum ingrediantur diœceses, vt in eis auctoritate propria iudicẽt, disponant, aliquidue aliud agant, canonica prohibent instituta dicitur in cap. 1. de
16 off. ordi. in sexto. Super quo tex. exorditur Hostien. † quod Archiepiscopus in diœcesib. suffraganeorum suorum nihil potest inuitis suffraganeis regulariter agere, & est tex. in c. sicut vnire. de excess. præl. facit etiam tex. in c. pastoralis in prin. de offi. ordi. & c. duo, eo. tit. & c. 1. de supplen. negl. præla. in sexto. vbi etiam Hostien. dicit, quod prohibitum est Archiepiscopis, vt in diœcesibus suorum suffraganeorũ aliquid exerceant, sed suis terminis sint contenti. cap. nullus primas. 9. q. 2. & ideo in nullo debent se intromitere, nisi in casibus a iure concessis, & Hostien. in d. c. 1. de sup. negl. præla. in sexto, refert decem & octo casus, alias debet regulariter Metropolitanus abstinere per d. c. pastoralis, & cap. sicut, & eosdem etiam casus refert in summa de offic. ord. sub num. 7. Archiepiscopus insuper non potest in diœcesi suffraganei constituere officiales, qui de causis ad eam per appellationem deuoluendis cognoscant nisi de consuetudine habeat, licet possit delegare causas in diœcesi episcopi sibi per appellationem deuolutas d. c. 1. de offic. ordi. in sexto, & Metropolitani gesta in diœcesi suffraganei in casibus qui non sunt in iure expressi, sunt nulla. glos. in cap. per singulas el. 2. 9. quæst. 3. Card. Alex. in d. cap. nullus Primas, & facit regula ea quæ, de reg. iur. in sexto, & ibi gl. Item quæro pro declara
17 tione proxime dicti, quid si adesset consensus partium. Resp. † quod Archiepiscopus vel eius officialis de causis clericorum, tanquam iudices, absque diœcesanorum suorum voluntate non cognoscunt, quando tamen non fuit appellatum, & si in ipsos ijdem clerici de facto consentiant d. c. 1. in prin. de foro comp. in sexto vbi Gemi. notat quod Archiepiscopus non potest adiri per viam querelæ per subditos suffraganei sui, nisi ipse consentiat, & sic patet quod de iure canonico clerici non possunt prorogare iurisdictionem non fui iudicis etiam ecclesiastici suo iudice non consentiente, cap. significasti, de fo. comp. & consensus debet esse episcopi, & non eius officialis generalis Gemi. in d. c. 1. num. 2. & nouem concurrere debent, vt consensus clerici teneat, Hostien. in d. c. 1. in verbo de facto, de fo. comp. in sexto. Inter subditos ergo episcopi citra remedium appellationis non potest Archiepiscopus regulariter aliquid diffinire. Abb. in c. solicitudinem num. 5. de appell. & si Vicarius episcopi detulit appellationi nõ deferendæ, non præiudicatur iurisdictioni episcopi Iacpb. Sbroz. in tract. de offic. Vic. lib. 2. quæstio. 204. Vlterius quæro, quæ nam causæ cognitio requiratur antequam inhibeatur. Resp. quod
18 Archiepiscopus antequã suffraganeo inhibeat plura cõsiderare debet, & primo an cognitio causæ appellationis ad ipsum pertineat, nam ab inferioribus prælatis episcopo subiectis non facientibus idem consistorium cum eo non appellabitur ad Archiepiscopum, sed ad episcopum nisi aliud de cõsuetudine esset c. Romana §. ab Archidiaconis, de appella. in sexto, vbi Franc. post Io. And. & Gemi. limitat duodecim modis inter quos si non opponeretur exceptio, quia tunc valet appellatio omisso medio Rebuff. in tract. concordatorum, in rub. de friuolis appell. vbi de prædictis limitationibus. Item in causis in quibus episcopus iurisdictionem temporalem habet, appellatur ad Archiepiscopum, nisi ex consuetudine, aut

priuile-

priuilegio,aut alio iure speciali sit appellandum d.c.Romana §.debet, de appell. in sexto Capi.decis.137.num.12.& dictis ibi per Gemi.& Franc.adde Mari.Frec. in tract.de sub feud. lib.1.sub titu.de orig.Baro.q.11.& lib.2.titu. de different. feud.quatuer.sub num.34.fol.142.

Similiter respectu appellationis interponendæ est differentia an episcopus habeat delegatam,vel ordinariam iurisdictionem,nam si habet ordinariam,appellabitur ad Archiepiscopum d.c.Romana,sed si delegatam,ad delegantem, & episcopus tanquam delegatus Papæ maior est Archiepiscopo quo ad illum articulum,vt in c.sane.de off.deleg.c.pastoralis §.præterea, de offic.ordi. ergo non debet appellari ad minorem Abb.in capitul.ad abolendam sub num.15.de hæreti.

Item si Papa mandat episcopo,id quod potestate ordinaria potest facere, non
e derogatur quin ab episcopo ad sedem Metropolitanam appellari possit c. licet de offic.ordi.quia tunc dicitur potius excitata iurisdictio ordinaria secundum Doc. ibi,& præcipue Feli.qui declarant & ponunt casus,quomodo possit cognosci,quãdo videatur dari delegata iurisdictio, vel excitari, & vide eundem Feli.in rub.de offic.deleg.Ias.& Dec.in l.& si prætor.ff.de.offi.eius,& ab habente vtramque potestatem ordinariam,& delegatam ad quem appellabitur,vide Felin.post Abb.&
f alios in c.cum ex officij de præscript. Item appellari potest a iudice in commissis arbitrio suo si partem lædit,aut grauat,glo.in c.super his de accusa.& in c. Romana.§.quod si obijciatur in verbo minus legitima,de appell.in sexto, glo. & Bart. l.si qua pœna ff.de verbo.signi.& vide Card. Alex. qui refert opiniones contrarias,& concordiam in rubr.de appell.& Feli.in c.cum speciali, & in c.ex ratione eo.tit.amplia istam conclusionem, & limita,vt per Feli. notabiliter in d.c. super his,a num.7.vsque 14.de accusa.

Secundo principaliter Archiepiscopus antequam suffraganeo inhibeat, considerare debet an per appellationem sit deuolutum negotium, & causa, & an appellatio sit legitime interposita, nam aut appellatur ante sententiam diffinitiuam,& tunc vt possit inhiberi, debet appellans exprimere probabilem, seu legitimam causam grauaminis, & quod fuerit appellatum infra decem dies, & antequam fieret fides iudex ad quem, non potest procedere, nec inhibere vnde cauti appellantes portant sententiam diffinitiuam, vel interloquutoriam, & ipsam appellationé vt per ista simul appareat esse appellatum infra decem dies infra quem terminum in dubio non præsumitur appellatum, nisi probetur, & sic ante non est fundata iurisdictio iudicis ad quem. Item debet citari appellatus cũ termino ad opponendum contra appellationem,& si opponitur; quod causa in eo expressa non sit legitima,vel vera,tunc si constat iudici ad quem quod per appellationem sit ad eum deuoluta causa,vt quia constat esse appellatum infra legitima tempora,& quod causa sit legitima,debet tunc admittere appellationem ex causa legitima interpositam,& deinde debet incipere cognoscere de veritate causæ,& his præcedentibus statim potest inhibere,& non antea,vt hæc omnia colliguntur ex text.in d.cap.Romana.§.cum autem §.& vero & §.quod si obijciatur, & ibi Io.An.Gemi.& Franc.ex quibus iuribus dicit Franc.in d.§.quod si obijciatur. quod habetur practica, quæ debet seruari in appellatione ab interlocutoria per ipsum iudicem antequam inhibeat.Car.Alex.seu Præpo.in c.vt debitus honor,de apell. dicit decem esse necessaria in appellatione ab interloquutoria, quæ etiam refert Rebuff.in tract.concordatorum,in rub.de friuolis appella. Si vero appellatur a diffinitiua,tunc debet primo constare esse appellatum infra decem dies,& statim poterit inhibere,etiam si causa non sit expressa.vt not. Franc. post Gemi.

Gemi. & ceteros Doc. in d. §. quod si obiciatur, tamen hoc fallit, si dicatur esse appellatum in casu a iure prohibitio, quia tunc debet cognosci de legitimitate ipsius appellationis separatim ab articulo causæ principalis d. c. Romana §. si autē. vt Franc. etiam notat, quod licet in appellatione ab interloquutoria iudex ad quē non possit inhibere antequam appellationem, vt legitimam admiserit, & inceperit cognoscere de veritate causæ in appellatione expressæ, vt in d. §. quod si. tamē si appellatur in casibus, in quibus allegatur appellari non posse, poterit inhibere statim ad cognoscendum, an appellatio sit recipienda vel non, & sic antequam appellatio sit admissa per d. §. si autem, & hæc quando allegatur quod appellatio sit interposita in casu a iure prohibito, & tamē de hoc non constat, quia si de hoc constaret, tunc iudex a quo & ad quem ipsam recipere non debet. Sed illud nota quod antequam procedatur in iudicio super appellatione semper sunt citandæ partes etiam si agatur de appellatione a diffinitiua, vnde sequitur quod per iudicem ad quem debet assignari terminus ad opponendum contra appellationem antequam procedatur vlterius etiam si sit appellatum a diffinitiua notat Franc. ex d. c. Romana §. si vero, & ex dictis iuribus etiam colligitur, atque notatur quod ipse iudex ad quem cognoscit an sua sit iurisdictio, & an appellatio sit admittenda uel non & ideo quantumcunque iudex a quo non admiserit appellationem, tamen vtrum appellatio sit admittenda, vel non, spectat ad iudicem ad quem. Fran. in d. §. si autem, quis vero exequatur sententiam a qua est appellatū latissime prosequitur idem Franch. in d. § si autem. appellans ergo ante diffinitiuam debet exprimere causas grauaminis nominatim, & illas, & non alias prosequi, & iustificari ex eisdem actis. c. vt debitus, & ibi Abb. nu. 2. de appella. clem. appellanti. de appell. & non exprimens causam reputabitur non appellans. Hostien. in d. cap. Romana. §. cum autem per text. in c. cordi nobis, de appell. in sexto, ita etiam appellans ab excommunicatione tenetur exprimere causam Abb. in c. sacro nu. 5. de sen excom. & ex quo Archiepiscopus pronunciauerit, & legitime cognouerit, statim debet causam ad suffraganeum remittere, d. cap. Romana. §. fin. & ibi Franch. non tamen debet Archiepiscopus, causam ad suffraganeum remittere appellatione adhuc non iustificata, nisi de consensu partium c. accepta de appell. & si per iudicem a quo grauaretur in alio, potest iterum pars adire Archiepiscopum, & appellare cap dilectæ nobis, de appel. Si tamen iudex a quo appellationem friuolam admisit appellationi deferens, tunc totius causæ decisio deuoluta est ad superiorem c. cum appellationibus, eo. tit. in sexto, & per appellationem ante diffinitiuam ante inhibitionem nō sunt ligatæ manus iudicis, secus per appellationem a diffinitiua c. non solum. de appella. in sexto.

Archiepiscopus etiam nō prius ante diffinitiuam appellationem admittere debet quam ei constiterit eam interpositam fuisse vel a grauamine, vel iniusta con
19 demnatione c. cum in ecclesia, de appella. † ideoque si appellatur propter suspicionem episcopi suffraganei, non debet appellans audiri, nisi prius Archiepiscopo constet coram suffraganeo fuisse propositam recusationem c. cum speciali c. secundo requiris §. fin. eod. tit. eaque est ratio quare suspicio non sufficit, quia suspicio habet a iure suum remedium recusationis vt in dictis iuribus, nam licet causa suspicionis sit contra eum, non tamen sequitur quod grauet, iudex enim suspectus bene posset procedere in causa, ita quod nullam partem grauaret, & appellatio non habet locum nisi a grauamine d. c. vt debitus, ac stulte faceret recusans prosequēdo appellationem quando post recusationem non processit. Volēs ergo recedere a iudice ordinario, vel delegato suspecto, oportet quod proponat

recusa-

recusationem, nam quantumcumque suspectus nisi recusetur est iudex, & potest procedere. Card. Alex. in c. postremo nu. 5. de appe. & tũc si iudex recusatus causas recusationis non admittit, patens est quod in hoc grauat, & ab hoc grauamine potest appellari, cap. super quibusdam. §. fin. de off. deleg. & hoc verum nisi causa recusationis esset euidenter frustratoria, vel notorie falsa ita concludunt in d. cap. cum speciali. in princ. Inno. sub nu. 1. & 6. Io. And. col. 1. Ant. de But. num. 8. Ancha. num. 1. Bellame. num. 3. Abb. num. 6. Franc. & Card. Alex. nu. 11. Idem Card. melius quam alij in c. quoties episcopi. 2. q. 6. & quod recusatione proposita non possit a iudice recedi, donec admiserit vel non, causam recusationis nisi per viam appellationis. Bellam. in d. c. cum speciali nu. 16. vera ratio prædictorũ ea est, quia per suspicionem ordinarius iurisdictionem non amittit, & remanet iudex etiam post pronunciationem factam super suspicione. Franc. in c. iudex, in 5. nota. de off. deleg. in sexto. recusatio enim ob suspicionem personam concernit non iurisdictionem recusati, idem Franc. post Pet. de Ancha. in c. si contra vnum, eod. tit. in sexto. suspicio namque personam sigillat, iurisdictionem autem non tollit Mari. Frec. in tract. de subfeud. lib. 2. in tit. de differen. feud. quater. nu. 37. fol. 143. ratio rationis est, quia ordinarius habet iurisdictionem generalem, & licet propter suspicionem non habeat exercitium illius causæ, tamen iurisdictionem habet, & poterit delegare respectu ordinariæ, & generalis potestatis quã habet in committendo neutri parti suspecto maxime de partium consensu nulla contra eum poterit oriri suspicio, secus autem est in delegato, qui nihil habet iure proprio, sed iure delegantis, & iurisdictionem non efficaciter, sed eligibilem cui Papa non intendebat causam committere, si sciuisset suspitionem, & hæc est ratio, quare postquam est pronunciatum super recusatione, desinit esse iudex, vt nec etiam de consensu partium possit exercere d. c. iudex de off. deleg. in sexto. vnde in articulo in quo cessat suspitio, ordinarius vtitur iurisdictione delegando nõ suspecto, & exequendo sententiam delegati ab eo, cum tantum sit exclusus respectu cognoscendi. Abb. in cap. si quis contra clericum. num. 1. 6. 7. 11. 16. 18. 26. vsque 28. de foro comp. Capi. decis. 137. num. 10. Quæro an possit recedi a iudice per appellationem sine suspicionis propositione coram eo. Resp. quod non, etiã si suspicio esset notoria, quia licet notorium excusat a probatione, non tamen excusat a propositione suspicionis coram eo, nisi suspicio non cõcerneret personam iudicis, sed locum, vt quia citatur ad locum notorie non tutum, & tunc potest recedi a iudice appellando etiam sine grauaminis propositione Card. Alex. in d. c. quoties episcopi 2. q. 6. vbi Gemi. & vide Franc. in c. ex parte, de appel. nam & si notorietas alicuius iuris mihi competentis releuet me ab onere probandi, non tamen releuet me ab onere allegandi, & non allegando nihil prodest notorietas, glo. in clem. appellanti, in verbo alias, de appellat. Item quæro si recusatus suspectus ex causa rationabili, procedat post recusationem ad vlteriora in causa non obseruata forma d. c. cum speciali, & appellatur an recusans teneatur probare causas suspicionis. Respondet Inno. in d. c. cũ speciali. num. 6. quod ab ordinario legitime appellatur si arbitros non elegerit etiam si causæ suspicionis non probarentur: finita autem cuusa appellationis, quæ est vt cassetur quicquid factum est contra eam, non oportet prosequi causam recusationis, quia sola appellatio ad hoc sufficit c. interposita. de appell. Io. And. ibidem sequendo Inno. dicit, quod aut recusans vult prosequi causas recusationis, & tũc oportet eas probare, si vero causam appellationis, & tunc nihil habet necesse probare, de veritate causarum recusationis An. de But, similiter dicit sub nu. 5. & Imo. eo enim ipso quod iudex procedit

nis Concilij appellationem, scilicet sublatam intelligi, quo ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, & ex Decretis eiusdem Conc. habes quod appellatio non suspendit exequutionem Decretorum in causa residentiæ sess. 23. de refor. cap. 1. Item si de visitatione, aut morum correctione agatur, exequutio non impeditur, aut suspenditur per appellationem sess. 14. de refor. generali cap. 10. & sess. 13. de refor. c. 1. §. in causis, nisi de grauamine irreparabili agatur, tunc enim appellationi locus erit etiam quo ad affectum suspensiuum, vt extat declaratio. Item examinatorum relationem circa examinatos per concursum quominus exequutionem habeat, nulla deuolutio aut apppellatio impedit, aut suspendit, sess. 24. de refor. generali c. 18. & quod appellari possit a mala electione in beneficijs per concursum vide Bullam Pij V. incip. In conferendis, quam habes infra in verbo Beneficiorum parochialium collatio. Item episcopus controuersias omnes de præcedentia in processionibus publicis tum in his, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda vmbella, & alijs similibus amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque cõponat, vt in sess. 25. de refor. c. 13. Itẽ exequutionẽ Decreti eiusdẽ Cõc. sess. 25. de refor. c. 13. cõtra cõcubinarios clericos appellatio aut exemptio nõ impedit, aut suspendit, & per iudicem appellationis erit videndũ si fuit excessus modus in corrigendo, quia tũc a correctione legitime appellatur c. ad nostrã c. reprehensibilis in fi. & c. quia nos, c. inquisitioni, de appella. c. licet. de off. ordi. vbi de clausula appellatione remota.

Declaratur conclusio scilicet nõ posse Religiosos appellare a correctione. Vide decretũ pro fratrb. S. Frã. de obseruantia relatum in verbo Monasteria & cõuẽtus regularium virorum.

Conclusionem, quæ se habet, scilicet Religiosos appellare non posse a correctione in eos facto per ipsorum superiores, declara primo, vt intelligatur denegata eis appellatio a correctione, quæ fit secundum statuta ordinis, non autem ab ea, quę contra statuta fieret ex deductis per Paris. in cõs. 28. nu. 15. & infra vol. 4. Secundo declara, vt sit permissa ipsis Religiosis appellatio, quando correctionis modus excederetur veluti, quia ob aliquod leue peccatum supra modum grauarentur, vt præter Doctores per eundem Paris. ibidem numer. 21. allegatos comprobat Nauar. in cõs. 4. sub nu. 3. de appella in nou. & apud religiosos adire superiorem ob iustum grauamen ad conquerendum de illo, habet vim appellationis neque id vetare Concilium Trid. Sess. 25. de regulat. c. 4. docet idem Nauar. in comment. super c. non dicatis. 12. q. 1. nu. 61. etiam si præd. accessus ob hanc causam ad superiorem fieret sine licentia, & cõsensu sui superioris ratione de qua ibi per eum, & concinit Roderic. tom. 1. quæst. regul. q. 30. art. 3. asserens opinionem Dom. Bagnes ad D. Thom. 2. 2. q. 12. ar. 1 procedere posse casu, quo non constaret de iniustitia grauaminis & hoc ratione scandali, qui Roderic. in q. 29. art. 2. eiusdem tomi refert per sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium esse impositum decretum anno 1587. vt appellatio hoc ordine prosequatur, a Guardiano ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, a Generali ad Protectorem, a Protectore ad Sacram Congregationem, & vide hoc decretum relatũ in verbo monasteria, & conuentus regularium virorum incip. quoniam.

Sexto, Quæro an sint alij casus, in quibus appellatio non retardat exequutionem, Resp. quod sic, vt sunt decreta affirmatiua quæ enumerat Affli. decis. 152. & 271. sed primi duo per eum relati habeant locum in foro laicali huius Regni, cum de iure communi ciuili, & canonico appellationi sit deferendum etiam pro causa minima capitul. de appellationibus, de appel. l. & in maioribus. C. de appell. Tiraq. de iudi. in reg. exig. feren. fol. 81. Item appellatio non suspendit exequtionem in causa institutionis qua pendente institutus potest capere possessionem beneficij Lamb. de iure patro. 5. art. 11. q. prin. 2. par. 2. lib. nu. 2. vers.

bene verum fol. 337. sed in contrarium est veritas, quia talis possessio dicitur attentata, & non posse institutum possessionem capere pendente appellatione, pluries fuisse decisum in Rota Roma. refert Lancel. de attenta. par. 2. cap. 12. limita. 49. fol. 298.

Septimo, Quæro an elapso biennio dato per Conc. Trid. pro expeditione causarū, possint partes adire iudices superiores, quando non stetit per iudices. Resp. non posse, faciunt dicta per Abb. in c. venerabilis nu. 10. de iudi. Extat. declaratio Sacræ Congregationis Concilij.

Octauo, Quæro an acta originalia sint transmittenda. Resp. extra declarationem Sacræ Congregationis cauſis episcoporum præpositæ quod acta originalia processuum primæ instantiæ ad iudicē appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ iudicialiter objiciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad ordinarium, vt suo archiuo conseruentur.

Vltimo erit animaduertendum, quod si appellatio non suspendit pronunciatū vt in cauſis supra relatis, & admittitur appellatio ad effectum deuolutiuum tantum literæ inhibitoriales erunt pro transmissione copiæ actorum tantum, ita etiā quando appellatur ab indebita carceratione, non apponitur clausula quod interim nihil innouetur, quia per appellationem non impeditur impinguatio informationis, si vero appellatio admittitur de iure, etiam quo ad effectum suspensiuum, tūc literis inhibitorialibus apponitur clausula quod appellatione pēdente nihil innouetur, & innouata & attentata reducantur in pristinum, & si corā Metropolitano appellans produxerit copiam sententiæ vel decreti suffraganei a quo fuit legitime appellatum, erit inferenda in literis inhibitorialibus, quando vero appellans non producit, sed in eius comparitione coram Metropolitano exprimit casum Conc. Trid. permissum appellandi, tunc vidi practicari in literis inhibitorialibus inseri comparitionem appellantis cum clausula quod veris existentibus prænarratis, & si infra legitima tempora fuerit appellatum, tunc transmittere habeat copiam actorum inhibendo in forma iudicij a quo eum admonendo, vt si quid ei pro causæ instructione videbitur, possit ipsi iudici appellationis significare: sed modus inhibēdi cū insertione sententiæ, seu decreti cōstito de legitima appellatione est tutior, & iuridicus ex prædictis sub nu. 18. ver. 2. principaliter. Et vt nihil relinquatur intactum in hac appellationis materia, quæritur an Metropolitanus ad quē fuit legitime appellatum a grauamine illato ante diffinitiuam, corā quo fuit iustificata causa appellationis, constito de grauamine possit cognoscere de negotio principali, & prouidere quod stātibus grauaminibus causa remaneat. vide c. vt debitus honor. in fi. de appell. cap. 1. in princ. & ibi glo. de fo. comp. in 6. Bar. in l. eius qui. nu. 10. ff. de appell. recip. Couar. pract. quæstio. c. 9. sub nu. 6. aut grauamen non fuit illatum sed comminatum, & tunc non potest retinere causam, sed reuocato grauamine comminato, remittere causam vt dictum fuit supra sub numer. 20. de appellatione a comminata tortura, vel excommunicatione, si vero non fuit pars grauata, debet statim remittere cap. Roma. §. fin. de appell. in 6. limita nisi iudex a quo detulisset appellationi, tunc de necessitate nō tenetur remittere c. cū appellationib. eo. ti. in 6. *Steph. Quarāta. V. I. D.*

Decretum S. Congregationis.

Sciendum est denique in hac materia appellationum extare decretum Sacræ congregationis tenoris sequentis.

Ad tollendas ambiguitates, & controuersias iurisdictionales quæ inter appellationum & prioris instantiæ iudices, non sine partium dispendio, cursusq; iustitiæ impedimento,

pedimento, & sæpe cum scandalo oriuntur; Sacra cogregatio causis Episcoporum præposita facta prius relatione Sanctissimo D N. Clementi Papæ VIII. ac de Sanctitatis suę mandato viuę vocis oraculo desuper habito, in hunc, qui sequitur, modum ab omnibus, ad quos spectat in posterum fieri, ac seruari debere mandauit, & mandat.

Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchæ in suffraganeos, eorum ne subditos non iudicent, nisi in casibus a iure expressis.

Item, nec alij superiores etiam Nuncij, vel Legati de Latere specificam facultatem maiorem non habentes, causas in curijs Ordinariorum, vel aliorum inferiorū Iudicum pendentes ad se non aduocent, nisi per viam legitima appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum iurisdictionibus quo ad alias causas eximere non possint.

Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius constiterit appellationem a sententia diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, aut a grauamine, quod per diffinitiuam sententiam reparari non possit, in casibus a iure non prohibitis, per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam ac prosequutam.

Nec dum causa coram inferioribus iudicibus pendent, ante diffinitiuam sententiam, vel vim diffinitiuæ habentem, de grauamine illato superiores cognoscere valeant, licet citra præiudicium cursus causarum se id facere contestentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, vt ipsis copia processus transmittatur, etiam expensis appellantis.

Inhibitiones post appellationem, sicut præmittitur, receptam nō concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, aut decreti diffinitiui, aut vim diffinitiui habentis, vel damnum per diffinitiuam irreparabile continentis, alias inhibitiones, & processus & inde sequuta quæcūq; sint ipso iure nulla, eisq; impune nō parere liceat.

Si appellans asserat sententiæ aut appellationis exemplum culpa iudicis a quo vel actuarij habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet, iniungi poterit, vt soluta condigna mercede, actorum exemplum authenticum appellanti intra breuem aliquem cō petentem terminum tradatur Caueat tamē Iudex a quo, ne, si uere appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquid in præiudicium appellantis attentet, etsi per actum publicum, aut per testium depositiones constiterit acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta possit Iudex appellationis adijcere, ne interim aliquid noui contra appellantem attentetur.

Ab executione decretorum Sacri Concilij Trid aut visitationis Apostolicę appellationes a Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute eisdem Sacri Concilij procedunt vti Sedis Apostolicæ delegati in causis quæ sub eorum iurisdictione ordinaria non comprehenduntur salua tamen in hoc casu Legatorum, & Nunciorum Apostolicorum authoritate.

In causis vero visitationis ordinariorum, aut correctionis morum, quo ad effectū deuolutiuum tantum admittantur, nisi de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur, vel cum uisitator citata parte, & adhibita causæ cognitione iudicialiter procedit; tunc enim appellationi locus erit etiam quo ad effectum suspensiuum.

Cum a grauamine, quod per diffinitiuam reparari nequit, ut indebitæ carcerationis, uel torturæ, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, non nisi uisis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, uel prouisio aliqua concedatur.

Causa appellationis pendente, appellans in eodem quo reperitur carcere, permanebit quo ad iudex ad quem appellatum est, visis actis, & causa cognita aliter decreuerit, & tunc si a Iudicis ad quem decreto vim diffinitiuæ habente fuerit appellatũ nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia processum primæ instantiæ ad Iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ iudicialiter obiciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad Ordinarium, vt in suo Archiuo conseruentur.

Censura ecclesiastica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per Iudicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causa cognita, tuncq; si constiterit eam iustam esse, ad iudicem, qui excommunicauit, appellans remittendus est ut ab ipso iuxta sacros Canones beneficium absolutionis, si humiliter petierit debitamq; emendationem præsterit, obtineat: si vero iniustam esse clare appareat superior a solutionem impendat. si dubitetur honestius est ut ad excommunicatorem intra breuem aliquem competentem terminum eidem præfigendum absoluendus remittatur, licet etiam superior hoc casu in idipsum per se præstare iure possit.

Absolutio ad cautelam nõ nisi parte citata, & visis actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel a iure si occurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris, concedenda erit, tuncque ad tempus breue cum reincidentia, & præstita per excommunicatum cautione de standoiuri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum, & si iuxta formam a iure præscriptam apparebit, quem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare, & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, & cauere de iudicio sisti coram excommunicatore quis tenebitur, priusquam ad cautelam absoluatur.

A sententia etiam diffinitiua contra verum contumacem prolata appellatio nõ recipiatur, nec inhibitio, aut alia quauis prouisio, quamdiu appellans in huiusmodi vera contumacia perstiterit, concedatur.

Romæ in Sacra Congregatione die xvi. Octob. 1600.

Alex. Card. Floren.

Hiero. Agucchius Sec.

ADDITIO. Quod ab inquisito de hæresi possit appellari ad Metrapolitanum, tenet Zaneh. in tract. de hære cap. 29 num. 3 & 4. Repert inquis. in verbo appellare, quamuis de prouocando, ad Metropolitanum non facile admittat Franc. Pegna in directo. inquis. par. 3. commen. 31. fol 459.

d *Dictis per Dominum Authorem adde, quod postulans absolutionem ad cautelã non fatetur se excommunicatum glo. recepta in c. venerabilem in verb. postulauerit, de elect Nau. cons. 5. num. 13. de empt. & vend. neq; inducit eius necessitatem idem Nauar in cons. 1. ne cler uel monac numer. 3. & absolutionem ad cautelam an possit dare is, cui commissa est absolutio simpliciter. Nau in man. confess cap. 17. sub nu. 278. qui tenet, quod non contrarium asserendo in Delegato cui committitur causa faciendo differentiam inter commissionem absolutionis, ab excommunicatione, & commissionem causæ, quæ sine absolutione partium ad cautelam non satis cõmode posset tractari, de quo plenius per Couar in cap. alma mater par. 1. §. fin sub num. 8. Et in absolutione ad cautelam requiritur licentia a Diœcesano loci, quando*

fit

fit ad partis instantiam, secus si ex officio procedit. Paul. in tract. de offi & pot. cap. sed. vac. par. 2. q. 6. nu. 6. & potest excommunicatus absolui ad tempus cum reinci-dentia Couar. in d. par. 1. §. 11. sub nu. 6.

Denique de hac materia post primã editionem scripsit late Author Thesauri Ca-suum conscientiæ lib. 2. c. 18. quibus adde Lancel. lib 4 instit Canon in tit. de excom. § si quis tamen, & ibi glo.

e *Extat declaratio Sacræ Congregationis Conc. Trid. ad instantiam Episcopi Nico-teren. videlicet.*

An quod c. 10. sess. 24. de refor. dicitur, quod episcopi tanquam Apostolicæ sedis Delegati ius, & potestatem habeant & c. Ita intelligendum sit, vt possit episcopus declinare iurisdictionem Metropolitani.

Congregatio Concilij censuit non posse in casibus illis, in quibus ante Concilium tanquam ordinarius poterat uti eodem iure, eademque potestate.

Iurisdictio duplex aliquando in persona vnius residet cap super quæstionum §. si vero & ibi Anchar. de off Deleg. Menoch de sumpt. li 2. cap. 16 & 17. & iurisdi-ctionem ordinariam, & delegatam habens videtur procedere illa, qua magis firma tur processus Nauar. in cons. 32 de sen. excom. in antiq.

Differt autem ordinarius a delegato tantum, quia absolutio excommunicationis facta ab habẽte potestatem iure ordinario non seruata forma iuris valet etiam ante satisfactionem, non tamen facta a Delegato Nau. in man conf. c. 27. num. 37.

g *Episcopus cognoscit de suspicione Vicarij, eo tamen existente in remotis, cogno-scũt arbitri sicut cognoscunt de recusatione episcopi Iacob Brozz. in tract. de offic. Vica lib. 3. q. 16.*

Acta tamen facta per iudicem recusatum an sint ipso iure nulla, Ant. Gabr in ti. de iudicijs conclus. 5. Minado cons. 27. & de attentatis post recusationem iudicis Lancell. in tract de attent. par. 2. 2 c. 6. A decretis vero in causis suspicionum non datur appellatio de iure regni Vinc. de Franch. dec. 408.

Quando episcopus litigat cum subdito, vel est suspectus eliguntur arbitri. Capi. de cis. 137 a quorum sententia appellari ad Papam tenet Maran. in 6. par. in verbo, & quandoque appellatur num. 376. per glo. in c. ab arbitris, de off. delega in 6. Sed hoc procedit in arbitris delegati Papæ, non autem ordinarii, quia tunc potest appellari ad Archiepiscopum vt est com. opi. Cara. in ritu M. C. Vic. 265. & tenet D. Quaran-ta supra sub num. 19. vers. item quæro a delegato recusati.

Hinc dubitari potest, an Episcopus sit iudex legitimus in causa suæ ecclesiæ, seu ad Episcopatum pertinente. Respondeo affirmatiue prout expresse, & indistincte tenet glo. in can. si quis erga. vers. priuetur 2. q. 7. & Innocen. in c. nosti, num. 1. de elect. Put. decis. 210. num. 3. lib. 2. quam glossam communiter receptam fatetur Na uar. in cons. 20. sub nu. 9. de rescript. in nou. & est com. Canonistarum sententia, de qua testatur Redoa. in tract. de reb. eccl. non al. q. 78. c. 8. num. 4. & 5. Quam Conclusionem declara primo, vt tamen consultius sit alij committere, in quo om nes concordare asserit Alberic. in rubr. C ne quis in causa sua, num. 3. Secundo de clara, vt non procedat quando commodum venit ipsi Episcopo applicandum ex Panor. in c. venerabili, num. 4. de censib. Tertio declara vt possit nihilominus re-cusari, & pp præsumptam affectionem uti suspectus allegari, ut post Abbatẽ, Fra, & Dec. in c. postremo de appel. concludit Stepha. Aufrer. in tract. de recusat. nu. 8. ex com. & uetiori opinione Marant. in Spec. aduocat. par. 9. in 2. actu princip. nu. 51. Cæsar. de Graf. in decis. 4. num. 1. sub ti. de excep. & Capyc. decis. 137. num. 6.

h *Tenor vero declarationis est. An quod decreto Sacri Conci. Trid sess. 13. c. 1. de refor.*

refor. & alio sess. 24. c. 10. de refor. dicitur de grauamine quod per appellationem a diffinitiua reparari non potest, intelligi possit & debeat de grauamine indebitæ carcerationis.

Sanctissimus D. N. audita relatione Congregationis concilij declarauit ita esse intelligendum, & ideo ab huiusmodi grauamine appellari posse & ordinarium teneri huic appellationi deferre & teneri processum transferre ad iudicem appellationis, interim tamen reo manente in carceribus donec iudex appellationis causa cognita aliud iusserit.

Carcerati sine processu appellatio a Metropolitano cognosci potest, dummodo non impediat exequutionem correctionis, eadem Sac. Congregatio censuit hactenus verba declarationis.

K In quibus casibus potest inferri tortura Carau. in ritu Mag. Cur Vic 41 nu. 13. idem in ritu 259 sub nu. 11 tenet, & probat, quod a decreto de torquendo admittatur appellatio, & tortura suspēdetur etiam antequam per iudicem ad quem inhibeatur, nam licet regulariter appellatio ab interloquutoria nō liget manus iudicis a quo antequam inhibeatur, vt in c. non solum, de appell. in 6. limitatur non procedere in ea interloquutoria quæ infert grauamen irreparabile vt ista de torquē.lo, & ampliat prædicta procedere non solum quando tractatur de eruenda confessione, sed etiam si tortura inferatur ad eruendam responsionem affirmatiue vel negatiue, ampliando etiam quando appellatur a comminatione torturæ, vt ligentur manus iudicis sicut per appellationem a decreto de torquendo, & grauamen irreparabile dicitur omnis actus irreparabilis ferens secum exequutionem in instanti, ut excōmunicatio carceratio, tortura, & alia huiusmodi, quæ continent factum quod infectum esse non posset l. in bello §. factæ ff. de cap & post reuer. ideo illud grauamen irreparabile cēsetur Doc. in l. quod iussit ff. de re iudi. Diaz reg. 39.

Idem iudicium sit de grauamine reparabili sed cum magna difficultate qd de irreparabili.

Amplia vt idem iudicetur, quando grauamen esset quidem reparabile, sed cū magna difficultate, aut præiudicio partis, vt nec tunc iudex procedere possit. Felin. in c. accepimus, nu. 5. de fid. instru. Duen. reg. 52. limit. 13. nu. 13. Menoc. in comment. de adipisc. poss. remed. 4 nu. 866. Lancello. in tract. de attentat. par. 2. c. 12. lim. 1 nu. 104. Hier. Gonzalez in comment. ad reg 8. Cancell. gl. 9. §. 1. f. 282. nu. 187. qui alios etiam casus refert.

l Dicitur etiam decretum habere vim diffinitiuæ quando episcopus suffraganeus petierit remissionem causæ, & Archiepiscopus declarasset se iudicem competentem & ab hoc decreto suffraganeus appellasset quo casu non poterit Archiepisc. ad vlteriora procedere, quia talis interloquutoria habet vim diffinitiuæ, secus vero si ad instantiam rei hoc decreuisset vt per Carau. in d. ritu 259. in fin. vbi allegat Rebuff.

In hac materia Appellationis addendo omnibus prædictis sciendum est, quod appellatio debet fieri coram iudice a quo infra decem dies nisi sit absens, vel adesset iustus metus, quia tunc coram iudice ad quem, vel extraiudicialiter coram Notario iudice & testibus c. fin. vbi Zab de appellat. Maran. in 6 par in verbo, & quandoque appellatur nu. 133.

Item inhibitio superioris legitime interposita cum causæ cognitione, & parte citata ligat manus iudicis, alias secus. Maran in d. 6 par nu. 207 Prosp. de Aug. V. I. D.

21 *An propter negligentiam episcopi deuoluatur iurisdictio ad Archiepiscopum.*
22 *An extra causam negligentiæ.*
23 *Quænam possit Archiepiscopus exercere in sua prouincia suffraganea, & in locis exemptis suæ diœcesis, & prouinciæ.*

21 m DEcimanona auctoritas est, † vt propter negligentiam m episcopi deuoluatur potestas ad Archiepiscopum 9.q.3.vbi glo.in sum.& in c.fin. in verbo negligeres, quæs.eadem, ac in c.pastoralis, in prin.de off.ordi.in c.sicut olim, de accus.in c.1.de supp.negli.præla.in sexto.Hostien.in Sum.de off. ordi. sub num. 7.Abb.in c.quanto num.6.de off.ord.Gemi.& Franc.in c.venerabilibus. §.sane, de sen.excom.in sexto. notant ex eo text.quod Archiepisc. habet iurisdictionem in subiectos suffraganei si suffraganeus negligit facere iustitiam, & hanc esse communem opinionem dicit Abb.in c.graue num.9.de off.ord. Felin.in d.c.pastoralis,num.6 & quod negligentia sit iusta causa priuandi aliquem exercitio, & modos probandi negligentiam,vbi a iure vel superiore non est præfixum tempus. Feli.ponit in c.irrefragabili,de off.ord.Sed contra prædictam communem opin. tenet Abb.in c.si quis contra clericum.nu.7.de fo. comp.& in repetitione eiusdem,qui a num.40.vsque 42.late examinat,& concludit, quod episcopo pro suis excessib.excommunicato,vel iurisdictionem exercere negligentes,eius iurisdictio regulariter ad Metropolitanum non deuoluitur, quamquam in casu negligentiæ ad iustitiam ministrandam eundem compellere valeat, in prælatis vero episcopis inferioribus quo ad ipsum, secus est censendum, & ex hoc infert corrolarium quod pinguius ius habent episcopi in subditos suorum subditorum, quam Archiepiscopi in subditos suorum suffraganeorum.idem tenet Abb.in d.c.pastoralis.in princ.num.10.& 12. in c.ex parte num.17.de concess.præben.in c.auaritiæ nu.6. de præben.in cap. ex frequentibus num.10.de institu. in c.cum Berthold. num.10.de sent.& re iud.in d.c.graue nu.9.de offic.ordi.& in cap.nullus.de iure patro. similiter dicit quod Archiepiscopus non succedit data qualibet negligentia, sed tantum in casibus a iure expressis. Vnde licet regulariter possit compellere episcopum ad officium suum debite exercendum,non tamen ipse succedet in exercitio,& notat etiam Gemin.in c.1.nu.5.de suppl.negli.præl.in sexto, & sic maior est iurisdictio Archiepiscopi in suffraganeos, quam in subditos suffraganeorum Ancha.notat in d.cap.pastoralis in princ.Card.Alex.in cap.de ijs 12. distin. propter negligentiam ergo suffraganeorum non deuoluitur actus ad Archiepiscopum,sed vniuersus mundus tenet oppositum,vt refert Felin.in d.c.pastoralis,qui dicit opinionem Abbatis esse nouam,& tuendo communem, tria pro ea considerat,cuius dictis adde,quod non conuincitur iudex de retardata iustitia nisi fuerit ter requisitus Grám.in cons.crimi.54.nu.8.Bauer. in tract.de mora.par.1.nisi in prima interpellatione recusaret,tunc vna sufficit,& sequitur Rebuff.in tract.concordatorum in rub. de friuolis appell. vbi concludit esse communem opinionem,quod si quis non potest habere iustitiæ complementum a suo iudice, appellare potest ad immediate superiorem post trinam monitionem iudici factam, & iudex negligens circa ea quæ sibi incumbunt tenetur ad interesse, vt per Rebuff. in loco prę allegato post glo.in c. dominus noster. 23. q.2. & aduerte quod Abb.in d.c.si quis contra clericum,loquitur, quando quis vult adire Archiepiscopum per viam querelæ,& dictum suum dicit Abb.non procedere in casibus exceptis vt in absolutione ab excommunicatione c.ad reprimendam. de off. ordi. c.sacro,de sent.excom.glo.in cap.qua fronte,in verbo conqueruntur, de appell.& in correctione criminum. c.Romana.§.notoria, de cens.in sexto, qui text. procedit

etiam

etiam si Archiepiscopus non visitat. Abb.in c.ex frequentibus nu.10.de institut. vtroque enim casu mora affert periculum in illa,Abb.in d.repetitione c.si quis cõtra,num.40.de for.comp.ex qua ratione infertur quod licet Archiepiscopus non possit ipse dare licentiam, vel consentire,sed tantum compellere episcopum ad cõsentiendum,tamen si causa est multum fauorabilis propter aliquod bonum emergens,quod bonum aliter non succederet,poterit etiam ipse dare licentiam. vel cõsensum præstare Lamb.de iure patro.lib.1.par.2.art.20.q.1. princ. num.21,fol. 123.vbi pro ornatu d.c.nullus,de iure patro.Late tractat, quando aliquis habens consentire non vult consentire an possit adiri superior,vt illum compellat, ad cõsentiendum vel ipse consentiat,& concludit quod, quotiescumque consensus est præstandus per inferiorem prælatum episcopo iura episcopalia habentem,potest episcopus adiri in omni casu,vt vel compellat inferiorẽ prælatum ad consentiẽdũ ipse consentiat, & ratio est in episcopo versus subditos prælatos, qa ipse habet intentionem suam fundatam de iure super omnes existentes in diœcesi c. omnes basilicæ 16.q.7.gl.in c.sane.& in cap.sicut vnire, de exc.præl.& in c.quamquam in verbo loci ordinario de vsu.in 6 c.cum contingat de fo.comp.& res, de facili reuertitur ad suam pristinam naturam c.ab exordio 36.dis. Secus tamen est in Archiepiscopo qui non potest supplere negligentiam episcopi,nisi in casib.a iure expressis per d.c.pastoralis,prout etiam supplet in casu institutionis in quo potest recurri ad Archiepis.quando Episco.non vult instituere qui præfiget terminum infra quem si non instituit ipse supplebit Abb. in d.cap.ex parte num. 17. de concess.præben. & vltra rationem Abb. potest dici quod ille casus est expressus a iure scilicet in collatione beneficiorum, vel institutione vt episcopo negligente Archiepiscopus succedat,per c.2.de concess.præben.c.cum in cunctis,in fine de electio. d.c.ex parte,de concess.præb. Rocchus de iure patro. in verbo pro eo quod diœcesani consensu num. 16. Lamb.vbi supra,& in quæst.seq. & lib. 2.par.2.tar.17. quæst.8 prin.fol.191.& in eodem lib.2 par.3.ar.7.quæst.7.princ. fol. 217.qui in præcedenti art.6.num.4. ponit multos casus in quibus superior potest præfigere tempus,vbi tempus a iure non est præfixum habenti facere actum,& si infra illud tempus ille actus non fuerit factus,ipse superior supplebit,si tamen episcopus habens consentire noluerit consentire ex iustis causis, & superior aditus non vult eum in illis audire,sed loco ipsius vult consentire,episcopus,vel habens consentire potest appellare ad superiorem superioris sui Lamb.in d.ar.20.num.13.fol.123. & secundum communem opinionem infertur,quod si suffraganeus est negligens in exhibenda iustitia, & subditus conqueritur Archiepiscopo de suffraganeo qui noluit procedere,tali casu deuoluitur potestas ad Archiepiscopum, vt tamen quo ad hoc nulla restet obiectio,consuluit Hostien.in d.c.1.de supp.negl.præla.in sexto;vt Metropolitanus remittat subditum ad suffraganeum assignãs ei certum terminum competentem infra quem iustitiam reddat, quo elapso si hoc non fecerit, debet Archiepiscopus diffinire,& vt episcopus monitionem negare nõ possit, fiat de præsentatione literarum publicum instrumentum.pro hac opinione Host.quę est communis vt inquit Felin.in d.c.pastoralis de off.ordi. facit dispositio Conc. Trid.sess.24.c.20.§.legati. & ritus.10.Cur. Archiep. Neap. & ibi Alberi. Olua Frecc.de subfeu.lib.2.auctori.11.Card.Alexan.etiam dicit in sum.9.q.3. quod si suffraganeus est negligẽs,vt non ordinet vel excommunicet, vel cõdemnet quos debet,& generaliter non facit ea,quæ debet & admonitus non emendauerit, tũc Archiepiscopus inuito eo supplebit vices eius,scilicet qꝫ in parochia eius ordinabit clericos,instituet in ecclesijs excommunicabit,absoluet, & damnabit secundũ

Hugo-

quentibus. nu. 10. de institu. quando tamen episcopus est negligens, Siluest. in ver. Archiepiscopus. sub num. 3. in fin. sed in criminibus non notorijs, & de quibus solum laborat infamia, non potest Archiepiscopus procedere, sed debet compellere episcopum vt inquirat, & puniat. Soci. de visitat. sub nu. 29. & si episcopus tunc non procedit in puniendo eius subd. tos, tunc potest Archiepiscopus, Paui. de visita. par. 2. q 5.

XXV. auctoritas est quia Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in prouincia consuetudine sibi permittente. Vnde licet Archiepiscopus regulariter non possit exercere iurisdictionem in prouincia in subditos episcopi suffraganei. cap. 1. de foro. comp. in 6. nisi in casibus in iure expressis per glo. in c. pastoralis de off. ordi. & in sum. 9. q. 3. & in c. conquestus, ea. q. inter quos est quando cõsuetudo hoc sibi tribueret d. c. 1 de for. comp. & c. 1. de pœnis in 6. vbi Gem. & Franc. notant.

ADDITIO. Ex quo enim quis est in possessione per aliquod tempus sine controuersia dicitur pacifice possidere ita quod sit in ea conseruandus Card. Zab. declarando dictum Host. in cap duo simul, de off ord. & ex hoc inducitur consuetudo, quæ consuetudo tribuit iurisdictionem, cap. conquestus. 9. q. 3. capitu cum contingat, de foro. compet l. vult. C de emancip liber limita vt non possit Archiepiscopus vel alius Prælatus consuetudine acquirere illa quæ tendunt ad honorem, quæ communiter non conceduntur ecclesiis sine priuilegio Apostolico, vt probatur in cap contra morem. 100. dist. vel si vellet inducere, vt ecclesia sua præ ceteris habeat aliquam præeminentiam, videlicet vt in ea haberet Canonicos Cardinales, aut esset aliqua dignitas omnino noua Doct in cap. cum accessissent, de const. Petr. de Rauen. singulariter in enarrat. in tit. de consuet. sect. 2. num. 22.

XXVI. auctoritas est, nam Archiepiscopus, vel eius officialis potest mittere quæstores eleemosynarum per totam Prouinciam pro fabrica ecclesiæ Metropolitanæ, quibus si a subditis suffraganeorum resistitur, vel non paretur, non possunt eos citare c. 1. de pæn. & remiss. in 6. vbi Franc. dicit procedere pro quolibet opere pio. Imol. in clem. abusionibus. nu. 28. & Card. Zab. nu 9. eod. titul. & de operibus pijs vide glo. in capitu. fin. in verbo Casibus eo. titu. de pœnit. & remiss. Ideoque licet Archiepiscopus punire possit subditos suffraganeorum impedientes eum vel eius officiales in iurisdictione contentiosa, vel quasi. c. 1. de pæn. in 6. non tamen poterit iurisdictionem exercere contra ipsos subditos suffraganeorum impedientes eum, vel eius officiales circa charitatem, & exhortationem, sed bene potest Archiepiscopus coercere suffraganeos, & eorũ officiales si absque causa iusta non permittunt, cum potestas ipsorum Archiepiscoporum circa exhortationem essent alias delusoria, vel quia sunt iudices suffraganeorum, & eorum officialium. Franc in d. cap. 1. in 3. not. de pæn. & remiss. in 6. Imo. & Card. Zab. in d. clem. abusionibus. nu. 8. & Bonifa. de Vitali nu. 62. Ipsi tamen quæstores debent literas Archiepiscopi ostendere Diœcesano, qui habebit illas examinare, quo facto debet facere incorporari in literis episcopi, & tales literæ Archiepiscopi & episcopi concessæ quæstoribus erunt exhortatoriæ, non autem cõpulsorię Imo. in d. clem. abusionibus nu. 28. De forma autem literarum, & qua-

les debeant esse quæstores, habetur in cap. cum ex eo de pœnit. & remiss. Dum hic dicitur, quod tenentur ostendere literas suffraganeo consului in simili Archiepiscopum non posse propria auctoritate affigere cedulones contra excommunicatos, & publicatos ab ipso in sua Metropolitana, in ecclesiis suffraganeorum, sed debet eis scribere, vt publicentur, & affigantur iux. cap. curæ sit. 11. q. 3. cuius literis creditur c. ad probandum, de sent. & re iudi. & cum sit eius superior tenetur obedire nisi sint notorie iniustæ. glo. in c. vnic. §. eorundem in ver. requisiti, & ibi Doct. præsertim Vitali. de for. comp. His quæstoribus non obstat Conc. Trid. sess. 5. de refor. c. 2. & sess. 21. de refor. c. 11. & sess. vlti. in Decre. de Indulg. quia loquitur Concilium de prauis eleemosynarum quæstoribus quorum abusus narrantur in d. clem. abusionibus. Nauar. in cons. 33. de pœnit. & remiss. in nouis, & hodie est penitus abolitum istud nomen quęstorum per Conc. Trid. in d. c. 9. sed debent nuncupari collectores vt extat declaratio. & debent habere qualitates prout in d. c. cum ex eo. adeo quod hodie per Conc. Trid. dicta auctoritas fundata in d. c. 1. de pœn. & rem. in 6. remanet intacta.

XXVII. Auctoritas est, vt Archiepiscopus possit mittere edictum per totam Prouinciam suam in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus cap. 1. vbi not. Gem. & Franc. de supplen. negl. prælat. in 6. congruum tamen esset scribere episcopo, vel eo absente Vicario generali vt illud publicari, & affigi faciant ad valuas ecclesiæ Cathedralis vel alibi, ita vidi obseruari in publicatione edicti Concilij Prouinalis, quod quolibet triennio tenetur Archiepiscopus celebrare vigore decreti Conc. Trid sess. 24. cap. 2.

XXVIII. auctoritas est, quia Archiepiscopus de iure communi potest ante se deferri facere crucem per totam suam Prouinciam: quod amplia etiam si locus esset exemptus vigore constitutionis editæ in Conc. gene. Viennensi relato in clem. Archiepiscopo de priuileg. & ante poterat per prouinciam, habetur in cap. 1. vt lit. pen. & ibi Abb. sed vt possit libere in loco exempto hoc fuit inductum per d. clem. vbi Card. Zaba. sub num. 5. etiam dicit quod delatio Crucis, licet non sit contentiosæ iurisdictionis, est tamen insigne sapiens superioritatem, & posse in loco exempto vti insigniis voluntatiæ iurisdictionis, & honoris, quem sequitur Vitali. in 3. not. dicens quod delatio Crucis significat quandam præeminentiam eius, qui ante se illam facit deferre, idem tenet Abb. in d. cap. 1. sub num. 7. vt lit. pen. Card. in d. cle. & Doct. dicunt hoc ei concedi propter reliquias præcedentis subiectionis, cum per exemptionem talia loca non desinant esse in Prouincia vel diœcesi, ius namque reuerentiæ nunquã tollitur per exemptionem, & ideo ecclesia exempta seu liberata tenetur nihilominus exhibere reuerentiã episcopo, & ire ei obuiam processionaliter more aliorum. Feli. in c. cum non liceat, sub num. 2. de præscript. Vide Ceremoniale episcoporum nuper editum. capitu. 2. lib. 1. Crucis enim prælatio illius cui præfertur, præcipuam quandam dignitatem demonstrat, explicat Fiuizanus in commentario de ritu sanctissimæ Crucis Romano Pontifici præferendæ lib. 3. capitu. 7. vbi eo. lib. capitu. 1. refert, eius significatus. Quid vero significet delatio Crucis in funere, declarat Vitali. in d. cle. & quid in processionibus Rationa. diui. lib. 6. cap. 102. num. 8 Amplia vt possit Archiepiscopus etiam quando non visitat Card. in d. cle. num. 8. multo magis quando visitat locum exemptum in sua diœceli vel Prouincia vti Sedis Apostolicæ delegatus. nam d. clem. generaliter loquitur, & verbum declinanti ad locum exemptum. de quo in d. clem. etiam in visitatione verificatur cap. cum ex officij, de præscript. quem text. allegat glos. in d. clemen. & exemptis nullum fit ex

hoc

hoc præiudicium vt in d.clem.expresse dicitur. Limita nisi esset præsens legatus Papæ, quia tunc nec Patriarcha, capitul.antiqua, de priuileg. vel præsens Cardinalis non legatus vel nuncius cum facultate legati de latere vti ceremo.episc cap. 3. vbi de habitu ordinario Archiepiscopi,& episcopi in sua Prouincia, diœcesi,& ciuitate.

XXIX. auctoritas est,quod Archiepiscopus de iure communi potest benedicere populo per totam Prouinciam, quod amplia etiam in loco exempto per d. clem. Archiepiscopo,de priuileg. & per talem benedictionem delentur venialia, & intellige tam de benedictione solẽni per illa verba sit nomen Domini benedictum,vt inquit gloss.quam simplici,quam iterando præstant,vt ibidem per Card. & Doct.ita etiam expresse habetur in Cæremo.episc.cap.4.

XXX. auctoritas est posse Archiepiscopum diuina officia in Pontificalibus celebrare, in Prouincia etiam in loco exempto , & ab alijs in sua præsentia sine Pontificalibus celebrari facere d.clem. Archiepiscopo, & potest vti pallio diebus tamen permissis illo vti.gloss.ibidem,computatur enim inter Pontificalia, & indistincte per d.clement.permittitur,inquit Card. sub num 10. & tenent Anchar.num.3.Imo.num 6.Vitali.num.16.& ceteri Doct.in d.clem.& Paul.de visita.par.2.cap.4. Ampliatur vt pro celebratione in Pontificalibus possit collocare sedem, quia spectat ad honorem episcopalem, & est de accessorijs ad celebrationem,& his pontificalibus vtitur sine iurisdictionis exercitio vel officio,vt missam celebrando,& prædicando,sed si iurisdictione vel officio vti vellet, id non poterit sine licentia episcopi,uel superioris loci exempti, vt ordinare, chrismare,degradare,vel similia faciendo.gloss.est celebris,& magistra.in d.clement. Archiepiscopo,quam communiter sequuntur omnes Doctores.& Paul.de visita. par.2.q. 4. Id amplia etiam si vellet hoc exercere in subditum suum non solum in loco exempto,sed etiam in diœcesi sui suffraganei Couar. pract. quæstion. capitul. 9. sub num.2.quod etiam amplia,vt non possit Archiepiscopus etiam extra Pontificalia exercere ea quæ sunt iurisdictionis contentiosæ,vt excommunicare, iudicare,& alia simil.cap. 1. de offic.ordi.in 6.nisi in casibus a iure expressis Card. in d. clem.§.simili sub num.2.Dixi supra auctorit. 18.sub nu. 15. & ideo quando vellet in sua præsentia ab alio celebrari facere in Pontificalibus,esset auctoritatiue de mandare,& iurisdictionem exercere, quod non potest non solum in loco exempto,ut declarant Ancha.nu.4.Imo.nu.9 & Card.in d.§.q.7 sed etiam in Prouincia suffraganea. Card.in d.clem.in prin.num.3.

Amplia hanc auctoritatem multo magis posse Archiepiscopum diuina officia priuatim,uel publice in Prouincia audire etiam in loco exempto d.clement. Archiepiscopo. & hoc eis competebat ẽt extra Prouinciam sine Pontificalibus,& cuilibet episcopo extra Diœcesim per capitul.final. de priuileg in 6. ut animaduerit Cardinal.in d.clemen. sub num.3.sed hodie quo ad locum seruanda est dispositio Concil. Triden sess. 22.capit.quarto. uerticulo,ne patiantur,contra quam dispositionem non potest loci ordinarius dare licentiam Nau consil. 1. de const. num.79.in antiq.

Notandum quod in casibus in quibus potest Archiepiscopus uel episcopus in locis exemptis exercere uigore huius clem. si de facto prohibeatur , ita quod exempti eis resistant,non poterunt in eos animaduertere,sed debent agere coram superiore exemptorũ,qui eos coget ad parendũ huic constitutioni & non parentes puniet Card.in.d.clement.§.fin.in fin. Vitali. num. 56. extra locum exemptum in Prouincia poterit ipse Archiepiscopus procedere ut dixi supra 21. Auctor. d

tū Sacre congregationis relatū infra in verbo priuilegiare gularū sub die X. Iunij 1603. Latum.

Alia quæ potest Archiepiscopus vel episcopus in loco exempto tam vti ordinarius quam vti Sedis Apostolicæ Delegatus vigore Decretorum Conc. Trid. dicam infra in ver. exemptio.

XXXI. auctoritas est, quia Archiepiscopus in Prouincia sua, potest concedere indulgentias secundum formam Conc. General. cap. nostro de pœnit. & remiss. cap. 1. eod. titul. in 6. de quo Conc. habetur in cap. cum ex eo. eod. tit. Notandum tamen est secundum Nauar. in tract. de Iubilæo, & Iudulg. not. 31. num. 13. fol. 156. quod episcopi, & superiores non possunt concedere Indulgentias non subditis, exceptis primo exemptis sui episcopatus; exceptis secundo ijs, quibus a superioribus suis facta est facultas eas quærendi; exceptis tertio saltem mediate subiectis, quales sunt subditi suffraganeorum, respectu Archiepiscopi. His enim Archiepiscopus concedit d. capitu. nostro de pœnit. ita Nau. loco prælleg. Sed quod in loco exempto episcopus, seu Archiepiscopus non possit concedere Indulgentias, cum sit dignitatis, & iurisdictionis episcopalis, tenet Card. Zab. in clem. Archiepiscopo in §. sit tamen. a num. 4. vbi Anchar. num. 6. & Vitali. num. 66.

XXXII. auctoritas est, vt Archiepiscopus intra quamlibet ecclesiam Prouinciæ suæ possit vti pallio cap. 1. de auctor. & vsu pal. etiam in loco exempto. glos. in d. clem. Archiepiscopo, de priuil. Abb. in capitu. 1. de aucto. & vsu pal. & quia Pontificalis officij plenitudo confertur per pallium antequam obtinuerit pallium, licet sit consecratus, non sortitur nomen Archiepiscopi, vel Primatis, aut Patriarchæ, & non poterit episcopos consecrare, nec conuocare ad Concilium, nec chrisma conficere, nec ecclesias dedicare, nec clericos ordinare a etiam si pallium in alio Archiepiscopatu habuisset, cum oporteat petere nouum pallium: Potest tamen quando vult Missam sine pallio & sandalijs celebrare, potest etiam huiusmodi consecrationes ante pallij receptionem alteri committere, dummodo non sit in mora petendi pallium; nec ante habitum pallium; potest Metropolitanus ante se crucem deferre, sed tantum post se, nec potest Archiepiscopus vel Patriarcha vti pallio extra suam Prouinciam vel Patriarchatum, & non omni tempore, sed tantum in ecclesia in Missarum solennijs, in festis præcipuis, non in processionibus, neque in Missis pro defunctis, & est personale, & ideo accommodari non potest, nec in morte alicui relinqui, sed Archiepiscopus, vel Patriarcha cum eo sepeliri debet, vt dicitur in Pontificali Romano sub rub. de pallio, vbi exprimuntur etiam dies, quibus pallio vti potest. Probantur prędicta omnia in dist. 100. & in d. tit. de aucto. & vsu pall. per totum, & in c. suffraganeis. & in c. quod sicut §. super eo. de elect. c. 3. in fi. de postu. prælat. De pallio Patriarchæ. vide cap. antiqua de priuil. & de electio. in Archiepiscopum, & confirmato quid exercere possit, vide gl. in c. 1. de transl. episc. & in d. c. suffraganeis.

Notandum quod licet hodie Archiepiscopus non visitet Prouinciam vt proxime dicam, tamen potest vti prædictis auctoritatibus 28. 29 30. 31. & 32. non enim sequitur, non visitat, ergo non potest vti, quia etiam extra actum visitationis possunt prædicta exerceri, non enim probat hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse l. neque natales C. de prob. tum quia locum exemptum Archiepiscopus non visitat, & tamen in eo vtitur d. clem. Archiepiscopo, de pri.

Præterea per Decreta Conc. Trid. prædicta Archiepiscopo non prohibentur, quæ ei competunt iure communi vigore etiam Conciliorum generalium,

lium,& non ex priuilegio speciali,exemptis habentibus priuilegium,fuit derogatum in hoc per d.clem. Archiepiscopo,quæ ideo fuit situata sub tit. de priuileg.respectu exemptorum priuilegiatorum,ibi non obstante quocunque priuilegio,iuri tamen communi præsertim dispositioni Cociliari non censetur derogatum nisi expresse dicatur c. ex parte,de cappel.mo.ideoque prædictis non obstat Concil. Trid.sess.6.cap.5.de refor.quia loquitur de Pontificalib.cum exercitio, vt de collatione ordinum,& de episcopo ordinare volente etiam prætextu priuilegij ordinandi extra suam diœcesim,prout erant ante Conc. Trid. multi titulares episcopi,& ordinabant vbicunque volebant sine episcopi illius loci consensu,& ita dicit Nauar.cons.21.de temp.ordi.in antiq.qui in consil.69.de sent. excommun.in antiq. extendit etiam ad episcopum qui in aliena diœcesi sine licentia consecrauit calices,& benedixit corporalia,& episcopus cum scripto priuilegio etiam ante Concilium non poterat per cap. episcopus,7. q.1. ac Archiepiscopus etiam vigore prædictarum auctoritatum ante Concilium non poterat ordinare in diœcesi suffraganei etiam subditum suum nec alia exercere.d.c.1.de off.ord.in 6. & 9.q. 3.per totum, vt dictum fuit supra. Insuper licet diœcesis suffraganei non dicatur diœcesis Archiepiscopi, tamen est de eius Prouincia suffraganea,& in ea habet iurisdictionem ordinariam Metropoliticam Archid.in c.per singulas. 9.q.2. num. 4 Bott.de synod. epi.par.3. art.2, num.27. solicitudo namque totius Prouinciæ Metropolitano commissa est dixi supra autho.9.sub num.6,& authorit.20. & est suffraganei superior,& iudex eius subditorum in casibus sibi a iure permissis,vt late etiam fuit demonstratum autho.16.num.10.& autho.17.num.12.& autho.18. sub num.16. Non est ergo iudicandum de Archiepiscopo sicut de episcopo alieno,& sic remanent prædictę auctoritates intactæ secundum dispositionem iuris communis,& non correctæ per Concil.Trid.sess.6.capitul.5.Igitur Archiepiscopus in quolibet loco suæ Prouinciæ etiam exempto,non obstante quocunque priuilegio contrario,potest facere ante se libere portari Crucem,benedicere populo, & audire publice vel priuatim diuina officia,& in Pontificalibus celebrare, & coram se facere celebrari sine Pontuficalibus tamen. d. clemen. Archiepiscopo, de priuileg.

a *ADDITIO. Licet episcopus possit ministrare illa, quæ sunt ordinis, tamen postquam fuerit in Archiepiscopum promotus, & nondum pallium consequutus, nō potest ordines conferre, vt episcopus, nec Archiepiscopus: & istud est verum de clericis sui Archiepiscopatus, quia tunc videtur conferre ordines iure suo, & tanquā Archiepiscopus in subditum suum, & in collatione ordinum in sua diœcesi & Prouincia utitur pallio quod adhuc non habuit. Ita intelligitur tex. in d cap quod sicut, § præterea.in fine, de elect Potest tamen ante receptum pallium alteri committere glo in c.1.de transl.episc Alios tamen clericos potest ordinare si sit inuitatus ab alio episcopo, & nomine illius, alia episcopalia exercere, & ratio est, quia illud non videtur facere iure suo & tanquam Archiepiscopus sed ut simplex episcopus, tum quia etsi habuisse pallium, non posset eo extra Prouinciam suam uti ita colligitur ex dictis per Innoc. Zabar & Ancha in d.c.quod sicut, §.præterea, & in c suffraganeis. eo tit. de elect*

Item Archiepiscopus, qui renunciauit Archiepiscopatui, & sic loco, & nō dignitati, nō potest exercere Pontificalia cum pallio in diœcesi & Prouincia renunciata etiam cum consensu Archiepiscopi successoris, & suffraganeorum, sed tātum exercere Pontificalia sine pallio cum consensu prædictorum quemadmodum in alijs di-

cesibus, de consensu diœcesanorum, quia illo pallio amplius vti non potest, sed debet retinere penes se, & cum eo sepeliri, vt per Docto. loc. cita. & facit tex. in c. ad sup plicationem, de renunc. Pari. de resigna. benef. lib. 1. q. 17.

Item ante receptionem pallij nihil interim de ecclesiæ Prouentib. recipere potest, vt in extrauag. communi prima de elect. in fine & palij traditioper obiectum criminis, vel defectus retardari non debet, nisi obijciens præstito iuramento offerat se promptam de obiectis facere fidem, vt in extrauag. communi vnica, de auth. & vsu Pall.

XXXIII. auctoritas est, nam Archiepiscopus potest visitare Prouinciam, & procurationem a subditis suffraganeorum suorum exigere c. cum Apostolus, ibi glo. in verbo Archiepiscopi. c. sopitæ, &c. super eo, & c. cum nuper. de censib. c. cum ex officijs, de præscript. c. 1. & c. fin. de censi. in 6. vbi dicitur quod Archiepiscopus dum u sitat Prouinciam, potest confessiones subditorum suffraganeorũ audire, & absoluere confitentes, & ipsis pœnitentias iniungere salutares, & poterit absoluere a casibus episcopo reseruatis, & censuris. Paui. de visita. par. 2. q. 4. & dispensare in foro conscientiæ Abb. in c. ad extirpanda, de fil. presb. Non potest ordinare, neq; concedere literas dimissoriales quia non reperitur a iure ei permissum Franc. & Gemin. in d. c. fi. neq; chrismare vt per Petr. Subert. in tract. de cultura vineæ Dei par. 1. c. 9. Non poterit exercere iurisdictionem fori contentiosi in subditos episcopi suffraganei nisi in duobus casibus, in criminibus notoriis, & contra impedientes eius iurisdictionem. vt per Soci. de visita. sub nu. 29. & dictum fuit supra aucto. 21. & 24. Hodie vero per Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 3. non potest visitare diœceses suffraganeorum nisi causa cognita, & probata in Concilio prouinciali, & tunc visitando habebit easdem facultates, quas ante Conc. de iure communi habebat, vt ex præalleg. iur. nec non alia quæ a Concil. Prouinciali, in specie ei committerentur iuxta facultatem, quem habet a iure Conc. Prouinciale.

XXXIV. auctoritas est, quia Metropolitanus potest per totam Prouinciam suam prædicationis officium aliquibus interdicere, prout in c. tuarum, de priuileg.

XXXV. auctoritas est, nam Metropolitanus potest confirmare electum confirmandum ab episcopo suffraganeo, si ecclesia suffraganea vacat, si tamen est consuetudo c. sicut tuis, & ibi gl. in ver. ad Colonien sem, de simo.

XXXVI. auctoritas est, vt Metropolitanus possit deputare Vicarium, seu officialem in ecclesia suffraganea, si infra octo dies post mortem episcopi Capitulũ non prouiderit ex decreto Sacri Concil. Trid. sess. 24. de refor. generali c. 18. & emolumenta sede vacante erunt successoris, & non Capituli. clem. statutum, de electio. In quibus hodie in Regno Neapolitano regulariter succedit Camera Apostolica, electio tamen Vicarii debet fieri de capitulari persona, si ideonea ibi reperiatur c. ne pro defectu, & ibi glo. de elect. & in c. nullus inuitis. 60. dist. sed non de necessitate, vt infra in verbo Capitulum sede vacante nu. 6.

XXXVII. auctoritas est, quia Metropolitanus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, potest compellere Abbates & Regulares prælatos negligentes, vt prædicatio Euangelij fiat in ecclesiis parochialibus subiectis monasteriis in nulla diœcesi existentibus, in cuius Prouincia diœceses ipsæ sitæ sunt ex decreto eiusdem Conc. sess. 5. de refor. c. 2. Item Metropolitanus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus potest conuocare Regulares in cuius Prouincia monasteria sub immediata

Sedis

Sedis Apostolicæ protectione sita sunt, negligentes exequi Decretum eiusdem Conc. sess 25. de refor. cap. 8. de regul. de quo late per Nauar. cons. 83. de regular.

XXXVIII. auctoritas, quia metropolitanus cum duob. antiquiorib. suffraganeis potest in Prouincia erigere vnum, aut plura collegia seminarii ob ecclesiarum paupertatē, iuxta Decretum eiusdem Conc. sess. 23. de refor. c. 18.

XXXIX. auctoritas, nam Archiepiscopus potest in casibus sibi permissis reum exulare extra Prouinciam cap. 2. de arbitr. An vero possit relegare extra Prouinciam quando in Prouincia, seu diœcesi metropolitana non extat insula, & an tunc sententia operetur extra territorium, vide Felin. in c. postulasti. sub nu. 2. de for. comp.

XL. auctoritas est, quia licet Archiepiscopus non dispenset cum subditis suffraganeorum suorum, vt per Doct. in c. ad extirpandas, de fil. presbyt. tamen in casibus in quibus potest iudicare, poterit etiam dispensare Felin. in c. pastoralis. nu. 7. de off. ord. & in quibus casibus possit Archiepiscopus dispensare vide Burgas. de Irreg. p 3. in tit. de dispen. Archiep. fol. 76.

ADDITIO. Burgas in loco præallegato tenet, quod Archiepiscopus dum visitat diœcesim suffraganei audiendo confessiones in pœnitentialibus potest dispensare in foro conscientiæ, idem dicit Abb. in c. ad extirpandas de fil. presb. & dictum fuit supra aucto 33. Item quando in foro exteriori dispensatio est debita ratione causæ & personæ debet remittere ad suffraganeum eius subditum, vt dispenset cum eo, quo recusante vel negligente Archiepiscopus dispēsabit. quod intellige vt dictum fuit supra aucto 19 Item vbicunque suffraganeus culpa sua ius dispensandi perdidisset potest Archiepiscopus dispensare. Item quando episcopus est suspensus ad tēpus & dispensatio pro magno bono fiendo, vel magno scandalo vitando celeritatē requireret, tali casu fit deuolutio ad Metropolitanum, ita per Burg. vbi supra qui multa allegat.

Alius casus est, quod si ecclesia Cathedralis non habet capitulum actu, sed habitu, & quando nullus canonicus est in sacris in ecclesia suffraganea, tunc Metropolitanus potest exercere iurisdictionem, & vacante sede Metropolitana, Capitulum Metropolitanum ita per Paui. de off & pot. Cap. sed va. par. 1. q. 10. sub nu. 5. Item quando est discordia inter episcopos suffraganeos super perceptione iurium episcopalium in ecclesia, quæ est sita in confinibus duarum diœcesum, potest Metropolitanus eos cogere vt concordent, Bellenci. in tract. de charita. subsi q. 52. Item Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganei, quando clericus publice tenet illicite ecclesiā vt in terminis c. ad extirpādas, de fi. presby. dictū fuit sup. aucto 20.

Et licet Archiepiscopus nihil possit in diœcesibus suffraganeorum nisi in casibus a iure expressis, an idem sit in similibus vide Felin. in c. pastoralis. sub num. 3. de rescrip. vbi videtur tenere esse periculosum hoc dicere.

Hæc breuiter non sine magno labore recollegisse sufficiat de Casibus Archiepiscopo competentibus in iure expressis, vltra glo. Abb. & Felin. in d. c. pastoralis, de off. ordi. glo. in summa, & in c. conquestus 9. q. 3. & glo. Host. & Doct. in capitu. 1. de suppl. negl. prælat. in 6. & per eundem Host. in summa de off. ordin. & Paui. de visita. par. 1. quæst. 10. num. 50. Lancell. Corrad. in templo omnium iudi. lib. 2. c. 4. in tit. de Archiepiscopo. Ceteras vero auctoritates lector suppleat.

His tamen quadraginta auctoritatibus puto fuisse satisfactum hodie die 9.

Martii 1585. In festiuitate Sanctorum Quadraginta martyrum familiæ meæ Protectorum; est.n. in honore hic numerus, vt legitur in lectionibus istorum Sanctorum.

Archiepiscopos autem his, & alijs auctoritiatibus in calib a iure permissis expressis vtendo, moneo esse memores de dicto Apostoli (vt non dominantes in Clericum) relato a Gratiano in c. quia. 10. q. 3. & legitur in epistola in festiuitate Sancti Apollinaris die 23. Iulii.

Fuit autem iste Tractatus deinde Neap. Impressus in anno 1586. simul cum alio tractatu, sic inscripto de Concilio Prouinciali, & auctoritates Archiepiscopi in suffraganeos, eorumque subditos, & in tota Prouincia tractatus auctore Stephano Quaranta V. I. D. Canonico Neapolitano. &c.

ARCHIVVS.

Cõgruit tit. de off. ordinarij.

PRÆTER Summistas sciendũ est, quod bonorum ecclesiasticorum Archiuũ tenentur facere Prælati in eorum diœcesibus, & administratores ecclesiarum ex Constitutione Sixti V. incip. Prouida.

Romani Pontificis circumspectio, & infra. Mandantes vniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, episcopis, Abbatibus, alijsque Prælatis, & Præsidentibus ecclesiarum, Monasteriorum, vniuersitatum, collegiorum, & Præceptoriarum maiorum, ac similium ecclesiasticarum dignitatum quocunque nomine censeantur, sæcularium, & quorumuis ordinum, ac militiarum regularium, nobis, & Sedi Apostolicæ immediate subiectorum, siue nullius sint Diœcesis, siue alias quomodolibet exempta existant, dum tamen ordinariam in subditos, aut quasi episcopalem iurisdictionem, de iure, consuetudine, aut priuilegio habeant, aut exerceant per Italiam constitutis, vt loco Arbitrij generalis ecclesiastici sui per nos suppressi, ipsi & eorum vnusquisque qui hactenus inuentaria huiusmodi non confecerunt, debeant omnino intra annum, a die quo præsentes nostræ ad eorum notitiam peruenerint, omnium, & quorumcũque bonorum immobilium, censuum, canonum liuellorũ, prouẽtuum annuorum iurium, iurisdictionum, ac priuilegiorum, & scripturarum quæ eis eorumque arbitrio annotatione digna videbuntur Ecclesias, monasteria, collegia, vniuersitates, Præceptorias maiores, & dignitates, quibus ipsi respectiue præsunt pertinentium, & in quorũ possessione existunt inuentaria diligenter conficere, & deinde quicunque eorum in regimine, seu administratione ecclesiarum monasteriorum, collegiorũ vniuersitatum, & Præceptoriarum maiorum, seu in dignitatibus huiusmodi successores: fuerint, simili ita annum a die habitę possessionis similia inuentaria de nouo conficere, seu renouare teneantur. Curẽt præterea sine vlla impensa grauamine, ea autem aut solutione suorum subditorum per omnes, & singulos, qui vel eorum iurisdictoni quomodolibet subiecti sunt, vel in eorum Ciuitatibus, Diœcesibus, & districtib. respectiue existunt, etiam si exempti, & pariter nobis, ac dictæ Sedi immediate subditi esse noscuntur, Abbates, Prępositos, Priores, Vicarios Guardianos, Abbatissas, Priorissas, & cuiuscunque ecclesiæ, vel pii loci sæculares, vel regulares, & alios quocunque titulo, & nomine præfectos vtriusque sexus bona stabilia, iura, census, redditus, & prouentus quomodolibet possidentes, ceteraque personas ecclesiasticas quascunque dignitates, personatus administrationes, vel officia, aut beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia, & quorumuis ordinum regularia in quibusuis, ecclesiis, seu ipsas parochiales, aut alias ecclesias in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet

modolibet obtinentes; Præceptores quoque minores,& alios qui beneficia quarumcunq; militiarum obtinent, denique per omnes,& quoscunque administratores, Rectores, Custodes, officiales, operarios, & quocunque nomine nuncupatos superiores quorumcunque hospitalium, Sodalitatum Confraternitatum, Seminariorũ, Montium pietatis, collegiorũ studiorum generalium, fabricarum ecclesiarũ, & piorum vel religiosorum locorum, etiam quæ per laicos, seu clericos coniunctim, vel diuisim regi, aut gubernari solent per modernos quidem intra eundem annum, vt præfertur, eorum vero singulorum pro tempore successores ẽt intra annum, vt dictum est, inuẽtaria huiusmodi bonorum, ac aliorũ supradictorum quæ eorum curæ, seu administrationi commissa sunt, similiter accurate, & diligenter confici; & ad se deferri, eosque ad id per censuras & pœnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris,& facti remedijs sibi bene visa cogant, & compellant, ac demum inuentaria omnia prædicta tam a seipsis, quam ab alijs confecta similiter gratis,& sine vlla etiã minima impensa aut exactione in loco congruo ad id deputato, ac tuto,& bene clauso reponãt, atque perpetuo custodiant, & conseruent, laudabilemque hanc consuetudinem, vbi iam viget, prosequantur, vbi vero non est, quam primum introducant.

Romæ die 8. Iunij 1587.

Et per hanc Constitutionem determinatur quæstio disputata per Abb. in sua q. 3. dub. 4. sub num. 16.& per Couar. in c. 1. de testa. nu. 9. An episcopus, seu Prælatus teneatur facere Repertorium, seu Inuentarium rerum ecclesiæ. De hoc Archiuo faciendo fuit prouisum per multa Concil. Prouin. Metrop. præsertim per Neap. sub tit. de visita. §. quoniam fol. 60. Et omnes beneficiati tenentur facere Inuentaria, & maior ecclesia tenetur habere Archiuum vbi collocari debent Paui. de visita. par. 2. q 3. Fuscus de visita. cap. 15. num. 33.

ADDITIO. Archiuus est locus in quo reponuntur scripturæ publicæ quem armarium librorum appellat gloss. in clem. vnica in ver. Archiuis de iureiuran. in quo tex.& in c. peruenit. 30. q. 1. fit mentio. de Archiuis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,& nota quod quælibet ciuitas debet habere archiuum publicum, & Camerã actorum in quo reponantur acta, & instrumenta publica vt facilius inueniantur, ac incorrupte seruentur tex. est nota in auth. de defenso ciui. §. pen. ver præcepta. vbi gl. etiam ponit qualiter vocetur præpositus archiuo publico, & quod faciat fidem instrumentum productum ex publico archiuo habens publicum testimonium, est text. in auth. ad hæc. (de fi. instru. in l. cẽsus ff. de probat. in l. moris § solet ff. de pœnis Grau. cons. 602. nu. 2. lib. 4. & quando dicatur habere publicum testimonium vltra gloß. ibi declarat Abb. in c. ad audientiam, de præscrip. & ad predicta vide etiam Innoc. in c. 1. de procura. & Quintil. Mandos. super glo facult. §. Habita. in ver. Archiuij.

ASTROLOGIA IVDICIARIA.

PRAETER Summistas sciendum est, quod contra exercentes Astrologiæ iudiciariæ artem,& alia quæcunq; diuinationum genera, libros que de eis legẽtes, ac tenentes, extat Sixti V. Constitutio Romæ publicata die 9. Ianuarij 1586.& alias Neapoli impressa, Incip. Cæli,& terræ creator Deus,& infr. fol. 51. in Bullario.

Hac

Cõgruit tit. de Sortilegiis.

Hac perpetuo valitura Constitutione Apostolica auctoritate statuimus, & mandamus vt tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque dictæ Iudiciariæ Astrologiæ artem, præterquam circa Agriculturam, Nauigationem, & rem Medicam in posterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates hominum quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus, aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certe affirmare asserant, aut protestentur, quam contra alios vtriusque sexus qui supradictas damnatas vanas, fallaces, & pernicioſas diuinandi artes siue scientias exercens, profitentur, & docent, aut discunt, quiue huiusmodi illicitas diuinationes sortilegia superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta vt præfertur faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt, cuiusque dignitatis gradus, & conditionis existant tam episcopi, & prælati superiores, ac alii ordinarii locorum, quam inquisitores hæreticæ prauitatis vbique gentiũ deputati etiã si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere nõ valebant, diligentius inquirant, & procedant, atque in eos seuerius canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animaduertant. Prohibentes omnes & singulos libros opera & tractatus huiusmodi Iudiciariæ Astrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chyromantiæ, Necromantiæ, Artis magicæ, aut in quibus Sortilegia, Veneficia, Auguria, Auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac vt supra in memorato Indice interdictos sub censuris, & pœnis in eo contentis, a quibuscunque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos episcopis, & ordinariis locorum, vel inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere, & nihilominus eadẽ auctoritate statuimus & mandamus ut contra scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi seu in quibus talia continentur, similiter iidem inquisitores libere, & licite procedant, ac procedere & pœnis condignis punire, & coercere possint. Non obstantibus, &c.

Indicis librorum prohibitorum Regula 9.

Libri omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ Necromantiæ, siue in quibus continentur Sortilegia, veneficia, auguria auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reiiciuntur.

Episcopi vero diligenter prouideant, ne Astrologiæ iudiciariæ, libri tractatus, indices legantur, vel habeãtur, qui de futuris contingentibus successibus, fortuitisue casibus, aut iis actionibus quæ ab humana uoluntate pendent, certo, aliquid euenturum affirmare audeant. Permittuntur autem iudicia, & naturales obseruationes, quæ nauigationis, Agriculturæ, siue Medicæ artis iuuandæ gratia conscripta sunt.

Censuras, & pœnas de quibus in prædicta constitutione fit mentio, vide infra in verbo libri prohibiti, & ad declarationem omnium prædictorum vide Abb. in c. ex tuarum, nu. 6. de sortile. & Caiet. in Sum. in ver. obseruatio astrorum. Et pro interpretatione, & significatu vocabulorum vide c. 1 26. q. 3. & cap. nec mirum 26. q. 5.

ADDITIO. Vltra Abb. in d. c. 2. de sorti. adde Paul. Grillan. in trac. de sortile q. 11. nu 12. & 22. & Corrad. Lancel in templo omni. iudi lib. 1. c. 1. vers. sortilegia euitare. Nauar. conf. 1 sub tit. de sortile. & quæ diffusius refert Ambros. de Vignat. vna cum annot Franc. Pegn. in tract. de hæret. q. 10.

BAN-

BANNITORVM FAVTORES.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod contra ecclesiasticas personas Regni Neapolitani Bannitorum fautores fuit per Sixtum V. prouisum per Breue tenoris sequentis videlicet.

Sixtus Papa V. Dilecte fili nobilis vir salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, in Regno Neapolitano, ac præsertim in Prouincia Aprutij nonullos Bannitos viarum grassatores existere, contra quos pro tui officij debito omni studio procedere intendis, & ad id necessaria omnia remedia præparasti. Ne autem dicti banniti & viarum grasatores condignas delictis suis pœnas euadant, prouidere volentes omnibus & singulis Abbatibus, Prioribus, Abbatissis, Prioryssis Præpositis; Plebanis. Guardianis, Archipresbyteris, Præceptoribus, Commendatarijs, Rectorib. & alijs quibusuis personis ecclesiasticis sæcularibus, & quorumuis ordinum & militiarum regularibus, Regni, & Prouinciæ huiusmodi sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, a qua nisi a nobis aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolui nequeant, districte prohibemus, ne dictos bānitos, & viarum grassatores in Monasteria, domos, ecclesias, cappellas, hospitalia, aut quæuis alia loca recipere, seu in eis occultare, aut illius auxilium, consilium, fauorem seu victum aut vestitum vel alia eis necessaria directe, seu indirecte quomodolibet præstare audeant, seu præsumant, non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non monasterium & aliorum locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Ceterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri, volumus & similiter Apostolica auctoritate decernimus, quod præsentium transumptis etiam impressis, & sigillo tuo obsignatis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberet, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctū Petrū sub Annulo Piscatoris die 20. Maij. 1589. Ponti. nostri anno quinto. M. Vestrius Barbianus. Antonius Ruloffius. A tergo. Dilecto filio nobili viro Ioanni de Zunica Proregi Neapolitano Locus Sigilli. Impressa Neap. Apud Horatium Saluianum 1589.

De materia bannitorum, & eorum fautorum extant nonnullæ Bullæ præsertim Greg. 13. incip. Tanta. fol. 1294. in Bullario, & Sixti V. incip. Hoc nostri. fol. 18. cum ibidem adnotatis per dominum Laertium Cherubinum Iure consultum Romanum eximium compilatorem Bullarij super quibus extant cons. Nauar. 57. 68. & 59 de sent. excom. in antiq. vbi tenet non incurrere eos, qui dictos bannitos quo ad victum adiuuant in extrema necessitate, faciendo eleemosynam, vel aliud opus genere suo bonum, ad finem conuertendi, & pœnitendi.

ADDITIO. Nec etiam incurrent illi qui per ignorantiam receptauerint aliquos nescientes eos esse bannitos ex dictis per Ang. in tract. malefic. & ibi August. Arimin. in apostil. in ver. maleficio semper astitit. nu. 23 per Nell. in tract. bann. in 3 par. secundi temporis. q 20 Afflict in Const. Pactarenorum num 8. cum receptare in se non sit delictum. Boss in tit. de rapinis nn. 21. in foro autem exteriori præsumitur scientia quando esset publicum, & notorium illos esse bannitos. glos. in l. 1. ff. de receptat. & per dictos Doctores in locis præalleg & quando dici potest esse publi-

cum late per Boß vbi supra.

Est & alius casus vt non incurrant quoties huiusmodi receptatio a personis ecclesiasticis esset coacte & non voluntarie facta propter violentiam bannitorum, adeo vt non possent illos expellere absque sui periculo. Afflict in d. const. nu. 3. Campan. in c. regni licet contra receptatores. sub nu. 10. Rolan. cons. 45 vol. 1.

Tertius est casus vt non incurrant quoties ipsæ personę ecclesiasticæ talis bannitos receptarent animo exhibendi, & præsentandi curiæ, dummodo talem habuerint intentionem in specto tempore receptionis, secus vero si ex post facto hoc deliberauerit prout colligitur ex dictis notabiliter per Nell vbi supra q. 24.

Præallegata Sixti Quinti constitutio est tenoris sequentis.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

HOC Nostri Pontificatus initio inter multa Reipublicæ damna & incommoda, quæ menti nostræ obuersabantur, nobis longe fuit grauissimum, quod Populos S.R.E ditioni temporali subiectos, nō modo ad rerum substantiarumque suarum perturbationem & iacturam, sed etiam vitæ periculum redactos inuenerimus, Exulibus, Bannitis, ceteris que id genus facinorosis hominibus ita vndique ingruentibus & grassantibus, vt vix quisquam ab hac hominum peste tutus alicubi consistere posse videatur. Quare cum ad hæc sananda mala, ex officij nostri debito, & præcipua erga nostros, ac eiusdem R. E. subditos charitate assiduè extimulemur, nihil nō agere & tētare decreuimus quo Populis optata quies, salus, securitas, & tranquillitas per nos restituatur. Quod ita demum, Deo auxiliante, speramus nos esse consecuturos, si caute prouideatur, ne vllum domi forisque intra extraue fines nostros criminosis hominibus huiusmodi pateat diffugium, aut receptaculum, sed omnino legum & Magistratuum seueritatem Iustitiæque gladium subire, ac debitas pœnas luere cogantur.

Itaque de fratrum nostrorum consilio, omnes & singulas Cōstitutiones a fel. rec. Pio. II. Paulo etiam II. Sixto IIII. Iulio similiter II. Leone X. Clement VII. Iulio. III. Pio etiam IIII. Pio V. Greg. XIII. & quibusuis alijs Rom. Pont. prædecessoribus nostris, suo cuiusque tempore in detestabile prædictorum, & aliorum infrascriptorum hominum genus, pro temporis & criminum ratione editas, cū omnibus & singulis in eis contentis, quo ad ea quæ præsentibus non contrariantur, & excepta Excommunicationis sententia, per easdem Constitutiones in illis contrauenientes promulgata, quam ne animarum perniciem potius quam salutem adferat consulto tollendam & submouendam duximus, ex certa scientia nostra approbantes, & innouantes illarumq; omniū tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis & insertis habeti volentes,

Vniuersis & singulis Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, etiam quacunque Ecclesiastica dignitate fungentibus, nec nō Vicarijs feudatarijs, Armorum Ductoribus, Capitaneis, Magistratibus, Cōmunitatibus, Vniuersitatibus, & Officialibus Ciuitatum, Terrarum, Castrorū, Oppidorum, & aliorum quorumcunque locorum prædictæ R. E. mediate, vel immediate subiectorum in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, nec non duorum millium per Communitates, & mille per Vniuersitates, ac quinque millium ducatorū auri Cameræ Apostolicæ irremissibiliter ipso facto applicando-

candorum per Dominos temporales,& alios prædictos absque alia declaratione incurrendis pœnis (vltra alias in eorundē prædecessorū nostrorum & literis contentas) districte præcipiendo mādamus, quatenus adhibita exactissima diligētia,de qua per publica documenta,& alias probationes fidem faciant,eorū Ciuitates,Terras,Oppida,Castra,Villas,dominia,loca,& territoria omnia perduellionibus Homicidis,Latronibus,viarum Grassatoribus,Raptoribus,Incendiariis Sicariis. Exiticiis, publice quietis perturbatoribus armatas facientibus statum Ecclesiasticum hostiliter peragrantibus pro quocūque crimine capitali,etiam in contumaciam Bannitis, aliisque similibus notoriis delinquentibus & facinorosis hominibus etiam nondum condemnatis,eorumque fautoribus,& complicibus quos omnes nostros,dictæque R. E. rebelles, ac publicos Hostes esse decernimus,secura,libera,& expurgata custodire,tenere & præseruare. Nec non si quos ex ipsis eo accedere vel commorari, seu ad prædicta loca declinare, vel illac per transire cōtigerit, statim illos capere & apprehendere,ac ad carceres conducere, captosque nostris & pro tempore existentium Romanorum Pontificum Magistratibus,& Officialibus fideliter tradere & consignare, Populosque suos pulsu campanarum & aliis signis ad arma conuocare, & coadunare teneantur.

Quod si illos capere & apprehendere per se ipsos nequiuerint,finitimas quasque Communitates & Vniuersitates necnon dominos temporales commonefaciant,& in auxilium conuocent,iunctisque simul viribus eosdem perduelliones, homicidas, latrones, & alios prædictos forti manu & incessanter quocunque se verterint,etiam extra proprium territorium,& iurisdictionem in ipso persequutionis actu vsque ad vltimam eorum profligationem prosequantur,ac vt capiantur,& apprehendantur,seu profligentur omnem operam adhibeant.

Cumque verisimile non sit,huiusmodi hominum genus in occulto versari, & eos qui ad custodiam tenentur si diligenter inuigilent illorum notitiam non habere, neque tantam multitudinem esse posse,quin ad hominis temporalibus, ac Communitatibus, & Vniuersitatibus prædictis vinci & opprimi queat iuncto presertim finitimorum auxilio, cauillosq; excusationes sibi in posterum nullo modo suffragentur.

Particulares vero personæ cuiuscunque status, gradus, & conditionibus existentes sub quingentorum ducatorum similiter eidem Cameræ ipso facto applicandorum,aliisque corporalibus, etiam vltimi supplicii inclusiue Gubernatorū & Officialium prædictorum arbitrio iuxta cuiuscunque personæ & culpæ qualitatem extendendis pœnis cum primum campanæ sonitum aliaue signa populū aduersus dictos facinorosos homines conuocantia audiuerint, vel alias de illis quomodolibet notitiam habuerint arma capere,& ad locum necessarium accurrere, ac vna cum aliis & per se ipsum omnem conatum in persequendis capiendis & profligandis Bannitis, aliisque nefariis hominibus prædictis adhibere teneantur.

Præterea sub eisdem pœnis omnes & singuli prædicti tam in Vrbe, quam extra eam ad quācunque Curiæ,seu Ministrorūm & Executorum Iustitiæ, vel cuiusque eorum simplicem requisitionem, ac etiam nulla requisitione præuia (si aliquos ipsis resistere vel sese opponere,seu aliquod impedimentum adferre,eosue ad aliquam executionem faciendam auxilio egere quoquo modo cognouerint) eisdem Curiæ Ministris & Exequutoribus opem & fauorem, armata etiā manu cōferre & subuenire ac presto esse,& denique obedire eosque si opus fuerit in perquisitione,executione,permālione, trāsitu,& aliis p̄missis comitari debeāt.

In-

Insuper statuimus,& ordinamus,vt si qui ex Perduellionibus homicidis,latronibus, furibus, & aliis facinorosis hominibus prædictis in Ciuitatibus, Terris, Oppidis,Castris, Villis,Dominiis,locis,& territoriis huiusmodi damna aliqua intulerint seu furtum, aut latrocinium commiserint, nec capti & deprehensi fuerint,sed impune euaserint, Domini temporales seu Communitates & vniuersitates Nobis & Sedi Apostolicę mediate ac immediate subiecti,in quorũlocis territoriis,& iurisdictionibus respectiue similia perpetrata fuerint,pręter hoc quod ad damnorum quorumcunque sic illatorum parti læsæ damnaque huiusmodi patienti, ac eorum hæredibus plenariam restitutionem & satisfactionem omnino teneatur,ad tantundem etiam quantum damna illata æstimata fuerint Cameræ prædictæ realiter,& cum effectu persoluendum eo ipso sint districti,ac alias prout latius continentur in aliis literis dicti Pii V. prædecessoris contra dominos ac Communitates,& Vniuersitates eorum territoria non custodientes editis, quas, firmis tamen remanentibus aliis supra & infrascriptis pœnis tenore præsentium etiam innouamus.

Duces quoque,Principes,Marchiones,Comites,Barones, Domicellos, Vicarios,Feudatarios, Gubernatores,Magistratus Doctores, Capitaneos,& Officiales prædictos, nec non quoscunque alios cuiuscunque etiam Ecclesiast. dignitatis,conditionis,status,gradus,ordinis,excellentiæ,sexus,& ætatis,dummodo decimum quartum illius annum excedant huius status & iurisdictionis nostræ temporalibus,ac prędictæ R.E.in eisdem temporalibus mediate vel immediate subiectos etiam Dominia iurisdictiones & loca extra statum prædictum obtinentes, qui Perduelliones,homicidas, latrones, & alios nefarios homines prædictos in suis quisque Dominis, Terris,Oppidis, Castris,Fortaliciis, villis,locis, territoriis, seu domibus tam in ipso statu,quam extra eum consistentibus receptauerint seu confouerint,aut quod in illis recipiãtur vel confoueantur quoquomodo permiserint, seu ne ijs capientur impediuerint vel captos eripuerint seu occultauerint, aut illos potestatem seu commoditatem euadendi fecerint, vel carcerem aut aliã quamcunque custodiam effregerint,inuaserint,aut quoquo modo violare tentauerint,siue ad hoc homines vel arma aliaue ministrauerint, siue alias auxilium, consilium, vel fauorem, palam,vel in occulto per se vel alium seu alios quoquo modo etiã extra territoria iurisdictiones,& domos proprias præstiterint seu præstare permiserint,vel etiam quoscunque Iudices, Ministros,aut Executores Iustitiæ in perquisitione, captura vel abductione, ac omnino in eorum officii libera exequutione,siue in Vrbe siue extra vbique locorum impediuerint,seu verberauerint vel insequuti fuerint, aut concusserint seu minis vel alias perterrefecerint, aut ad arma conclamauerint, alio sue concitauerint seu talia fieri mandauerint facientibus adhæserint, & fauerint seu, alicuius Magnatis nomen auxilii causa aduersus Curiam Executores & ministros prędictos inuocauerint seu franchisias appellauerint (contra quas aliam constitutionẽ dicti Greg. prędecessoris desuper editam similiter innouamus. Actoribus etiam remediis in dies vsuri pro huiusmodi Atyis,præsertim in dicta Vrbe,tollendis,& omnino extirpandis) Læsæ Maiestatis reatum verum, ac nulla iuris aut hominis fictione confictum crimen incurrisse,& eiusdem R. E. rebelles, omnibusque & singulis priuilegiis,gratiis,libertatibus,indultis,exemptionibus,immunitatibus,realibus & personalibus,nec non Ducatibus, Principatibus, Marchionatibus, Comitatibus,Ciuitatibus,Terris,Oppidis,Castris Dominiis,Vicariatibus, Gubernijs,locis,iurisdictionibus,dignitatibus, etiam Ecclesiasticis honoribus, iuribus, officiis,

ciis, pensionibus, beneficiis & fructibus Ecclesiasticis, ac etiam quibuscunque feudis, & concessionibus, quæ a Rom. prædicta & quibuscunque aliis Ecclesiis obtinent, & in futurum obtinebunt, ceterisque etiam immobilibus, mobilibus & se mouentibus bonis iuribus & actionibus, eo ipso priuatos, Ipsosque & illorum filios ad illa & quælibet alia in posterum obtinenda, ac quoscumque actus legitimos exercendos inhabiles & indignos fore atque esse. Nec non a toto statu Ecclesiastico vna cum eorum familiis perpetui exilii pœna damnari, Domosque ædificia arces, & fortalitia eorum demoliri, & solo æquari seu aliis dictæ Cameræ iuribus adscribi debere, nec illis portam vllius dignitatis Ecclesiasticæ vel munianæ vnquam patere decernimus & declaramus.

Vasallos vero Custodes, Capitaneos, Officiales, Populos & subditos eorundem a fidelitatis iuramento, ac homagijs & quocumque alio iure quo ipsis quomodolibet adstricti fuerint ex nunc penitus absoluimus & liberamus.

Ducatus autem dominia, Vicariatus, gubernia, feuda, Ciuitates, Terras Oppida, Castra, ceteraque bona prædicta, nec non iura & actiones cum fructibus, & emolumentis eorundem Fisco nostro & Cameræ prædictæ ipso facto absque aliqua declaratione, citatione, Iudicis sententia seu decreto vel alia iuris & facti solennitate habenda, etiam in præiudicium filiorum descendentium & aliorum quorumcunque Agnatorum in inuestituris, concessionibus, seu alijs dispositionibus, comprehensorum in omnibus & per omnia perinde ac si per lapsum temporis illorum concessionis, & finitam lineam ad ipsam Cameram redijssent seu deuoluta essent; confiscamus, applicamus & incorporamus illaque sic nobis & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus, & Cameræ prædictæ aperta deuoluta, confiscata, applicata & incorporata sub constitutione eiusdem Pij V. prædecessoris de huiusmodi dominij & iurisdictionibus in feudum, aut alias non concedendis minime comprehendi etiam declaramus.

Nec non quæcunque fideicommissa, substitutiones & alias dispositiones sub quacumque verborum forma, etiam cum expressa alienationis prohibitione, alijsque strictissimis clausulis & cautelis conceptas ad hoc vt fructus bonorum huiusmodi fideicommissis subiectorum durante vita naturali delinquentis etiam incontumaciam ex prædictis causis condemnati Fisco applicentur, & in dictæ Cameræ vsum conuertantur, proprietatesque dictorum bonorum quamdiu delinquens naturaliter vixerit per Fiscum & Cameram huiusmodi possideantur, & detineantur tollimus & abrogamus.

Ad hæc Communitates & Vniuersitates huiusmodi, si homines facinorosos prædictos receptauerint, tolerauerint cibis, commeatu, auxilio, consilio vel fauore aut quocumque alio modo etiam vt euadant per se vel alios iuuerint omnibus pœnis supradictis supponimus, eorumque res & bona omnia nec non fructus & emolumẽta eidem Fisco modo, & forma præmissis applicamus & appropriamus.

Particularibus autem Hominibus qui ad facinorosos prædictos capiendos, & apprehendendos, Iustitiæque Ministris tradendos sufficientibus viris fuerint destituti, nisi eosdem illico propalauerint, Officialesque Populos, & finitimos, ita vt nullo modo euadant conuocauerint. Ac demum ijs qui aliquem in præmissis culpabilem sciuerint, nec nobis vel successoribus nostris, seu alicui per quem ad nos vel dictos successores fideliter deferatur intra trium dierum spacium reuelauerint pœnam arbitrio iudicis pro modo culpæ etiam vsque ad mortem inclusiue infligendam statuimus.

Decernentes super omnibus & singulis præmissis per accusationem, delationem,

nem, inquisitionem, & quouis alio meliori modo procedi posse.

Ac quæcunque vetusta priuilegia siue exemptiones etiam immemorabiles, vel alias quascunque prætensiones de recipiendis & non consignandis huiusmodi Bannitis & alijs facinorosis hominibus nemini contra præsentium tenorem suffragari etiam si de eis specialis, & individua mentio facienda esset, neque Receptatores, Fautores, auxiliatores, consultores, & alios quoscunque præsentibus nostris ac prædecessorum nostrorum literis, vt præfertur approbatis, & innouatis quomodolibet contrauenientes quocunque prætextu etiam Agnationis, & cuiuscunq; Consanguinitatis etiam in primo gradu aut vnice, & nō dolose & penitus inculpare, nec ad malum finem receptionis vllatenus excusari, Cū beneficium publicum sit priuatæ necessitudini præferendum, nec dolus absit ab eo qui ipsius nefariis hominibus & publicis inimicis quoquomodo se amicū præstat, genusque hominum huiusmodi facile cognoscatur.

Eum quoque qui sese vi & metu ad manifestum, & instans vitæ periculum euitandum, de quo tamen per ligitimas probationes docere teneatur, eis receptum dedisse siue victum & alia præstitisse asseruerit, nequaquam excusari nisi quā primum se subripere, vel alios transmittere potuerit nulla interposita mora de transitu, vel statione dictorum facinorosorum hominum vicinioré locum, illiusque Magistratus & Officiales certiorauerit.

Et nihilominus vt præmissa suum debitum (prout ex intimo cordis nostri affectu exoptamus) consequantur effectum, Dilectis filiis eiusdem S. R. E. Camerario, Vrbis Gubernatori, Causarum Curiæ Cameræ prædictæ, Generali Auditori, necnon Prouinciarum nostrarum Legatis, de quibus plurimum confidimus, ac Vicelegatis, & Præsidibus Ciuitatumque & aliorum locorum prædictorum Rectoribus, & Officialibus, ac ceteris omnibus singularum constitutionum & literarum prædictarum Executoribus similiter in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ pœna per Apostolica scripta mandamus; vt quisque pro se ad omnimodam præsentium, ac aliarum literarum & constitutionum prędictarum, necnon pœnarum omnium in eis contentarum executionem omnino procedentes illas omnes, & in eis contenta quęcumque semper & vbique per omnia loca prędicta, ac ab omnibus sub illis comprehensis inuiolabiliter obseruari, Capitalesque sententias prędictas a Iustitię Ministris absque alicuius irregularitatis incursu exequi mandent, & faciant, ac pro executione pœnarum pecuniarū contra Communitates, Vniuersitates, dominos temporales, & alios prędictos propter eorum inobedientiam represalias concedant, realiterque & irremissibiliter dictas pœnas pecuniarias exigant.

Non obstantibus fideicommissis inuestituris, concessionibus, substitutionibus, testamentis, & aliis dispositionibus, nec non priuilegiis, exemptionibus, ac aliis prędmissis, quorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent prędsentibus haberi volumus pro expressis, & insertis, nec nō omnibus quę in singulis literis prędictis concessum est, non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque.

Rogamus quoque & hortamur attēte in Domino omnes & singulos quamcūque iurisdictionem temporalem extra statum Ecclesiast. prędictum exercentes, etiam Regia Ducali, vel alia quacumque mundana vel Ecclesiastica, auctoritate, superioritate & excellentia fulgentes, velint pro sua in nos & hanc sanctam Sedem Apost. deuotione, & obseruantia, reique ipsius equitate prouidere, ne post hac in prouinciis, dominiis & locis suis perduelliones, homicidæ, & alii facinorosi prę-

rosi prædicti vllo modo recipiantur, assecurantur vel tuti reddantur, quinimo si ipsos ad illa declinare, aut ibidem reperiri contigerit per suos Iustitiæ Ministros & Executores capi, & apprehendi, ac ad Præsides & Gubernatores Prouinciarum & locorum nostrorum vnde ipsi originem traxerint vel delictum commiserint libere conduci & remitti, eisque consignari mandent & procurent: Ac quascunq; saluos conductus, alias assecurationes reuocent, & annullent, prout nos vice versa idipsum contra huiusmodi facinorosos homines a dictis eorū Prouincijs, & dominijs bannitos fieri, & obseruari curabimus: sperantes hac optima ratione omnino futurum, vt eiusdem R.E. & cuiusque eorum dictionis, status (annuente Domino) expurgetur, populique nobis, & illis subditi pacis, & tranquilitatis dulcedine fruantur

Vt autem præsentes literæ omnibus innotescant, & ne quisquam illarum ignorationem allegare possit iubemus illa valuis Ecclesiæ S. Ioann. Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ appendi, eisque detractis illarumue exempla etiā impressa in eisdem locis affixa relinqui, factaque huiusmodi publicationem volumus ipsas præsentes hic in Vrbe publicatas die sequenti, extra eam vero post decem dies quoscumque perinde arctare, atque afficere, ac contrafacientes pœnas, & alia supradicta omnino incurrere, ac si eis singulis præsentibus in proprijs eorum personis & locis intimatæ fuissent.

Insuper earundem præsentium exempla etiam impressa Notarij publici manu, & Camerarij prædicti, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo obsignata, eandem prorsus fidem vbique locorum in iudicijs & extra illa facere, quæ ipsemet præsentes facerent si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nec non quod quælibet Communitas, Vniuersitas & Populus quarumcumque Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum & locorum prędictorum sub indignationis nostræ ac mille ducatorum dictæ Cameræ applicandorum pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis statim cum præsentes literæ nostrę huiusmodi siue earum transumptum etiam impressum ad eorum notitiam peruenerit. Conuocato publico consilio in præsentia Officialium Syndicorum, & curam maleficiorum habentium, eas vna cum alijs prædecessorum nostrorum constitutionibus sic vt p̄ fertur confirmatis & innouatis ibi alta & intelligibili voce, etiam vulgari sermone illas declarando, vt melius & facilius ab omnibus percipi & intelligi possint legi, & facere, & deinde in eorum Archiuio publico diligētes custodiri curare omnino debeant, ac singulis annis successiue in principio cuiuslibet anni perpetuis futuris temporibus similiter easdem literas prędictes & alias innouatas in eodem publico consilio legendo reiterare teneatur. Alioquin loci Gubernator, Rector, & quilibet alius Iustitiæ Minister quocumque nomine nuncupatus contra eos ad exequutionem pœnarum huiusmodi sine mora irremissibiliter procedat. Dat. Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ. 1585. Kal. Iulij Pontificatus nostri Anno primo.

Contra vero receptantes alias personas etiam non bannitos, neque viarū grassatores extant literæ directæ Illustrissimo nuncio Neapol. in quibus inter alia disponitur in hæc verba. Non piace a N.S. che le Chiese, ne gl'altri luoghi sacri seruano d'asilo, & di ricettacolo a tristi, Onde mi ha fatto commandare disciuere a V.S. che faccia prohibire, & intimare per parte di Sua Beatitudine a i Superiori de Monasterij de Regolari de tutti gli Ordini co'l mezo de gli Ordinarj, ò come meglio parerà a lei, che per l'auuenire non diano ricetto a sorte alcuna de condennati, ne banditi ladri, ò altre genti di male af-

fare, ne a falliti, & debitori sotto pena della priuatione d'officio, si hauerà non titia del ricetto, ancora che non siano trouàti questi tali nei Monasterij, & sotto altre pene anco maggiori ad arbitrio della Santità sua, & vuole in oltre che si stia auertito per punire quelli, che haueranno ardire di contrauenire a quell'Ordine: Potrà dunque V.S andar publicando la prohibitione per li luoghi, doue ne sarà maggiore bisogno, & di mano in mano per tutto, che non se ne possa pretẽdere ignoranza; & il Signore l'assista con la sua santa grazia. Di Roma alli 11. d'Aprile 1602.

Di V.S. come fratello amoreuolissimo.

Il Cardinal di Firenze.

BAPTISMA.

PRæter Summistas sciendum est qualiter Iulius Tertius vniuersis, & singulis Hebræis in Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & Castris, & locis prouinciarum Campaniæ, Maritimæ, Latij, & Sabinæ, ac Ciuitatibus Castellañ. & Nepesiñ. nec non Castris Fiani, Scrofani, Arignani, Castri noui, & Formelli degentibus concessit aliqua priuilegia, & indulta, & inter alia sunt hæc verba tenoris sequentis.

Et insuper episcopis, eorumque Vicarijs, & officialibus, ac quibusuis alijs personis tam ecclesiasticis, quam sæcularibus dictarum prouinciarum ciuitatum, & locorum sub suspensionis a diuinis ac mille ducatorum auri ipso facto per quemlibet ipsorum contrafacientium incurrendis ac præfatæ Cameræ applicandis pœnis, expresse inhibemus, ne filios vestros tam mares, quam feminas vobis inuitis violenter auferre, seu subducere, nec præter formam Sactarum Canonum quomodolibet baptizare debeant, vel præsumant, & vt in eius Constitutione. 15. incip. Cum sicut. fol. 516. in Bullario.

Vide Sanctum Thomam in Summa. 2.2. q. 10. art. vltimo. & in quolib. 2 art. 7. gloss. in c. iudæorum. 28. q. 1. Syluest. in verbo Baptismus. sub num. 4. & in verbo matrimonium. 8. §. 10. vers. 10. Sot. in 4. sent. distin. 5. q. 1. art. 10. & distin. 34. art. 2. Henriq. in summ. lib. 2. de baptismo. c. 25. Ledesma. q 8. & Afflict. decis. 151. incip. Serenissimus Rex Federicus.

BENEFICIORVM PAROCHIALIVM COLLATIO.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod in prouisione facienda de eis obseruanda sunt dispositæ per Sacros Canones, nempe in cap. cum in cunctis §. inferior, a, de electio. ad cuius materiæ declarationem extant. c. licet canon. c. nemo deinceps, c. statutum, c. cum ex eo. & c. commissa d tit. in 6. & vide c. cum sit ars artium, de æta. & quali. cap. graue nimis, de præben. c. cum in illis. d. tit. in 6. & Conc. Trid. sess. 24. de refor. gene c. 18. extat prostremo Pii. V. Constitutio super collatione Parochialium ecclesiarum Romæ publicata die 16. Maij 1567.

quæ

quæ diuiditur in duas partes, in prima allegat iura prædicta disponentia circa hanc materiam, in secunda illa innouat, ac ampliat, & disponit obuiando fraudibus contrauenientium, secunda ibi sed quoniam res humanæ, &c. Hanc constitutionem explicat Gonzalez, in commentario ad octauam Reg. cancellariæ gl. 6 Sequitur tenor dictæ Constitutionis Pii Quinti.

IN conferendis beneficijs ecclesiasticis, & præsertim Parochialibus ecclesijs per Congruis dignis & habilibus, quæ in loco residere, & per seipsos curam exercere ualeant quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexandri III. in Lateranen. & Greg X. in Lugdunen generalibus Concilijs, ac Innocentij similiter III. & aliorũ Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum editæ Cõstitutiones testantur, quod ut diligentius ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina ut occurrente uacatione Parochialis ecclesiæ etiam generaliter uel specialiter, etiam uigore indulti in fauorem S. R. E. Cardinalium, aut alias quomodolibet reseruatę uel affectæ debeat Episcopus habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione constituere qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur. Et deinde Episcopus, & qui Ius patronatus habet intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum aliquos clericos ad regendum ecclesiam idoneos Examinatoribus, iuxta formam eiusdem Synodi deputatis, nominet & non nisi ab eisdem Examinatoribus per concursum aliorum examinatorum etiam tanquam magis idoneo ab Episcopo iudicato & electo de ecclesia prouideatur, alias prouisiones seu institutiones omnes præter formam prędictam factæ, subretitię censeãtur. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit qui eas retineat ac debitæ executioni demandet, & verendum sit ne propter Constitutionum huiusmodi transgressionem maximi abusus oriantur, Nos ad quorum notitiam non sine graui nostra molestia peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis occurrente vacatione parochialium ecclesiarum eas nullo aut minus rite seruato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet ex Concilio Tridentino, vel etiam examine, rite seruato, personis minus dignis, carnalitatis aut alium humanæ passionis affectum non rationis iudicium sequentes contulisse, & de eis prouidisse: volentes quantum cum Deo possumus huiusmodi ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædecessorum nostrorum Constitutiones Prafatas etiam innouando, auctoritate Apostolica tenore præsentium omnes, & singulas collationes, prouisiones, institutiones & quasuis dispositiones parochialium ecclesiarum ab eisdem Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusuis alijs collatoribus tam ordinarijs, quam delegatis, etiam Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, ac Sedis Apostolicæ Legatis vel nuncijs præter & contra formam ab eodem Concilio Tridentino prę-sertim in examine per concursum faciendo prescriptam factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas ac nullius roboris vel momenti fore, & esse, nullumque prouisis ius, aut titulum etiam coloratum possidendi prębere, & parochiales ecclesias huiusmodi vt prius ante collationes huiusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus & declaramus, easque omnes pro tempore sic vacantes nostrę & sedis Apostolicæ, seu eorum quibus ius conferendi eos, præterquam Episcopis & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis iuxta decretum eisdem Concilij habere debent competet, dispositioni reseruamus. Insuper ne parochiales Ecclesię diu in suspenso maneant in maximum animarum de electio.

periculum quarumcumque parochialium Ecclesiarum, quarum dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos Primates, & Patriarchas, & quosuis alios ordinarios collatores in mensibus ordinarijs collatorib. & per nostras regulas assignatis prouisio & collatio spectat, & pertinet, de quibus ijdem Episcopi & ordinarij prædicti intra sex mensium spacium a die vacationis earundem perfecto examine iuxta formam Concilij Tridentini præfati nō prouiderint ac illarum etiā quarum collationes nobis dictæ sedi generaliter vel specialiter ex quauis causa reseruatæ, seu affectæ existunt, aut aliis ex indulto Sedis Apostolicæ competunt, ad quas occurrente illarū vacatione Episcopi, & Archiepiscopi præfati personas per examen concursu mutuo habito iuxta dicti Concilij Tridentini formā approbatas & magis idoneas nō elegerint, aut electas nobis vel successoribus nostris, aut ijs ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spacium a die illius vacationis non significauerint, nec non parochialium ecclesiarum similiū quæ Iuris patronatus ecclesiastici, vel laicorum seu clericorū, & laicorum simul fuerit, sic præsentatus intra tempus eisdem patronis a iure præfixum præuio examine iuxta formā dicti Concilij approbatus petatur institui, institutioque ipsa per duos menses die præsentationis dilata fuerit, collationem prouisionem, institutionē, ac omnimodam dispositionem nobis & ipsi sedi ac personis indulta huiusmodi conferendi, prouidendi seu instituendi obtinentibus respectiue reseruamus, data tamen in parochialibus Iuris patronatus optione ipsius patronis, vt si institutio ad ordinarios spectabit ipsis ordinarijs illam facere negligentibus, & vltra dictos duos menses differentibus, possint pro huiusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam Prohibentes etiā eisdem ordinarijs ne tempus decem dierum eisdem ordinarijs & patronis ab eodē Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum vltra alios decem dies prorogare audeant vel præsumant Districtius inhibentes ne quis præter Romanum Pontificem aut alios indulta huiusmodi obtinentes vt præfertur, quacunq; sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficijs sic reseruatis vt præfertur disponere, vel circa illa etiam per viam permutationis vel alias innouare quoquomodo præsumat. Vt autem non solum dignis sed magis idoneis repertis iuxta eiusdem Concilij decretum parochiales ecclesiæ conferantur volumus & eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilem posthabitis, magis idoneis elegerit, possint ij qui reiecti fuerint, a mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium vti nostrum & sedis huiusmodi delegatum, aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen coram ipso appellationis Iudice, & eius Examinatoribus prouocare, & constito de prioris eligentis irrationabili iudicio eoque reuocato parochialis magis idoneo per eundem Iudicem appellationis auctoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum a quo appellatum fuit spectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per iudicem Iudicem appellationis approbato conferenda remittatur, ad eum, ad quem collatio, prouisio, vel institutio spectabit: Hęc tamen appellatio interposita interim non impediat aut suspendat quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debitę demandetur executioni, & prouisus ab eadem ecclesia, causa appellationis huiusmodi pendente non amoueatur. Et si quis a sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad sedem ipsam Apostolicam appellabit. Si secus in prędmissis omnibus, & singulis actum, aut attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane, &c.

ADDI-

ADDITIO. Ea quæ concurrere debent, vt ecclesia dicatur parochialis, & vt quis dicatur Curatus, habentur per Staphil. de liter. grat. tit. de qualit. & stat. benef. nu. 27. & infra, Gomes in regul. cancel. de idiomate, quæst 11. Hoied de benef incompatib. par. 1. cap 13. & notab discutiuntur per Rot. Rom. in decis. diuers. decis. 52. vol. 2.

Circa examen per concursum, in vacatione parochialis ecclesiæ faciendum quæritur de infrascriptis, & primo. An notorietas idoneitatis de vita moribus, & scientia alicuius personę qualificatæ operetur, vt non subijciatur huic examini. Respondeo negatiue, etiam si esset famosissimus Doctor, qui cum maximo applausu per plures annos legerit ad tradita per Fusc lib. 2 de visitat. c. 5 nu 10 etiam si esset Vicarius ipsius Episcopi ex declar. Sacræ Congreg. referente Paris. lib 8. de resign. benef. quæst. 9. num. 87. neque hoc caret ratione Patet enim præd. examen requiri pro forma, cum alias stante præfata Pij V. Constit. annulletur collatio, & ideo omitti non potest ad notata per Lambert. qui alios citat. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quæst. 11. art. 3.

Secundo quæritur, An istud ius examinandi, & edicti proponendi solis episcopis competat, ita vt alij inferiores, ad quos ipsarum parochialium ecclesiarum collatio pertineret, ab hoc excludantur. Respondeo affirmatiue, & ita pluries resolutum fuisse per sacram Congregationem, eius decisiones, & responsa ad verbum recitando testatur Paris. loc. cit. limitatur in illis, qui omnimodam iurisdictionem episcopalē haberent, nec alicui subderentur sed immediate Sedi Apostolicæ subiecti essent ac nullius diœcesis censerentur, proprium, & distinctum territorium habentes cum facultate congregandi synodum quam antea etiam coegissent, & in ea examinatores elegissent, & habetur in Archiep Bononien par. 4 tit. de exam per concurs. & censuisse Sacram Congregationem affirmat. in d q 6. Paris num 98.

Tertio quæritur in quibus casibus hæc forma examinis a Concilio præscripta omitti possit. Respondeo quod præter casus in præalleg. cap. 18. in eius fine expressos, sunt etiam alij, quorum primus est in cura animarum quæ in ecclesiæ collegiata exercetur per canonicos vel hebdomadarios arg tex in cap. statutū, de elect. in 6. nam in isto casu cura dicitur esse penes collegium, & non penes singulos, aut quēcumque canonicum per se ita vt canonicus dicatur curatus. Oldrad. cons 67. tit. de præben. Puteus decis. 290. lib. 1. & censuit sacra Congreg. in vna hebdomadaria collegiatæ ecclesiæ S. Ioannis maioris de Neap. Sed obstare videntur verba Conc Trid. in princ. d. c. 18. adiecta quibus aperte significatur prædictam examinis formam non esse prætermittendam etiam si cura ecclesiæ, vel Episcopo incumbat ei per plures administretur. Hinc Domini de Rota in prox. cit. decis. 48. dixerunt, quod vbi cura beneficio inhærens ecclesiæ vel Episcopo incumbat, & ab ipso ecclesiæ superiore pluribus inuicem proprie & discrete, veluti singulis hebdomadis exercenda & administranda committitur in hoc casu verificari verba Conc. Trid. vbi vero promiscue, confuse & indeterminate cura benficij, seu ipsius ministerium per plures exercetur, & ecclesiæ vel Episcopo non incumbat, tunc locum esse d Oldradi cons. & ita esse intelligen vt non repugnet decreto Conc. Trident Secundus casus ut non requiratur nouum examen in promissionibus faciendis de beneficijs ex causa permutationis declarādo ut per Paris. in d quæst 9. nu 65. Tertius ut non oprteat seruare formam examinis per concursum in collatione canonicatus, cui unita sit Parochialis prout fertur censuisse sacram Congregationē. Quartus in resignatio. Parochialis factæ in manibus sanctissimi ad fauorem certæ personæ sed sufficere si examinetur eo examinis genere, quod uocatur in forma dignum, iuxta quam opinionem plu-

ries in facto contingenti respondisse sacram Congregationem refert Paris. lib. 10. de resignat benef. quæst. 7. & illa verba in Concilo posita ibi. s. (per resignationem etiam in curia) intellige de resignatione simpliciter facta, & non de ea quæ sit in fauorem, quod & ipse ex pluribus similibus comprobat.

Quarto quæritur. Quando incipiat currere tempus, quatuor mensium Episcopis datum ex prad. Pij V. Constitutione. Respondeo quod non incipit currere nisi a die hab itæ notitiæ vacationis ita in terminis huius Bullæ vnanimiter conclusum fuit per Dominos de Rota in decis diuers. decis 481. vol. 1

Denique quæritur in quib casib. poterit Episc. terminum decem dierum in edicto prafixum ad alios decem dies prorogare. Respondeo quod hoc non aliter ei licebit, nisi qui descripti sunt, legitimo impedimento detenti fuerint, quo minus præstituto tempore ad concursum accesserint, siue etiam si in tempore quidem se obtulerint sed legitima aliqua causa ne ad concursum accederent, impediti fuerint. At si nullus intra priorem terminum se obtulerit, vel ex accedentibus nullus idoneus repertus fuerit, tunc edictum erit proponendum, cuius termino elapso si nemo se exhibeat, aut ex oblatis nullus idoneus inueniatur, tunc omisso edicto atque concursu præcedente tamen examine alteri beneficium poterit conferri. Non etiam aliud edictum erit necessarium proponere, aut propositū prorogare, si infra terminum vnus tantum se exhibuerit, nam de eo solo periculum erit faciendum, prout hæc, & alia habentur in d. Archiep Bononien.

Et quoniam Conc. Trid & prafata Pij V. Constitutio præcipere videntur tale examen, vt postea possit de digniori & magis idoneo aduocantis beneficij regimen electio fieri, ad sciendum quæ scientia in aliquo requiratur, vt dicatur dignus, & præfici possit ecclesiasticis beneficijs, vide Ioan. de Sylua in tract de benef. par. 3. q. 5 & Gonzalez ad 8 Reg cancel gl 4 anu. 60.

Item an magis idoneus doctrina præferendus sit illi, qui sufficientes literas habens esset tamen magis idoneus moribus & prudentia adde D. Tho. 2. 2. q 63. art. 2 & Rodriquez in noua Iu. cas conse par. 1. c. 160 nu. 2. & An patroni salua conscientia præsentabunt dignum, & idoneum, cum præsentare poterint digniorem & idoneiorem, ac teneat huiusmodi præsentatio late Lambert de iure patron. lib. 2 parte 1. quæst. 10 art. 3. Item in quibus casibus liceat conferre beneficia ecclesiastica minus digno, digniore postposito post Sot lib. 3 de iust & iur. abunde tradit Naua in Miscellan. 38. de orat. & Rodriq. in præalleg. cap. 106.

Item An & quomodo iuxta terminos Conc Trid d. cap. 18. minus dignus in beneficio competitor, cum digniore concurrendo possit se excusare a peccato idem Nauar. optime in Miscellan 40. & An eligens dignum prætermisso digniori teneatur ad restitutionem ac damni satisfactionem, & cui post Caiet. in sum in verbo Acceptio personarum, & Sot lib 4 de iust. & iur. q. 6 art 3. vers. Ad sextum argumentum, disputat hanc quæstionem Couar. qui alios citat in regula peccatum par. 2 §. 7. nu. 6. de reg iu. in 6. Et denique quomodo impediens ne detur beneficium ecclesiastico digniori, vel digno ad restitutionem teneatur videndi sunt. D. Thom. & ibi Caie. 2. 2 q. 62. art. 2. ad 4 Syluest. in verbo Restitutio 3 § 12. Couar loc. cit. & Nauar. in Man cap. 17 nu. 74. & in prad Miscellan 40. nu. 16. qui in vtroq; loco loquitur in materia concursus.

BENE-

BENEFICIORVM POSSESSIO.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod prouisus a Sede Apostolica non potest possessionem adipisci nisi literis expeditis, & contra tales administrationi se ingerentes extat extrauag. communis incip. Iniunctæ nobis, de elect. quæ fuit innouata per Iulium Secundum fol. 151. in Bull. & per Iulium Tertium. fol. 124. extenditur, & ampliatur per Paulum Tertium folio 360. & per Pium IV. 804. & fol. cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis *a* voluit Summus Pontifex in reg. Cano. 26. de non iudicando iuxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum. *Congruit tit. de electio.*

In Regno Neapolitano ad hoc vt prouisi faciant fructus suos vltra literas Apostolicas requiritur quod possessionem recipiant de manu Nuncij *b* ob Breue Pij V. de anno 1568. die 8. Ianua. fol. 1008. incip. Cupiētes, habentur infra. & ratio est quia beneficio vacante succedit Camera in fructib. *c* vt Nuncius Apostolicus redatur certior quando Camera desinat possidere.

De electo se ingerente administrationi ante confirmationem est tex. in c. auaritiæ, de elect. in 6 *d*

a *ADDITIO* Ratio est quia ex quo gratia a mente Papæ dependet, & ipse non vult quod gratiatus gratia vtatur nisi literis expeditis secundū Gomes. in reg. de non iudic iuxta for sup quæst 9 & talis concessio habeat quasi tacitam conditionē videlicet si per Cancellariam transierit vt per Mandos in ead. reg. q. 3. Hinc dicitur quod in beneficialibus literæ expeditæ habētur loco tituli. Staphil. in trac de lit. gra. in princ. num. 16. quæ quando dicantur suam formam recipere vt possint dici expeditæ, vide per Rebuff in prax. tit de bul. non declarat Gomes. loc. citat quæs 1. & in tractat. Breuium sub numer 2. Mascard. de probat in conclus 1169. nu 2. & quibus rationibus id statutū sit vide per Paris de resign benef. lib. 8 q. 1 nu. 13. & lib. 10. q 1. num. 12 Et disposita contra capientes beneficiorum possessionem ex sola signatura absq; literis expeditis limita primo, vt habetur per Staphil tit de rescript. in for. Breu. num. 24. & Gomes in tract. Breuium sub num 14. Secundo limita nisi possessio capiatur vigore Breuis nomine Camerę, vt fieri solet in beneficijs litigiosis cū clausula citra vitium spolij & attentatorum de quo late per Lancell. de attentat. par. 2. c. 4. num. 455 cum seq. Paris in d tract lib. 11 q 6. num. 29. quo casu ex Bulla Pij V. incip Cordi quam habes infra in verbo sequestrum fructus beneficiorū lite pendente deponi debent apud personam a iudice eligendam non obstantibus quibuscunque statutis disponentibus, quod Capitula & canonici percipiant. Et quid si post supplicationem signatam manu Sanctissimi ipsius mors intercedat priusquam peruētum sit ad Bullarum cōfectionem vide Doctores in proem Sexti vers vniuersitati. Felin. in rubr. de constit sub num 5 Gomes. loc primo citat. & in reg de infir. resign q. 18. Boer. deci. 346. Afflict. decis 253. num 4. & Paris. in d. tract. lib. 10 q. 1. num. 35. & infra Et an Episcopus pro expeditione literarum collationis beneficij possit tertiam partem fructuum illius accipere, vide Nauar. consi. 13. de simon. in antiq intrepide tenentem quod non ad quod facit tex. in c ex multis temporibus. 1 q. 3. Cōc. Trid. sess. 24. de ref. c 14. & Bulla Pij V. incip Durum nimis. quam habet infra in verbo Simonia illius decreti declaratoria reuocans omnia priuilegia & consuetudines ecclesiarum aliquid recipiendi collatione, prouisione, ac missione in possessionem beneficiorum; adeo vt pro immissione in possessionem alicuius beneficij vel

receptione in canonicum tam Episcopo, quam Capitulo sint de genere prohibitorum etiam dulciaria multa, & quid simile exigere prout Sacra Congregatio censuit.

An & quando beneficiatus cogi possit ad ostendendum titulum sui beneficii vltra gl. in c. 1. de reg iur. in 6. vide Gomes. in reg. de trien. possess. q. 43. Maran in Spe. par. 6. tit. de inquisit. nu 152. & par. 4. dist. 13. nu. 6. Couar. in c alma mater. de sen. excom in 6. par. 2. §. 2. sub nu 9 Io. Sylu. de benef par. 3. q. 25. Mascard. late & notab. de probat. cõcl. 1373 Capyc. dec. 6. & Nauar. cons. 14. de off. ord. in antiq. Et quid in successore in beneficio an & quãdo teneatur docere de titulo sui prædecessoris ad de Boer. decis. 42. nu. 3. Mascar. de probat. conclu. 1374 Paris in d. tract. lib. 10. q 4. Quid autem si Bullæ fuerint deperditæ quomodo possit earũ probatio fieri, vide Aff. decis 302. nu 3 & decis. 274 Mandos. in reg. de non iudic. iux for. sup q. 6 Mascard. conclus. 246. Paris. in d. tract lib. 8. quæst. 2. nu. 22. & infra ac per alios Doctores a prædictis citatos.

b Qui post Bullas sibi præsentatas scribit literas suo collectori siue commissario diœcesis in qua est situm beneficium impetratum a Sede Apostolica vt prouiso possessionem relaxet uel ipsum in eam immittat. Et an quis possit propria auctoritate beneficii possessionem capere, ac de corporali inductione ad ipsius apprehensionem præter Rebuff. late de hoc scribentẽ in praxi tit. de miss. in possess. doctissime loquitur Coua. lib. 3. var resol c. 16. Roffin de benef. c. 12. Paris. in d. tract li. 10 q 6. Et quid si prouisus a Papa non possit capere possessionem beneficii eo quod fuerit impeditus expedire Bullas ab aliquo pensionario ob non solutionem pensionis antiquæ super illo beneficio impositæ an ad remouendum illud impedimentum possit illam soluere uel impedienti aliquid promittere R. quod iste talis ad hoc cauere debet absque auctoritate vel licentia Sanctis. D N. alias committeret peccatum simoniæ quia quamuis liceat beneficiario pro iure spirituali iam quæsito, & possesso conseruãdo dare aliquid tẽporale molestatori de facto vt probatur in c. dilectus, el primo de simon. & per glo in c. decimas 16 q 7 in ver decimas, secus tamẽ est pro iure spirituali quærendo neque pro quæsito nondum possesso conseruando ut per Pa nor in d. c. dilectus, nu 4 & in fi prad. gl quam rationem affert Nauar. cons. 17. de simon. in antiq. & tamen verum est posse pensionarium iure petere pensiones decursas, & non solutas annorum præteritorum a nouo possessore beneficii, qui forte nihil recuperabit ab hæredibus sui prædecessoris, prout colligitur ex dictis Philip. Fran. in c præsenti. §. fi. de off. ordin. in 6. & latius ex Gigan in trac. de pension q 39. & quod ita se habeat stylus Curiæ testatur Nauar. in cons 49 nu 5. de præb in antiq.

Quamuis liceat beneficiario & c Quod licite possit quis redimendo vexationem aliquid dare ne molestetur super beneficio quod possidet, & pro conseruatione illius iuris iam quæsiti post Doctores in c. dilectus el 2 de Simon. uide Paris. in cons. 135. nu. 20. vol. 4 Burgas. in trac. de irregu. par 6. tit. de Simon nu. 58. & Rebuffum plene declarantem in praxi par. 2. tit de Simon in resignat nu. 17 & pluribus seq ac Nauar in Man c. 23 sub nu. 102. erunt cons 47. & 44 de Simon. in nouis. Toletum in Su lib. 5. c. 90. Ioann Guttier lib. 2. cano. quæst c. 23 a nu. 57.

At an quis licite & tuta conscientia possit beneficium simplex accipere animo illud postea relinquẽdi, & mutandi statum vide Naua. in Miscel 44 de orat. & quid in accipiente beneficium curatum animo non residendi in eo sed permutãdi ob aliud simplex vel renunciandi reseruata pensione vide eundem Nau. in cons 16. & cons. 24. de præb. in antiq ideoque ad hoc euitandum de stylo in Curia quando datur examen, apponitur clausula dato prius iuramento quod illud non recipiat animo renunciandi testante Paris. d. tract lib. 9. q. 10 in fin.

Inter

Inter alia requiritur vt prouisi a die adeptæ possessionis intra duos menses si qualitas beneficij hoc exposcit, debeant emittere professionem fidei iuxta decretum Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 12. §. Prouisi etiam. & Bullã Pij 4 incip Iniunctum nobis quã habes infra in verbo fidei professio sub pœna vt alioquin non faciant fructus suos nec possessio illis suffragetur vt habetur in d. Concil. quam Concilij dispositionẽ amplia & primo in eo, qui illam infra tempus a Concil præfixum nõ fecerit, vt nihilominus possit, & debeat deinde illam facere ratione a Nauar. assignata cons. 4 de Sum. Trin. & fid. cathol Secũdo amplia, vt tali non suffragetur quo ad fructus possessio triennalis tum per rationem eiusdem Nauar. cons. 1. num. 1. eod. tit. tum quia hoc volnit Cõgr. Conc. Trid. s. vt nec longissima possessio prosit ei qui non emisit professionem fidei quo ad fructus percipiendos quamdiu illam non emiserit. Limita & primo vt propter illa verba Concilij s. vt nec illi possessio suffragetur non excludatur prouisus quo ad titulum & proprietatem beneficij sicuti per plura respondet Nauar. in facti contingentia in cons. 5 de verb sign. in antiq. Secundo limita in omittente illam ex incogitantia vel ignorantia vt nec mortaliter peccet neq; in foro conscientiæ obligetur ad fructuum restitutionem. idem Nauar. consil. 1. & 3. eod. tit. admonens tacendã esse hanc negligentiam coram hominibus, secus vero in foro exteriori quia illa ignorãtia est iuris clari, quę non excusat cap ignorantia de reg. iur. in 6. & sic præsumeretur mala fide illos percepisse. arg. reg. qui contra iura cum concord in gloss. allegatis eod. tit. & lib Tertio limita intelligendo vt propter omissionem professionis fidei amittãtur tantum fructus præbendarum non autem distributiones quotidian. quos inseruiendo quis acquisierit prout eodem Sacra Congregatio censuit.

Refertur Sacram Congregationem Conc. censuisse scribendum esse ad Nuncium Hispaniarum, Ei, qui professionem fidei non emisit possessionem non suffragari quo ad faciendos fructus suos tantum, quo ad ceteros autem effectus commodo possessionis, & ceteris iuribus, si quæ habet, non priuari ac alias declarasse omissionem professionis fidei non priuare Canonicum aliis possessionis effectibus, sed ipsum, & vocem in Capitulo, & ius præcedendi habere a die adeptæ possessionis, nisi aliud obstet.

c *Quos fructus a die vacationis obuenientes vsque ad diem quo prouisus per S. Põtificem possessionẽ ceperit, hodie applicat sibi Camera Apostolica pro Ecclesiæ Romanæ necessitatibus releuandis vt colligitur ex extrauag. cũ nonnulli. sub tit. de præb. inter comm & fuit etiam prouisum per alias diuersorum SS. Pontificum constitutiones, qui in regno Neap. exiguntur a commissarijs deputatis per Nuncium; idq; limitatur Episcopatibus & beneficijs huius regni pertinentibus ad regiam nominationem, vt fructus decurrentes durãte tempore vacationis reseruentur futuro successori, in quo videtur obseruari ius commune, prout statuitur in c quia sæpe, de elec. in 6. & in c. præsenti de offi. ord. eod lib. & habetur per Nauar in tract de spol §. 12 n. 3. & per Boe. decis. 340. Quid vero dicendum sit de fructibus beneficiati demortui infra annum ad quem debeant spectare pro rata temporis decursi vsque ad illius obitũ preter doct. ind c præsenti vide Couar. lib. 1. var. resol c. 15 num 12. & late per Rodoan in tract de spol. q 5 faciunt dicta per Vinc. de Franc. decis 168 & eo magis stãte cõcordia facta cum Sede Apostolica super spoliis ad quod etiam vide Bullã. 9. Iul. 3 incip Cum sicut nobis. fol. 504. in Bullario & vide infra in verbo Spolia clericorũ. Et an ex istis beneficij fructibus pedẽtibus, ac inexactis possit creditoribus ob debita ipsius beneficiarij satisfieri, tangit Naua in apolog de redit eccles. q. 2. mon. 26 in fi. & in cons. 4 de succes. ab intest. in antiq. Et an Camera teneatur ad soluendã debita ipsius beneficiarij, vel prælati de fructibus beneficij & spolijs remansis tẽpore obitus*

eorum

eorum habetur plene per Redoan. in supra d. tract q. 10. vide etiam Nau. cons. 14 de regul. in antiq.

d *Cuius tex. dispositionem licet pœnalem tanquam ecclesijs fauorebilem alia procedere etiam in præsentato a patronis ante institutionem lap. alleg sub num. 4 Roc. de Curt in trac. iuris patrona. in ver honorificũ q. 39 Reb. in prax. 3. par signat nu. 54. & 55. & ratio dispositioni illius text. erit, quia nemo debet a seipso assumere honorem Pau. Apost ad Hebr. c 5 c. qualiter de ele. Limita non procedere in tent ante & parante sed tantum ad illud faciendum absque executione vt per glos. Gem. & Fran. in d. text.*

Quamuis ex relatis per Lambertin. in tract. de iure patron. par. 2. lib. 2. q. 5. art. 1. apparet aliqualiter controuersum, Num dispositio tex. c. Auaritiæ, de elect. in 6 extendatur ad præsentatum ingerentem se in administratione, ipse vero declinat in partem affirmatiuam, & hanc litem nobis clare diffiniuit Rota Rom. teste Crescentio in decis. 6. sub tit. de iure patron. quo loci a nu. 12. & infra plura notatu digna ad intellectum, & ampliationem præd. text. traduntur. vide Mandosi de signat. gratiæ tit. priuationes fol. 37.

SEQVVNTVR CONSTITVTIONES IVLII III. ET Pij IIII. & Pij V. Supra allegatę.

Contra retinentes beneficia ecclesiastica absque literis Apostolicis super eisdem retentionibus. Nec non contra quoscunque apprehendentes possessione beneficiorum ecclesiasticorum absque eisdem literis Apostolicis.

c. auctoritie de electio. in 6.

SAnctissimus in Christo Pater, & dominus noster Dominus Iulius, diuina prouidentia Papa III. Cui nuper innotuit quod licet alias fe. re. Gregorius Decimus in Generali Concilio Lugdunensi, sua Generali Constitutione sanciuerit quod nullus ex tunc de cetero administrationem dignitatis ad quam electus esset prius quam celebrata de ipso electio confirmaretur sub œconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæsito colore in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel alium pro parte, vel in totum gerere, vel recipere aut illis se immiscere præsumeret, omnes illos, qui secus fecissent iure, si quod illis per electionem quæsitum foret, decernens eo ipso priuatos, & præme. Bonifacius VIII. etiam sua perpetua valitura constitutione sanciuerit, vt Episcopi, & alij Prælati superiores, nec non Abbates, Priores, & ceteri Monasteriorũ regimina exercentes quocunque nomine censerentur, qui apud Sedem Apostolicam promouerentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus reciperent: at commissas eis ecclesias, & Monasteria dictæ sedis literis eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem huiusmodi continentibus non confectis accedere, vel bonorum ecclesiasticorum, administrationem accipere non præsumerent, nullique eos absque dictarum literarum ostentione reciperent, aut eis parerent, vel intenderent. Quod si forsan contra præsumptum fuisset, quod per Episcopos, Prælatos, Abbates, Priores, & alios Monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum foret, irritum haberetur, nec quicquam interim ijdem Episcopi, vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes de Ecclesiarum, vel Monasteriorum eorundem prouentibus perciperent, & re. me. Paulus Tertius Roman. Pontifi. prædecessores nostri qui

buscun-

buscunque Tabellionibus publicis, sub'excõmunicationis latæ sentẽtiæ pœna inhibuerint, ne ex tunc de cetero de transumptis supplicationum præterquam habentium clausulam quod earum sola signatura sufficeret, ac decreto, & concessione literarum, seu mandatorum possessionem beneficiorum ecclesiasticorum vigore supplicationum huiusmodi apprehendi, rogari deberent, neve illa scribere, vel subscribere, aut quouis modo auctẽticare, vel partibus tradere præsumerent, volens, & Apostolica auctoritate statuens inter cetera quod partes transumptis, seu literis, aut mandatis huiusmodi, ex tunc deinceps vtentes, ac illorum prætextu possessionem huiusmodi apprehendẽtes fructus quos ex illis pro tempore perciperent suos non facerent. Quinimmo ad beneficia in eisdem transumptis, & literis, ac mandatis expressa efficerentur, ipso facto perpetuo inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum in vtroque foro tenerentur. Decernentes sic iudicari debere, ac irritum &c. & successiue Sanctitas sua, attendens quod ante confessionem literarum gratia Apostolica est informis, inter alia voluerit, statuerit, & ordinauerit, quod Iudices in Rom. Curia, vel extra pro tempore existentes, etiam si essẽt S. R. E. Cardinales, vel causarum Palatij Apostolici auditores, aut quicunque alii nõ iuxta supplicationem super impetratione signatarum tenores, & formas iudicare deberent, etiam decreto irritanti adiecto. Nihilominus diuersi Episcopi, & alij Prælati superiores, & Abbates, literis super dispẽsatione retinendi beneficia per eos antequam promouerentur, aut eorum electiones confirmarentur obtenta per prædictam Sedem pro tempore concessis minime confectis beneficia per eos obtenta prædicta retinere, & diuersæ aliæ personæ ecclesiasticæ possessionum beneficiorum ecclesiasticorũ eis dicta auctoritate conferri, seu commendari, vel in eorum fauorem vniri, aut alias disponi confessionẽ literis Apostolicis desuper non expeditis apprehendere præsumunt, inhabilitatem, & alias pœnas in sanctionibus, & inhibitione, ac voluntate, & statuto prædict. contentas damnabiliter incurrendo in animarum suarum periculum; Volens periculis in animarum huiusmodi latius occurere; Sanctiones, & inhibitionem, ac voluntatem, & statutum huiusmodi, quorum tenores Sanctitas sua, ac si de verbo ad verbum inferentur, haberi voluit pro expressis, approbãs, & innouans, ac perpetuo obseruari debere decernẽs, & Sanctiones ipsas ad inferiora beneficia Ecclesiastica quæcunque quomodocunque qualificata amplians & extendens, hac sua in perpetuo valitura constitutione statuit, & ordinauit quod omnes, & singulæ personæ ecclesiasticæ, tam seculares, quam quorumuis ordinũ regulares, cuiusuis status, gradus, ordinis, uel conditionis existant etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut Patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeant quod de cetero literis super dispensationem retinẽdi beneficia per eos antequam promoueantur, aut eorum electiones cõfirmentur, obtenta eis per Sedem eandẽ pro tempore concessis minime confectis beneficia ipsa retineri, aut possessionem alicuius, seu aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, uel sine cura secularium, vel quorumuis ordinum regularium quęcunque, & qualitercunque qualificatorum eis dicta auctoritate apostolica conferri, seu commendari, aut in eorum fauorem, & accommodum vniri, seu alias disponi concessionem literis Apostolicis super collatione, seu commenda, aut vnione, seu alia dispositione huiusmodi nõ expeditis per te, vel per alium, seu alios eius nomine etiam supplicationum seu sumptorum vel trãsumptorum huiusmodi, aut collationum eis postmodum de ipsis beneficiis tanquam etiam tunc certo modo in supplicatione expresse vocantibus ordinaria, uel alia quauis autoritate factorum prætextu apprehendere.

hendere presumpserint,aut per alios apprehensam ratã,& gratam habuerint ipsorum beneficiorum non possessores, sed meri, & nudi detentores,ac violenti sine aliquo titulo in eis intrusi censeantur, & pro talibus habentur, & reputentur nec fructus suos faciant,sed ad illorum restitutionem,vt præfertur, teneantur,& obligati existant,constitutiones seu dictæ Cancellariæ regulæ de annali,& triennali possessore in illis locum non habeant nec eisdem detentoribus,& intrusis in aliquo suffragentur,quinimo beneficia per eos tempore promotionis suæ aut eorum electionis, confirmationis obtenta literis super dispensatione ea retinendi, sibi concessa non expeditis retinentes,aut possessionem beneficiorum literis Apostolicis super illis non confectis apprehendentes,seu per alios apprehensam, ratam,& gratam habentes beneficio sic retenta,aut apprehensa,& omne ius,quod in illis,vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipso amittant, illisque & illo priuati,ac ad illa de cetero obtinenda perpetuo inhabiles, nec illa vlterius,& prætextu noui tituli,aut nouæ Cõmendæ, vel vnionis,seu alterius dispositionis,etiam apostolica auctoritate facta assequi valeant, sed beneficia ipsa tanquam de iure,& facto vacantia alijs conferri, seu commendari, & per quosuis, tam ab eorum ordinarijs collatoribus,quam a sede prædicta libere impetrari possint,& si beneficia ipsa litigiosa fuerint collitigantis in omni iure,& ad omne ius quod beneficia retinentibus, aut possessionem apprehendentibus huiusmodi in eisdem beneficijs, vel ad illa quomodolibet competebant aut competere poterat eo ipso absque iuris,aut hominis ministerio surrogentur,& surrogati esse cẽsean tur, ac in eorum fauorem causa desuper pendens aduocata, & lis extincta fuisse & similiter esse censeatur. Quodque de cetero supplicationes etiam manu nostra & motu proprio signatæ, nisi habuerint clausulam,quod eorum sola signatura sufficiat nullum aliam quam per literarum super illis conficiens fidem, aut probationem faciant,seu præstent,nec nulla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, & adhiberi possit. Decernens sic,& non aliter, tam in eadem curia quam extra eã & in partibus per quoscunque iudices,ac Commissarios quauis etiam Apostolica autoritate prædicta fungentes etiam causarum palatij huiusmodi Auditores, & ipsius R.E.Card.in quauis causa,& instãtia sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi autoritate,& facultate iudicari, & diffiniri debere,ac irritum.& c.

Placet publicetur,& describatur I.

Breue Pii V. applicationis fructuum omnium beneficiorum reseruatorum in Regno Neapolis pro tempore uacantium a Die vacationis vsque ad diem quo prouisi possessionem ceperint de manu nuncii.

CVpientes malitiis nonnullorum, qui fructus Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum dispositioni Apostolicæ reseruatorum vsurpare non verentur,occurrere,& Cameræ nostræ Apostolicæ indemnitati,quantum cum Deo possumus,consulere,Motu proprio,& ex certa scientia, ac materia deliberatione nostris; deq. Apostolicæ potestatis plenitudine omnes,& singulos fructus reditus,& prouentus,ac iura,obuentiones,& emolumẽta quæcumque quomodolibet, & qualitercumque nuncupata omnium,& singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cũ cura,& sine cura sæcularium,& quorumuis Ordinum regularium,& Monasteriorum etiam Consistorialium nobis,& Sedi Apostolicæ, tam per Constitutiones Apolicas,quam Cancellariæ Apostolicæ regulas editas,& edendas,seu alias quomodolibet,

bet, & ex quauis causa generaliter, vel specialiter reseruatorũ, seu affectorum in Regno Neapolis, & quibusuis illius Prouinciis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & locis consistentium per obitum, & alias quouis modo, præterquam per cessum illa obtinentium pro tempore vacantium, a die ipsorum beneficiorum, & Monasteriorum vacationis pro rata temporis, vsque ad diem, quo prouisi per nos de eisdem beneficiis, & Monasteriis vigore literarum nostrarum sub plumbo illorum possessionem de manu dilecti filii Magistri Pauli Odescalchi Notarii & in dicto Regno Nuncii, & collectoris nostri, quem per alias nostras literas Commissarium ad capiendum possessionem beneficiorum, & Monasteriorum huiusmodi deputauimus, habuerint, & acceperint, & aliter capta possessio nullius sit roboris, vel momenti, ac prouisis ipsis nullum ius per eam acquiri, neque eis vllatenus suffragari possit, eidem Cameræ Apostolicæ auctoritate Apostolica tenore præsentium applicamus, incorporamus, & appropriamus illaque applicata incorporata, & appropriata esse, & fore, & ad illam spectare, & pertinere nullumque præter nos, & dictam Cameram, aut ipsum Paulum Nuncium, & Collectorem, aut ab ipso deputatos subcollectores, ea percipere exigere, aut alias se in illis intromittere posse, aut debere statuimus, & ordinamus: & nihilominus ne aliquod impedimentum huic nostræ ordinationi occurrat, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus Ecclesiæ quo ad Archiepiscopos, & Episcopos, quo ad vero alios inferiores, etiam sub excommunicationis: & aliis arbitrii nostri, & quo ad omnes, sub priuationis facultatis conferẽdis beneficia in eorũ mensibus pro tempore vacantia pœnis, districte præcipimus, & inhibemus, ne beneficia dispositioni Apostolicæ reseruata, seu affecta prædicta quouis prætextu, causa, aut quæsito colore cuiquam conferre, seu de illis prouidere quoquo modo audeant, vel præsumant: sicque in præmissis omnibus &c. Non obstantibus &c.

DE ELECTIONIBVS AD REGIMINA MONASTERIORVM Præpositurarum, & aliarum dignitatum Conuentualium.

SAnctissimus in Christo Pater, & dominus noster dominus Pius diuina prouidentia Papa Quartus. Ad cuius peruenit notitiam, quod licet alias omnia monasteria virorum, valorem ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, nec non prioratus, præposituras, ac alias dignitates Conuentuales, & præceptorias generales, ordinum quorumcunque dispositioni tuæ generaliter reseruauerit, ac propterea illorum prouisiones, & ad ea quæ speciali priuilegio eligendi sibi per Sedem Apostolicam concesso suffulta sunt, Canonice factarum electionum confirmationes, ad sanctitatem suam, & dictam sedem pertinere noscantur: nihilominus plerique Religiosi cæca nimis ambitione agitati, partim electiones de suis personis ad monasteria, prioratus, & alias dignitates conuentuales huiusmodi, vel priuilegium eligendi prædictum habeant, vel illo careant, nullo iuris ordine seruato, nullaque boni, vel æqui ratione habita temere fieri, factasque per ordinum superiores, aut locorum ordinarios de facto confirmari, partim vero nedum priusquam electiones de se ad monasteria, & alias conuẽtuales dignitates eligendi priuilegio suffulta factæ, rite confirmentur: sed ne electi quidem canonice, se in regimine, & administratione tam in spiritualibus, quam temporalibus monasteriorum, aliarumque dignitarum vacantium eorundem, ac illorum bonorum immiscere non verentur, in animarum periculum, auctori-

ctoritatis Apostolicæ contemptum, & plurimorum scandalum: Volens tãtis qui paulatim in religiosos irrepserunt abusibus, & autibus nimis licentiosis aliquando, sicut par est, occurrere, suamque sedi præfatæ prærogatiuam asserere, omnes, & singulas electiones quarumuis personarum ad regimina monasteriorũ, prioratuum, præposituratum, & aliarum dignitatum conuentualium, ipsarumque electionum confirmationes per quoscunque cuiusuis status, gradus, ordinis, & conditionis existant, & quauis etiam archiepiscopali, patriarchali, aut maiori præfulgeant dignitate hactenus sic præsumptas, nullas, & inualidas, ac pro nullis, inualidis, & prorsus infectis habendas esse, personasque sicut præfertur electas, & confirmatas, monasteria, aliasque dignitates huiusmodi sine legitimo titulo possedisse, & possidere, Nec non illorum fructus, redditus, & prouentus indebite percepisse, & percipere. Ac personas ipsas ad absolutionem, & habilitationem super his, nec nõ confirmationem electionum de se factarũ a sanctitate sua seu Romano Pontifice pro tempore existente, aut sede prædicta infra sex menses a data præsentium computandos impetrandum, ac literas Apostolicas super huiusmodi confirmatione in totum expediendum omnino teneri declarauit. Et nihilominus hac sua perpetuo ualitura Constitutione statuit, & ordinauit, quod nullus de cetero se in regimine, & administratione monasterii, vel alterius dignitatis cõuentualis, ad quod seu quam illum eligi contigerit in spiritualibus, vel temporalibus antequam rite celebrata electio a Sanctitate sua, aut Romano Pontifice pro tempore existente, & sede prædicta confirmata, & literæ Apostolicę desuper expeditæ fuerint, per se, vel aliũ in toto, vel in parte quouis quæsito colore immiscere, aut ad illud, vel istã te recipi facere, vel alias se pro eius plato gerere pſumã t.

Decernens omnes, & singulos qui secus fecerint, iure si quod illis ad monasteria, vel eorum regimina, & administrationes, ac alias conuentuales dignitates per electionem huiusmodi quæsitum fuerit, eo ipso priuatos, & deinceps sibi ineligibiles esse, ipsaque monasteria, & alias dignitates ab eadem sede impetrari posse; qui vero similes electiones confirmare præsumpserit, etiam eo ipso superiores ordinum videlicet suis dignitatibus priuatos; ordinarijs autem locorum etiã si Archiepiscopali, & maiori præcellant dignitate, ingressum ecclesiæ interdictum, eosque ab ecclesiarum suarum regimine, & administratione suspensos existere.

Placet publicetur, & describatur I.

Lecta, & publicata fuit præscripta regula Romæ, in Cancellaria Apostolice, Anno incarnationis Dominicę millesimo, quingentesimo sexagesimo quarto Die vero Martis vltima mensis octobris, Pontificatus præfati. S. D. N. Papæ Anno Quinto.

Ann. Homellius Custos.

BENEFICIORVM RESIGNATIONES.

Cõgruit tit. de renuncia.

PRÆTER Summistas sciendũ est beneficium potuisse olim resignari simpliciter in manib. collatoris c. admonet. de renun. gl. in clem. vnica in ver. manibus, eo. tit. & in c. de regularibus, in ver dimittant, de simo. Mando. in praxi signa. gratiæ in ver. relignatio. non tamen ad fauorem, quia esset simonia. gl. & Abb. in c ex parte, nu. 4. de off. deleg. & in c. cum vniuersorum, num. 5. de rer permu. nisi fieret in manibus Papæ secundũ stylum curię a multis seruatum

tum, a quo tamen cœpit recedere Gre. xiij. qui permisit, vt vna cum renunciatione vnius præsentetur petitio alterius, cui renuncians vellet conferri Nauar. in man. conf. c. 23. sub nu. 107.

Sed postea Pius V. suspendit facultates, & auctoritates conferendi beneficia per resignationem, seu permutationem vacantia in manibus quorumcunque ordinatorum vt patet ex eius constitutione publicata Romæ die Augusti 1657. Incip. Officium creditæ fol. 992. in Bullario.

Deinde Pius V. relaxauit supradictam prohibitionem de non admittendis resignationibus per ordinarios cum modificationibus vt ex altera eius constitutione publicata Romæ die 10. Aprilis 1568. fol. 1014. Incip. Quanta ecclesiæ Dei incommoda præallegatæ duæ Constitutiones Pii V. sunt sequentis tenoris.

Bulla Eiusdem S. D. N. PII. Papæ V. Relaxationis prohibitionis de non admittendis Resignationibus per Ordinarios, cum modificationibus.

OFFICIVM creditæ nobis administrationis exposcit, vt non solum corrigamus ea, quę perperam attentãtur, verũ etiam ne in futurum illa contra ecclesiasticam puritatem attentari possint, debita animaduersione prouideamus Sane cum, sicut accepimus, in resignationibus, & permutationibus quæ tam apud Sedem Apostolicam, quam in partibus in Ordinariorum manibus fiunt, quamplurimi abusus irrepserint, Nos volentes huiusmodi abusus ab Ecclesia Dei tollere, & futuris resignationum, & permutationum admissionibus eam normam præscribere, qua sanctuarium Dei hominum pactionibus tradi non possit, ac vt omnis simoniæ labes, & fraudis suspicio, in beneficiorum ecclesiasticorum prouisionibus absit, decernimus supplicationes beneficiorum quorumcunque resignationum, seu permutationem continentes, donec per nos illarum admittendarum modus præscriptus fuerit, vlterius non per modernos, & pro tempore existentes Cardinales, & alios signaturę nostrę gratiæ præfectos, vt antea, sed per nos tantum, manu nostra signari debere. Et ne, dum præmissis occurrere intendimus, & a signaturæ nostræ præfectis ab illis abstinendum censuimus, locorum Ordinarii, ceterique beneficiorum ecclesiasticorum inferiores Collatores præfati, vt antea a plerisque eorum factum esse audiuimus, ita se fiducialiter cum iis, qui in eorum manibus beneficia ecclesiastica resignant, vt non nisi illis, quos ipsi nominauerint, aut pro quibus interceserint ea conferant, & de eis prouideant, vel disponant, ac quos ecclesiæ plus posse cognoscunt, negligant, & cõtemnant, Apostolica auctoritate, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra Cõstitutione omnibus, & singulis dilectis filiis nostris, & Sedis Apostolicæ Legatis, Nunciis, ac venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac quorumuis Cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum Capitulis, Abbatibus, ceterisque aliis quorumuis beneficiorum ecclesiasticorum quomodocunque qualificatorum inferioribus Collatoribus, ad quos de iure, vel consuetudine eorundem beneficiorum resignationes, seu permutationes admittendi facultas spectat, & pertinet, quacunque dignitatis prærogatiua etiam Cardinalatus honore fulgentibus prohibemus, ne posthac, donec debitus modus, vt præmittitur, statuatur, ac decernatur, quorũuis beneficiorum ecclesiasticorum, tam sæcularium quã quorumuis ordinum regularium, qualitercunque qualificatorum, etiam si iuris patronatus, & ad quorumuis præsentationem, nominationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem pertineant, resignationes, seu permutationes recipiant

piant, vel admittant, neque beneficia eadem tamquam per resignationem vacantia, quibusuis personis conferant, vel de eis prouideant, aut quomodolibet disponant. Non enim beneficiorum præfatorum collationes, aut quasuis alias dispositiones per eosdem factas, nullas, irritas, & inanes, nullumque ius, aut titulum etiam coloratum, tam in petitorio, quam possessorio prouisis tribuere, ac ipsos sic prouisos ad eadem beneficia ecclesiastica obtinenda perpetuo inhabiles fore, & esse: Ac omnes, & singulos Collatores præfatos, in collatione, prouisione, & dispensatione beneficiorum, in eorum manibus sic resignatorum, quouis prætextu etiam deuolutionis vacãtium, se intromittere nullatenus posse, beneficiaque præfata tanquam vere vacantia, per nos, & Sedem apostolicam, & quouis eorundem Collatorum in quorum manibus, contra huiusmodi nostram prohibitionem, resignationes, seu permutationes factę fuerint, Superiores, nullo alio deuolutionis ordine seruato, sed quod locus sit præuentioni, conferri, & de iis prouideri, ac disponi libere, & licite posse: Et sic per quoscunque Iudices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane si secus super iis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, statuimus atque decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegiis quoq; , indultis, & literis Apostolicis, quibusuis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, & sæpius innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua mentio habenda esset, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscũque. Ceterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus opus fuerit, deferri, Volumus ętac decernimus, quod præsentiũ transumptis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ; quodque literæ ipsæ in Cancellaria Apostolica publicentur, ac omnes ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, statuti, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Milesimo quingentesimo sexagesimo septimo, sexto Idus Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

B. Cyrillus.

H. Cumyn.

Regiſtrata in Secretaria Apoſtolica.

Lectæ, & publicatæ fuerunt retroscriptæ literæ Romæ in Cancellaria apostolica, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septimo, Die vero Lunæ xviij. Mensis Augusti. Pontificatus Sanctiſſ. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. anno secundo.

Bulla

Bulla S. D. N. Pij Papæ V. Relaxationis prohibitionis de non admittendis Resignationibus per Ordinarios, cum modificationibus.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVANTA Ecclesia Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, tam late perspiciant, & cum mœrore expendant Præsules omnes, & pastores, quando hæc pernicies ceterarum omnium maxima, tam multas orbis Ecclesias impie violarit. Quia vero hoc malum cum in ceteris frequens, tum maxime in beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod pridem de reprimendis quotidianis fraudib. quæ hac in re frequentiores internoscũtur, certam aliquam rationem tandem inituri, officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione paulo seuerius interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones quæ fierent, in irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus nullum per eas in illis ius, neque titulum, vel coloratum tam in petitorio, quam in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore; Collatores vero alias in illorum dispositione etiam tanquam deuolutionis iure sese interponere non posse, sed de eis vt vere vacantibus, siue per Rom. Pont. siue alios collatorum eorundem superiores, vti præuentum esset, libere prouideri. Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino per sequi, ac simul quantum in nobis est cauere, ne resignationes ipsæ deinc pro cuiusque arbitrio, nullisque vel certe leuibus cautis passim, & temere admittantur, Prohibitionem, & alia prædicta ac cetera omnia nostris super his literis contenta eatenus relaxamus, vt posthac Episcopi, & alij facultatem habentes eorum duntaxat resignationes recipere, & admittere possint, q aut senio cõfecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, censuris que ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent ecclesiæ, vel beneficio inseruire, seu qui vnum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, Religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur, denique cũ quis ex alijs casibus acciderit, qui constitutione felicis recordationis Innocentij Papæ iij. de dimittendis cathedralibus ecclesijs, edita continentur, Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt vel non audent in loco beneficij residere securi. Sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commode sustentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præsentatores, & patroni tam ecclesiastici, quam laici quicunque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs, & officijs successores, ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Ceterum præcipimus, atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs, resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in

extraneos collationum audeant prouidere, quod si secus, ac etiam quicquid præter vel contra formam prædictorum fuerit a quocunque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui vero contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniãtur, a beneficiorum, & officiorum collatione, nec nõ electione, præsentatione, confirmatione, & institutione prout cuique competierit, tãdiu suspensi remaneant, donec remissionem a Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia seu officia receperint, eos pdictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quo ad personas, quo vero ad capitula, & conuẽtus a diuinis suspensionis sentẽtias ipso facto promulgamus: quibus etiam nullus aliud quã ipse Romanus Pontifex siue absolutionis, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitiones, & literis nostris prædictis nihilominus in ceteris omnibus perpetuo valituris. Nõ obstantibus quibuscũque priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus quibuscunq; Episcopis, & aliis superioribus, ac inferioribus ecclesiarum prælatis, nec non Ecclesiis, Monasteriis, & Capitulis, Conuentibus, Collegiis, & vniuersitatibus, eorumque, & aliis personis etiam Regia, & Imperiali maiestate prædictis sub quacunque verborum forma, & cõceptione concessis, per quæ effectus præsentium impediri posset, quomodocunque vel differri, et de eis ipsorumque totis tenoribus ad verbum, ac de propriis nominibus eorum, nec non Ecclesiis, Monasteriis, locis, ordinibus, & dignitatibus de quibus nec nõ causis propter quas illa cõcessa sunt, specialẽ & expressam præsentibus fieri oporteret mentionem. Ceterum iubemus easdem præsentes ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, & in acie Campi Floræ publicari, & earum exẽpla affigi, volumusque eas sic publicatas omnes & singulos perinde afficere, & obligare, ac, si illis ipsis fuissent singulariter intimatæ: exemplis quoque prædictis etiam impressis, manuque Notarii publici, & sigillo prælati ecclesiastici vel eius curiæ obsignatis, eandem prorsus fidẽ adhiberi, quæ ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ relaxationis, præcepti, interdicti, decreti, promulgationis, iussionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Kl. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Indictione vndecima, die vero decima mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pii diuina prouidentia Papæ Quinti, anno Tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ, affixæ, & publicatæ fuerũt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ dimissis, ibidem eorundem exẽplis affixis per nos Iulium Parinum, & Ioan. Andream Panizzam prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Bartholomæus Sottocasa Magister Cursorum.

ROMÆ, Apud Hæredes Antonij Bladj Impressores Camerales.

Post

Post hac Episcopi, & alij facultatem habentes eorum duntaxat resignationes recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, censurisq; ecclesiasticis irretiti, aut ne queunt, aut non debent ecclesiæ vel beneficio inseruire, qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri. Religionem quoque ingressuri vel matrimonium contracturi si statim postea id re ipsa exequantur. denique cum quis ex alijs casibus acciderit qui constitutione fel. recor. Innocentij Papæ iij. de dimittendis cathedralibus ecclesijs edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi, Sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commode sustentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere quę canonicis sanctionibus & Apostolicis constitutionibus, permittūtur. Caueant autem episcopi, & alij prædicti, Itemq; omnes electores, præsentatores, & patroni tam ecclesiastici quam laici, quicunq; sint, ne verbo quidem aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficus & officijs successores ab ipsius resignantibus, aut alijs eorum significatione vel hortatu designatur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunq; intercedat.

Ceterum præcipimus atq; interdicimus ne ipsi episcopi, aut alij collatores de beneficijs & officijs resignandis prædictis, aut suis aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, audeant prouidere: quod si secus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit a quocunque timore attentatum, id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere.

Qui vero contrafecerint vt in eo quo deliquerint puniantur a beneficiorum, & off. collatione, nec non electione præsentatione, confirmatione, & institutione prout cuique competierit tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem a Ro. Pont. meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu offic receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare vel instituere ausi fuerint, excomm quo ad personas, quo uero ad Capitula, & conuentus a diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus nullus alius quam ipse Rom. Ponti. siue absolutionis, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeant impartire, prohibitione, & literis nostris prædictis nihilominus in ceteris omnibus perpetuo valituris. Non obstantib &c.

Hæc Constitutio latissime declaratur per Parisium in tract. de resigna. benef. par. 1 lib. 5. q. 6.

Decreto Conc. Trid. sess. 21. c. 2. de reform. prouisum est, quod ordinatus ad titulum beneficij, illud resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, neq; ea resignatio admittatur, nisi constito, quod alunde viuere commode possit, & aliter facta resignatio nulla sit.

AD maiorem dilucidationem Bullæ Pij V relatæ in fol. 104 sciendum est extare declarationem, quam ex authentico habuimus, videlicet. Nos Hieronymus tit. Sancti Pancratij S R E. presbyter Cardin Matthæius Fidem facimus, & attestamur in libris Sacræ Congregationis Concilij, qui apud nos asseruantur, adnotatum esse, quod fel rec Greg. XIII. declarauit beneficia iuris patronatus non comprehen-

di in §. ceterum, contento in Constitutione sanctæ mem. Pij V. relaxante prohibitionem de non admittendis resignationib. quo §. prohibetur Episcopi beneficia in eorum manibus resignata eorum, aut resignantium affinibus, consanguineis, vel familiaribus conferre.

Hieron Card. Matthæius. *Locus sigilli.*

Quæ fides facta fuit ad requisitionem Reuerendissimi Archiepiscopi Salernitani.

ADDITIO. Recolligendo huiusmodi causas, ex quibus Ordinarij possunt beneficiorum resignationes admittere. Prima est quando beneficiatus volens resignare est senex, & quisnam dicatur senex, comm. opinio est hoc remitti iudicis arbitrio considerata qualitate personarum propter complexionum diuersitatem, vt per Menoch de arb. iud casu 59. Paris loco superius allegato nu. 7.

Secunda causa est infirmitas volentis resignare beneficium quis autem dicatur valetudinarius comm. Doctorum sententia est hoc etiam iudicis arbitrio relinqui. Menoch de arbitr. iud. cas. 60. esset talis in terminis nostris, qui ab aliquo malo corporis effectu adeo frequenter vexatur, quod non possit muneri sibi iniuncto satisfacere. Paris. ibidem nu. 12.

Tertia causa est quãdo beneficiatus est corpore impeditus & impedimẽtum esset tale vt non possit præstare id ad quod tenetur vel alias ipsi Ordinario videretur esse sufficiens. Paris. vbi supra nu. 32. qui hoc superius exemplificat in octo morborum generibus videlicet in leproso, in scabioso herculeo, in paralitico, in apoplectico, in habente morbum comitialem, in lunatico, in laborante morbo gallico producente vlcera per corpus, in habente manus tremulas, vel chiragram continuam, quorum morborum generalate explicat Maiol. de irregul. lib. 2. c. 15. 16. 18. 19. & 24.

Quarta causa est quando beneficiatus est corpore vitiatus vbi Paris. nu. 26. vsq; 54 exemplificat in sex corporis deformitatibus. s. in cæco, in claudo, in habente pedem fractum cum magna deformitate, in habente manum mutilam, vel articulatas manus ad vtendum inefficaces, in habente crus penitus abscissum, aut adeo contractum vt ligneo pede sit opus, in gibboso, & tandem secundum eum in diminuto qualibet parte corporis notabili, quos defectus fusius prosequitur Maiol. de irregul. lib. 1. c. 14. 19. & quæ sit ratio huius Constitutionis in hac parte, vide per Paul. Fusc. in tract. de visitat lib. 2. cap. 28 numer. 18 accedit etiam quia aliquando hi diuinis ministerijs tractandis impotentes sunt, ideoq; recta ratione constitutum fuisse tradit Menoch de arb iud. cas. 226.

Quinta causa est si beneficiatus est crimini obnoxius, vbi Paris. nu. 58 exemplificat in casibus in quibus ob crimen commissum venerit beneficio priuandus, videlicet, in homicida, in simoniaco, in adultero, in concubinario qui post admonitionem non resipiscit, in sustinente excommunicationem per annum, in periuro, & in blasphemo, & ratio huius Constitutionis in hac parte erit, quia ad eorum priuationem etiam iura conueniunt, quæ assignare videtur Fusc. de visitat l. 22. c. 28. nu 25.

Quæstio tamen est an isti criminosi inquisitione pendente, quando in sententia ex deductis uenirent priuandi beneficijs, possint illa resignare tam coram Papa, quam coram Ordinario R. quod simpliciter possunt etiam post receptas probationes & conclusum in causa c. dudum. el 2. in fin & ibi Doct. de elect. Rebuff. in praxi in tit. de mod. amitt. benef. nisi Boer. dec. 206 num. 3. modo fiat mentio crimnis & processus incepti, nisi crimen illud renunciantem indignum non redderet. Paris. in d. tract. de resignat. benef. tom. 1. lib. 9. q. 16. nu. 23. quod amplia etiam pẽdente appellatione

pellatione a sententia priuationis. cuius ratio erit quia sententia non priuat sine executione per text. in l. qui a latronibus. §. vlt ff de testamen. quæ per appellationem suspenditur. Lap. alleg. 2. modo fiat mentio priuationis secundum veriorem, & tutiorem opinionem. Paris. in d. quæst. num. 23. Ad fauorem autem alterius non possunt in duobus casibus. Primus postquam est concluſum in causa ita vt nihil restet nisi proferenda sententia, & est comm. opinio referente Paris. in ead. q. 16. sub nu. 46. & rationem assignante, quia tunc renunciatio iudicatur dolosa, & malitiosa, & sic elideretur iudicium arg. text. in c. 2. de renunc. in 6. Secundus casus est postquam tales inquisiti sciuerint impetrationem factam a tertio decorum beneficijs in euētum priuationis. Boer. decis. 205. nu. 8. Lancellot. de attentat. c. 5. nu. 10. censeretur enim facta in fraudem, & præiudicium impetrantis cui est ius quæsitum ad illa beneficia de quorum vacatione speratur. c. si postquam, de præb. in 6. c. fin. de cōcess. præb eod. lib. huiusq; impetrationis in hoc casu communem, quotidianam praxim insinuat. Paris. in d. q. 16. num. 37.

Huius occasione quæro An ob delictum occultum ob quod quis esset beneficio priuandus possit ipse criminosus beneficium tuta conscientia retinere, an vero illud resignare teneatur. R. quod non tenetur resignare, cum nemo teneatur pœnam exequi contra se ipsum, & pœna etiam ipso iure statuta in foro conscientiæ locum non habeat gloss. cōmuniter recepta in c. fraternitatis. 12. q. 2. Couar. notab. in 4 lib. decret. part. 3. §. 8. nu. 10. cum suis extensionib. Nau. in man. conf. cap. 23. num. 66. & seq. limita nisi initium esset vitiosum, quale esset ingressus simoniacus, intrusio in beneficio cap. eum qui, de præben in 6. & ibi Gemin. & similia secundo limita nisi a iure addatur. vt etiam in foro conscientiæ non possit illud retinere pro hoc habeo tex. Concil. Trid. loquentem de fructibus beneficij pro rata temporis absentiæ non retinendis tuta conscientia alia etiam declaratione non secuta. sess. 23. de refor c. 1. vers si quis autem. Tertio limita si ab ipso iure declaretur inhabilis ad illud obtinendum vt in eod. Conc. Trid. sess. 25 de ref cap. 14 ceterisque constitutionibus hac verborum formalo quentibus.

Rursus quæro. Quomodo sit intelligenda priuatio beneficij propter crimen ipso iure a canone facta. R. vt non aliter sortiatur effectum nisi prius per sententiam a iudice declaretur ipsum reum illius criminis esse culpabilem per text in capit. cum secundum leges, de hæret in 6. & per regulam generalem, quam in hoc facit Ioan. Andreas in cap. 1. nu. 10. de homic. in 6. Gomes. in reg. de ann. possessore quæstion. 52. & dictum fuit satis notabiliter supra in verbo Alienatio sub num. 49. amplia etiam si crimen esset notorium & eius author. prout indistincte tenent Couar. dicēs quod ita praxis recepisse videtur in repet. capit. alma mater. de sent. excom in 6 par. 1. §. 2. nume. 9 in fin. intelligendo ante declarationem posse conferri beneficium tanquam ipso iure vacans, licet non possit possessio auferri ab ipso possidente donec lata sit sententia declaratoria secundum Rip. in cap. sæpe. de restit spoliat. colu. pen faciunt dicta per Nauar. conf. 12. de hæret. in antiq. limita vt hoc non procedat cum contrariū constet de mente legislatoris, & quando priuatio beneficij non imponitur proprie vt pena sed vt quædam conditio vel modus rei traditæ vt in terminis c licet canon, de elect in 6 Nau. in man conf c 25. num 118.

Quid si in sententia condemnatoria super crimine lata nil fuerit dictum de priuatione beneficij. R. quod nisi hoc in ea exprimatur ipse criminosus non est priuatus beneficio Rebuff in prax. de modo amitt. benef. nu. 64. & ex com opinio testante Paris. in suprad q 16 num. 30. limita nisi tale esset crimen, per quod ipso iure & ipso facto, id est simulat q; commissū est crimen beneficij priuatio irrogetur. Abb. in c.

inter dilectos. de excess prælat. prope fin. & quoties canon vtitur verbis executionē denotantibus, de quibus late Felin. in capit. Rodulphus, de rescrip. tunc enim sufficit pronunciari reum illud crimen incurrisse vt locus sit pœnæ priuationis beneficij quæ & si non exprimatur in sententia, intelligitur posita auctoritate iuris per tex. in l. 1. ff. ad Turpil. & colligitur ex dictis Gem. in c. 1. § sacri, de homicid. in 6. Diaz in pract. crim. 123. in verbo Beneficijs priuari.

An autem clericus criminosus beneficio priuatus teneatur ad restitutionē fructuum a die perpetrati criminis vide Felin in capitu de quarta num. 32 de præscript. Diaz loc. prox cit. Cou. in 4. l. decret. de sponsal. par. 2. c. 6. §. 7. nu. 8 & 8. Bo dec. 98.

Deniq; sciendum iudices causarum criminalium concernentium priuationem beneficiorum; eorumque affines, & familiares non posse beneficia illa impetrare ex Bulla 20. Pij 4. incip. Cupientes &c. relata infra in ver. Beneficiorum priuatio.

Sexta causa est quoties beneficiatus esset censuris ecclesiastici irretitus de quibus in c. quærenti. de verb. signif.

Septima causa est quando beneficatus nequit ecclesiæ siue beneficio inseruire, & exemplificat Paris. num. 93. in quolibet irregulari, clerico bannito, in dæmoniaco, & in muto effecto, de quibus vltimis plene loquitur. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 26. & lib. 2. cap. 15. in qua septima causa includit etiam illos qui, & si possint non tamen debent ecclesiæ sine beneficio inseruire sub quo capite comprehenduntur primo clerici turpiter & scandalose viuentes secundo lunatici, item patientes stomachi languorem, & sic vomitum, de quo etiam per Maiol. lib. 1. cap. 27. Item illiterati de quibus habetur in Concil. Trid. sess. 21 de ref. c. 6. idque propter scandalum quod dant in ipso seruitio ad quod sunt obligati & vltimo secundum eum num. 105. continentur habentes morbum caducum.

Octaua causa ex qua Ordinarij possunt recipere resignationem beneficiorum, est quando bneficiatus vnum aliud aut plura obtinuerit beneficia, quod prohibetur per decretum Conc. Trid. sess. 24. de refor. capitu. 17. quando vnum est sufficiens ad congruam sustentationem ratione in eodem text. assignata in verbis illis cum ecclesiasticus ordo &c. ab eodem Paris. declarata num. 116. aliasque rationes tradit Alph. Hoied. in tract. de incompatib. benef. par. 1. c. 19. nume. 2. qui doctores asserunt contrafacientes mortaliter peccare iuxta glos. quam celeberrimam, & ad hoc receptam inquit Nauar. in Miscellan. 62. de orat. numer. 1. & in consil. 26. de prab. in antiq. in cap. dudum. el. 2. in ver. retinere de elect. idque amplia vt non excuset comm. observantia in contrarium etiam si esset temporis immorabilis ex alleg. per Paris. num. 119. cum seqq. & per Hoied. in d. capitul. 19. numero 9. limita nisi in hoc cum aliquo adesset dispensatio ex rationibus adductis per eum Paris. in eodem loco nume. 125. & per Hoied. d. num. 9. & tunc an dispensatus in hoc sine rationabili causa sit tutus quo ad Deum, comm. sententia est quod non. teste Couar. lib. 4. de sponsal. part. 2. c. 6. §. 9. nume. 9. in quam etiam descendit Abb. in c. extirpandæ §. qui vero nu. 41. de prab. & predicti Doctores confirmant. Et quæ posset esse iusta causa illa retinendi, & etiam dispensandi vide Nauar. in man. conf. cap. 25. sub nu. 128. & 129. & in consil. 1. de Constitut. in antiq. sub num. 40. Quod autem dicatur beneficium sufficiens ad congruam sustentationem iuxta mentem dicti Concilij, quia hoc non est a iure diffinitum, & sub certa regula comprehendi non potest, cum illud quod respectu vnius dicitur magnum respectu alterius dicitur paruum, vera, & recepta sententia est referente Par. ibidem numero 132. hoc relinqui arbitrio iudicis paulo plus, vel minus æstimandum per reg. l. ff. de iure delib. & c. de causis. §. illis etiam, de off. deleg. consideratis considerandis qualitate personarum, locorum, & temporum

porum, de quibus præter Nauar. loco citat. latissime habetur per Paris. & Hoied. in locis præalleg. Et an in iudicanda beneficij sufficientia debeat haberi ratio bonorum patrimonialium ipsius beneficiarij R. negatiue stante commun. opinione quæ se habet posse clericum conseruare proprium patrimonium eiusque fructus, & beneficij, reditus in proprios vsus impendere in quam sententiam præter alios cõsentiunt Innocen. & Abb. in c. episcopus. de præb. Felin in cap. postulasti de rescript. Francisc. Sarment. in tract. de redit. eccles. par. 1. cap. 1. num. 18 Couar. in capitul. 1. num. 2. de testam. Nauar. in apolog. lib. de redit. eccles. quæst. 1. monit. 30. eamque post responsiones ad aliquas obiectiones, quibus commun. hæc sententia improbatur firmat Alphons. Hoied. in d. cap. 19 num. 45 In quo animaduertendum differentiam esse, an quis possit honeste & sic sine penuria viuere, & an possit decenter, & commode viuere, iuxta glos. notab. in capit. 1. § sane. vers. absque penuria, vbi Franc. & Gemin. de stat. regul. in 6. quam etiam sequitur Panor. in cap. 1. num. 4. de institut. & in cap. postulasti, notab. 2. de rescript. ipsamque solennẽ in hoc prædicat. Nauar. in d. Miscellan. 62. numero 8. asserens illud dici sufficere ad viuendum honeste alicui quod sufficit ad viuendum ita vt non cogatur mendicare, & secundum hũc intellectum ex mente ipsius Nauar. loc. citat. ad effectum vt quis possit ad ordines sacros promoueri ex disp. Concil. Trident. sess. 21. de ref. capitul. 12. beneficium 50 aureorum cõmuniter ad honeste viuendum pro sufficienti haberi, non autem ad commode & decenter viuendum secundum terminos in quibus loquimur. idem confirmat Paris. vbi supra nu. 155.

Circa renunciationem beneficij, ad cuius titulum quis est promotus, qua ratione exprimi debeant illæ duæ qualitates de quib. in Concilio vide per Paris. in d. tract. to. 1. lib. 2. q. 6. num. 38. cum seq. Et quid si Ordinarius admiserit huiusmodi renunciationem contra formam decreti Concil. Trident. R. a sacra Congreg. eiusdem Concil. resolutum fuisse referente eodem Paris. in proxime alleg. quæst. 6 sub num. 41 non posse prædictum Ordinarium eidem resignanti beneficium, illud iam resignatum restituere collationẽque; inde factam tenere, ipsumq; Ordinarium teneri de proprio resignãti vitæ necessaria subministrare iuxta dis. capitu. Episcopus. de præb. illud autem non procedere in permutatione æquiualenti eadem Congregatio censuit. Quid autem si quis ad tit. cuiusdam beneficij ad sacros ordines promotus, & nihil aliud habens vnde viuere posset illud renunciauerit reseruata sibi pensione centum ducatorum nulla facta mentione quod ad titulum illius beneficij sit ordinatus, num talis resignatio sit valida stante supra d. Concilij decreto vide Nauar. ad partem affirmatiuam inclinantem ratione vt ibi per eum cons. 23. de præb. in antiq.

Nona causa est, quando contingeret beneficiatum ad aliud beneficium promoueri quo casu talis resignatio non tam dicitur fieri propria voluntate quam ex necessitate per tex. in c. de multa de præb. & in extrauag. Execrabilis vers. Qui vero deinceps, eod. titul. inter communes. Hinc incidenter quæro An, & quando per assecutionem alterius beneficij ipso iure vacet primum. In quo Prima fit conclusio quod habens beneficium curatum si aliud curatum obtineat, ipso iure vacat primum vt in iuribus præalleg. & in cap. cum singula, de præb. in 6. cum alijs concord. Diaz. in sua pract. cum capit. 42. ver. Beneficia plura possident, quia per disp. Concil. Trident. sess. 7. de ref. c. 4. & sess. 24. de ref. cap. 17. incompatibilia iudicantur, eritque ratio; clarum est enim in illis personalem residentiam esse necessariam. cap. quia nonnulli. de cler. non resid. cum similibus, & impossibile est, quem vno eodemque tempore in diuersis ecclesijs residere posse Lap. alleg. 116. numer. 3. & cum regimen ac cura animarum sit ars artium capit. cum sit ars. de æt. & qual. Rebuff. in prax. in titul. de

Quando per assecutionem alterius beneficij vacet primũ.

non resident. num. 20 ideoque in hoc videtur electa industria personæ &, non potest regulariter per Vicarium deseruire art. ex. in l. inter artifices. ff. de solut cap fin. §. 1. de offic deleg. cap is cui eod. tit. in 6 Abb. in c. extirpandæ, §. qui vero, de præb. Quod vero non intelligatur procedere per solam gratiæ impetrationem ad secundum beneficium, sed post obtentam pacificam ipsius possessionem clem. gratiæ vbi Card Zabar quæst. 12. de rescript. vel si acceptata collatione per eum steterit, quo minus ipsam haberet. cap cōmissa de elect. in 6. & primum intelligitur vacare ipso iure sic tamen vt eius possessio alteri tradi non possint, nisi vocato primo possessore c. licet episcopus. de præb in 6 quæ verba ipso iure in eo quod attinet ad hoc propositū pulchre declarat Greg Tolos. in institut. nou. rei beneficiar. cap. 25. num. 12. & 3. Amplia hoc adeo esse verum quod etiam post obtentam pacificam possessionē alterius beneficij incompatibilis in quo quis iuste putabat sibi ius eo esse quæsitū & vere non erat vt in hoc casu primum non vacet, & poterit ad illud redire absq; nouo titulo, & collatione. Nauar. in consil. 31 num. 3. de præb in antiq per tex in ca si beneficij. de præb in 6 Secundo amplia quoties non posset fructus secundi beneficii percipere eo quod alteri ex aliqua causa debeantur, tunc enim non censetur vacare primum cap si tibi concesso vbi Gemin. & Franc de præb in 6. Quæ vero dicatur pacifica possessio, vide glo & ibi Doct. in d cap. commissam in ver. pacificam Cassad. decis 9. de caus. poss. & propr. Mascard. singulariter in proprijs terminis loquentem de probat. conclus. 183 Limita & primo vt licite possit quis duo beneficia curata obtinere quando vnum ab altero legitime dependet capi. super eo. vbi glos. & Franc. de præb. in 6 cap. eam te, de ætat & qualit glos. in cap. dudum. el 2. in uer intitulatam de elect. & ratio huius compatibilitatis est, tum quia beneficium per unionem amittit nomen beneficii & desinit esse per Oldrad. consil. 257. num 15 & 18. Cassad. decis. 13 super reg. Cancel. tum quia in ecclesia annexa non tenetur quis residere in qua poterit per vicarium deseruire. cap extirpandæ § qui uero, de præb. Mandos. in addit. fin ad Lap. alleg. 35. Secundo limita quando quis haberet unum beneficium curatum in titulum & aliud in commendam, cap qui plures. 21. quæst. 1. d cap dudum. ubi glos. Rebuff. in prax. in tit de commenda. num 4. intelligendo de beneficio ad tempus commendato, & si ecclesia est parochialis non ultra sex menses. c. nemo deinceps. de elect. in 6. secus uero in perpetuum 1. ad uitam illius cui conceditur quia hoc æquiparatur beneficio dato in titulum. Gomes. in reg. de infir. resign q. 13. in fin. Nauar in man. consil c. 25 num. 126. & in consil. 1. num 39. de constit. in antiq. Verum in hoc Alphons. Hoied in tract. de benef. compatib par. 2. cap. 4. num. 18. resolutiue tenet quod etiam attento, iure nouissimo Conc. Trid. sess 7. de ref cap. 4. licitum sit habere duo beneficia curata, vnum in titulum, & alterum in commendam perpetuam, declarando primo dummodo illa concessio beneficij curati in commendam perpetuam simile habenti fiat a Papa, non autem ab Episcopo & ita ait intelligendum esse Nauar. d. cap 25. num 126. Secundo eo quod ex verbis Conc. Trid. in d. cap. 4 clare pateat nolle prohibere pluralitatem duorum beneficiorum s vnius in titulum & alterius in commendam perpetuam, sed solummodo pluralitatem duorum beneficiorum collatorum per uiam commendę siue perpetuæ siue temporalis & quod cōmendæ nostri temporis hodie semper fiant in perpetuum ad utilitatem commendatariorum asserit. Paris. de resign benef lib 11 q 5. nu 40. Tertio limita si de duob beneficijs curatis alterum esset habitu & potentia curatum & non actu quia istud nō cadit sub dispositione iuris tum supra alleg. Abb in d c. de multa sub nu. 42. rationibus ut ibi per eum Io. Sylua in tract. de benef. 3 par. qu. 42. Staphil de lit. grat titu de qualit & stat. benef. num. 20. & est commun. opin. vt per Benedic.

Capra

Capra in tracta. regul. & fallent. regul. 90 num. 74. cum seq. esset enim tale quando tunc temporis ex defectu Parochianorum non posset cura exerceri, vt quia occasionis pestis, vel timore hostilitatis, vel alia de illo loco parochiani recesserūt trāsferentes se ad alienas parochias glo. in cap licet canon. in ver. parochialis de elect. lib. 6. & firmat Nauar. in alio proposito in cons. 4. de præb in antiq. declarando nisi postea per reuersionem ipsorum parochianorum ad desertam parochiam illud beneficium ad actum curæ reducatur, quia tunc cessaret compatibilitas, & tenetur ipse beneficiarius infra spacium sex mensium vnum ex præfatis dimittere ex d. decreto Conc. Trid. sess. 24. c. 17 Numquid autem licite ab vno obtineri possint duo beneficia curata propter eorum tenuitatem, & insuper quid agendum erit, si hac de causa sibi concessa fuerint, & postea dicta beneficia ad pinguiorem fortunam peruenerint ita quod vnumquodque illorum per se esset sufficiens ad congruam sustentationem ipsius beneficiarij primum, & secundum tangit, & explicat Hoied. in suo tract. de benef. compatib. par. 2. c. 5 num. 4. & c. 6. 14. cum seq.

Secunda sit conclusio illud idem affirmandum in obtinēte dignitatem vel personatū vt per adeptionem alterius ipso iure inducatur vacatio primæ, vt clare habetur in d. c. de multa & in d. extrau. execrabilis, adeo vt nullo modo contrariū ex cō suetudine introduci possit. c. 1 & ibi scribentes de cōsue in 6 optimaq; ratione per dicta iura hoc est prouisum tum quia quando vni assignantur duæ dignitates, vel personatus in eadem ecclesia, illud eccles. defraudatur necessario ministerio unius beneficarij, & consequenter ex ministrorum paucitate diuini cultus diminutio fit cum potius sit augendus. c. ex parte. de const. tum quia ex eo quod quis pluralis in aliqua ecclesia uendicans sibi stipendia plurimorum contra tex. in d. c. quia nonnulli, sequitur maxima inæqualitas. s. quod alius quidem esurit alius autem ebrius est. Quā cōclusionem etiā declara vt sup videlicet dispositioni prædictorum iurium non esse locum nisi secūda assecutio dignitatis vel personatus sit pacifica non solum de facto s. vt in possessionis apprehēsione non sit in continenti deturbatus per reiectionem ab illa sed etiā de iure. s. vt non sit litigiosa dummodo in limitibus legitimæ possessionis moueatur sibi lis pront expresse habetur per AEgid de Bellam. decis. 596. Stap. de lite grat. tit. de qualit. & stat. benef. nu. 48. & de intellectu d. extrau. execrabilis disponentis circa dimissionem verbaliter sub publico testimonio faciendā de primo beneficio curato seu dignitate corā Ordinario vide AEgid. Bellam. conclu. 754. & Staphil. de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. nu. 9 Quid vero iuris sit in beneficijs illorum qui sunt promoti ad episcopatum prater Doc. in c. cum in cunctis. § cum vero, de elect. Vide Hoied. in tract. de incompatib. benef. par. 1. capit. 4. Mandos. in reg. de benef. vacat per promot. q. 4. Gig. de pension. quæst. 56. Paris. de resig. benef. lib. 3. q. 1. nu. 75 & infra, & Card. Simon. in tract. de benef. q. 27.

Tertia conclusio sit, Quando duo beneficia sunt vniforma i. similia, & eiusdē speciei, tunc per alterius adeptionem in eodem tecto vacat primum ipso iure v. literas de concess. præb. etiam si iure annexionis ad aliquam dignitatem alterum pertineret. clem. fin. de præb. Nauar. cons. 23. eod. tit. in nouis. secus uero si sint difformia. Rebuff. in prax. de dispens. rat. stat. § incompatibilia. num. 4. Franc. in d. cap. 1. de consuetud. in 6. vt esset thesauraria cum cappellania in eadem ecclesia Nauar. consil. 22 de præb. in nou. canonicatus cum dignitate idem Nauar. consil. 24. eod. tit. quæ etiam habentur loco vnius Staphil. de lit. grat. fol. 12. Declaratur hæc conclusio non procedere quando beneficium veniret secundario in quandam consequentiam primi beneficii ut quando quis est rector alicuius ecclesiæ & percipit reditus alicuius cappellaniæ in ea sitæ, quo casu non dicitur duplex in beneficio quia cappel-

læ

la venit secundario arg. tex. in cap. super eo de præb in 6. Lap allg 117. & ita declarat Felin in cap. ex parte el. 2. num. 3. de rescript. verum quo ad propositum nostrum, & ad effectum incompatibilitatis vt duo beneficia dicantur vniformia, non sufficit quod vno, & simili nomine nũcupẽtur, sed requiritur ut sint instituta ad unũ & eundem finem, habeantque idem prorsus officium, & onus, secus si diuersum, uel non eodem tempore explendum. Nau singulariter consil. 16. de præb. in nou. & dicuntur beneficia esse sub eodem tecto quãdo sunt intra eandem ecclesiam eiusque circuitum Rebuff. in prax. de dispens. rat. stat. § etiam si sunt sub eodem tecto. An autem in vna & eadem ecclesia possit quis duas obtinere pensiones absque dispensatione, & an dipensatus ad duo beneficia censeatur dispensatus, vt possit illa obtinere intra eandem ecclesiã quando illud in dispensatione non exprimitur, habetur per Rebuff. loco prox. citato & late disputat vtrumque articulum Alphons. Hoied. in tract de incompatib benef par. 1. c. 20.

Quarta, & vltima conclusio in præsenti quæstione erit, quod omnia alia beneficia præter illa de quibus statuitur in d. cap. de multa. & in d. extrauag. Execrabilis quamuis sint ex aliqua causa incompatibilia cum alijs non vacant ipso iure etiã post Conc Trid sess. 7. de ref. cap. 4. & ratio est quia nulla pœna, ipso iure incurritur nisi in casibus a iure expressis iuxta glos. pen & memorabilem in cap fi de iure patr. alijsque rationibus firmat Nauar. in cons 17. de præb. in nou prout etiã censuit Rota diuersor par. 1 decis. 484. sed datur electio ita vt teneatur illorum vnum quod maluerit relinquere c. referente, & cap præterea, de præb. & multi effectu resultant an inducantur ipso iure beneficiorum vacatio, an vero per sententã quos cumulat Hoieda in d tract p. 1. cap. 13. nu 59 cum seq. & Gregor Tolosan. vbi supra c 26. nu. 13. & infra Paris de resign benef lib 3. q. 1. & ad refrenandam beneficiorum pluralitatem veluti animabus periculosissima legendus est Diaz. in sua pract. crim c. 42. in ver. Beneficia plura possident.

Decima causa est quãdo clericus beneficiatus vellet religionem ingredi, aut matrimonium contrahere, dummodo statim re ipsa id exequatur & in primo casu non poterit ipse Ordinarius beneficium conferre nisi secuta professione cap. beneficium de regular. in 6 in secundo vero non sufficerent (ponsalia Fusc. de visit. libro 2. c. 28. sub num. 18

Vndecima, & vltima causa est quando beneficiatus nequit, aut non audet propter capitales inimicitias in loco beneficij securus residere. Quæ autem dicatur capitalis inimicitia remittatur iudicis arbitrio Grammat cons 57. nu. 9. Menoch. de arbitr. iud. cas. 110 quæ posset arguisi ex magna causa præcedente fuerit ipsius beneficiarij vitæ insidiatum, vel de vniuersa substantia controuertatur, de quibus cõsulturis plene per Mascard de probat conclus. 899. verum an tales inimicitiæ sint legitima causa ut semper beneficiatus excusetur a non residendo dicetur infra in verbo Residentia.

Attamen vt renũciatio ex relatis causis ab ipsis Ordinarijs admitti possit requiritur, vt resignãs si esset in sacris ordinibus constitutus, habeat aliunde vnde vitã commode sustentare possit, & ratio erit ne in opprobrium ordinis mendicare cogatur, vel sordidum aliquẽ quæstum exercere c. ad supplicationẽ, de ren & habetur in Conc Trid sess 21 de refor in c. 2. in prin quod amplia etiam si quis fuerit ordinatus ad titulum patrimonij vt Ordinarius in ipsa beneficij renunciationẽ debeat inspicere an et supersit tantum, vt ipsius iudicio commode viuere possit. Paris. ibidem nu. 176 limita nisi renuncians sit religionem ingressurus, quia tunc cessat ratio de allegata mendicitate quæ exceptio in d constitutione firmat regulã in alijs casibus non

exce-

exceptuatis l.nam quod liquide.§.legetur.in fin ff.de pen. leg.

Quid si ordinarij admittant beneficiorum resignationem absq; quo adsit aliqua ex prædictis causis, num puniatur aliqua pœna R. quad non, vt aduertit Paris. num. 225. sed resignatio erit nulla propter decretum irritans ibi, quod si secus &c.

Et quare Ordinarij per istam constitutionem prohibeantur beneficia ex prædictis causis resignata conferre suis, aut admittentium, seu dimittentium consanguineis, affinibus, & familiaribus etiam per circuitum vt in ea continetur. R. quia si hoc facerent hæc renunciatio præsumeretur tacite, & indirecte facta ad fauorem quæ coram eis fieri non potest vt supra dictum est, & quod directe prohibetur censetur prohibitum etiam indirecte cap. cum quid vna via, de reg. iur. in 6. Quæ autem sit ratio quod resignatio ad fauorem certæ personæ quæ non potest fieri coram Ordinario secus sit coram Papa, vide per Greg. Tolos. in institut. nou. rei benef cap 28. sub num. 8.

Et quid si Ordinarij ignorantes hanc constitutionem contrauenerint conferendo huiusmodi beneficia sic resignata talibus personis prohibitis, an ligetur respectu pœnæ in d. constit. impositę. Resp. in praxi affirmatiuam opinionem tanquam tutiorem seruari vt etiam in casu ignorantiæ habeatur absolutio a Summo Pont. testāte ibidē Tar. sub num. 121. se in proprijs terminis huius const. Pij V. ita vidisse obseruari.

An autem Ordinarij in Curia Romana commorantes possint huiusmodi resignationes beneficiorum recipere, & illis admissis conferre cui eis placuerit. Resp. Couar. libr. 2 var. resol cap 20. sub num 8. tenere quod non, quia ex hoc dicatur vacare in curia, & eo casu collatio palam ad Sum. Pontificem spectat cap. 2. de preb. in 6 licet communiter Episcopi referente Gommes. in reg de non iud iux for. sup. adhibeant hanc cautelam in conferendo vt exeant ab vrbe ad hoc vt dicantur esse in aliena diœcesi.

Pro complemento visum est insinuare quod non obstante hac constitutione prohibente, vt in huiusmodi renunciatione coram Ordinario facienda nec etiam nutu designari possit successor in beneficio alias collatio sit inualida, posse resignantem nutu non præcedente dimissione facta in foro conscientiæ rogare collatorem absque labe simoniæ vt conferat beneficium a se nominato, neque etiam peccare renunciātes ea intentione, vel spe concepta quod Ordinarij conferent illud beneficium cui ipsi uolent quando nihil horum est in conuentione deductum, cum alias esset inijcere laqueum, contra tex. in cap. de uiduis. 27. q. 1. quia uix aliquis ad hoc spontanee inducitur absque prædictis. Probantur hæc per ea quæ Domini de Rota declarauerunt referente Cassadoro decis. 2. de simon. & ex dictis per Nau. in man. conf. c. 23. nu. 107. & 109 & in conf. 36. & 38. de simon. in antiq.

Siendum est etiam quod ad obuiandum illis qui beneficia acceptant vel procurāt animo non retinendi, sed alteri renunciandi seruatur in Curia quod in examine faciendo detur illi iuramentū quod tale beneficium non recipit animo renunciandi ita refert Parisius de resigna. benef l.b. 9 q 10. in fine, Ideo Innocentius bene instituit ut accipiens beneficium curatum uel simile, non possit illud renunciare ante triennium ut ibi ut testatur Dominus Isidorus Muscoulus in tracta. de Maiestate militantis ecclesiæ lib. 1. par. 3. c. 2. rub. de benefi fol 451.

BENE-

BENEFICIORVM RESIGNATORVM PVBLICATIO.

SVMMARIA.

1 *Causa huius constitutionis.*
2 *Omnes resignationes & iurium cessiones publicari debent intra sex menses, si beneficia sint citra montes, si vero vltra intra nouem.*
3 *Modus & forma publicandi resignationes, & cessiones.*
4 *De ecclesia nurali, & populo carente.*
5 *De capienda possessione beneficij etiam litigiosi intra prædictum tempus, & quomodo.*
6 *Forma prædicta seruari debet in omnibus beneficijs specifice, & non per equipollens.*
7 *Cessio facta possidenti quando publicanda sit.*
8 *Formæ omissio qualiscunque facit gratiam nullam inducit vacationem, & inhabilitatem, nec prodest resignanti possessio, a se postea continuata.*
9 *Modus impetrationis, & concessionis beneficiorum quæ vacant ob non seruatã formam publicationis.*
10 *Propter nullitatem concessionum non sunt irritæ reseruationes nisi in casu de quo infra.*
11 *Proceditur in causa litigiosi contra cedentem donec successor venerit ad eam.*
12 *Modus, & forma, & tempus admittendi, & publicandi resignationes, quæ fiunt in manibus ordinationum, vel legationum &c.*
13 *Pœna ordinationum, & aliorum qui prædicta non seruant.*
14 *Decretum irritans.*
15 *Tolluntur omnes ante hac constitutiones de publicandis salua constitutione Pij V. quæ seruari debet in resignationibus, & cessionibus hucusque factis.*
16 *Ampliationes quinque huius constitutionis.*
17 *Limitationes quatuor.*
18 *Cui incumbit onus probandi non fuisse factas publicationes.*
19 *Modus probandi hanc negatiuam quis sit.*

PRÆTER. Summistas sciendum est, quod ad prohibendum simulatas occultasue beneficiorum resignationes, per diuersos Rom. Pont. fuit prouisum vt per Innocent. 8. incipi. Sicut bonus pastor. fol. 130. in Bulla. per Clement. 7. incip. Sanctissimus fol. 318. per Pium 4. fol. 662. & fol. 898. per Pium V. fol. 1187. præscribendo quomodo etiam ordo sit tenendus in confectione Bullarum super gratijs resignationum Parochialium, & simplicium fol. 1167. & per Regulas cancellariæ Apostolicæ de publicandis resignationibus super quibus scripserunt Rebuff. in praxi benefi. & Gome. Hodie vero attenditur constitutio Greg. xiii. de modo, & forma publicandi resignationis, & cessiones fol. 1324. tenoris sequentis.

GRE

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriã. Humano vix iudicio ita bene quicquam, & prouidenter sanciri potest, quin vsus sæpe aperiat, doceatq; id quod salubre fore credebatur, minus experiundo prodesse, quod in illis Constitutionibus quas ad prohibẽdas simulatas occultasue beneficiorum ecclesiasticorum resignationes diuersi Rom: Pont. multifariam ediderunt, & fe. rec. Pius Papa V. prędecessor noster nouissime promulgauit, cognoscimus accidisse. Nos hoc multum, prout occasio necessitasq; postulat, coercere volentes, statuimus, vt posthac omnes, & quæcunq; resignationes etiã causa permutationis, ac cõmendarum, & etiam literis Apostolicis non confectis, & possessione non habita, nec non litis, & iurium quorumcunque cessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscũque beneficijs ecclesiasticis in nostris, seu Romani Pont. pro tẽpore existẽtis manibus, ac etiam coram Notario publico, & testibus fient, & a nobis vel illo seu nostro vel illius mandato admittentur, & super eis prouisiones, & quæcunque aliæ dispositiones, siue temporales, siue perpetuæ aut ad hoc mandata Apostolica sub quacunque forma, & quibuscunque etiam S. R. E. Cardinalibus ac pijs locis quo
2 cunque priuilegio suffulti, facta, publicari debeant cum literis Apostolicis de super confectis intra sex menses, si beneficium citra montes fuerit, vltra vero intra nouem a data concessionis, gratiæ, non autem a die præstiti super ea consensus numerandus, etiam si postea concessio gratiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisque subsequentibus datis, ac quotiescunque & quouis modo reformata, & nulida reddita fuerit, pluresq; & quot quot in alium, vel alios cessiones, ac etiã ipsum met primũ resignantem, vel cedentẽ retrocessiones termino prædicto nondũ elapso retrocesserint ita vt vnicus dũtaxat terminus omnibus successiuis cessionibus ac retrocessionib decurrat, vt qui postremus gratiã habuerit publicationẽ huiusmodi facere, ceteraq; omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur.

3 Ipsa autem publicatio in cathedrali, & in beneficij ecclesia vel ecclesijs si in pluribus illud sit, fiat, ibique dum frequens populus ad Missarum solennia conuenerit, palam omnibus literæ Apostolicæ prædictæ, earumue transumptum authenticũ exhibeatur, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio huiusmodi, ac beneficij qualitas, & inuocatio nominaque, & cognomina resignantis seu cedentis, ac illius in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuncietur, ut hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter peruenire, scriptoq; de his omnibus exemplo collato, valuis dictarum ecclesiarum affixum relinquatur.

4 Si uero ecclesia beneficij ruralis sit aut populo conuentuque careat, eo casu in parochiali intra cuius parochiæ limites beneficium ipsum consistit, & in cathedrali ecclesia, uel si locus bello, seu peste alijsue manifestis periculis subiaceat, tũc in proxima parochiali ac etiam in cathedrali ecclesia, uel si aditus ad illas, aut utrauis minime sit securus, in alia cathedrali, uel parochiali uicinori periculorum immuni publicatio huiusmodi peragatur

5 Is quoque in quem disponi, uel mandari de benficio etiam litigioso, vel a cedente non possessio sub quacunque forma contigerit, possessionem beneficij intra dictum tempus uigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehendere debeat, & si propter litem aut aliud legitimum impedimentum nequiuerit, saltem literas Apostolicas cum earum publicatione si tunc facta erit, Iudici, seu executori illarum, uel alijs ad quos pertinet, per se, uel procuratorem suum legitimũ, intra idem tempus præsentare, & apud illum, uel illos pro ipsarum literarum execurione instare, & possessionem huiusmodi instanter petere teneatur.

6 Ceterum modus, & forma hic tradita semper, & ubiq; debeat obseruari nec aliæ

uel

vel æquipollens vllo modo admitti in omnibus huiusmodi resignationi' us cessionibus, & retrocessionibus de quibuscunq; Ecclesiis, Monasteriis, prioratibus tã virorum, quam mulierũ dignitatibus, officiis, & beneficijs ecclesiasticis sæcularibus, & quorumuis ordinum etiam militiarum regularibus, etiam electiuis, & manualib. ac etiam de iure patronatus laicorum illustrium, & alias quomodocunque existentibus siue pacificis siue in petitorio, siue in possessorio litigiosis, etiam de quibus in Cõsistorio nostro disponi consueuit, seu debet, quæ posthac ex quacunq; causa fient, & per nos, ac prædictos successores, extra tamen dictum Consistorium admittẽtur, etiã cum reseruationibus nominis, tituli, administrationis, possessionis, fructuum etiam omnium ac rerum, & iurium quorumcunque.

7 Ad prædictorum tamen obseruationem eũ in quem iuris sit cessio beneficij, quod tempore cessionis huiusmodi, & antea illam vigore literarum Apostolica vt supra si ad id tenebatur, publicatarum realiter possidebat, nolumus obligari.

8 Quod si quicquam prædictorũ omnium omissum fuerit dictis terminis, vt quicq; præscripti sunt elapsis, omnes dispositiones, & gratiæ resignatorum, & cessorum beneficiorum, aut iurium huiusmodi, cum omnibus inde secutis, siue de pacificis, siue de litigiosis, sint irritæ, & inanes, nullaq; alia gratia super huiusmodi beneficio siue iure cesso his quibus concessa fuerit suffragetur: sed ipsis tales inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia sic resignata, & cessa, quandocunq; obtinenda, illaque, siue iura ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione etiam si illæ alias nullæ & inualidæ essent, vacauisse, & vacare censeatur eo ipso, nec resignantib seu cedentibus, si postea in sua possessione remanent, constitutiones de annali & triennali possessore, nec præsumptæ, aut tacitæ retrocessiones etiam propter diuturnam continuatæ possessionis huiusmodi tolerantiam, nec omnino aliud ius, vel beneficium vllo tempore suffragetur, sed ipsa beneficia siue iura sic a principio vacantia a Sede Apostolica prædicta dumtaxat impetrari valeant, ac concedi.

9 Illorum vero impetrationes, vel etiam Motu proprio concessiones quibuscunq; dispensationibus suffultæ nunquam sub clausulis generalibus, aut vacationum modis conditionalibus vel implicitis comprehendantur, sed specialiter & expresse ob non seruatam præsentis Cõstitutionis formam, ac cum declaratione nominum, & cognominum resignantis seu cedentis & gratiam habentis, dispositiue, & non conditionaliter fieri omnino debeant, & quicunque sic impetrans aut gratiam etiam motu simili habens præfinitum cuiq; casui tempus prædictum a data concessionis gratiæ sibi factæ huiusmodi, ea omnia quæ cadens a iure prædicto debeat, præstare teneatur, & si pluribus gratiam huiusmodi fieri contigerit præ omnibus obtineat, qui primus publicationem suæ impetrationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, omniaq. requisita prædicta adimpleuerit, quamuis in data sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligentiore prius apprehensa fuerit, vel petita.

10 Reseruationibus omnibus nominis administrationis fructuum etiam omnium ac pensionum, & aliarum rerum quarumcunque, nec non facultatibus, indultis, & alijs concessionibus tam ipsis resignantibus, seu cedentibus qui tamen possessionẽ ab initio re ipsa dimiserint, quam alys ex huiusmodi resignationibus, seu cessionibus a Sede Apostolica factis nihilominus validis, plenumque effectum sortituris.

Sed ne in beneficijs super possessione, vel proprietate litigiosis litis prosecutio turbari valeat, vel differri, in causis huiusmodi contracedentem ad vlteriora, etiam ad sententiam diffinitiuam, & rem iudicatam, ac illius executionem, quousq; ille qui gratiam ex resignatione seu cessione, aut ex omissa forma publicationis huiusmodi obtinuit, ad causam per se, vel procuratorem legitimum accesserit, litemque

huiusmo-

huiusmodi suseperit, eodem modo & ordine procedi possit, quo potuisset legitime si cessio huiusmodi facta non fuisset, ac quicquid interim sic procedendo decretum & expeditum fuerit, siue cum cedente, siue contra eum, etiam postquam ipse vel quiuis alius incumbentiam sibi secundum prædicta præstiterit non solum circa fructus, sed etiam circa possessionem & ipsum ius quod cessum est valeat omnino & vim obtineat, illumque ipsum cui gratia facta est, non minus afficiat quasi ipso legitime citato contra eum decretum & expeditum fuisset, nec ipse aduersus hæc prætextu nō acceptatæ gratiæ vel etiam illius ignorata aut citationis vel intimationis executioni contra ipsum minime demandatæ aliaue ratione valeat excusari. Possit tamen ipse etiam si in lite, & causa huiusmodi surrogatus non sit quandocunque ad illius prosecutionem, & terminationem venire, & a Iudice coram quo causam ipsam etiam ex delegatione pendere contigerit, in illis ipsis statu, & terminis, in quibus tunc eā esse receperit, etiam absque rescripto speciali admitti.

12 De beneficiis autem quæ deinceps in manibus ordinariorum collatorum, etiam Cardinalium etiam indulta, & facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentiū, ac legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium eiusdem sedis extra Romanam Curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mē sem negotium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficii iuxta Apostolicas, & alias Canonicas sanctiones omnino absoluant. Et qui sic prouisus fuerit intra tres menses die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficii capiat modo & forma supradictis, alioquin illis elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censeatur eo ipso.

13 Ordinariisque & alii prædicti qui hæc, vt eis præscribuntur, non perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis beneficiis sint ea vice priuati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existant, aut alias idoneis ab ipsa Sede dumtaxat modo, & forma prædictis concedatur.

14 Decernentes sic per quoscunque iudicari debere, nec non irritum & innane quicquid secus his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

15 Non obstantibus prædicti Pii Quinti, & aliis omnibus aliorum prædecessorū nostrorum Constitutionibus de publicandis resignationibus huiusmodi hactenus editis & reformatis, quas omnes omnino abrogamus. Ita tamen quod in publicandis illis resignationibus, & cessionibus quæ in manibus nostris hucusque factæ, & a nobis admissæ sunt & tempus ad eas publicandas iuxta dicti Pii prędecessoris Constitutionē nondum effluxit, Constitutio ipsa quo ad eas duntaxat integre obseruetur. Nec non resignantium, siue cedentiū voluntatibus conditionibus protestationibus, & clausulis in ipsismet resignationibus, & cessionibus, seu procuratorum constitutionibus, & mandatis, ac alias etiam ad præseruationem suorum iurium, & significationem quod non aliter nec alio modo resignant seu cedunt appositis, & quacunque verborum vi formula, & multplicatione expressis, nec non indultis, priuilegiis, & gratiis Apostolicis, etiam prædictis Cardinalibus; ac eorum, & nostris familiaribus cōtinuis commensalibus nec non literarum Apostolicarum scriptoribus, abbreuiatoribus, ceterisque Romanæ Curiæ Officialibus, & ex quibusuis causis quomodocunque concessis & confirmatis, quæ omnia etiam tollimus & annullamus ceterisque contrariis quibuscunque. Vt autem præsentes. & c Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingēteſimo octuagesimo tertio. Non. Ianuarii, Pont. nostri Anno Duodecimo.

Sequitur relatio publicationis Romæ, die 19. Ianuar. 1584.

Hæc

Hæc Constitutio latissime declaratur per Paris. in tract. de resigna. benef. tom. 1. lib. 11. per totum.

ADDITIO Quia hæc constitutio est amplissima, ideo dubiorum quæ in hac materia in foro assidua excitari possent, resolutio ex eius lectura euidenter apparet aliqua tamen de quibus in ea non fit expressa mentio per aliquas ampliationes, & limitationes breuiter explicanda censui.

16 *Amplia igitur primo præsentem constitutionem, vt quoties ex defectus publicationis non factæ seruata ipsius forma contingeret resignationē esse nullam non possit resignans repetere beneficiū resignatum neque spolio agere, quia omne ius ab eo cecidit vt ex d. const. colligitur, quamuis alias regulariter, vbi ex aliqua causa resignatio redderetur nulla, & nisi beneficium re ipsa resignatario acquiratur nunquā ab ipso resignante ius abdicetur, & ad illud redire possit prout a su compertum, & clarissimum est, de quo late scripsit Paris de resign benef lib 1. q. 3.*

Secundo amplia pari ratione vbicunque prima resignatio ob publicationem non factam esset nulla effecta, & resignans iterum eidem uel alteri beneficium resignauerit cuius secundæ resignationis uigore sit postea publicatio facta, & possessio capta, vt tanquam inualida non subsistat, quia in hoc casu cum per primam resignationem sit abdicatus titulus & omne ius ab ipso resignāte, vt notissimum est, Cassad. decis 9 de concess. præb. Gomes. in reg de public. resign q. 18 & tempus publicandi per hanc Cōstitutionem computetur, & currat a die primæ prouisionis, nihil potuit per secundam resignationem transferre quia nihil habebat. arg tex. in c. quod autē, in fine de iure patron. quod enim semel est extinctum nō reuiscit l. qui res §. arcam ff de solut.

Tertio amplia, vt per hanc Constitutionē teneatur ad publicandum etiam minor 14. ann cum quo per Sum Pontificem fuerit dispensatum ad huiusmodi beneficia resignata quia licet in minore cesset ratio fraudis vigent tamen aliæ, quæ sunt æque principales, propter quas requiritur publicatio beneficiorum resignatorū, de quibus per Paris lib. 11. q. 1. intelligendo etiam præsupposita ignorantia ex parte ipsius minoris ex communi omnium sententia, Paris. d lib. 11. q. 4 num. 62. & eo magis si ob non factam publicationem fuerit alteri collatum beneficium, quia cum res non sit integra, & etiam de lucro tractetur, non venit minor restituendus cum damno tertij Abb in c ex parte de restitut spoliat Boer. decis 350. nu. 4.

Quarto amplia hanc publicationem requiri etiam in renunciationibus hospitalium tam respectu eorum quæ dantur in titulum, quam eorum quæ dantur in administrationem quando hospitalarij deputantur in regimen, de quibus habetur in clem. quia contingit, §. verum & ibi Doctores de religios dom idque fuisse apud Rotam indistincte firmatum scripsit Paris d lib 11 qu 3. accedit quia hæc constitutio veluti fraudibus obuiatiua & bono publico introducta censetur fauorabilis, & in materia fauorabili appellatione beneficiorum ecclesiasticorum veniunt hospitalia etiā solita laicis concedi in administrationem Card Zabar in clem. dispendiosam q. 3. de iudic. Felin. in c. de quarta. nu. 15. & 16. de præscript. Mandos in reg de benef. vac. per promot q 5.

Quinto amplia etiam si Papa in cuius manibus fuit renunciatio facta moriatur intra illud tempus datum ad publicandum, vt nihilominus teneatur resignatarius sede vacante, vel tempore successoris ad publicandum intra eundem terminum præscriptum, & ratio est quia renunciatio huiusmodi iam habuit suum effectū tunc temporis, quo Papa viuebat, per cuius obitum superuenientem non potest tolli cum

sit

sit iam causatus, ad quod faciunt dicta notabiliter per Dec. cons. 21. sub nu. 5. & hanc veram cōclusionem, & de stylo receptam fatetur Paris. d lib. 13 q. 2. nu. 32. intellige tamen nisi propter impedimentum sedis vacantis, quia tunc ius non redditur, Bullas expedire non potuerit. arg. tex. in l. iure ciu. ff. de reg. iur. quo casu de stylo tempus prorogatur. Paris. d lib. 11. q. 23. nu. 136.

17 *Limita primo quoties fuisset prorogatum tempus a Sum. Pontifice quo casu censetur restitutus aduersus lapsum temporis tribus concurrentib. primū vt si allegetur resignantem adhuc viuere hoc iustificetur si super hoc fundatur ipsa restitutio, secundum vt postea fiat publicatio infra illud tempus in prorogatione concessum tertium vt ista prorogatio non operetur si medio tempore esset ius alteri acquisitū per collationem factam ab eodem Sum. Pontifice, ideoq; apponi solet clausula præseruatiua iuris tertij. Paris. d lib. 11. q 7 num. 78 & 79. qui etiam superius, nu. 69 ponit formulam huius supplicationis.*

Secundo limita hanc Constitutionem non habere locum in traslatione pensionis in aliquem, & sic vt ille non teneatur ad publicandum Gomes. in reg. de public. resign q. 10. ratione vt ibi per eum neque appellatione beneficij regulariter ipsa pensio venit. Gigas de pension. quæst. 28 nu. 10.

Tertio limita quoties prætextu legitimi impedimenti publicatio fieri non potuerit cum impedito non currat tempus cap. quia diuersitatem. de concess. preb. Nauar. cons. 3 de renunc. in antiq. quod non ita simpliciter, & absolute intelligendum est, recipit enim aliquas declarationes quarum prima est, vt impedimentum illud probari debeat. l. vlt. §. illud etiam C. de temp. appell. & quod fuerit causa immediata non faciendi quod debebat Abb. in cap. plerumque sub numer. 6. de rescript. Crauet. cons. 151. num. 22. quod an, & quando sufficiat probare per iuramentum ipsius impediti Mascard. notab. de probat. conclus. 885 secunda declaratio est, vt per dictam probationem verificetur impedimentum fuisse tale quod euitari non potuerit Dec. cons. 677. num. 4 & 5 Crauett. cons. 270. nu. 3. & insuper adhibitam fuisse debitam diligentiam pro illo remouendo Mascard. loc. citat. numer. 9 Boer. decis. 40. num. 4 nisi ex qualitate impedimenti notorium esset, quod omnis diligentia fuisset frustratoria. Felin in c. ex transmissa nu. 2. de præscript. Lancellot. de attent. pa. 2. c. 12 amplia 1 num 68 Afflict. decis. 29 incip. Quidam exterus. Boer. d. decis. 40. num 7. decis. 9 Senatus Pedemont. num 4 Tertia declaratio vt si impedimentum esset ex facto aduersarij vel tertij tunc demū excusetur si ui armata impediretur ipse resignatarius vt non possit nec per se, neque per aliū facere illud ad quod tenetur secus vero si ex dolo prædictorum Paris. d lib. 11. num 100. Quarta & vltima declaratio, vt non liberetur resignatarius si ob iustum impedimentum non possit publicare in loco destinato, & præscripto quin illam facere teneatur in alio æquipollenti Gomes. in reg de public. resig. quæst 15. s. in cathedrali, & parochiali viciniori, ab impedimentis immuni. vt in præsenti constit. Statuitur in § si vero ecclesia vers. vel si locus ex quo recipunt interpretationem, & modificationem verba eiusdem Cōstit. in § ceterum, vt in hoc casu speciali forma ibi requisita remittatur Paris. d. q. 13 sub num 47.

Quarto & deniq; limita vt excusetur resignatarius si non publicauerit infra tēpus præfixum quoties Datarius signata supplicatione mandauerit ad alicuius instātiam in ea apponi vt nihil transeat, dummodo citauerit partem aduersam coram ipso Datario ad dicēdum quare vult impedire ipsius supplicationis registrationem & per consequens literarum expeditionē & instare vt supplicatio relaxetur, quod si Datarius ex causa sibi visa noluerit ipsam dimittere, adhuc excusabitur a pu-

 blicatione

blicatione modo vsus fuerit diligentia per totum tempus datum ad publicandum per se, vel per procuratorem ad petendam supplicationis relaxationem Paris. ibidem a nu. 112. vsq; 120 & illud idem affirmandum si resignatarius eo quia fuerit carceratus literas expedire nec per alium potuerit vel ipse literæ expeditæ detinerentur a iudice, modo protestetur coram iudice Notario & testibus per eum non stare neque culpa sua tempus transire Gomes. d q. 13 Paris. loc cit. nu 121.

18 *Adueniente tamen casu vt huius Constitutionis dispositioni sit locus, sciendum est onus probandi non publicationem incumbere impetranti beneficium tanquam vacans ob publicationem non factam, non autem resignatario, qui ad illam teneba tur; & ratio est quia negatiua qualiscunq; sit probanda est per eum qui in ea suæ intentionis fundamentum facit de comm. omniũ Doctorum opinione ex adductis per Gabriel lib 1. commu. opinionum de probat. conclus 6 & eo magis quia præsumitur factum quod de iure erat faciendum Dec conf 446 nu 7. Crauett conf. 22. nu. 5. & conf. 149 num. 12. Mascard de probat conclus. 734.*

Quam conclusionem. s. resignatarium non teneri probare publicationem limita & primo quoties essemus in spolio nam tunc nec triennalis possessio induceret præsumptionem illam esse factam, hocque pluries per Dominos de Rota fuisse resolutum tradit Paris. d. lib. 12. q. 14. nu. 31. Secundo limita vt teneatur resignatarius publicationem exhibere, si superior ex officio procedens vellet eam videre. Rebuff. in praxi tit de rescript. ad benef. vacant. nu. 20. etiam si essent ministri deputati a Camera Apostolica Paris d q. 24, num. 37 nisi superior constituisset se aduersarium eius qui beneficium obtinet glos communiter recepta in c. conquerente. in ver. voluerit & ibi Abb de restit spoliat. Felin in c. licet Heli. num 9. de simon. Gem. & Franc. in cap. ordinarij §. 1. de offic. ordin. in 6. Tertio limita quando ipse resignatarius peteret suam gratiam canonizare ad aliquem effectum Innoc in cap ex insinuatione sub. nu. 3. de procurat Rebuff. ibidem nu. 17. Gemin & Franc loc cit. late Cosmas Guymier in pragmat sanct titu de pacif. possess. super verbo inquirant.

19 *Modos autem probandi per impetrantem hãc negatiuam quæ de sui natura difficilis probationis æstimatur vt per Doct in c quoniam contra de probat. Dec. conf. 172 nu. 3 poterit esse per coarctationem loci, & temporis de quo late per Herculan in tract. de negatiua nu. 26 & 318. vsque in finem quoties impetrans probaret fuisse relaxatas literas in fine termini dati ad publicandum ita ut impossibile fuerit literas transmitti potuisse in partibus vbi erat facienda publicatio Menoch. de arbitr. iud cas. 472. Mandos. in reg de uerisim. notit quæst. 9 Aliter probãdi modus erit si a personis per quas actus publicationis fieri oportebat ut sunt Notarij, uel scire debebat quales sunt canonici uel clerici eiusdem ecclesiæ, scriptus non reperitur, neque scitur ex adductis per Paris d q 14 num. 60. cum seq uel etiam per ipsius partis confessionem ut per Herculan. in d. tracta de negat. num. 196. Optimũ uero esset ex mente Paris loc. citat nu 52. ad tollendas lites, & dispendia, ut facile cõstare possit, an sit facta publicatio, uel ne, mandari ut publicationes omnium beneficiorum registrentur penes actuarium Curiæ Episcopalis illius loci in quo fiunt.*

Pij Papæ Quinti Constitutio super modo, & forma publicandi Ecclesiasticorum Beneficiorum resignationis, ac eorum consensuum extensione.

SAnctissimus in Christo Pater,& D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa V. animo repetens, quæ,& quam grauia inconuenientia,& absurda,ex occultis beneficiorum ecclesiasticorum resignationibus, & cessionibus in dies oriantur. Cum sæpæ contingat quod occulte resignantes, vel cedentes huiusmodi etiam post resignationem,vel cessionem per eas factas,non solum fructus ex beneficiis sic cessis,vel resignatis prouenientes indebite percipiunt, sed etiam, quod grauius est dolendum,tanquam veri Prælati,vel beneficiati,sacramenta ministrãt, ordinis,conferunt,& indulgentias Christi fidelibus concedunt in maximum animarum periculum, & scandalum plurimorum, nonnunquam etiam cum eisdem resignantibus vel cedentibus tamquam cum veris Prælatis aut beneficiatis contrahentes,illisque decimas,census, oblationes,& alia cura ecclesiastica pertinentes soluentes,illa postmodum veris Prælatis seu beneficiatis iterum soluere, & ab illis intrusis non sine maximo ipsorum soluentium damno, & incommodo repetere coguntur Plerumque etiam ordinarij collatores,ac etiam Romani Pontifices pro tempore existentes beneficia huiusmodi occulti resignata vel cessa per obitum ipsorum resignantium,vel cedentium vacare existimantes, illaque tanquam per obitum vacantia conferentes, detecta postea resignatione vel cessione prædicta simul cum personis prouisis grauiter deludantur,& fraudentur,Ac etiã considerans quantum in beneficijs ecclesiasticis, eaque hereditariæ successionis imaginem referunt canonicis sanctionibus sint odiosa,ac Sanctorum Patrum decretis contraria. Quodque propter varias,& diuersas fraudes, & malitias quæ in dictorum benficiorum resignationibus,seu iurium in illis vel ad illa competẽtium cessionibus,quas maxime puritas simplicitasque decet, quotidie excogitantur,& adhibentur,plerũque beneficia huiusmodi,quasi iure hereditario,occupata detinẽtur Et propterea ne absurda,& incõueniẽtia prædicta de cetero oriãtur prouidere,illaq;a tẽplo & sanctuario Dei q̃ lõgissime submouere,ac animarũ periculis,nec nõ fraudibus,& malitijs huiusmodi occurrere cupiẽs,pẽtes,suaq; ppetuo valitura cõstitutione voluit,statuit,& ordinauit,quod quecunq; dictorũ beneficiorũ,resignationes,aut iurũ cessiones,tã in manibus suæ Sãctitatis,quam cuiuscunque Romani Pontificis sui Predecessoris,aut Successionis, aut cuiusuis alterius etiã loci ordinarij vsque in diẽ publicationis præsentis constitutionis factæ, & quas in postrema fieri contigerit, sub infrascriptis modo, & forma,& non aliter publicari,ac ad eorũ,ad quos spectat notitiam deduci debeant, videlicet resignationes,& Cessiones iam factę,si illarum vigore possessio nondum fuerit per resignatarium,vel cessionarium apprehensa etiam si super illis consensus prẽstiti fuerint,nec non eæ quas infra tempus inferius designatum a quo præsens constitutio obtinere incipiet, si quidem extra Ro:Cur: Factæ extiterint, infra vnum si vero in eadem Curia,infra sex menses a die qua eadem constitutio sic vt præfertur obtinebit numerãdos. Reliqui vero quas post dictũ diem fieri cõtinget,si quidem extra curiam similiter infra vnum,si vero in ipsa Curia fiant infra sex menses a die datę supplicationis resignationũ, seu cessionũ,eorundẽ, nõ autem a die prælibati seu prẽstandi consensus computantur in ecclesia ipsius Beneficij,ac etiam Cathedrali vel Metropolitana, vel alia superiori ecclesia,cui beneficium ipsum resignatum vel cessum immediate subest,si quidem beneficium extra Cathedralẽ ecclesiam situm est vel fuerit,si vero beneficium huiusmodi in cathedrali, vel alia

superiori ecclesia extiterit in ipsa sola dum inibi Populi multitudo ad Diuina audienda cõuenerit, publice, ac alta intelligibili voce ita quod ad omnium in eadẽ ecclesia præsentiũ notitiam verisimiliter peruenire possit, per ipsos resignantes vel cedentes aut resignatarios, vel cessionarios, vel alium seu alios, eorum nomine publicentur, Ipsique resignatarij vel cessionarij realem & actualem possessionem beneficiorum huiusmodi realiter, & cum effectum apprehendere, vel saltem illam infra prædictũ vnius vel sex mensium terminum ab his ad quos illius traditio de iure vel de consuetudine spectat, vere, & non ficte, secum perfunctorie, congruo loco, & tempore petere debeant. Et si beneficia ipsa etiam quoad possessionem tantũ litigiosa per alios possessa, vel eorum possessio, ex quauis causa capi seu apprehendi non possit, si litem huiusmodi in dicta curia nunc aut in futurum, tendere contigerit, vltra præmissa, literas desuper expeditas, vel saltẽ instrumentum consensus cum data supplicationis, ac etiam cum designatione libri, & folii in quibus supplicatio huiusmodi registrata fuerit, infra mensem a die eiusdem datæ, non autem a die præstiti consensus numerandum, in actis Notarii causæ, & litis huiusmodi realiter, & cũ effectu præsentare illumque in eisdem actis annotari facere: Et insuper quod in omnibus & singulis casibus supradictis, resignatarij, seu cessionarij, eorumque successores, vel causam ab eo quomodolibet habentes, consensum ante obitum resignantis, vel cedentis etiam supplicatio per eundem resignantem, vel sedentem, seu eius procuratorem porrecta fuerit, in libris Cameræ vel Cancellariæ, si quidem resignatio vel cessio huiusmodi in ipsa Curia, alias si extra curiam facta fuerit vel fiat in actis episcopalis seu, Archiepiscopalis, vel alterius Superioris Curiæ cui beneficium ipsum immediate subest, extensum fuisse legitime docere seu probare teneantur, Alioquin resignationes, & cessiones ac extẽsiones consensum huiusmodi aliterquam vt præfertur publicatę seu factæ cum omnibus inde sequutis, & sequendis etiam nouis pensionibus, ac alijs cessionibus, & retrocessionibus ceteriſque quibusuis gratiis, nullas, & inualidas, nulliusque roboris vel momẽti, fore, ac fuisse, & esse statuit, & ordinauit. Et prędmissa omnia, & singula etiam in quibuslibet beneficijs cõsistorialibus, & vt præfertur litigiosis, etiam si resignantes vel cedentes extra possessionem eorundem beneficiorum, ciuiliter vel naturaliter decesserint, ac etiam si resignationes, & cessiones præfatæ ex causa permutationis, vel cum reseruatione omnium, & singulorum fructuum, reddituũ, & prouentuũ, ac quotidianarũ distributionum propria authoritate, vel alias percipien. & cum reseruatione tituli, administrationis, seruitii ac stali, & alios quomodocunque, & qualitercumque etiam in fauorem alicuius ex scriptoribus Apostolicis, aut alijs Rom. Curiæ officialibus ac etiam in fauorem alicuius ex S.R.E. Cardinalibus hactenus factæ extiterint, aut etiam in futurum fieri, & resignatarios ipsos infra dictum vnius, vel sex mensium spacium cedere, vel retrocedere contingat, locum habere, & suum locum obtinere voluit, & expresse declarauit. Sicque, & non aliter per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis etiam Apostolica auctoritate fungentes etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & ipsius S.R.E. Cardinales in quauis causa, & instantia, Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri deberere rritam quoque esse decreuit. Ceterum vt præsens cõstitutio facilius omnibus innotescat Sanctitas sua voluit, & mandauit quod eadem constitutio non solum in Cancellaria apostolica, vt moris est, sed etiam ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Florę publicetur, illiusque exempla in eosdẽ

tetur.

locis affixa dimittantur,& inter Constitutiones perpetuas describatur,& annotetur. Quod omnes,& singulos,quos illa concernit, præsentes quidem in Curia statim lapso mense a Dicte die. Publicationis numerãdo,Ceteros vero intra montes degentes tribus. Vltra vero ipsos montes commorante, sex mensibus decursis perinde arctet ac si eisdem personaliter intimata fuisset, cum non sit verisimile apud eos manere incognitum,quod tam patenter fuerit publicatam.

Placet describatur,& publicetur. M.

Lecta,& publicata fuit supradicta constitutio,& Ordinatio Romæ in Cancellaria Apostolica anno incarnationis Dominicæ millesimo,quingentesimo, sexagesimo octauo, Die vero Iouis Secunda Mensis Sept. Pont. præfati. S.D.N. Pij Papæ Quinti anno tertio.

A. Homellinus Custos.

Anno a natiuitate Domini Millesimo quingẽtesimo sexagesimo octauo Indictione vndecima, Die vero iouis secũda mẽsis Septẽbris. Põtificatus S.D.N. Pij diuina Prouidentia Papæ quinti anno tertio, suprascripta Sanctio, & constitutio Apostolica affixa,& publicata fuit,ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe,& in Acie Campi. Florę,dimissis in Supradictis locis illius copiis affixis per nos Io: Freile,& Iulium Parinum præfibat. S.D.N. Papæ Cursores.

Io:Andreas Panizza Magister Cursum.

Romæ Apud Heredes Antonii Bladii Impressores Camerales.

BENEFICIORVM PERMVTATIO.

PRÆTER Summistas sciendum est,quod beneficiorum,& officiorùm permutationes Ordinarij admittere possunt quæ canonicis sanctionibus, & apostolicis constitutionibue permittuntur,vt patet ex constitutione Pij V. supra relata in verbo, beneficiorum resignationes, adeo quod hodie in ipsorum permutationibus coram Ordinarijs attenditur dispositio iuris quæ habetur in tit. de rerum permut. præsertim in c. quæsitum, vbi Abb. nu. 4. & 10. c. 1. eod. tit. in 6.& clem Nau. in man. capit. 23. sub. nume. 100.& debet fieri publicatio iuxta constit. Greg. xiij. supra relatam in verbo beneficiorum resignatorum publicatio. Requisita in permutatione ponit Rebuff. in praxi benef. tit de permutatione p. 3. reasumendo dicta Feder. de Senis, Ægidij Bellame. ac Petri de Vbaldis in tract. de permutatione beneficiorum, de quo extat etiam alius tractatus nouissime conscriptus per Petrum Andream Gambarum.

Congrui tit. de rer. permu.

ADDITIO. Frequenter tamen accidere solet auctoritate ipsorum Ordinariorum fieri permutationes beneficiorum, quæ sunt de iure patronatus laicorum, ideo non abs re elucidandum erit an huiusmodi permutationes subsistant, quoties Ordinarij illas admiserint patronis non vocatis,& absq; eorum consensu Et quidem ex Doctoribus de hac materia scribentibus quos uidi,percepi omnes in unum cõcurrere (Staphylo excepto in tit. de mod.& for. impetr. nu. 26 quod s. nulla,& inualida sit talis permutatio;) & communis huius conclusionis erit ratio,quia patronorũ interest,vt videãt ne habeãt rectorem eis odiosum & non acceptum, vnde cum de eorum præiudicio tractetur sequitur illos necessario esse vocandos, eorumque consensum requiri per reg. quod omnes tangit, de reg. iur. in 6. quod vltimum limita quando ipsi patroni fuerint peremptorie vocati dato eis termino ad comparendum cum expressione causæ,& ipsi infra terminum præfixum non comparuerint ad contradi

cendum permutationi, quod tunc secuta institutione Ordinarij vlterius nõ audientur, nec poterint se opponere etiam infra residuũ temporis dati ad præsentandum: si vero comparuerint declarando se permutationi nolle consentire, & velle aliũ præsentare, tunc licet non præsentauerint infra tempus præfixum in edicto per Episcopum apposito, poterunt nihilominus vbi beneficio temporis legalis vsq; ad finẽ quadrimestris, tum per reg. indultum de reg iur. in 6. tum etiam ratione, quia hoc tempus datum patronis ad præsentandum est pœnæ inductiuum, cum eo elapso amittãt pro illa vice ius præsentandi, propter quam pœnã incursum sequitur neq; ex causa posse illud tempus per Ordinarium abbreuiari.

Quæ permutatio absque patronorum consensu facta siue sit nulla ipso iure prout quidam ex Doctoribus pro constanti, & indistincte asseuerant, siue veniat per sententiam annullanda, & rectratanda prout magis commu. sententia est defectus huius consensus præter ipsius permutationis irritationem operatur duo. Primum vt in pœnam propter patronorum contemptum non possint permutantes redire ad eorum beneficia licet regulariter contra. Secundum quod dicti patroni freti auctoritate eis concessa per c. decernimus 16. q. 7. libere possunt illis exclusis alios in ecclesiis patronatis præsentare. Prædicta intellige in permutatione quæ fit ad libitum Ordinarij, vel fauore, & intuitu permutãtiũ, & tã Ordinarius quam ipsi fuerint in culpa, eo quod scientes ecclesias esse patronatas spretis patronis contra ius, & honestatem eos nõ vocando ad actum permutationis deuenerunt. vel quando Ordinariut eis inuitis & recte contradicentibus permutationem admiserit. Amplia etiam si quo ad effectum euitandi pœnam amissionis beneficiorum in ipsa permutatione apponatur conditio si placeat patrono, quod vero limita duobus modis, & primo vt ista cõditio si placeat patrono operetur quando copia patroni haberi nõ potuit ex quo fuisse in lõginquis partibus. Secundo limita quoties non ita absolute apponeretur sed adiciẽdo illa verba nec aliter nec alio modo uelle permutare. quia virtus huius clausulæ eos excusabit reseruando consensum patroni.

Ex quibus concludendum omnino in huiusmodi permutatione patroni consensum esse requirendum, qui consensus habetur loco præsentationis, & conseruat eos in quasi possessione absque noua, & actuali præsentatione, & poterit etiam interuenire post actum permutationis ad ipsam conualidandam, & in hoc nullus doctorum discrepat siue expresse illum interponendo intra tempus datum a iure patronis ad præsentandum, siue tacite quoties patronus non reuocando sibi ad iniuriam quod fuisset contemptus permitteret labi tempus 4 mensium non contradicendo, nec aliũ præsentando, quæ consensus interpositio non erit dicenda ratihabitio, sed potius quædam suppletio, seu perfectio illius actus permutationis qui propter eius defectum tunc non habuit effectum. Declara vt si patronus incepisset non contradicere, & intra lapsum quatuor mensium moriatur non per hoc dici posse, quod videatur tacite consensisse in præiudicium hæredis qui poterit reliquo tempore contradicere vel tacendo tacite approbare.

Hæc autem limita in casu in quo per Ordinarium poterit patronus compelli ad cõsentiendum scilicet uergente necessitate, & utilitate ecclesiæ siue populi quia cũ hæc permutatio sit de iustitia, poterit Episcopus disponere de beneficio patronali aliter quam eius natura exigit, ipsisque patronis inuitis quod intellige procedere duobus modis primo, vt ad hoc nõ sufficiat quælibet simplex necessitas uel utilitas ecclesiæ, sed talis cui sine illa permutatione aliter prouideri non posset, idque in duobus tantum casibus accidere posse ait Lambertin. loco infra citando. Prius quando persona præposita ad ecclesiam patronatam per permutationem esset talis sine

qua

qua plebs pateretur in conscientia eo quod in illa parochia essent hæretici, & non reperiretur alter rector Theologus qui plebi consulere posset Secundus casus quando bona ecclesiæ occuparentur ab aliquo potente cum quo nemo se prævalere posset pro illis recuperandis nisi persona illa præposita, & alias secundum eum esset destruere gratiam a iure patronis factam, vt in hoc iure sustineantur, quo per hanc viam sæpe fraudari possent Couar. vero loco etiam infra cit causam necessitatis & vtilitatis ecclesiæ non ita stricte exigit, sed sufficere inquit, quod constet talem permutationem factam fuisse in magnam ecclesiæ vtilitatem. Secundo intellige procedere nisi patroni allegarent aliam causam rationabilem, & prævalentem necessitati, & vtilitati ecclesiæ, & in permutatione, quæ fit ex gratia & favore ipsum permutantiū tenet Æ Egidius de Bellamera loc inf cit simplicem & voluntariam patroni cōtradictionem valere ad eam impediendam

Prædicta extende vt eodē iure censeātur quo ad inualiditatē permutationes quæ fiunt in Curia non facta mentione de iure patronatus laicorum ratione per Lap. assignata allegat. 96. vbi Mandos. in addit lit n. & o. in quo loco etiam refert ita fuisse pronunciatum a Greg. 11. a quo nunquam potuit quidam Cardinalis obtinere quod ex causa permutationis fieri derogatio iurispatronatus laicorum, in casu autem in quo fieret expressio de iure patron. & de patronorum consensu non constaret, vel ab eis hoc ignoraretur dubium, facit permutationem tenere, cuius validitas oritur ex eo quod illa expressio, & Papæ admissio inducerent præsumptam derogationem, quæ derogatio non præsumitur, neque, tenet nisi expresse de ea in literis appareat, & Æ Egidius Bellamer. asserit quod tempore quo ipse fuit Referendarius in Curia vidit seruari permutationem non expediri nisi habeatur consensus patroni laici, & ratio, quare non ita de facili præiudicetur iuri patron. laicorum adducitur per glos. in cap cum dilectus. in ver. quempiam præsentare, in fine de iure patron.

Quos terminos intellige etiam procedere in renunciatione beneficiorum iurispatronatus laicorum siue simplici, siue ad favorem alterius, siue in manibus Papæ, siue Ordinarij facta, vt absque patronorum consensu sit nulla, & collatio inde sequuta de iure admitti non debeat eadem ratione, quia patronorum interest, ne beneficiati dimittant eorum beneficia ipsis spretis, & ne forsan beneficijs præficiantur personæ eis non gratæ, quæ etiam conualidatur per superuenientem eorum consensum siue expresse, siue tacite quoties scientes, & patientes non reclamauerunt, quod declara nisi conferatur cum clausula (dummodo accedat patronorum consensus ex fundatione) quo casu non sufficit tacitus inductus ex lapsu quatuor mensium, quia per illam clausulam inducitur forma, quæ non impletur per consensum tacitum qui dicitur fictus, per quem etiam non inducitur status libertatis, vt quasi possessio præsentandi amittatur vt supra dictum est Prædicta vero limita quoties Summus Pontifex admitteret resignationem, & conferet cum expressa derogatione iurispatronatus laicorum, quod potest tum quia est dominus absolutus, & dispensator præsertim in beneficialibus, & sit supra ius tum etiam quia illud laici habent ex mera gratia ipsius Papæ, in qua derogatione non sufficiunt clausulæ generales, neque si in literis exprimatur (etiam si ad alicuius præsentationem & collationem beneficium pertineat,) & solet de stylo passim seruari, vt dicatur pro hac vice tantum, & alias minime censendum & iudicandum est Sum. Pontificem velle derogare iuri patron. laicorum, & in hoc nulla est controuersia inter doctores, quæ derogationes tanquā odiosę non admittuntur, ut tradūt Reb. & Cou. de quibus scribit Mand. in prax. signat. grat. verbo derogationes iuris patr.

Quæ sub breui quodam compendio annotaui ex dictis Doctorum in capit. 1. de rer. permuta. in 6. Card. Zab. in repet. c. quæsitum eod. tit. Panor. in disputat. 5 incip. Augerio nu. 17. Gemin. in c. nemo deinceps, sub num. 11. de elect. in 6 Felin. in cap cum Bertoldus de re iudic. & in tract. quãdo lit. apost. noceãt patron. Bonif. de Vitalinis. in clem. vnic. nu. 47. cum seq. eod. tit. AEgid. Bella in tracta. de benef. rer. permutat. par. 4. & decis. 87. & 181. Rocch de Curt. in tract. de iure patr. in ver. honorificum q. 3. & 51. Lamberti. in eod tract. par. 1. lib. 2. art. 9. q. 6. & per. 3. lib. 2. art. 9. & 10. q. 3. & lib. 3. art. 5. q. 5. Couar. libro pract. q. c. 36. Paris. in tract de resignat. benef. lib. 2. q. 4. Deci. cons. 172. & 223. nu. 3. Cravet. cons. 82. & 153. nu. 10. & aliorum. Et intentionis meæ fuit loqui tantum de iure patron. laicorum ex fundatione cõstructione, vel dotatione non autem de acquisito ex priuilegio, vel præscriptione, nec de iure pat. ecclesiastico, & mixto in quibus quid iuris sit remitto me ad eosdem Doctores, ad quorum narratorum comprobationem nõ vsus fui allegationibus, quia in præalleg. locis ad saturitatem reperiri possunt.

BENEFICIORVM. PRIVATIO.

PRÆTER. Summistas sciendum est, quod Iudices causarum beneficialium, vel criminalium priuationem beneficiorum cõcernentium, eorumque affines, & familiares, beneficia illa impetrare non possint, fuisse prouisum per Pij IV. cõstitutionem fol. 682. in Bullar. tenoris sequent.

Pij IV. Cõgruiti. depræben.

Cupientes vnicuique iustitiam, prout par est, aqua lance ministrari, & omnem delinquendi occasionem ab ipsius iustitiæ ministris, præsertim Iudicibus in beneficialibus, ac etiam criminalibus priuationem beneficiorum Ecclesiasticorum concernentibus causis tam a Sede Apostolica, & eius legatis, & vice legatis quam alias quomodolibet, & a quibuscunque pro tempore deputatis, seu ad quos illarum cognitio tam de iure, quam de consuetudine etiam ratione eorum, quæ obtinent officiorum & alias quomodolibet pertinet, & pertinebit seu quibus causæ ipsæ tam Apostolicæ quam alia auctoritate commissæ sunt, & pro tempore committtentur penitus remoueri, ac eorum fraudibus obuiare & animarum saluti quantum cum Deo possumus salubriter cõsulere, & certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus, & declaramus quoscunque iudices etiam S. R. E. Cardinales, nec non causarũ Palatij Apostolici Auditores seu Locatenentes, & vtriusque seu alterius signaturæ Referendarios, & quosuis alios etiam Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia etiam maiori dignitate etiam legationis munere fungentes ad audiendum, cognoscendum, & dicendum causas super quibusuis Ecclesiis Monasterijs, Prioratibus, & alijs beneficijs ecclesiasticis tam in Rom. Curia quam extra eam quomodolibet hactenus, motas etiam priuationem eorundem concernentes, & in futurũ mouendas, tam a dicta Sede eiusque Legatis, seu Vicelegatis prædictis, ac tã Apostolica quam ordinaria aut alia auctoritate, & a quibusuis in dicta Curia, & extra eã, uel alias ubilibet pro tempore deputatos seu ad quos similium causarum decisio seu qualiscunque cognitio etiam quomodolibet, vt præfertur spectat, & spectabit in futurum; aut quibus illas quouismodo audiendas, cognoscendas, & dicendas, & vt præfertur, alias committi contingerit, nec non eorundem Cardinalium, Auditorũ, Locatenentium, Referendariorum, & aliorum, vt præfertur qualificatorum Iudicum huiusmodi nepotes, consanguineos, affines, procuratores sollicitatores ac domesticos, vel familiares, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, & etiam ex quorum sententijs priuationes ecclesiarum, monasteriorum prioratuum, & beneficio-

beneficiorum huiusmodi, aut alias emanauerint, ac emanabunt eorum per priuationem eandem, aut alias quomodolibet occurrenda vacatione, nullo vnquam tempore a nobis, seu Sede, aut alijs legatis prædictis, vel quibusuis illarum Ordinarijs Collatoribus impetrare, aut ab alijs impetrari, seu sibi conferri, & de illis prouideri facere quoquomodo posse seu debere, sed illos penitus ad illa in posterum obtinenda inhabiles fore, & esse, ac quascunq; impetrationes sic ab eis etiam vt præfertur qualificatis, necnon collationes, & prouisiones, ac quasuis alias dispositiones aut alias concessiones de ecclesiis, monasterijs, prioratib. & beneficijs huiusmodi etiam per nos aut prædecessores nostros, etiam motu, & potestatis plenitudine similib. hactenus quomolibet factas, & in posterum faciendas, nullas irritas, & inanes nulliusq; roboris, & momenti existere, nullumq; per illas eis ius quæsitum fuisse, fore, aut esse seu dici, vel censeri, ac de annali, & triennali possessore, aut alias Cancell. Apostо. regulas, seu alias Constitutiones eis aduersus præmissa nullatenus suffragari posse sed illos eis sic impetratis omnino priuatos, & ab eis amouendos esse, prout nos harum serie priuamus, & amouemus, ac priuatos, & amotos esse denunciamus, & ita &c. Non obstantibus &c.

BENEFICIORVM RESERVATIO.

PRÆTER Summistas sciendum est quod quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus ecclesiæ quo ad Archiepiscopos, & Episcopos, quo vero ad alios inferiores etiam sub excommunicationis, & aliis arbitrii nostri, & quod ad omnes sub priuationis facultatis conferēdi beneficia in eorum mensibus pro tempore vacantia pœnis districte præcipimus, & inhibemus ne beneficia dispositioni Apostolicæ reseruata, seu affecta quouis prætextu, causa aut quæsito colore cuiquam conferre, seu de illis prouidere aut in illis, seu eorum possessione sese intromittere quoquomodo audeant vel presumāt, inquit Pius Quartus in Constitutionibus sub die 22. & 25. Aprilis 1561. fol. 699. in Bull. incip. Volentes, & in alia incip. Cupientes, & Pius V. fol. 1008. in Bullario vide supra in verbo beneficiorum possessio & illas Pii Quinti, vide infra in fine huius verbi Beneficiorum reseruatio. Et nota pro ampliatione extrauag. com. Pauli Secundi de præb. sub quo titulo etiam habetur extrauag. Benedicti xii. incip. Ad regimen, & Ioannis 22. incip. Execrabilis. vbi de beneficiis Sedi Apostolicæ reseruatis. In c. 2. 3. & in c. præsenti, de præb. in 6. tractatur de vacantibus in curia *a* ac in extrauag. comm. Bonif. 8. eodem tit. Aliæ reseruationes sunt in regulis Cancellariæ quas habes infra in verbo Regulę Cancellariæ ac collatores scire oportet *b* & dictæ Bullæ Pii 4. & 5. loquuntur quando tempore vacationis fructus spectant ad Cameram Apostolicam.

cong. tit. de præbē.

a

b

Nota etiam quod nulliter prouisus ab ordinario de beneficio seruato impetratione postea facienda a Papa oportet mentionem facere de nulla collatione facta ab ordinarijs alias est inualida vt per AEneā de falconibus in tract. reseruat. benef. in 35. effectu: fol. 48.

Reseruatio beneficiorum vacantium, & quæ in posterum vacabunt Sede Episcopali vacāte fuit facta per Constitutionem Pii V. incip. Sanctissimus, vt in Bul. fol. 167.

Rursus omnia beneficia vacantia propter crimen hæresis sunt reseruata Sed Apostolicæ per Constitutionem Pii V.

Bulla

Bulla Sanctiſ. D. N. D Pij diuina prouidentia Papæ Quinti ſuper reſeruatione beneficiorum.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ex Apoſtolatus officio nobis (meritis licet imparibus) credito, cura dominici gregis nobis immineat generalis, & exinde teneamur, more vigilis paſtoris, vigilare, & attentius prouidere, vt Eccleſijs, Monaſterijs, & quibuſuis alijs beneficijs eccleſiaſticis nunc & pro tempore, propter crimen hæreſis, vacantibus, & vacaturis, tales viri eis præficiantur idonei, qui deteſtandas ac nefarias hæreſes diabolo d ſeminante contra veræ, & orthodoxæ fidei puritatem exortas, de agro Domini extirpare, & populos ſibi commiſſos ad catholicæ Eccleſiæ veritatem reducere, doctrina, verbo, & boni operis exemplo valeant. Præmiſſorum itaque conſideratione inducti, & alijs ad id ſuadentibus rationabilibus cauſis, nonnullis etiam prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærendo, Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra volũtate, & deliberatione omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumuis ordinum etiam Sancti Iohanis Hieroſolymitani, & aliarum quarumuis militiarum regularia quęcunque & qualiacunque ſint, etiam ſi ſæcularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis, vel collegiat s, & dignitates ipſæ in cathedralibus etiam Metropolitanis poſt pontificales maiores, ſeu collegiatis eccleſiis huiuſmodi principales, Regularia vero beneficia huiuſmodi monaſteria etiam conſiſtorialia, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates etiam conuentuales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia etiam clauſtralia, ac hoſpitalia, & præceptoriæ, & alias quomodocunque qualificata fuerint, ordinationi, & diſpenſationi noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ hacper petua Conſtitutione valitura auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reſeruamus. Declarantes omnes & quaſcunque impetrationes de beneficiis vt præfertur, quomodocunque qualificatis certo modo in futurum faciendas, & obtinendas, beneficia huiuſmodi propter hæreſim vacantia, & in futurum vacatura non comprehendere, niſi ſpecialiter, & diſpoſitiue vacationis modus propter crimen hæreſis expreſſus fuerit, & illum nullo modo ſub quibuſuis clauſulis, & decretis comprehendi quãtumcunque generalibus in quibuſuis gratiis & conceſſionibus per nos & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros faciendis, etiam per fiat ſignatis & conceſſis, Ac decernentes omnes & quaſcunque impetrationes de quibuſuis beneficiis, vt præfertur qualificatis hactenus fact s, & obtentas, niſi earum vigore in iudicio per impetrantes crimen huiuſmodi deductum fuerit, & ſuper eo ſententiam fauorabilem obtinuerint, vel dictorum beneficiorum poſſeſſionem aſſequuti fuerint, ad vacationem huiuſmodi propter crimen hæreſis ſe non extendere, & illum neminem comprehendere, ticque per quoſcunque iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungentes etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales iudicari, & interpretari debere. Irritum quoque & inane ſi ſecus per quoſcunq; quauis dignitate & auctoritate præditos, iudicatum fuerit, decernimus. Volumus autem quod præſentes literæ in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & acie campi Floræ de more publicentur, & inter Conſtitutiones perpetuo valituras deſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quęque loca deferri, Volumus & etiam de

claramus,

claramus, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarii subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ꝑsentibus adhiberetur, si forẽt exhibitę, vel ostẽsæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ reseruationis, declarationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, Apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milesimo, quingẽtesimo, sexagesimo sexto, sexto Kalen. Februarii. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Cæ. Glorierius.

Visa de Curia Io. Rouetius R.
rio

H. Cumyn.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Locus ✠ ſigilli plumbei.

Anno a Natiuitate Domini Milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſeptimo, Indictione decima, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris Pii Papæ Quinti Anno ſecundo, die vero decima ſeptima menſis Februarii. Retroſcriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Florę per nos Antonium Clerici, & Io. Andream Rogerium prędicti Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſores Scipio de Octauianis Magiſter Curſorum.

Gregorius autem xiii. annullauit collationes beneficiorum perſonis prohibitis propter genus, aut hæreſim & a fide apoſtaſiam, & ſunt reſeruata ſvt in eius conſtit. publicata Romæ die 18. Nouembri 1580. incip. In eccleſiis, fol. 1297. in Bullario.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam

IN eccleſiis præſertim inſignibus, hoc magnopere curandum eſt, ut ſacerdotes, & perſonę, ſalubribus earũ inſtitutis cõuenientes ordinentur, quod quantum in nobis eſt enitimur, adque eos ab illis repellendos in primis contemnimus, qui propter genus, aut hæreſim, & a fide Apoſtaſiam, ſiue proprio, ſiue ſtirpis, ſiue cognatorum vitio contaminati, per canonicas ſanctiones, aut ſtatuta ab hac Sede firmata, aut Apoſtolica priuilegia prædictis eccleſiis prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine diſtentis, huius generis nonnulli ad illarum ſacerdotia frequenter obrepant, inter quos quidam exiſtimationis ſuæ prodigi, & ſi ſe ab illis expulſum iri ſciant, ſpe tamen in conceſſa præſumunt, ſe inde, vel permutatione, uel quoquo pacto, beneficium, penſionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ eccleſiæ ſępius diuexantur penitus euellere uolentes, præſentium auctoritate decernimus omnes, & quaſcumque Apoſtolicas, nec non legatorum dictę ſedis, & aliorum omnium ab ea facultatem diſponendi habentium, ac etiam ordinarias diſpoſitiones dignitatum, præbendarum, Beneficiorum, & officiorum eiuſmodi eccleſiarũ in quaſcumq; perſonas, ſic infectas, & per huiuſmodi ſanctiones ſeu ſtatuta, vel priuilegia, vt præfertur, inhabiles vires, & effectũ

non

non habere, personasq; huiusmodi illarũ prorsus vsu, & comodo carere, Beneficia que ipsa, vt prius vacare, & quæ ex illis tempore dispositionis Apostolicæ prædictis personis, illi reseruata fuerint, vel affecta sub eadem reseruatione vel affectione manere, & tam illa, quam etiam omnia alia non reseruata, neque affecta, de quibus ab ipsa sede, ac legatis, & aliis facultatem habentibus prædictis, in huiusmodi personas quomodocumque dispositum fuerit, ad nouam Romani Pontificis dispositionem duntaxat pertinere, eaque ab aliis idoneis, ab ipsa sede duntaxat, libere impetrati posse, Impetrationes tamen, ac etiam motu proprio concessiones, nisi modus vacationis, nec nõ casus, ac decretum huiusmodi, nõ conditionaliter aut per æquipollens, sed definite nominatim, ac dispositiue in illis exprimantur, omnino non valere ab ordinarijs vero (cessantibus reseruationibus, vel affectionibus Apostolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranensis statuta Concilij subiacere, nec non irritum, & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Reseruationibus Apostolicis fructuum, pensionum, & aliarum rerum huiusmodi Beneficiorum in personas idoneas, etiam de huiusmodi contaminatorum consensu factis, eisdemque ab illis interim præstitis, vel solutis nihilominus valituris. Nemo autẽ ignorationem prætendẽs, valeat excusari, cum prædictæ prohibitiones satis manifestæ sint, & quisque ante petitionem, vel acceptationem Beneficiorum huiusmodi, nam illorum capax sit debeat se probare. Nulli ergo omnino dominum liceat hanc paginam nostri decreti infringere vel ei ausu temerario contra inc. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo id. Nouembris Pontificatus nostri anno nono M. Datarius Cæ Glorierius A de Alexiis.

Item omnia beneficia recepta in confidentiam vacant ipso iure, & sunt reseruata Sedi Apostolicæ per Constit. Pij Quarti incip. Rotnanum Pontificem, fol. 820. & per Constit. Pij V. incip. Intolerabilis. fol. 1051. in Bullario & vide infra in verbo Simonia.

Etiam beneficia parochialia collata nõ seruata forma Conc. Trid. sess. 24. deref. c. 18. sunt reseruata vt statuit Pius V. in eius constit. incip. In cõferendis *c* & vide in ver. Beneficiorum parochialium collatio. Alia beneficia reseruata refert Paris. de resign. benef. libr. 2. quæst. 6. post Mando. sup. reg. Cancel. to. 1. & Hieroni. Gonzalez super 8. reg Cancel. glo. 51. fol. 590. vbi in glossa seq. quando beneficia dicantur affecta fol. 602.

a *ADDITIO. Quomodo ad hunc effectum reseruationis curia intelligi debeat adde Gomes. in reg. de trien. possess. quæstio. 31. vers. sed antequam specialia, & Mandos. in quæstion. 25. reg. reseruat, & an sit idem beneficia vacare in curia, & apud Sedem Apostolicam Couar. in lib. pract. quæst. cap. 36. sub numero 3. Limita vt sub huiusmodi reseruatione non cadant beneficia illa quibus ex erectione, vel fundatione, aut alijs Constitut. requiruntur aliquæ qualitates, seu certa onera iniuncta sunt, vt sunt præbendæ theologales, pro Magistro, & sim. Conc. Trid sess. 25. de refo. c. 5. in cuius fine dicitur, vt prouisio de eis facta subreptitia censeatur, & hoc multum conducere ex mente Couarr. loc. cit. Secundo limita vt non comprehendantur beneficia quæ sunt de mensa episcopali declarando vt per Aene. de Falcon. in tract. reser. 3. q. prin. num. 1. & 2. quæ vero talia sint, vide glos. in clem. frequens in ver. ad mensam, & ibi Card. Zabar. de excess. præl. & eundem Zabar. cum gl. in clem. quia regulares in ver. de mensa de supp. neglig. præl. & Pau Ro. in tract. de pens. c. 1. nu. 7.*

Tertio

Tertio limita in terminis c. si apostolica de præb. in 6. Quid autem dicendum sit in beneficijs iuris patronatus laicorum vacantibus in curia præter Doct. in c. 2. de præb. in 6 adde Staph de lit. grat. tit de mod & for impet. nu. 7. & infra Lap. alleg. 96 Rebuff. in 3 par. signat. ver. nec non iuris patronatus Mandos. in reg. 1 Cancel q. 10. & in trac de signa grat ver. Derogationes iuris patronatus Lambert. in tract. de iure patron. q. 6. primæ par lib. 2 art. 12 Paris. de resign. benef. lib. 2 q. 4 nu. 45. & inf. & denique Couar d c. 36 num 4. & 7.

Controuertitur tamen inter aliquos num. capitu Statutum. de præb in 6 disponens (quod si Papa beneficia vacantia in curia per mensem a die vacationis numerandum non conferat possint illa conferri ab illis ad quos collatio pertinebat) sit reuocatum, & correctum per iura noua nempe per extrauag. in c. Ex debito, de elec. & extrau. inc. Præsollicitudinis de præb inter com. quam controuersiam ceteris omissis videre poteris per Staph. in tract. de grat. & expectat. sub num. 28. per Mand. in add. ad Lap. alleg. 96 lit. e. & per Aen de Falcon. in tract. de reseru. q. 4. prin. nu. 2. in 6 effect. poterit tamen defendi & corroborari opinio inclinantium in fauorem Episcoporum ea & potissimum ratione, quia cum c. Statutum nihil de nouo concedat eo, quod potestas Episcoporum reducatur ad suum ius primæuum iuxta tex. in c. peruenit 11 q. 1. cum simil & res de facili ad naturam suam reuertatur c. ab exordio 35. dist l si vnus §. pactus ne peteret. vbi Iason ff. de pact. & hoc esse fauorabile per plura probat. Felin. in c. cum omnes. num. 8 de const & per consequens potius ampliandum quam restringendum vulgat iuribus.

b *Quæ sint causæ propter quas Summi Pontifices inducti fuerūt ad faciendas huiusmodi reseruationes vide per Card Simon in tract reseruat. benef. quæstio 3 Quæ beneficia sic reseruata intellige vt semper durent affecta etiam per obitum ipsorum Pontificum, & ipsa Romana Sede vacante vt in extrauag. incip. ad Romani Pontifices inter comm sub tit. de præb & extat regula Cancel. nona incip. Item declarauit licet talis affectio multoties nascatur ex appositione manus Papæ cui datum est in prærogatiuam suprema potestatis vt in quibus ipse manum apposuerit alij se intromittere non possint, vt in cap nostrum. de appel & plenius per Mandos. q. 5 proœm. reg Cancel.*

c *Quæ constitutio est in viridi obseruantia referente Parisio. in tract. de resign. benef. libr. 8 q. 9 sub num 79. & ad interpretationem dicti decreti Conc. Trid disponentis in vacatione ecclesiarum parochialium debere fieri examen per concursum vide Fusc. in tract. de visit lib. 2 c. 5. & eundem Paris. d. q. 9 & libr. 10 q 7. in quibus locis ad intelligentiam dicti decreti præter alia scitu digna & necessaria satis notabiliter congerit quamplures decisiones Illustrissimorum Cardinalium deputatorum super declaratione Conc. Trid ponens etiam formulam Edicti circa examen eorum qui ecclesiæ parochiali præficiendi sunt.*

Insuper quod attinet ad materiam reseruationis beneficiorum Conc Trid. sess. 24. de refor. c. 19 annullat & prohibet mentales reseruationes quas declarant Cassado. decis 4 cum tribus seq sub tit. de reseruat & Mandos. q 4. & 15. num 7. 11. reg. Cancel. & explicat Sim. in tract. reseruatio benef. quæst. 4 & 15. fol. 20. & 72.

Pius Papa IIII Dilecto filio Donato Matthæo Minali Thesaurario, ac spoliorum, & iurium Cameræ Apostolicæ in tota Italia collectore generali nostro. Dilecte fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

VOlentes ne Beneficia ecclesiastica dispositioni Apost. reseruata, in quibus collectores, & subcollectores spoliorum, & iurium Cameræ Apostolicæ esse consueuerunt pro tempore vacantiæ ab ullis personis, quæ sua non sunt quę rentibus indebite occupentur, oportune prouidere, Te de cuius fide, solertia, & diligentia, plurimum in Domino confidimus, nostrum, & eiusdem Cameræ Commissarium, ad infrascripta omnia, & singula facienda, & gerenda Auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Tibi mandantes, quatenus per te, vel subcollectores tuos viros Ecclesiasticos, nostro, & dictæ Cameræ nomine omnium, & singulorum Beneficiorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumuis ordinum regularium, nostræ & Sedis Apostolicæ dispositioni, tam per constitutiones Apostolicas, quam Cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas, seu alias quomodocunque, & qualitercunque reseruatorum, seu affectorum in dictis Italiæ partibus, earumque Ciuitatibus, & diœcesibus consistentium, per obitum etiam apud Sedem Apostolicam, quorumcunque illa in titulum, seu commendam, aut alias quomodolibet obtinentium, & possidentium, pro tempore vacantium, etiam si sæcularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates etiam maiores, & principales, seu simplicia, vel alias quomodolibet nuncupata, regulatia vero Beneficia huiusmodi, monasteria, & consistorialia, prioratus, prepositurę, præpositatus, dignitates, etiam conuentuales personatus, administrationes, vel officia, etiam claustralia, ac tam illa, quam alia Beneficia præfata curata, & electiua, & etiam litigiosa fuerint, statim habita notitia vacationis huiusmodi præsentium vigore realem, & actualem possessionem capias, & apprehendas, & captam, & apprehensam, amoris exinde, etiam absque vitio spolij quibusuis (præter quam auctoritate Apostolica prouisis) de temptoribus, & intrusis, quos si de iure eorum in petitorio, vel possessorio experiri voluerint, in Romana curia attenta reseruatione huiuismodi iudicialiter agere mandamus, teneas, & conserues, & eorundem Beneficiorum fructus, redditus, & prouentus exigas, percipias, & leues, ipsamque possessionem cum dictis fructibus sic exactis illis tradas, & relaxes, qui literas collationis, seu commendæ nostræ sub plumbo expeditas tibi exhibuerint, & præsentauerint, & quo ad litigiosa, cui de iure tradenda fuerint, contradictores quoslibet, non prouisos, vt præfertur, & rebelles, & in dictis beneficijs intrusos, ac tibi, vel a te deputandis in præmissis nō parētes, eisq; auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, cuiuscunque dignitatis, etiam episcopalis, vel maioris, ac status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per censuras, & interdicti, ac alias pœnas ecclesiasticas a personis ecclesiasticis per te eligendis huiusmodi fulminandas, ac priuationis Beneficiorum per eos obtentorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac pecuniarias tuo arbitrio moderādas, & applicandas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione post posita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas huiusmodi etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, & nihilominus, ne aliquod impedimentum huic nostræ ordinationi occurrat, Quibus vis Archiepiscopis, & alijs locorum ordinarijs, in virtute Sanctæ obedientię, ac suspensionis a diuinis,

& in-

& interdicti ingressus ecclesiæ, quo ad Archiepiscopos, & episcopos, quo ad vero alios inferiores etiam sub excommunicationis, & alijs arbitrij nostri, & quo ad omnes sub priuationis facultatis conferendi Beneficia in eorum mentibus, pro tempore vacantia pœnis districte præcipimus, & inhibemus, ne beneficia dispositioni Apostlicæ reseruata seu affecta prædicta, quouis prætextu, causa, aut quæsito colore cuiquam conferre, seu de illis prouidere, aut in illis eorum possessione sese intromittere quoquomodo audeant, vel præsumãt. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscũque quauis auctoritate fungentes iudices, cõmissarios, & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ. VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres aliquis auctoritate præsentiũ ad Iudicium trahatur, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis concessis, & confirmatis, (quibus omnibus eorum tenores, præsentibus pro sufficiẽter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus) ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, volumus autem quod Beneficia prædicta, quam diu in manibus subcollectorum, vel aliorum a te deputatorum fuerint, debitis propterea non fraudentur obsequijs, & animorum cura, si qua illis immineat nullatenus negligantur, sed illorum congrue supportentur onera cõsueta, quod quæ trãsumptis præsentium manu Notarii publici subscriptis, & tuo sigillo munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima secunda Aprilis millesimo, quingentesimo sexagesimo primo, pontificatus nostri anno secundo.

Cę. Glorierius.

Bulla Pij Papæ IV.

PIus Papa IIII. ad futuram rei memoriam. Cupientes malitijs nõnullorum qui in possessione Monasteriorũ, & aliorum Beneficiorum ecclesiasticorum Dispositioni Apostolicæ reseruatorum, pro tempore vacantium sine iusto titulo, ac sine literis Apostolicis vt illorum fructus durante vacatione huiusmodi vsurpent, se intrudere non verentur occurrere, & Cameræ nostræ Apostolicę grauissimis oneribus in aliqua parte subleuandis, quantum cum Deo possumus consulere. Motu proprio, & ex certa scientiam, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, ac iure obuentiones, & emolumenta quæcunque, quomodolibet, & qualitercumque nuncupata, omnium, & singulorum monasteriorũ etiã Consistorialium, & beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, sæcularium, & quorumuis ordinum regularium nobis, & Sedi Apostolicę, tam per Cõstitutiones Apostolicas, quam Cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edẽdas, seu alias quomodolibet, & ex qua vis causa generaliter, vel specialiter reseruato-

rum

rum, seu affectorum in partibus Italiæ, in quibus Collectores, & subcollectores spoliorum, & iurium Cameræ Apostolicæ prædictæ esse consueuerunt, ac earum Ciuitatibus, & Diœc. consistentium, per obitum, & alias quouis modo præterquam per cessum illa obtinentium, pro tempore vacantium, a die ipsorum Monasteriorum, & Beneficiorum vacationis, pro rata temporis vsque ad diem prouisionis, seu Cõmendę de eisdem Beneficijs, & Monasterijs per nos faciendę, de qua per literas nostras sub plũbo, & non aliter constare debere volumus, eidem Cameræ Auctoritate Apostolica tenore præsentium reseruamus, applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque ei reseruata, applicata, incorporata, & appropriata esse, & fore, & ad illam spectare, & pertinere, nullumque præter nos, & dictam Cameram, aut dilectũ filium Donatum Matthęum minalem, ac pro tempore existentem Thesaurarium nostrum, ac spoliorum, & aliorum iurium ipsius Cameræ Collectorem generalem, vel eius subcollectores ea præcipere, exigere, & recuperare, aut alias se in illis intromittere posse, aut debere, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, & nihilominus, ne aliquod impedimentum huic nostrę ordinationi occurrat, quibusuis Archiepiscopis, episcopis, & alijs locorũ ordinarijs, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus ecclesiæ, quo ad Archiepiscopos, & episcopos, quo ad vero alios inferiores, etiam sub excommunicationis, & alijs arbitrij nostri, & quo ad omnes sub priuationis facultatis conferendi Beneficia in eorum mensibus pro tempore vacantia pœnis districte præcipimus, & inhibemus ne Beneficia dispositioni Apostolicæ reseruata, seu affecta prædicta, quouis prætextu, causa, aut quæsito colore cuiquam conferre, seu de illis prouidere, aut in illis, vel eorum possessione, fere intromittere quoquomodo audeant, vel præsumant, sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque quauis auctoritate fungentes iudices, Cõmissarios, & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, Irritum quoque, & inane decernimus si secus super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes eidem Donato Matthęo, & pro tempore existenti Thesaurario, & collectori, vt nostro, & dictæ Cameræ nomine, fructus, reditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta huiusmodi, per se, vel eius sub collectores prædictos, etiam propria auctoritate, exigat, percipiat, & leuet, sibique nihilominus consignari, & tradi ab omnibus ad quorum manus prouenerint pro rata prædicta, per censuras, & pœnas ecclesiasticas, per personas ecclesiasticas ab eo eligendas, fulminandas, & alia oportuna iuris, & facti remedia, quacumque appellatione postposita, faciat, & curet, inuocato etiam si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, super quibus omnibus, & singulis, plenam, & liberam illi per præsentes concedimus facultatem, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac monasteriorum, & illorum ordinum ac beneficiorum prædictorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, & quibusuis alijs personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarũm derogatorijs alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis, etiam motu, & scientia similibus concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbũ, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia

expressio

expressio habenda foret. tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, illaque aduersus pręmissa nullatenus suffragari posse, siue debere decernimus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod ea fructibus, redditibus, & prouentibus per dictum Thesaurarium, & etiam deputatos pro rata huiusmodi percipiendis onera quæcunque dictis beneficijs incumbentia, similiter pro rata temporis supportari debeant, quodque præsentium manu Notarij publici subscriptis transumptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, seu curiæ ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensę. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 25. Aprilis 1561. Pontificatus nostri anno secundo Cæ Glorierius.

BLASPHEMIA.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod *quicunque clericus Deum, & D. N. Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expresse Blasphemauerit pro prima vice fructibus unius anni omnium, & quorumcunque beneficiorum suorum pro secunda beneficijs priuetur, pro tertia omnbus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exiliũ mittatur. Quod si clericus nullum obtinuerit beneficium pœna pecuniaria uel corporali pro prima uice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur pro tertia uerbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemauerit pro qualitate blaspemiæ, atque personæ arbitrio iudicis puniatur.* Pij V. constitutione cauetur Leonis X. in Concil, Lateranensi statuta innouando, fol. 929. in Bullar. incip. Cum primum §. ad abolendã, & dedicti Concilij statuto fol. 194. in Bullar. meminerunt & ad literam referunt Diaz. in pract. crimi. cap. 110. in verbo Blasphem. Nauar. in cap. inter verba, 11. qust. corol. 57, num. 148 & in Couar. in c. quamuis pactum. par. 1. §. 7. sub nu. 10. de pact. in 6. de hac Pij V. constitutione vide Farinaci. in prac. crim. in titu. de delictis, & pœnis q. 20. sub nu. 63. de Blasphemijs, & flagitis Iudæorum, in qua hæreticæ prauitatis inquisitores animaduertunt extat Gregor. xiij. statutum Romæ publicatum die x. Iunij 1581. Incip. Antiqua. fol. 1305. in Bull. & vide Abb. in capit. gaudemus. de diuor. posui in verbo Iudei.

ADDITIO. Pœnas contra Blasphemantes impositas præter Diaz. in d. c. 110. eas diligenter recensent Boer. decis. 30. num 9. 10. & 19 & Couar. in d. §. 7. nu. 10. & 11. & ratio quare pœna statuta in cap. 2. de maled. non habeat locum quo ad clericos prout communiter teneri attestatur ibi Abb. num 8. est, ne propter publicam illam satisfationem vilescat dignitas ordinis clericalis Iul. Clar. in pract. criminal. §. Blasphemia num. 3. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. loc. cit. uerb. clericos non subire Quibus adde quod de iure nouissimo Pragm. Regni Neap. quo ad laicos est pœna triemnium per quatuor annos, & hæc est in uiridi obseruantia super cuius Pragm. commentario plura notatu digna Alex. Moman. Messapien. congerit. De iure canonico nouissimo est illa quæ continetur in d. Conc. Lateranen. & in d. const. Pij V. est tamen animadeuertendum quod uerba illa Bullæ pro prima uice interpretanda sunt pro prima uice punitionis, & nõ Blasphemiæ etiam si clericus fuerit pro illa prima uice inquisitus, quod pluries Blasphemasset, quia Bulla uidetur habere respectum ad correctionem clericorum ad quod facit text. in c. graue de præb. ibi post primam. & secundam correctionem. Et ad hoc ut quis dicatur consuetus Blasphemare non

sufficit quod per duas vel tres vices id crimen commiserit Alex consi.72 in 1.uo nu. 8. & quæ sit ratio specialitatis vide per Rocch.Curt.in rubr.de consuetud q.5.num. 56.Boer.in d.decis.301 sub num.11 sed ad inducendum prauum vsum, & vitiosum habitum blasphemandi requiruntur multo plures reiterationes.Ias. in l.ait prætor, §.iurauinum.14.ff.de iureiur.Menoch lib.2.de arbitr.iud.4 cent.cas 375. Insuper ad sciendum an clericum a prædictis pœnis excusent vel saltem operentur vt cum eo mitius esset agendum regionis consuetudo ex frequenti vsu hominum illius loquentium quibusdam verbis in contemptum Dei tendentibus, lubricum linguæ,& præsertim in eo qui non perfecit blasphemiam,& statim se pœnituit, & ad hoc vt excusetiracundiæ calor quib esse debeat circumstantiis vallatus præter præalleg doct. in præd loc.quare etiam apud Alex cons.15.ante fi.vol 3 Afflict in constit. Regni blasphemantes num 5.& 10 Cauens super Pragm 50 Regis Ferdinãdi nu 6 Grã. decis.50 plenius per Foller.in pract.cens. in ver.Nicolaus Episcopus a nu.59 vsq; 67 Iul Clar.in pract.crim.quæst.60.num.6 & Io Franc.Ponzibium in tract de lamijs sub num 86 Si quis calore iracundiæ pluries vno instanti blasphemat. præsumitur quod semel tantum blasphemauerit Menoch. de præsump. lib.5 præsump. 2 num.17

BONA NAVFRAGANTIVM.

Cõgruit tit.de rapto seu de fur.

PRæter Summistas sciendum est, quod raptores prædictorum bonorum sunt excommunicati,& absolutio est reseruata Papæ in Bulla cænæ,nam licet antea fuisset lata,nõ tamen erat reseruata,vt in cap. excommunicationi, de raptor. & declarat Nauar.in manu.confess cap.27.num.60. & num.118.& contra tales raptores prouisum est in Regno Neap.per Constit. Rapinas eorum, vbi Afflict. eorumque dominis succurritur pro conseruatione bonorum per Constit.Dohanæ de secretis, quantum vero attinet ad excommunicationem Papalem non incurritur si furtum non excedit duos aureos quamuis peccet mortaliter.ita tenuit Præceptor meus Pater Marius Andria in expositione d.Bullę per tex.in l.si olcũ. §.fin.cum l.seq.ff.de dolo.Sed per decretum sacræ congregationis relatum infra in verbo casus reseruati contra præsumentes absoluere ab vllo ex casibus, clare vel dubie in Bulla die cænæ Domini,consulerem pro tuiori absolutionem obtinendam esse a Summo Pontifice; quando tamen furtum bonorum naufragantium ascenderet ad eam quantitatem,quæ sit peccatum mortale,Vgolinus de cẽsuris in expositione d.Bullæ.c.4.vers.7.fol.143.Cum hunc casum conferrem cum admodum Reuer. Patre Philippo Pantaleone lectore casuum conscientia Primario in collegio societatis Iesu ita respondit.

Quamuis excommunicatio non pro parvis,& lenibus causis sit ferenda c.episcopi,& c.nullus. 15.q.3.& per Trid.Concil.sess,25,c.3.de refor.cautum sit monitoria sub excommunicatione pro rebus ablatis restituendis concedenda non esse pro re vulgari,atque in nonnullis ecclesiis per synodales etiam constitutiones sit statutum ne pro re,quæ minoris sit certa quadam quantitate quis excommunicetur,quarum meminit Nauar.c.17.num.3.& sic etiam per curiam Romanam seruatur,nihilominus vbi statuto, vel sententia ecclesiastica generaliter sub excommunicationis pœna furtum prohibetur quicumque mortale furtum committeret,eadem censura l garetur secundum Couar.in c.alma mater. 1. par.§.9. num.2.vers.quarto eadem ratione idque maxime confirmatur.

Primo

Primo quoniam nec Summus Pontifex in c. 2. de const. in 6. nec iura ciuilia quæ direptiones, & rapinas Naufragantium prohibuerunt, nec denique Doctores, qui eadem iura sunt interpretati distinxerunt de furto mortali magnæ alicuius quantitatis, sed quodcumque generaliter prohibuerunt.

Secundo quoniam etiam excommunicatio lata in injicientes manus violentas in cleticos in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. ligat quoscunque mortale peccatum committentes in percutiendo etiam si sit leuis percussio in communi.

Tertio quoniam alioquin plures possent etiam seorsim, & sine vlla conspiratione, quantitatem solum sufficientem ad mortale peccatum ex naufragio subripere & nullus eorum excommunicationem incurreret, quamuis omnes notabile furtum fecissent, & sic indemnitati naufragantium non esset plene prouisum.

Quarto quoniam si peccata etiam leuia, & venialia ex rationabili causa, & pro communi bono possunt sub censura prohiberi iuxta Suarez tomo. 5. dispu. 20. sect. 2. dubio 1. circa finem, ergo multo magis prohiberi possunt sub excommunicatione peccata, & furta quæ solum pertingunt ad mortalia ex eadem iusta causa, quæ procul dubio adesse videtur in præsenti materia, cum direptio naufragantium bono communi plurimum nocet, & longe superat grauitatem omnium furtorum, & rapinarum.

Quinto denique quod sic vbique seruatur, & recepta est præsens Bulla, vt conscientia omnium tellatur.

Saluo meliori &c.

Limitatur secundo, ut etiam non incurratur quando essent bona naufragorum non tamen (christianorum sed infidelium, Iudæorum, hæreticorum & aliorum quomodocunque Christiano nomini inimicorum. auth Nauigia, C de furtis, & ex uerbis bullæ comprehenditur fuisse Sum. Pontificis intentionem prouidere bonis fidelium.

Tertio limitatur, ut hæc excommunicatio maior non extendatur ad tertiam personam tam per Bullam Sixti V. quam Clem. 8. licet per Bullam Greg. 13. a Nauar. relatam secus, ut ex eius uerbis palam colligitur, quamuis teneatur illa tertia persona cognito uero domino nauis, & rerum ablatarum illa restituere quæ a furripiente acceperat, uel emerat etiam nullo sibi soluto pretio, per text in l. inciuilem. C. de fur. Quid dicendum in eo qui naufragium passus uenit ad terram, & aliquas res quas saluare potuit penes tertium deposuerit si ille postea negauerit actum depositum quod ab ipso domino non possit sufficienter probari, an teneatur pœna huius Bullæ ac si res ipsas furripuisset, illas contra domini uoluntatem retinendo Resp hunc casum attentis uerbis Bullæ non uideri comprehendi posse

Limitatur quarto, ut nec etiam incurratur ex solo actu acceptionis talium bonorum animo conseruandi ea, & tradendi uero domino illius habita notitia, non autè vsurpandi & in vsum, ac proprium commodum conuertendi alias secus licet deinceps eum pœniteat & mutato illa restituet siquidem per illam pœnitentiam excommunicatione non liberatur; sed opus est absolutione arg. tex. in c. cum desideres. de sent. excommunic. declara hanc 4. limitationem nisi adsit mora restituendi. 1. cum quis potest restituere, & non restituit gloss. fin in d. cap. excommunicationi, ratione per Caietanum assignata in verbo excommunic. cap 23 propter quam cum sequitur Nauar. in d. capitu. 27. numer. 118 etiam si non præcedat

monitio pro dictis bonis ablatis restituendis cum Panormit. in d. capitu. excommunicationi distinguente, vt ibi per eum num. 2. in fine, communi tamen opinione in contrarium existente testantibus Sylvest. in ver excom. 7. §. 20 Rosel. in cod. verbo el 1. excom 21. loquentibus attentis verbis d c. excommunicationi de rapto, sed tu considera verba Bullæ die cænæ Domini nouissime promulgatæ, & quæ scripsit Suarez. de censuris disp 21. sect 2. censu. 4. fol. 366.

Quinto limitatur vt per hanc Bullam non intelligantur excommunicari putantes propter ignorantiam illa non esse bona naufragorum, sed aliorum, licet nolint restituere, & sint in mora restituendi. Nauar. in cons. 1. numer. 2. de pœnit. & remiss in antiq. item per simplicitatem rapientes de dictis bonis credentes eis id licere ex alia causa, Sylu. & Rosel. in ver. naufragium Nauar. in man c. 17. nu 99.

Limitatur sexto, Quando Dominus illa bona habuerit pro derelictis amissa omnispe ea recuperandi l. falsus. §. si iactum. ff. de fur. secus vero si illa proiecisset in mari propter procellam, & vim tempestatis ad nauem exonerandam, vt periculum euadat, quia tunc dominium remanet penes proprium dominum. l. qui leuandæ. ff ad leg. Rhod. de iactu. quæ si quis acceperit animo retinendi furtum committit. l qua ratione. § fin ff de acq. rer. dom. § fin inst de rer. diuis. Abb in cap. cum dilecti de accusat. num 11. in dubio autem non præsumitur habuisse illa pro derelictis l. interdum. § 1. ff de acquir. poss. ex reg illa quia nemo putatur suum iactare l. cum de indebito ff. de probat. & quando censendum sit aliquid habitum pro derelicto vide text. in § pen. instit. de rerum diuis. gloss. in l. si quis merces. ff pro derelicto Sylvest. in ver. inuenta. sub numer. 3. Rosel. in ver. Furtum. § 12. Nauar. in manu. capitu 17. sub numer. 99. & in hoc casu ad coniecturas esse recurrendum inquit Panor. loc. cit. vbi etiam Felin. numer. 6. quæ coniecturæ deprehendi possunt ex dictis eiusdem Nau. in d. capitu. 17. numer. 170. & 176. de quibus etiam habetur in lib. thesaur. cas. consc. in exposit Bul. Can. c. 8. & per Bartholom Vgolin. in tract. de censuris Rom. Pont. reseruatis c 4. §. 2.

Vide Menochium lib. 5 de præsumpt. 20. nu. 5. Mol. de instciu. disput. 5.

Septimo, & denique limita in eo qui pro recuperandis talibus bonis quæ de sui natura statim erant peritura cuicunque periculo mortis exposuit vitam suam, & Dominus verisimiliter dicta bona per aliud medium, & uiam non erat rehabiturus, ita ut possit tuta conscientia sibi illa retinere, Vgol. loc cit. sub nu. 3. secus uero si illa salua fecisset sine ullo periculo uitæ, etiam si dominus illa bona, nec per se, nec per alium erat alias recuperaturus quia ex charitate tenebatur ad præbendum auxilium d capitu. excommunicationi, ubi etiam gloss. & plenius in supra allegat. constit. Rapinas. debet tamen habere mercedem sui laboris iudicio boni uiri ita communiter Summista in uer Naufragium & Nauar. d c. 17 sub nu. 98 asserens etiam quod si fulminaretur excommu. contra habentes de talibus bonis, & si quis possit licite illa retinere ut in casu proxime dict o teneatur saltem manifestare.

Omnibus & singulis utriusque Sexus Christi fidelibus, qui auxilium, consilium, & fauorem naufragium patientibus in reparatione, & conseruatione suorum bonorum præstiterint decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer in domino relaxarunt Iuli. 2. Paul. 3 & Pius V. ut patet ex eius constitutionibus in Bulla fol. 442. 552. & 927.

BONA ECCLESIAE VSVRPANTES.

PRÆTER Summistas sciendum est vsurpatores tales esse excommunicatos, & absolutionem esse reseruatam Papæ, vt in Concil. Trid. de ref. sess. 22. c. 11. & hodie est in bulla Cœnæ clausula 17. his verbis videlicet. *Quinue iurisdictiones seu fructus, redditus, & prouentus ad nos, & Sedem Apostolicam, & quascunque ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Rom. Pont. vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.* Congr. tit. de sen. ex com.

ADDITIO. Verum ad hanc censuram incurrendam quinque conditiones requiri docent Caiet. in v. excommunicatio cap 27. & Nauarr. in Manu. cap. 27. sub nu 71 vers Sexta, explicantur etiam in lib. Thesaur. cas. consc. in expos. Bull. Cæn. cap. 21 & ille dicitur vsurpare qui sibi vendicat id quod ad eum non pertinet. glos. in c multi 2. q 1. cuius termini significatum quo ad præsentem materiam optime explicat Vgolin in præalleg. tract c. 17. nu. 4. & eod. c. §. 2. & quod vsurpantes iura ecclesiastica tanquam sacrilegi iudicantur est tex in cap. conquestus de for. compet.

Item pœnam huius excommunicationis effugiet is, qui tanquam creditor, vt suũ recuperet beneficij fructus capit, prout consuluit Nauarr. cons. 35. de sentent. excom. in antiq.

Postremam partem huius canonis intellige de sequestratione necessaria quæ fit iussu iudicis, non autem de voluntaria quando partes inter se conueniunt vt sequestrum fiat ad quod non est necessarium licentiam postulare. Vgolin loc. proxime citat. in fine. Secundo intellige vt non incidat in pœnam huius excommunicationis is qui id faciendum procurauit, quia sumus in dispositione pœnali, & ideo non debet fieri extensio de vno casu ad alium c pœn ade pœnit. dist. 1. Nauar. cons. 34. de sent. excom in antiq.

CAMPANA.

PRÆTER Summistas sciendum est per Leo. x. in Conc. generali Lateranensi fol. 217. in Bulla, fuisse moderata Priuilegia Mendicantium, & inter alia fuit prouisum, *Vt debitus honor matrici Ecclesiæ reddatur, tam ipsi fratres quam alij clerici sæculares etiam super hoc Apostolicæ Sedis priuilegio muniti die Sabbati maioris hebdomadæ antequam Campana Cathedralis, vel matricis Ecclesiæ pulsauerit campanas in ecclesiis suis pulsare minime possint, contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrant.* Quæ adde ad c. patentibus, de priuileg. & ad extrauag. Io. 22. incip. Quia cunctos, inter communes, de off. custod. ceteris vero diebus non possunt impedire, vt patet ex declaratione relata infra in verbo confessor, & aderat antea Constitutio Pij V. incip. Et si mendicantium. fol. 982. in Bul. Congr. tit. de offi custo. seu tit. de maio. & obedien.

ADDITIO. De diuersis finibus ad quos Campana pulsetur eorumque; significatu vide per Guliel. Durand in ration. diuin lib. 1. c. 4 Abb. in c. 1. nu. 2. de off custod. Bonif. de Vital in cle. grauis. nu. 13. & 14. de sent excom & quando vniuersitas vocari possit per sonum campanæ per eundem Abb. in cap. in causis. de elect. Et

quare tempore interdicti prohibeatur sonus campanæ. Gemin in c. Alma §. adijcimus nu. 4. de sent. excom. & an tunc tẽporis illam pulsantes incurrant irregularitatem Philip Franc ibidem num. 3. Et qua ratione campanæ sileant triduo ante Pascha habetur in d. rational. diuin lib. 6. cap. 72. Numquid autem pulsans, vel pulsari iubens campanam ad armasumenda pro captione alicuius rebellis, vel malefactoris, incurrat irregularitatem, si ob illum sonum ille reus fuerit captus & deinde morte, vel mutilatione damnatus. Resp Maiolus in tract. de irregu li. 2 cap. 10 tenet affirmatiue hoc idem extendẽs in pulsante vt conuocetur populus quando reus ducitur ad supplicium, declarando dummodo pulset ad finem vt reus securius ducatur ad mortem secus vero si pulset tantum ad signum & publicum exemplum Et quid in eo qui pulsando campanam ipsa vel eius malleus cadens aliquem interfecerit quã do sit irregularis, vide tex. in cap. Ioannes. de homic. & ibi dicta per Card. Zab & Abb vna cũ additione Alex. de Neuo ad ipsum, Sylvest in ver Homicidiũ 2. ver. 10. Maiol in d. tract lib. 5. c. 48 §. 3. nec omittas uidere, quæ de campanis traduntur per Io. Sylu in tract. de benef par. 1. q. 5. num 82. & infra, & per Paul. Fusc in tract de uisitat lib. 1. cap. 14.

CANONICVS REGVLARIS.

PRæter Summistas, & Doctores, sciẽdum est, quod hodie nulli Regulares, etiã si sint Canonici, habere possunt sine dispensatione Apostolica, beneficia curata, nec in perpetuum, neque *ad* tempus, & ita in praxi obseruari attestatur D. Hieron. Gonzalez in comment. ad reg. Cancell. gl. 7. num. 53. referens etiam declarationem Sacræ Congregationis Concil. Trident. videlicet. Sanctissimus D. N. Greg. XIII. noluit licere Canonicis regularibus Congreg. Lateranen. etiam de licentia sui Generalis, absque permissu Summi Pontificis, assumere curam animarum, etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum ad tempus.

Quam declarationem adde ad cap. quod Dei timorem. de statu monach. & Vide decreta pro reformatione regularium relata infra in verbo Monasteria, & conuentus Regularium sub die 25. Iulij 1599 num. 32.

Canonizatio Sancti Raymundi.

PRæter Sylues. & Summistas in hoc verbo sciendum est qualiter inter alias facultates attributas congregationi Illustrissimorum Dominorum Cardinalium pro sacris ritibus & cęremonijs est, vt diligentem curam adhibeant circa Sanctorum canonizationem vtpatet ex constitutione Sixti V. extat de canonizatione Sanctorum commentarius Reuerendissimi P. Angeli Roccæ Augustiniani Apostolici Sacrarij Præfecti, Episcopi Tagasti, vbi de definitione, Auctoritate, & Antiquitate deque causis, & ordine iudiciario canonizandi Sanctos. De miraculis, item ac de rebus, quæ veram declarant sanctitatem, nec non de honoribus qui Sanctis debentur. Deque infallibili Catholicæ ecclesiæ certitudine, ad canonizationem pertinente, additis cæremonijs in ea obseruari consuetis, ac declaratis; Sanctorumque canonizatorum Catalogo accedente, & eorum qui de canonizatione scripserit, Romæ impressus anno 1601. occasione canonizationis factæ Sancti Raymundi a Clemente Octauo tenoris sequentis.

S.D.

S.D.N.D. Clementis Diuina prouidentia Papæ Octaui Decretales litera, quibus Beatus Raymundus a Peniafort Barcinonensis Ordinis Prædicatorum in Sanctorum Catalogum adscribitur, ac decernitur, vt ab vniuersali Ecclesia vti Sanctus colatur, illiusque Festum, & Officium sicut pro vno Confessore non Pontifice, ad formam in Rubricis Romani Breuiarij præscriptam anno quolibet, die septima Ianuarij celebretur, cum Indulgentiarum elargitione.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROmana Catholica Ecclesia, quæ supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu ædificata, diuinitus a Spiritu Sancto regitur, & ineffabili eius æternæ sapientiæ prouidentia mirabiliter gubernatur, in eadem vnitate fidei, & doctrinæ veritate, quam a Christo suo sponso, & Apostolis accepit, perpetua consensione perseuerans, a Deo Patre misericordiarum continuis gratiæ cælestis benedictionibus cumulatur, ac veluti fæcunda mater multiplici sanctorum prole aucta eorumdem meritis, ac virtutibus illustratur. Atque hanc fidei Catholicæ vnitatem vnus, idemque spiritus per multas gratiarum diuisiones in corpore Christi, cuius nos membra sumus, antea operatus est, & nunc etiam operatur. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, qui vnum Dominum, vnam fidem, vnum baptisma prædicarunt, ac veritatem facientes in charitate, creuerunt in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus cõpactum, & connexum est per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri. Præcipua vero huius mystici corporis membra sunt viri sancti, quos elegit Deus, & prædestinauit in viam, qui eandem fidem semper tenuerunt, & pro eius defensione ligitime certantes adepti sunt repromissiones, & in cælis coronari meruerunt. Huius autem fidei vnitatem, in qua vnum corpus in vno spiritu efficimur, iam inde ab ipsius Ecclesiæ nascentis initio ad hæc vsque tempora Principes, & potestates tenebrarum multis hæresum procellis, ac turbinibus excitatis labefactare, & conuellere tentarunt; sed diuina Christi sapientia, qua Ecclesiam suam supra firmam petram fundauit, aduersus quam portæ inferi prævalere nunquam poterunt, potenti sua dextera eam semper defendit, & vsque ad consummationem seculi conseruabit. Atque in hoc admirabilis Dei prouidentia maxime elucet, quod omnium pene seculorum ærumnis, & ijs præcipue temporibus, quibus religio Catholica Tyrannorum atrocitate, & hæreticorum perfidia impugnata est, inuictos martyres, athletas fortissimos, gloriosos confessores, & viros sanctos, magnos in virtute, ac prudentia præditos, aduersus Tyrannorum sæuitiam, atque hæreticorum iniquitatem excitarit, qui suo sanguine fidem Christianam decoratam, ac vitæ integritate, doctrinis, virtutibus, & miraculis confirmatam latissime propagarunt. Ac superioribus quidem seculis ex glorioso Patris Sancti Dominici familia Beatus Raymundus a Peniafort Barcinonensis extitit, qui amator veræ sapientiæ, quæ

Eph. 2. *2. Cor. 1* *1. Cor. 12.* *Eph 4.* *Eph. 4.* *Rom 8* *2. Tim. 2.* *Heb. 11* *1. Cor. 12.* *Eph 6.* *Matt. 7.* *Matt. 16.* *Matt. 28.* *Eccle. 44.*

Sap.6. nunquam marcescit, spretis omnibus mundi diuitijs, diues factus est in gratia
1.Cor.1. Dei, quæ data est in Christo Iesu in omni verbo, & scientia, diues in humilitate,
Iacob.1. & virtute, diues in bonis operibus, in quo denique Deus ostendit abundantes di
1.Tim.6 uitias gratiæ, & gloriæ suæ. Nam vocauit eum in partem sortis Sanctorum, &
Eph 2. impleuit agnitione voluntatis suæ, in omni sapientia, & intellectu spirituali, ita
Colon.1. vt plenus Spiritu Sancto, & fide in medio Regum, & Magnatorum sapientiam
Act.10. loqueretur, non sapientiam huius seculi, neque Principum huius seculi, qui de-
Eccl.39. struuntur, sed Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est a sapientibus hu-
1.Cor.2. ius mundi, & reuelata paruulis: nimirum verus Dei minister in paupertate, in
Matt.11 omni patientia, in orationibus, in laboribus Dei gloriam quærens, ac mysterium
2.Corin. fidei in conscientia pura fidelibus, & infidelibus summa charitate patefaciens,
6. permultos in cæcitate cordis a via salutis aberrantes, verbo veritatis, & innocen-
1.Tim.3 tia vitæ in rectam mandatorum Dei semitam traduxit, & aduersus hæreticorum
impetum, & audaciam se tanquam murum fortissimum, & inexpugnabilem op-
Ps.218. posuit. Insuper Deus, qui est mirabilis in sanctis suis, dedit ei gratiam curatio-
Ps.67. num, ac sanctitatem eius, in virtute Spiritus Sancti, per signa & prodigia, cum
1.Cor.12 in eius vita, tum post obitum ita manifestauit, vt eius gloria per amplissima Hi-
Rom 15 spaniarum regna permanarit. Hæc enim est summa Dei benignitas, qua sanctos
suos, qui in contemptione honorum, in omni rerum humanarum despicientia,
Galat.6. & in cruce Christi Domini Nostri gloriantes in hac vita eius laudem, & honorē
1.Reg 2 amplificarunt, nunc eosdem glorificans, a quibus ipse honorificatus est, veluti
quadam vicissitudine honoris, omnium bonorum felicitate in cælis remunerat,
Isa.56. & tribuit eis nomen sempiternum, quod nunquam interibit. Quamobrem ad eo
2.Cor.6. rum virtutes imitandas vehementer incitari debemus, cum huiusmodi homines
auersos ab honoribus, in tribulationibus, in angustijs tantam adeptas esse glo-
riam videamus, vt sua tenuitate, & humilitate omnium Regum amplitudinem,
Isa.55. omnem huius mundi existimationem, & dignitatem longe superarint. Nam di-
uersæ sunt viæ Dei a vijs hominum, qui in vanis cogitationibus, & curis mani-
bus occupati loquuntur sublimia gloriantes; Deus autem sedes Ducum superbo
1.Reg 2 rum destruxit, & cessare fecit memoriam eorum a terra, memoriam vero humi-
Eccl.10. lium sensu reliquit, & maximis honoribus, amplissimisque monumentis conse-
crauit. Quare Beatum Raymundum merito laudamus, & Deum in eo benedici-
mus, qui singularibus gratiarum donis, & summis virtutibus eum ornauit; de
cuius vita, morum sanctimonia, fidei puritate, & admirabilium signorum mul-
titudine pauca solum ad communem totius Ecclesiæ vtilitatem proponimus, vt
omnes intelligant quibus tandem ille gradibus in cælum ascenderit, ac Deo gra
tias immortales agant, eius nomen in Ecclesia Dei publico hoc nostro, & Sedis
Apostolicæ decreto, numero Sanctorum fuisse adscriptum.

Beatus Raymundus Barcinonensis ex nobili familia de Peniafort originem
duxit. Prima in pueritia religionis Christianæ rudimentis imbutus iam magnū
aliquid portendere videbatur, cum esset eximia corporis, & animi indole, & na-
turæ quodam instinctu ad virtutem, & pietatem in dies magis propenderet. Ado
lescens humaniores literas tam auide arripuit, vt exiguo tempore maximus pro-
gressus fecerit, & eas artes, quas plene didicerat, Deo adiuuante, summa cū lau-
de plurimos Barcinone gratis docuerit. Atque vt e talentis sibi a Domino concre
Mat.25 ditis lucrum faceret amplissimum, Bononiam, velut ad commune bonarum ar-
tium domicilium, & disciplinarum emporium profectus est, vbi tempus sibi ad
negotiationem sapientiæ datum non insumpsit in vanis, & carnalibus deside-

rijs,

rijs, quibus ætas illa iuuenilis a studio virtutis abripi sæpe solet, sed pietatis officijs, ac Pontificio, ciuilique iuri toto pectore incubuit, ac tandem Doctoris laurea, ceteriſque doctrinæ insignibus decoratus, sacros Canones publice magna cum hominum admiratione absque vllo stipendio est interpretatus, cui postea cum Senatus Bononiensis ob præclaram eius eruditionem honorarium ex ære publico decreuisset, ipse labores suos Domino sanctificans, data sibi a senatu pecunia, omniumque rerum, quas sua industria comparasset, Deo in primis, ac suo Parocho Decimas fideliter offerebat. Quo in munere docendi cum aliquot annis egregiam nauasset operam, & iam eius eruditionis fama per Italiam increbuisset, Berengarius Barcinonensis Episcopus eius virtutibus, ac scientia permotus, Roma suam ad ecclesiam rediens Bononiam iter instituit, vbi Beatum Raymundum conuenit, ac multis vtro, citroque sermonibus habitis Berengarius virum admiratus, ac secum ipse reputans eum ingenti Ecclesiæ suæ ornamẽto, & utilitati futurũ, vehementer instituit, vt secum ad ecclesiam Barcinonensem, vbi educatus fuerat, reuerteretur, quod tandem magnis ab eo precibus obtinuit, quẽ etiam aliquanto post eiusdem Ecclesiæ Canonicatu, & quadam præpositura ad dita ornauit. Hoc beneficio, & dignitate auctus, omnibus Canonicis, & vniuerso illius ciuitatis populo integritatis, ac doctrinæ splendore præfulgebat, eratq; tanta eius in omni gestu, motuque corporis modestia, & totius vitæ consuetudine suauitas, vt omnium ętatum, atque ordinum homines in amorem sui raperet, & admirationem. Deiparam Virginem singulari pietatis affectu venerabatur eiusque honorem, & cultum pro viribus semper auxit. Nam cum festus Annunciationis eiusdem Virginis dies ea in Ecclesia minus celebris haberetur, ipse ab Episcopo, & Capitulo impetrauit, vt duplici ritu solenniter perpetuo coleretur, atque ex Præposituræ suæ redditibus censum annuum attribuit Canonicis in distributiones erogandum, qui sacris officijs eo die interessent.

Pro. 31
1. Pet. 2
Leu 27

Magnam hac ratione apud omnes auctoritatem, & sanctitatis opinionem sibi conciliarat, totiusque ciuitatis oculos, animosque omnium, ac Præcipue prælatorum, & Principum in se conuerterat, cum inanem mundi gloriam instar fœni arescentis decusso flore marcescentem apud se ipse contemnens, ad sublimiorem vitæ statum aspiraret. Venerant tunc in eam vrbem recentes Fratres Ordinis Prędicatorum, qui Apostolicum in morem Euangelio Christi prædicando populũ docebant, & ad cultum Dei, studiumque pietatis incitabant, quorum vsu, & cõsuetudine primum delectari Beatus Raymundus; deinde etiam ad idem vitæ institutum amplectendum vehementer cœpit inflammari, neque anceps ea, difficilisve cogitatio fuit; Nam inclinatum eius animum, & in via salutis ambulantem specioſi illi pedes euangelizantium pacem in montem Domini, perfectionis nimirum Euangelicæ apicem facile deduxerunt.

Isa. 40.
Ro. 10.

Itaque iam matura ætate annum circiter quintũ supra quadragesimum agẽs, abdicatis honoribus spretisque omnibus diuitijs, assumpsit pennas, vt columbę, atque in requiem Domini euolans, in ordine Fratrum Prædicatorum solennem professionem emisit, Quod vt omnibus admirationi fuit hominem genere nobilem doctrina præstantem, affluentem bonis dignitate, & fama celebrem, suscepto religiosæ vitæ instituto, spontaneam paupertatem opibus, suique contemptum honoribus, & commodis prætulisse; ita eius exemplo complures literati, ac studijs, doctrinisque dediti nobiles viri eundem Ordinem sunt amplexi, ac propterea magnum ea religio in dicta ciuitate susceptit incrementum. Hic iam nonus Christi miles aduersus humani generis hostem fortiter dimicare apud se statuens.

Ps. 54.
Marc. 12.
1. Cor 3

tuens, ac turrim æternæ salutis ædificans, vt sapiens architectus, humilitatis religiosæ, quæ ceterarum est parens, custosque virtutum, fundamenta iacere decreuit. Itaque etsi omnibus eruditione, & prudentia antecellebat, hoc tamen ipso demissius sentire de se, alijs omnia, sibi nihil tribuere, singulos honore debito prosequi, denique libentius del tescere, quam in lucem prodire cõsueuerat, cuius ille uirtutis tenacissimus in omni uita fuit: & quoniam obedientia humilitatis uita est, ad hanc tuendam, atque conseruandã exẽplo mediatoris, & Saluatoris Domini Nostri Iesu Christi, qui humiliauit semet ipsum factus obediẽs usque ad mortem, uir iustus die, ac nocte meditabatur obedientiam, ac sepulto propriæ uoluntatis arbitrio, mortuus huic sæculo vitam cũ Christo in Deo absconderat, ac totus a superiorum nutu pendebat. Beatam paupertatem regni cælorum præmio dignam, & Christi ore laudatam toto pectore amplexus est, ac eam veluti fraternæ pacis fundamentum, munditiam vitę, curarum huius mundi abdicationem, proximam denique, & quasi compendiariam ad Deum viam studiosissime semper coluit, ac semetipsum, tanquam aurum igni probatum in camino paupertatis expurgabat. Castitatis, quę celestis, & Angelicus thesaurus est, amantissimus fuit, ac præcinctus lumbos, & lucernam boni operis in manibus habens, eam in fictili corporis sui vase in sanctificatione, & honore portans, incorruptam, & integram vsque ad extremum vitæ diem conseruauit, & qua erat in Dei matrem, & intemeratam Virginem Mariam pietate, in cuius fidem, & clientelam se iamdiu ante contulerat, nullum firmius ad Dœmonis vires conterendas, quam eiusdem Virginis præsidium inueniri posse certum, exploratumque habens, eius patrocinium assidue inuocabat, ac tantus erat eius in oratione feruor, & perseuerantia, vt ex variis occupationibus se ipse frequenter colligens sederet solitarius, & leuans se super se diuinæ contemplationi vacaret, in qua cælestes plane spiritus hauriebat, & de fontibus Saluatoris aquas sapientiæ salutaris accipiens, tanto gratiarum imbre omnes vitæ suæ actiones irrigabat, vt flumina aquæ viuæ de ventre eius in aliorum vtilitatem promanarent.

Climac. gradu. 4. 1. Timot Philipp. 2. Prau. 15. Coloss. 3. Climac. gradu. 17. Isai. 48. 2. Cor. 4. 1. Pet. 1. Luc. 12. 2. Cor. 4. 1. Thessal. 4. Thre 3. Isai. 12. Ioan. 7.

In pauperes, ac præcipue captiuos dura seruitute ab infidelibus detentos propensissimus erat, nullumque officij genus vnquam prætermisit, quos eos liberari posse existimaret, quorum hoc etiam maiorem curã, & solicitudinem gerendam esse censebat, quo in grauiori periculo Christianæ fidei abiurandæ, & amittendæ salutis æternæ versarentur. Cum itaque eius hortatu Petrus Nolascus natione Gallus, cuius confessiones Beatus Raymundus audiebat, vir opibus florens, & insigni pietate præditus, ad inopes alendos, & maxime ad captiuos ex Barbarorum vinculis redimendos, suas copias, & opes magna cum alacritate ac libenti animo conferret, egregium pij, ac liberalis animi officium pro sua infinita bonitate gratum Deus habuit. Nam proxima nocte insequente Beatissima Virgo Dei mater eidem Petro, qui sanctis meditationibus, & orationi vacans cogitabat, qua ratione calamitatibus Christianorum in captiuitate degentium succurri posset serena frõte se conspiciendam dedit, & acceptissimum sibi, ac vnigenito suo filio fore dixit, si suum in honorem instituerentur ordo religiosorum, quibus cura incumberet captiuos e tyrannide Turcarum liberandi, ac illa ipsa nocte eadem Virgo Sanctissima Beato Raymundo, & Iacobo primo Aragoniæ Regi apparuit, id ipsum de religiosis admonens. Quare hi collatis inter se consiliis, & consentientibus animis ordinem B. Mariæ de Misericordia, seu de Mercede redemptionis captiuorum fundauerunt, cui Beatus Raymundus certas viuendi leges præscripsit ad istius ordinis vocationẽ accommodatissimas, quarum approbationẽ aliquot annis post

a sed.

a fel.rec.Gregorio IX.prædeceſſore noſtro impetrauit,& dictum Petrum,qui eidem ordini omnia ſua prõpte dederat, primum etiam Generalem Ordinis Magiſtrum ſuis ipſe manibus habitu eodem indutum creauit.

Hæc Beatus Raymundus,quæ ad vnius Dei gloriam,& proximi vtilitatem geſſerat,etſi occultiſſima eſſe volebat,tamen ardentem illius in egenos charitatem,& vitæ ſanctimoniam iam vbique fama vulgauerat,& ſanctę eius doctrinæ odorem manifeſtabat in omni loco. Quamobrem bo.me.Ioannes Cardinalis Epiſcopus Sabinen.eruditionis,& pietatis laudeclariſſimus ab eodem Gregorio IX.prædeceſſore noſtro in Hiſpaniam ad crucem aduerſus Saracenos prædicandam,aliaq; Sedis Apoſtolicæ negotia pertractanda Legatus de latere miſſus multorum ſermonibus ſingularem eius integritatem intelligens, cum ſibi legationis accepit adiutorem.

Quo in munere Beatus Raymundus tanta cum prudentia,tanta humilitate,& charitate verſatus eſt, vt omnibus eſſet bonus odor Chriſti ad vitam. Nam etſi honeſtiſſimo loco natus eſſet,& iam ætate prouectus,multiſque virtutibus cumulatus magna apud omnes auctoritate polleret;in hoc tamen longinquo,& difficillimo itinere nullis vnquam ab eo precibus obtineri potuit, vt equo veheretur, ſed verus Chriſti diſcipulus calceatus pedes in præparationem Euangelii pacis, & aſſumpto ſpiritus gladio, quod eſt verbum Dei,iter ſuis comitatus ſocijs pedibus faciebat,& Cardinalem, quo erat venturus præuertens, quaſi viam ante faciem eius in benedictione præparans, Euangelio Chriſti prædicando permultos adiuuante Domino,ad arctam ſalutis ſemitam a via lata, & ſpacioſa traducebat, & confeſſiones audiendo,a cenſuris,& a peccatorum liberabat. Quodque omnibus mirum fuit,toto illo itinere nihil vnquam de ſolita ciborum abſtinentia, vigiliis,ieiuniis,precationibus,totiuſq; religionis ſeueritate remiſit,ſed obſeruantiſſimus conſtitutionem ſui ordinis, ne latum quidem vnguem ab illius ſtatutis, & legibus diſcedebat. Quare ſuſpiciebant ipſum vniuerſi,colebant omnes,Ioannes Cardinalis ſummopere diligebat,qui perfunctus legatione ad Vrbem rediẽs, cum Beatum Raymundum vna ſecum adducere decreuiſſet, nunquam tamen ab eo potuit impetrare, ſed cum ad eundem Gregorium IX. prædeceſſorem noſtrum,de rebus legationis referret,tam multa,eaque præclara de huius Beati viri virtutibus dixit, vt idem Gregorius prædeceſſor illius videndi deſiderio incenſus,eum ad ſe confeſtim euocarit, cuius ille dicto audiens, quanquam religioſæ quietis auidiſſimus,Romam venit.

1. *Cor.* 2.

Epheſ. 6.

Luc. 1.

Excepit eum amanter,& benigne prædictus Gregorius prædeceſſor, ac breui perſpectis,& exploratis eius animi dotibus,ſummiſque virtutibus,Cappellani ſui officio,quod tunc temporis idem erat, quod nunc eſt cauſarum Palatii Apoſtolici Auditorum,& Pœnitentiarii dignitate ornauit,ac tanti ſemper fecit, vt non niſi adhibito eius conſilio grauiores cauſas tractaret, quem cum etiam a ſacris ſibi confeſſionibus præfeciſſet,is,qua erat in egenos charitate, pœnitentiæ loco illi iniungebat,vt inopum preces,& iuſtas petitiones ſtatim audiret, eorumque negotia expediret,& quam citiſſime conficeret; quare ab eodem Gregorio prædeceſſore Pater pauperum eſt appellatus. Decreta Romanorum Pontificum,quo quæque tempore condita erant,diuerſis in Epiſtolis,& Conciliis ſparſa, quæ obſcuritatem,& incertitudinem inducere videbantur,ad communem omnium,& maxime ſtudẽtium vtilitatẽ,in ordinem,& compendium redigi iamdiu omnib.fere placuerat,ſed tanto operi nullus idoneus quærebatur. Itaque Gregorius prædeceſſor Beatum Raymundum huic muneri aptiſſimum eſſe ratus, id oneris ei impoſuit,

fuit, quod tandem ipse ingenti labore trium annorum spatio feliciter absoluit, quemadmodum in ipso Decretalium proœmio grauissimo eiusdem Gregorii testimonio est comprobatum.

Hisce lucubrationibus, & assiduo humilitatis studio, quamdiu Romæ vixit, contra otiosam mentis euagationem, & inanis gloriæ cupiditatem se ipse tuebatur diligentissime: Quare oblatos etiam honores, & amplissimas Ecclesiarũ Cathedras omni conatu repudiauit. Nam cum Gregorius Archiepiscopatum Tarraconensem ei deferre decreuisset, id ille adeo grauiter, & moleste tulit, vt illico febri correptus aliquot dies ingenti corporis, animique dolore torqueretur. Itaque ab huius mundi gloria alieniissimus omni ope contendit, vt eam a se dignitatem auerteret, quod cum per se non posset, adhibitis multorũ precibus, & quorundam Cardinalium auctoritate, eiusdem Gregorij prædecessoris animum ita inflexit, vt illius Ecclesiæ onus in eum transtulerit, quem ei muneri Beatus Raymundus aptissimum esse iudicauit. Hac difficultate perfunctus exultabat in Domino, ac veluti suo iuri redditus, gratijs Deo peractis, ad solitos labores sese contulit, quorum tandem magnitudine, & diuturnitate confectus, in tam grauem morbum incidit, vt illi certam mortem Medici denunciarẽt, nisi patrium solum repeteret. Itaque dimisso confessarij eiusdem Gregorii prædecessoris munere, & obtẽta abeundi facultate Barcinonem redijt, atque ita rediit, vt eum animi candorem ab omni ambitionis labe intactum, & illæsum, quo imbutus ad Vrbem venerat, in patriam reportarit.

Vix ab Vrbe recesserat, cum statim ei diuinitus per spiritum data est gratia sa-
1. *Cor.* 12. nitatum, atque operatio virtutum. Nam cum ad eum Cathaloniæ portum, quem Tossa vocant, appulisset, aduectum ad se leui cymba quendam eius loci incolam, Barcelo de Faro nuncupatum (qui dum in messem incumberet, adeo graui, & repentino correptus erat morbo, vt statim omnibus orbatus sensibus, nullos neque admotos corpori stimulos perciperet, sed humi iacens exanimis, mortuus es-
Ephe. 2. se crederetur) Beatus vir miseratus, Deum, qui diues est in misericordia, ardentissime est deprecatus, vt ei vitam, quæ satis esset ad confitendum peccata, produceret: tum magna in Deum fide nixus infirmum proprio compellans nomine rogauit, an vellet peccatorum sordes sacra confessione diluere, confestim ille velut e somno excitatus oculos sustulit, recentoque vocis vsu, id velle se, ac vehemẽter optare dixit, & confessione facta, atque exonerata peccatorum conscientia, perceptaque absolutione nihil amplius elocutus spiritum Deo reddidit. Id circũstantes admirati glorificauerunt Deum, quod talem hominibus dedisset potestatem.

Matt. 9. Atque vbi Barcinonem appulit, confirmatis paulum viribus, statim ad res diuinas, & cælestes contemplandas animum adiecit. Eius vero Barcinonem aduentus simulatque per Hispaniam innotuit, ingens hominum concursus ad eũ fieri cœptus est partim visendi gratia, partim consulendi (nam Pœnitentiarij potestatem concessu eiusdem Gregorij, etiam ab Vrbe absens exercebant) quos om-
Eccles. 21. nes consolabatur in Domino, & spiritualibus monitis mirifice recreabat, eius enim scientia, quasi inundatio in omnibus abundabat, & consiliũ eius, sicut fons vitæ salutem animæ plurimis afferebat. Hac autem Pœnitentiarij potestate, quo liberius Deo, sibique vacaret, sponte se abdicauit, quamquam eius etiam absentis opera idem Gregorius prædecessor, ceterique Romani Pontifices, qui eum se quum sunt prædecessores item nostri vtebantur, vt ex ipsorum literis facile constat, quibus ei grauissima negotia committebãt. Conscripsit etiã summam casuũ con-

conſcientiæ, qui ſolent in foro pœnitentię frequenter occurrere, magnæ doctrinę, atque auctoritatis, & tam confeſſariis, quam confitentibus valde vtilem, & neceſſariam.

Dum ſacris, & ſuauibus hiſce ſtudiis, & iuuandi proximi occupationibus diſtinetur, anno humanæ ſalutis mileſimo ducenteſimo trigeſimo octauo Iordanus eiuſdem Ordinis ſecundus Generalis magiſter, ex hac vita exceſſit. Quare nouo Generali Magiſtro deligendo Capitulum Generale Bononię eſt congregatū, vbi cum diſſidentibus ſententiis non ſatis Patribus inter ſe conueniret, ad Sancti Dominici corpus preces indictæ ſunt, atque inde ad ſuffragia ventum, quibus omnibus, nullo penitus refragante, Beatus Raymundus abſens Generalis Magiſter eſt declaratus, cuius ille rei nuncio perculſus, atque animo pertubatus primum repugnare vehementer cępit; ſed prouectioribus ætate, ac ſapientia Patribus Bononiam Barcinonem aduentantibus, qui eam omnium, & Dei voluntatem eſſe confirmarunt, ægre tandem acquieuit, ac magiſtratum iniit. Itaque aliorum precibus, & auctoritate victus animum ad regendam eam familiam adiecit, quam cum integro biennio ſanctiſſime, & magna cum laude adminiſtraſſet, facto, ipſo poſtulante ſuperiore anno, ex communi Patrum ſententia decreto, vt liceret Magiſtro Generali officium magiſterii renunciare, proximo inſequente Capitulo Bononiæ item habito affectam ætatem, infirmamque valetudinem incuſans, priſtinæ nimirum quietis, vitæque priuatæ auidiſſimus, Magiſtratu mærentibus omnibus ſponte ſe abdicauit, quo veluti onere depoſito, lætus, & alacer ad conſuetas pietatis exercitationes, & proximi ad virtutem incitandi ſtudium ſe quam diligentiſſime retulit, ac nihil vnquam antiquius habuit, quam vt religionem Catholicam longe, lateque propagaret, & pro viribus ab hæreſum labe vindicaret.

Quamobrē cla. me. Iacobo Regi Aragoniæ eius nominis primo in primis ſuaſit, vt ſacrum Inquiſitionis officium ſuis in Regnis inſtitueret, ad hæreſim, videlicet, quę tunc ex nefaria Valdenſium ſecta recenter exorta erat, omneſque alias procul a finibus eius Regni arcendas, atque hanc ob cauſam Concilio Prouinciali Tarracone aduerſus eoſdem ſectarios habito, iuſſu ipſius Iacobi Regis interfuit.

Sub idem vero tempus Saraceni, qui nobiliſſimas Hiſpaniæ Ciuitates, & finitimas inſulas impia ſui generis ſtirpe multo ante infecerant, armata manu vehementer etiam infeſtabant, quibus ut in ſuis regnis Euangelium Chriſti prædicaretur, eidē Iacobo Regi auctor fuit. Hunc etiā ad maiorem inſulam ex Balearibus proficiſcentem eius rogatu comitatus eſt, tum ut ei a ſacris confeſſionibus eſſet, tum etiam, ut uerbo Dei prædicando, fideique Catholicæ myſteriis explicandis, Hebræos, & Agarenos, qui ibidem magno numero erant, ad Chriſtianam religionem adduceret; ubi cum idem Iacobus Rex ueſano amore captus cuiuſdam feminæ conſuetudine uteretur, Beatus Raymundus, qua erat dicendi libertate, ac prudentia, illum blando primum ſermone ab ea conatus eſt reuocare; uerum ubi ſe nihil proficere animaduertit, tum orare, proque ſua in Deum fide precibus omnibus cępit obteſtari, ne ob exiguam corporis uoluptatem male ſe ipſum perderet: ſed neque preces quidquā profuere. Hic tum Beatus Raymundus animi dubius, & incertus, quo ſe uerteret, conſulto tandem precibus diuino numine ſtatutis nihil grauius ſibi faciendum, quam ut ex inſula diſcederet, ne libidinem eiuſdem Iacobi Regis, quam ferre amplius non poterat, probare ſua præſentia uideretur. Itaque eum adijt, ſerioque ac ſeuere admonitum ſuæ uoluntatis certiorem.

tiorem fecit; Iacobus uero Rex eius apud se retinẽdi cupidus, nautas omnes præ moneri iussit, atque capitali edicto prohiberi, ne ullus eũ traiiceret. Interim ignarus huiusce consilii B. Raymundus in portum perrexit, ubi ab omnibus nauiculatoribus communi consensu reiectus, cognita Iacobi Regis uoluntate, in portũ Sollar profectus est, itineris sui comiti hoc unum firmissime asseuerans ibi æternum Regem sibi non defuturum; at cum neque in eo portu a nautis admitteretur, id secum ipse demiratus, hoc magna fide pronũciauit, Regem quidem mortalem ita statuisse, sed Regem æternum aliter prouisurum. Itaque omnibus in litore salutatis, per quasdam rupes, & prærupta saxa in mare porrecta aliquantulum progressus in mare descendit, ac socium allocutus, uidebis, inquit, quemadmodum Deus opprimam nauem prouidebit. Quare fiducię plenus, expanso super aquis pallio, reductaque eius ora instar ueli ad baculum, quo tanquam malo uteretur, Dei opem inuocans, ac signo Crucis se muniens, relicto in insula suo modicę fidei, ac dubitante socio, mari se commisit, ac leni, prosperoque inflante uẽto, perambulas semitas maris, ac benedicens Deum, qui dominatur potestati eius, centum sexaginta milliaria sex horis confecit, omnibusque circum litora insolitum nauigandi genus admirantibus, Barcinonem appulit, ubi resumpto pallio, quod ne quidem aqua perfusum erat, ad Monasterium sui ordinis sub meridiem se contulit, quodque non minus admirãdum est, ianuis clausis illud ingressus, populi acclamationes euitans, ad gratias Deo peragendas in templum secessit, cuius rei fama totam urbem, finesque illius breui peruasit. Auxit etiam huius miraculi magnitudinem eiusdem Iacobi Regis emendatio subsecuta; extant autem usque in hunc diem uestigia turris, & cappellę eo in loco, ex quo in mare descenderat, extructę, atque ipsum etiam pallium, ut continuata apud eos populos traditione receptum est, cuius contractu multi a uariis corporis infirmitatibus quotidie liberantur.

Mat. 14. Plas. 8. Plas. 88.

In procuranda Hebræorum, & Saracenorum salute magno charitatis ardore semper incensus fuit, omnemque operam dedit ad eos fidei Christianę documentis excolendos, ac pro uiribus adiuuandos, quod ut ei facilius esset, Seminarium, in quo nonnulli sui Ordinis religiosi Hebraico, & Arabico sermone erudirẽtur, Castellæ, & Aragoniæ Regum impensis instituit, quod opus toti Hispaniæ ornamento, atque infidelibus adiumẽto fuisse ex eo satis constat, quod illius ope, atque auxilio ingens eorum multitudo Christianã religionem amplexa sit. Neophytos non minori charitate doctrinæ Christianæ præceptionibus imbuebat, atque tam assiduus erat in illis instituendis, ut eorum parens esse uideretur, & ne alimenta ijs ad uitam necessaria deessent, undique eleemosynas corrogabat.

De rebus dubijs sæpe consultus, singulari prudentia, ac diuina plane sapientia omnibus respondebat, atque inter cetera beneficia, quæ accepit hoc præcipuum donum a Deo est consecutus, ut eos, quibus cum ageret, mira consuetudinis suæ dulcedine, ac uoluptate perfunderet.

Orandi, contemplandique summam diuturno usu adeptus est facultatem; nã etsi uariis, grauibusque negotijs distineretur; tamen ubi se ad orationem compo suerat, tanta subito diuini spiritus suauitate rapiebatur, ut omnium rerum mortalium cura exutus esse uideretur, ac sæpe intempesta nocte clam obseruatus est in secretiori templi recessu, tam crebra, altaque suspiria inter orandum edere, ut audientes ad lacrymas commoueret. In diuinis officijs erat assiduus, atque incredibilem psallendo capiebat uoluptatem.

Sacrosanctum Missæ Sacrificium fere quotidie celebrabat; quanta uero esset

eius

eius in sacrificando animi puritas, ac deuotionis feruor, vel ex eo facile existimari potest, quod astantes ex eius solo aspectu ad orationem incitarentur, ac petita a Deo Patre misericordiarum beneficia eius precibus impetrarent.

Nam Frater Martinus eiusdem ordinis Conuersus, cum antequam suaui se Christi iugo subjceret, voluptatibus carnis liberius indulsisset, ac tunc earum rerum, quibus ante assueuerat, recordatione, suique corporis illecebris, quasi quibusdam stimulis agitatus, mirum in modum vexaretur, omnem huius tentationis propulsandæ spem in Beati Raymundi meritis collocauit. Igitur eius sacrificiis sæpe interesse, ac summis precibus a Deo flagitare cœpit, vt tanto suo malo remedium aliquod afferret, quod dum preseueranter peteret, quodam die ex manibus Beati Raymundi celebrantis, ac sacram hostiam populo ostendentis, Christus Dominus sub augustissima pueri specie clarissima luce radiantis spectandū ei se præbuit, quo viso tanto est repente gaudio delibutus, vt ex eo tempore ad extremum vsque diem, diuina gratia, & bonitate, ab omni concupiscentiæ carnis commotione fuerit præseruatus. 2 Cor. 1.

Cum cælestis militiæ Angelo tanta inerat ei familiaritas, & amicitia, quæ maximum est puritatis, & sanctimoniæ argumentum, vt ab eo frequenter ad orandum, a somno excitatus inuitaretur.

Cibi, potusque parcissimus fuit, totam enim hebdomadam, excepto die Dominico ieiunabat: nullum vnquam in eo contumaciæ, vel arrogantiæ vestigium animaduerti potuit, quinimmo lenitate, ac patientia fuit maxima, & in Deum tanta charitate, vt eius amore omnia arbitratus sit, vt stercora, ex qua etiam egregia illa in proximos charitas redundabat. Phili. 3.

Omnibus demum virtutibus cumulatissimus, deuexa iam ætate, in perpetua quadam erat animi vigilia, expectans Dominum, vt ad cælestes nuptias ab eo vocaretur. Igitur annos fere centum natus cupiens dissolui, & esse cum Christo, in lethalem morbum incidit, atque Sacramentis omnibus rite munitus, orantibus ad lectulum fratribus, deficiente sensim omni vitæ sensu, ipso die Epiphanię Barcinonæ obdormiuit in Domino salutis humanæ anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto. Luc. 12. Matt. 22. Philip. 1.

Vulgata eius morte ingés hominum concursus ad Monasterium videndi causa repente factus est, ac tanta fuit eius sanctitatis apud omnes opinio, vt multi Episcopi, complures Prælati, ac nobiles uiri, clerus etiam, & populus Barcinonénsis vniuersus, funus eius summa doloris significatione sint prosecuti: Communem uero illam eius sanctitatis famam auctoritate sua magnopere auxerunt, Alphonsus Castellæ, & Iacobus Aragonta Reges, qui ad eius exequias sua præsentia cohonestandas, comitantib. filiis, ac domesticis omnibus, summa cum veneratione, & fama sanctitatis beati huius uiri conuenerunt. Itaque corpus eius magno totius Ciuitatis luctu, ac Principum uirorum dolore honorifice humatum est, quod paucis annis post in sepulchrum marmoreum translatum fuit. Barcinonensis populus Beato Raymundo uita functo, quasi totius patriæ lumine extincto, mœrore afflictus grauiter angebatur, atq, ob recentem uirtutum eius, ac beneficiorum memoriam eo carere omnibus acerbissimum erat; sed pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis, qui secundum multitudinem dolorum, consolationibus suis timentium se corda lætificat, Beati Raymundi meritis beneficia in omnes conferendo plebem suam mitifice recreauit. Nam fidelissimi huius serui integritatem, & sanctimoniam multis quidem in uita miraculis claram, pluribus signis post obitum ingenti omnium lætitia comprobauit. Atque ut omnes 2. Cor. 1. Psal. 93.

Sap. 4. nes etiam intelligerent, quam Deo placita esset anima eius, eo ipso tempore, quo ex hac uita migrauit ad Dominum, insigni miraculo est declaratum.

Erat in ea Ciuitate Guillelmus de Villaragut, qui inueterata corporis lepra grauiter laborabat, neque eum fœditas morbi, doloriſue acerbitas in publicum prodire, ſolitaſque exercitationes, & negotia obire patiebatur. Medici adhibiti, frustra medicamentis omnibus, deplorata re animum desponderant; ipse uero Deo ita disponente, qui Sanctum suum clarificaturus erat, in ædes quasdam Monasterio ordinis Prædicatorum uicinas, ea ipsa nocte, qua Beatus Raymundus excessit e uita, diuerterat, ubi cum grauissimo elephantiæ dolore torqueretur, a pio quodam uiro Bernardo de Molendinis nuncupato, canonico Barcinonensi admonitus est, ut Beati Raymundi, qui eo tempore dormierat in Domino, meritis se commendaret, quod ille recuperandę ualetudinis cupidissimus simulatque diligenter præstitit, confestim omnis lepra, ex eius membris collapsa est, ac sanum corpus reliquit, in cuius rei signum, & accepti beneficij memoriam idem Guillelmus monumento suspenso in templo, rem omnibus testatam esse voluit, & posterius memoriæ commendauit. cã. 13.

Illud vero maximum est eius sanctitatis argumentum, quod mortuos, etiam ad vitam reuocarit. Nam quædam puella Margarita nomine Ioannis Physici filia quatuor, aut circiter annos nata, diuturna febri, continuisque alui fluxionibus exhausta diem obierat extremum, eamque vere mortuam esse pallor ipse vultus, contractæ nares, oculi extincti, horridi dentes, ceteraque indicia confirmabant, quin & idem Ioannes pater medicæ artis expertissimus asseruit omnia mortis, nulla vitæ vestigia in eius corpore extitisse; honesta interim mulier Romæ eiusdem Margaritæ mater, quæ paulo ante ad Beati Rymundi sepulchrum accesserat, & auxilium ab eo, filiæque valetudinem precabatur, vbi de morte filię certior a Ioanne eius marito facta est, ab eodē sępius domum reuocata fuit, quo illa nuncio perculsa tanto filię recuperandæ desiderio inflammata est, vt neque inde se abituram reuersuram affirmaret, nisi Beati huius viri meritis, & intercessione Margarita eius filia vitę restitueretur? Itaque lacrymis, ac lamentis omnia miscere, & ardētius orationi instare, atque a Deo, per Beati viri merita summis precibus flagitare cœpit, vt filiam vitæ, sibique redderet, cuius perseuerantem firmissima fide orationem respexit Deus, nec sprenit deprecationes eius. Nam sub occasum solis Margarita filia, paulo post meridiem defuncta, non modo vitę, sed etiam integræ valetudini est penitus restituta, quæ postridie in templum pedes adijt ad gratias pro tanto beneficio agendas, & decem, & quatuor annos superuixit. Ppsal. 101.

Altera item honestæ conditionis femina Romea appellata, Michaelis, videlicet de Sala hominis pii vxor Beati Raymundi opem experta est, nam cum maturo iam fętu acerbissimis pariendi doloribus premeretur, ac infantis caput enixa, reliquo intus recluso corpore, tribus integris diebus, ac noctibus grauissimo cruciatu torqueretur, nihil propius factum est, quam ut ex hac vita decederet; nā ob languentis stomachi fastidium, cibos omnes, hausturosque respuebat, atque a sensibus alienata, usuique usu priuata iacebat exanimis, quo tam præsenti vxoris suæ periculo prædictus Michael clementer animo consternatus ad templū illico excurrit, Beati Raymundi opem, subinduimque implorans, qui simul ac domum redit, Romea felicissime partum edidit, atque omni dolore est liberata.

Præterea iuuenis quidam continuos uiginti dies acutissima febri agitatus, uitibusque exhaustus in superiorem ędium partem a suis delatus fuerat, ut aura puriore

riore frueretur, animumq; relaxaret, quo ex loco deorsum in lapides, & saxa corruens, ita conuulsus, fractusque membris fuit, vt immotus humi prostratus ab omnibus mortuus esse putaretur. Eo, vt fit, cum multi videndi, & iuuandi causa accurrissent, astatium quidam pulueres ex Beati Raymundi sepulchro desumptos quos religiose, ac pie secum gestabat, in iacentis, ac moribūdi os infecit, colloque appendit, atque æger ille continuo valetudini est integræ restitutus. Et illa quidem, aliaque quam plurima multo ante tempore contingunt, hæc vero recentiora sunt.

Anno millesimo quingentesimo octogesimo nono, dum pestilentia Barcinone grassaretur, atque ingenti hominum cladeinualesceret; quidam probus vir Michael Amat appellatus peste mortifera correptus, ac desperata valetudine a Medicis destitutus Sacramētorum, atque extremæ vnctionis susceptione ad mortem se comparabat, sensim vero per omnia corporis membra serpente morbo, in eas redactus erat angustias, vt præclusis faucibus loqui amplius nō posset. Quare intimo cordis, & animi affectu B. Raymundum est deprecatus; vt eam a se infirmitatem depelli precibus suis impetraret, quia in oratione Beatum Raymundum sibi videre visus est, atque extensa manu se cōtingere, quo ex facto ita omni repente morbo leuatus est, vt eodem ipso die conualuerit.

Hoc aliquanto recentius est. Nam anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto pia quædam mulier Anna Beneta vocata Barcinone honestis parentibus orta, ipso Epiphaniæ Festo copioso sanguinis profluuio in summum vitæ periculum adducta erat, neque adhibita Medicorum remedia sanguinē vllo modo sistere poterant, neque ipsa in proximum diem victura putabatur. Quare eorūdē hortatu cum Sanctissimæ Eucharistiæ, atque exrremę vnctionis Sacramenta, pie, & deuote sumpsisset, mortem expectabat. Interim in Beati Raymundi præsidiū toto animo confugit, ac pulueres ex eius sepulchro ad se deferri, atque in cyatho misceri sibi iussit, quibus epotis melius se habere cœpit, & absque vllo prorsus alio pharmaco vitæ discrimen euitauit.

Illud vero perpetui cuiusdā miraculi vim obtinet, qđ ex primo eius sepulchro terra quædā tenuis, seu puluis saluberrimus enascitur, q licet magna in copia inde exportetur, nūquā tñ deficit, ac multę, magnęq; corporis infirmitates eo curātur.

Anno itidē millesimo quingētesimo nonagesimo sexto, cū Iudices cōstituti ad explorādas Beati huius viri reliquias, arcā, vbi erāt recōditæ, aperuissent, tātus illico odor ex eius corpore, qui viuēs in odorē suauitatis Deo se cōsecrat exhalauit, vt multi, qui eo cōfluxerāt, nihil eo percipi posse iucūdius affirmarēt: quinimmo egregius vir Ludouicus de Claramūt ex graui morbo sensu odoratus a sexdecim annis orbatus, cū in ea hominū multitudine vidēdi desiderio incitatus, ppius accessisset, eū etiā, odorē suauissimū sēsit, quo repēte ita recreatus est, vt lachrymas præ gaudio cōtinere, nec vllā vocē emittere vllo modo posset: verū tacitus apud se cogitās dubitabat, nū istius solūmodo odoris olfactū recuperasset, an etiā rerū aliarū, sed domū reuersus vbi se varios odores percipere animaduertit, miraculū subito euulgauit, Neque vero hæc odoris fragrātia eo solum tempore ex eius corpore emanauit, sed ex aperto quodam eius sepulchri meatu idē suauis odor quandoque afflatur, qui ab ijs sentitur, quos diuina bonitas eo munere dignatur. *Leuit. 8.*

His, pluribusque alijs miraculis, quæ referre longum esset, corda Regium inclinata, plurimique Ecclesiarum Antistites, & Prælati, populique integri Regni Aragoniæ diuinitus excitari, vna voce, & consensu a multis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris frequēter petierūt, vt Beatus Raymūdus in Sāctorū

numerum referretur; Et quidem quarto ab eius obitu anno salutis, videlicet, humanæ, millesimo ducentesimo septuagesimo nono Archiepiscopus Tarraconensis, ac decem Episcopi Regni Aragoniæ, multique Abbates in Concilio Prouinciali Tarracone congregati literas ad fel. rec. Nicolaum Papam III. prædecessorem nostrum dederunt, quibus singularem eius in Deum charitatem, vitæque innocentiam coram Deo, & hominibus testificati, vt eum præuia virtutum, ac miraculorum eius inspectione, Sanctorum nnmero adscribere vellet, humiliter supplicarunt.

Cum autem ipse Nicolaus III. prædecessor e vita migrasset, Præfecti Ciuitatũ Regni Aragoniæ, & Principatus Cahtaloniæ, totaque Ciuitas Barcinonen. quin & Priores, ceteriſque Fratres Ordinis Prædicatorum, qui eas Prouincias incolebant, idem a fel. rec. Bonifacio VIII. etiam prædecessore nostro enixe flagitarũt; verum ipso Bonifacio prædecessore ab humanis etiam erepto Concilium Prouinciale Tarracone denuo conuocatum, apud sanctæ mem. Ioannem XXII. prædecessorem etiam nostrum primam petitionem renouauit, quo tempore Frater Arnaldus Burguetus Ordinis Prædicatorum Inquisitor, ac Procurator a Capitulo Generali ad hanc causam prosequendam institutus, multos testes super miraculis, quæ de hoc Beato viro vulgabantur, examinari curauit. Sed cum per dicti Ioannis prædecessoris obitum res transigi non potuisset, cla. me. Petrus Aragoniæ Rex datis ad fel. rec. Clementem VI. similiter prædecessorem nostrum litteris, vehementer institit, vt Beatus hic vir humanis laudibus extolleretur in terris: quam diuinæ prouidentiæ sublimitas, quemadmodum in eius litteris habebatur, honore voluerat in excelsis.

Cum vero huius rei tanta sit grauitas, & magnitudo, vt exiguo tempore perfici non potuerit, omnis huius causæ tractatio vsque ad tempora Sanctæ mem. Pauli III. similiter prædecessoris nostri fuit intermissa, qui tandem precibus bo. me. Fratris Ioannis a Toleto tituli Sancti Sixti Cardinalis Burgen. nuncupati inclinatus concesit, vt in omnibus Monasteriis, & Ecclesijs, Ordinis Prædicatorũ in Regno Aragonię existentibus solenne officium de Beato Raymundo celebrari posset. Interiecto autem diuturni temporis interuallo, cum Deus, qui est gloria virtutis Sanctorum, Beati Raymundi meritis, & intercessione plurima in dies beneficia toti Hispaniæ largiretur; cla. etiam mem. Philippus II. Hispaniarũ Rex Catholicus per literas, & per dilectum filium nobilem virum Antonium de Corduba, & Cordona Sueſſæ Ducem, suum apud nos, & Sedem Apostolicam oratorem supplicauit, vt huic causæ sub tot Romanis Pontificibus inchoatæ ipsi vellemus finẽ imponere, quo sane pio Regis studio vehementer sumus recreati. Nã cum ab ipso Pontificatus nostri principio nihil magis, quã Dei gloriã, & Catholicæ religionis exaltationem spectauerimus, gaudebamus in Domino, cũ vtramque hisce Regis supplicationibus promoueri cerneremus. Itaque vt religioso eius desiderio satisfaceremus, Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Sacrorum rituum iniunximus, vt acta omnia, quæ prius hac in re confecta erant, diligenter inspicerent, & examinarent; Hi autẽ fuere ex tripli ci ordine assumpti, Venerabiles Fratres Episcopi Alphõsus Ostie Gesualdus, Inicus Aualos Portuen. de Aragona, Gabriel Sabinen. Paleott. & dilecti filij nostri Alexãder Sãctæ Mariæ Trãstyberim Medices, Frãciscus Sancti Petri ad Vincula de Gioiosa, Augustinus Sãcti Marci Veronen. Dominicus Sãcti Chrysogoni Pinellus, Frãciscus Maria Sãctæ Mariæ in Aracęli de Monte, Ascanius Sanctæ Pudẽtianæ titulorũ Presbiteri Columna, Odoardus Sancti Eustachij Farnesius, Antonius

tonius Sanctorũ Quatuor Coronatorum, Facchenettus Diaconi nuncupati S.R.E. Cardinales; coram quibus rite congregatis cum dilectus filius Michael Liot, Sacræ Theologiæ Doctor Frater eiusdem Ordinis Prædicatorum professus, ac Procurator legitime hac in causa constitutus, pro suo munere, in quod per sex annos continuos diligenter incubuit, quasdam scripturas ad hanc ipsam causam spectãtes protulisset; quia tamen multæ probationes addi poterant, Literæ ad Archiepiscopum Tarraconẽsem, atq; ad Barcinonen. & Vicen. Episcopos cum opportuna facultate missæ sunt, vt alias omnes scripturas, & probationes annis superioribus hoc in negotio factas Bacinone extraherent, & ea deniq; agerent, quæ ad hãc causam requiri videbantur, omniaq; ad nos transmitterent, quę cum essent omni iure confecta, summaq; auctoritate firmata, & debita cum diligentia, & fide trãsmissa, Nos tribus viris, doctrina, & integritate præstantibus, ac vsu peritissimis, Seraphino, videlicet Oliuario Razzalio Decano, Petro Francisco Gipsio, & Francisco Peniæ causarum Palatij nostri Auditoribus commisimus, vt ea summo studio, quantaq; possent diligentia legerent, expenderent, ac totius causæ merita exactissime ponderarent. Quo in munere cum sedulo, & accurate versarentur, Philippus III. Hispaniarum Rex Catholicus, cuius memoria in benedictione sit, magno in primis nostro, & totius Christiani dolore, ac detrimento viam vniuersæ terræ ingressus est. Quare charissimus in Christo filius noster Philippus III. Hispaniarũ item Rex Catholicus eius filius non modo regnorum, verumetiam paternarum virtutum hæres statim a primo regni sui exordio, vt se, suaq; omnia in Beati Raymundi præsidium, ac patrocinium conferret, literis, & per eundem Antonium Suessæ Ducem oratorem item suum nobis supplicauit, vt in hac causa progredi, vellemus. Idcirco vehementer lætabamur, & benedicebamus Domino, qui pios Reges perpetuo suscitat, ad sanctos suos honoribus prosequendos, quos elegit in ædificationem Corporis Christi, quod est Ecclesia. *Ephes. 4. Colo. 1.*

Cum igitur prædicti Auditores in discutiendis actis, ac vniuerso processu diuturnam, & assiduam nauassent operam, nihilq; eorum, quæ ad hanc rem peragendam pertinent, prætermisissent, omnẽ rei gestę seriẽ, suumq; iudiciũ scripto nobis tradiderũt, quorũ integrã relationẽ nos eisdẽ Cardinalibus Cõgregationis sacrorũ rituũ per eosdẽ Auditores tradi iussimus, atq; vt p'urimũ iudicio tota hæc causa examinaretur, alios etiam Cardinales prioribus adiunximus, nimirum dilectos filios nostros Federicum Sanctæ Marię Angelorum in Thermis Borromæum, Antoniũ Mariam Sanctæ Agnetis in Agone Gallum, Cæsarem SS. Nerei, & Archillei Baronium, Syluium Sancti Saluatoris in Lauro titulorum Presbyteros, Antonianũ, atq; Andreã Sancti Angeli in foro Piscium Perettum Diaconũ S.R.E. Cardinales, quos omnes monuimus, vt acta omnia de Beati Raymũdi puritate fidei, morũ integritate, ac miraculorum euidentia, tanto studio perpenderẽt, quantum, & rei grauitas requirebat, & nos merito expectabamus, qui cũ priuatim, multisq; Congregationibus inter se habitis, dilecto filio Põpeo Molella Fisci nostri procuratore semper citato, & partes suas diligẽter præstante, singula rerũ capita, & acta omnia sedulo examinassent, ac processum, testes, instrumenta, & huius causæ momenta cum Auditorum sententijs diligẽter cõtulissent, eoq; adducta essent omnia, vt ad Nos referri oporteret; Nos Consistorium secretũ pro more cõuocari iussimus, in quo præfatus Alphõsus Cardinalis Gesualdus, suo, & totius Cõgregationis nomine, primum retulit scripturas, processum, omniaq; huius causæ acta legitime cõfecta esse, ac maximæ auctoritatis, pbataq; veritatis vim obtinere; deinde tota Beati Raymundi vita, multisq; miraculis enarratis, se, & ceteros dictæ Congregatio-

nis Cardinales vna voce, vnaq; mẽte in eam ſententiã veniſſe dixit, Beatum Raymundum (ſi ita nobis videretur) poſſe Catalogo Sãctorum aggregari; in quorũ ſententiam cum reliqui Cardinales ſuo quiſq; ſuffragio ex ordine iuiſſẽt, magnã animi voluptatem capiebamus, quod Beati huius viti ſanctitatem in dies magis elucere videremus. Atq; vt in hoc grauiſſimo negotio, nihil de priſtina noſtra conſuetudine, ac debita diligentia remitteremus, nos ipſi acta ſtudioſe, & accurate perlegimus, atq; eorundem Rotæ Auditorum, & Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium relationem veriſſimam eſſe comperimus.

Quare lapſis paucis poſt diebus ex Romanorum Põtificum prædeceſſorum noſtrorum inſtituto Cõſiſtoriũ publicũ indiximus, in quo præter Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, noſtriq; familiares nobis adfuerunt, ac in eo dilectus filius Bernardinus Scottus Conſiſtorialis Aulæ noſtræ Aduocatus, eximia Beati Raymundi charitate, vitæ innocentia, & miraculis copioſa oratione explicatis, Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Rodulphi Romanorum Regis Illuſtris in Imperatorem electi, & eiuſdem Philippi III. Regis Hiſpaniarũ Catholici, & Principatus Cathaloniæ, totiuſq; Ordinis Prædicatorũ nomine, vt Beatum Raymundum Sanctis adiungere uellemus, a nobis ſuppliciter flagitauit. Quæ cum audiremus, benedicebamus Domino, & gratias Deo agentes lætabamur præcipue Philippum III. Regẽ Catholicũ in ipſo regnandi principio hũc ſibi ad felicem regnorũ ſuorũ adminiſtrationẽ patronũ tanto ardore poſtulare. Itaq; reſpõdimus ſanctã eius petitionem nobis eſſe gratiſſimã, & eã ad Dei gloriã in primis, & cõmunẽ totius Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatẽ pertinere, quod nimirũ Deus, qui ſplẽdor, & gloria Sanctorũ eſt, in Sanctis ſuis magis laudatur, & Chriſti fideles eo facilius diuinę gratię munera, auctis ĩterceſſoribus obtinẽt, quo maior cultus, & honor Sãctis adhibet. Prętetea ſingulrẽ Regis pietatẽ cõmẽdãtes, optare nos pio eius deſiderio ſatisfacere diximus; huiſ tamẽ rei tantã eſſe grauitatatem, ut maturis adhuc cũ Venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalib. & ceteris Epiſcopis deliberãdũ eſſe cẽſeremus. Itaque omnes eos in Domino hortati ſumus, vt omnia, q̃ ad Beati Raymũdi vitã, & miracula ſpectarẽt, omni ſtudio, & diligẽtia examirarẽt; deinde orãtes in ſpiritu, & in ipſo vigilãtes (q̃ nos facturi eramus, Deũ precarẽtur, vt daret nobis ſpiritũ ſapiẽtię, & reuelationis, quo hęc arcana cęleſtia, q̃ róne humana cõprehẽdi nõ poſsũt, cognoſceremus, & illuminaret oculos cordis noſtri ut qd ĩ hac grauiſſima cauſa ſtatuẽdũ eẽt deliberare poſsemus.

Ephe. 6. *Epheſ. 1.*

His peractis ſecretum aliud Cõſiſtorium indiximus, cui etiã Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, qui tunc erant in Vrbe, ac noſtros, & Sedis Apoſtolicæ Notarios, nec non Palatij noſtri Auditores, & Secretarios uoluimus intereſſe, in quo Nos ex gratiæ cæleſtis abundantia, qua noſtra tenuitas in hac ſuprema Paſtorali vigilia, domus Dei, quæ eſt Eccleſia Dei viui, colũna, & firmamentũ ueritatis conſtituta eſt, ea diximus, quę ad hanc cauſam ſpectare nobis uiſa ſunt; Deinde ab ijſdem Fratribus noſtris petiuimus, vt conſideratis, atque examinatis omnibus actis, id præciſe dicerent, quod Spiritus Sanctus eis daret eloqui, & an Beatus Raymundus Sãctis adſcribẽdus eſſe uideretur. Itaque primũ S.R.E. Cardinales. deinde Patriarchæ, tũ Archiepiſcopi, & Epiſcopi ibidẽ p̃ſentes, ſuo quiſque loco dictis ſentẽtiis, omnes cõmuni cõſenſu ex iis, quæ in uniuerſo proceſſu explorata erãt, merito a Nobis Beatum Raymundũ inter Sanctos referendum eſſe conſuerũt. Gratias igitur Deo agebamus, qui Fratres noſtros omnes in unitate ſpiritus idẽ sẽtire facit, tribuẽs omnibus cor unũ & animã unã, eoſq; monuimus, ut ũerim p̃cibus, ieiuniis, & eleemoſynis, Dei gratiã, & auxiliũ nobiſcũ ĩuocarẽt.

Luc. 12. *1. Timo. 3.* *Act. 2.* *Act. 4.*

Cum-

Cumque omnia iam ad præscriptum,& normam Sacrorum Canonum confecta essent, quod supererat acturi, post aliquot menses diem Canonizationis diximus Tertium kal. maij, Dominicam videlicet in Albis, qua Paschalis solennitas terminatur, Neophytorum habitus candore animi permanēte commutatur, & Euangelium in Ecclesia legitur, quo Christus Dominus post resurrectionem ad discipulos ianuis clausis ingressus, insufflato eis Spiritu Sācto, potestatem remittendi,& retinendi peccata est elargitus, in quo magna nobis lætitiæ materia oblata est, quia videlicet memineramus Beatum Raymundum, & Sacramenti pœnitentiæ ministrum extitisse, & post traiectionis miraculū ianuis clausis Monasterium sui Ordinis Barcinone ingressum esse, deinde etiam, quod eodem solēnitatis, & lætitiæ die Nos ab hinc septem annis Sanctum Hyacinthum Polonum eiusdem Ordinis Fratrum Prædicatorum Beati Raymundi coætaneum in Sanctos retulimus, ad quam quidem animi nostri voluptatem non mediocris accessio facta est, quod hoc ipso die Sanctæ Catherinæ Senēsis, ac Sancti Petri Martyris Festum in Ecclesia solenniter celebretur, qui sub eadem Sancti Dominici disciplina vitam sanctissime traduxerunt. Quamobrem in tuam accommodata totius Ecclesiæ, ac Sanctorum eiusdem Ordinis ad hanc celeberrimam actionē festiuitate, Nos Beato Raymundo eum honorem decernere statuimus, qui Sanctis Confessoribus adhibetur.

Cum igitur præscripta Dominica in Albis hodierna scilicet dies aduenisset, Nos cū Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & episcopis, qui in Cappella nostra Pontificia hāc ob causam cōuenerāt, vestibus sacris induti, hymnū Aue maris stella inchoauimus, reliquū Cappellæ nostræ choro prosequente, ad Beatæ Mariæ Virginis opem implorandam, atque ita cantantes in vijs Domini, Romanæ Curiæ Prælatis, Officialibus,& familiaribus Nostris, & sæculari, ac religioso clero longo ordine præcedentibus, singulis cereos accensos gestantibus, ex nostro Palatio Apostolico ad augustissimam Principis Apostolorum Basilicam processimus uario ornamentorum genere instructam, eamq; ingressi ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum genuflexi procubuimus, orantes, vt Deus hanc celeberrimam actionem ad laudem,& gloriam nominis sui dirigeret. Inde ad supremam Ecclesiæ partem ascendimus alto,& sublimi fornice admirandam, vbi amplum, regioque sumptu suggestum erectum erat coram altari Sancti Petri Principis Apostolorum, in quo sacrā Pontificalē Missam celebraturi eramus, omniaque facibus, cereisque ardentibus collucebant; ac plurimæ circum imagines Beatum Raymundum erecto corpore egregia pictum referebant, dextera manu clauem in potestatis, atque officij Pœnitentiarii memoriam, sinistra librum doctrinæ, ac Decretalium monumentum gerentem, vbi statim nobis in mentem venit nos iisde, quibus Beatus Raymundus, Cappellani videlicet, seu Causarum Palatij Apostolici Auditoris munere, antequam in numerum Cardinalium assumeremur, & in ipsa Cardinalis dignitate summi Pœnitentiarii officio, quanquam non exacte, ac perfecte functos fuisse ac propterea Deum in spiritu humilitatis non sine lachrymis precabamur, vt si quid iſtis in muneribus ex nostra imbecillitate a nobis omissum, vel commissum fuisset, id eius bonitas, atque clementia Beati Raymundi meritis, atque intercessione nobis condonaret. Deinde in suggestum delati ante idem altare Principis Apostolorum orauimus, vt suo nobis auxilio, præsidioq; adesset: mox in excelso e regione altaris throno considentes eosdem Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos sacris indutos vestibus obedientiam nobis de more præstātes,

Psal. 137.

excepimus; tum dilectus filius noster Odoardus Sancti Eustachij Cardinalis Farnesius nuncupatus, Regni Aragoniæ Protector, Catholici Regis nomine, semel, iterum, ac Tertio suppliciter a nobis flagitauit, vt Beatum Raymundum in Sanctos referremus, cuius singulis petitionibus opportune respondimus, ac per interiecta totidem interualla, litanias, hymnos, precesque adiunximus.

Denique absolutis, perfectisque omnibus ijs, quæ a Romanis Pontificibus hoc in genere instituta sunt, communibus precibus implorata Spiritus Sancti ope, ad honorem Sanctę, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholicæ, & religionis Christianę augmentum, auctoritate eiusdem Sanctę Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Beatorum Apostolorũ Petri, & Pauli, ac nostra, de Venerabilium Fratrum nostrum S.R.E. Cardinalium omniumque Patriarcharum, Archiepiscoporum in Romana curia existentium consilio, communique consensu Beatum Raymundum a Peniafort Ordinem Fratrum Prædicatorum expresse professum, ac in Ecclesia Sanctæ Catharinæ eiusdem Ordinis Barcinone sepultum, de cuius innocentia vitæ, & miraculis nobis plane constat, Sanctum esse definiuimus, an Sanctorum Confessorum numero, & Catalogo adscribendum esse decreuimus, prout per præsentes definimus, decernimus, & adscribimus, statuentes, vt ab vniuersa Ecclesia quolibet anno, die septima Ianuarij Festum eius, & Officium, sicut pro vno Confessore non Pontifice ad normam in Rubricis Breuiarij Romani præscriptam deuote celebretur. Insuper omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui singulis annis eodem die prædictam Ecclesiam Sanctæ Catharinæ Barcinonensis, in qua corpus eius conditum est, pie, & deuote visitauerint, easdem Indulgentias, & peccatorum remissiones concessimus, & elargiti sumus, quemadmodum concedimus, & elargimur, quæ ceteris dicti Ordinis Monasterijs, & Ecclesijs diebus Festis Sanctorum eiusdem Ordinis concessæ sunt.

Itaque omnibus, quæ ad Beati Rayundi canonicationem spectabant, rite peractis, atque hymno ad Dei laudem, & gratiarum actiones decantato, diuinaque ope Sancti Raymundi meritis, peculiari in eius honorem oratione, quam nos ipsi fecimus, & clara voce recitauimus, inuocata, Nos in eodem loco, & altari Principis Apostolorum Missam solemnem de octaua Dominicæ Resurrectionis, cum eiusdem Beati Raymundi commemoratione celebrauimus, omnibusq; Christi fidelibus, qui & canonizationi, & Missæ inter fuerunt, ad Dei laudem, & Sancti sui gloriam, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam concessimus. Quare Deum mirabilem in Sanctis suis benedicamus, & gratias immortales ei agamus, quia suscepimus misericordiam in medio templi eius, nouum videlicet in Ecclesia intercessorem cuius meritis, ac suffragijs in omnibus animæ, corporisque periculis adiuuemur. Ac singulari plane diuinæ prouidentiæ munere factum est, vt hisce difficilimis temporibus, quibus religio Catholica inimicorum telis assidue impugnatur, hunc patronus, & aduocatum, vniuersi Christifideles consecuti sint ad Ecclesiæ pacem in primis, & tãquillitatem, ad optatã Principibus Christianis concordiam, ac hæreticis in errorum tenebris a via salutis errantibus lucem veritatis impetrandm. Ceterum, qui nimis difficile foret præsentes nostras literas ad singula quæque loca deferri, volumus, vt earum transumptis etiam impressis manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides vbique habeatur, quæ hisce præsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostruorum definitionis, decreti, adscriptionis, statuti, concessionis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis.

Psal. 67.

Psal. 47.

quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Sanctorum Petri,& Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexcentesimo primo, Tertio Kal. Maij, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

† Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Sigilli.

†
† Ego Ptolomæus Episcopus Portuen Card. Comen.
† Iul. Antonius Episcopus Prænestinus, Card. S. Seuerinæ.
† Hieronymus Episcopus Sabinen Card. Rusticucius.
†
† Alex. Episcopus Albanen Card. de Florentia.

† Ego Ant. Maria tt. S. Mariæ Transtiberim Presbyter Card. Saluiatus.
† Ego Aug. tt. S. Marci Presbyter Card. Veronensis.
† Ego Simeon tt. Sancti Laurentij in Lucina Presbyter Card. de Terra noua.
† Ego Dominicus tt. Sancti Chrysogoni presbyter Card. Pinellus.
† Ego Fr. Hieronymus tt. S. Mariæ super Mineruam Presbyter Card. Asculanus.
†
†
† Ego Antonius tt. S. Stephani in monte Celio presbyter Card. Saulius.
†
†
†
† Ego Fr. Gregorius tt. Sancti Augustini Card. de Mont'Elpero.
† Ego Paulus tt. Sancta Ceciliæ Presbyter Card. Sfrondatus.
† Ego Benedictus tt. Sanctæ Priscæ Presbyter Card. Iustinianus.
† Ego Franciscus Maria tt. S. Mariæ in Aracœli Presbyter Card. a Monte.
† Ego Octauius tt. Sancti Alexii Presbyter Card. Parauicinus.
† Ego Hieronymus tt. Sancti Pancratij Presbyter Card. Matthæius.
† Ego Octauius tt. Sanctæ Mariæ de Populo Presbyter Card. de Acquauiua.
† Ego Flaminius tt. S. Mariæ de Pace presbyter Card. Platus.
†
† Ego Lutus tt. SS. Quirici,& Iulitæ Presbyter Card. Saxus.
† Ego Franciscus Maria tt. S. Bartholomæi Insula Presbyter Card. de Senis.
†
†
†
† Ego Camillus tt. SS. Io.& Pauli Presbyter Card. Burgliesius.
† Ego Cæsar tt. SS. mart. Nerei,& Achilei Presbyter Card. Baronius S. R. E. Bibliothecarius.
† Ego Laurentius tt. S. Laurentij in Pane,& Perna, Presbyter Card. Blanchettus.
† Ego Franciscus tt. Sanctæ Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Aula.

† Ego Franciscus tt. S. Thomæ in Parione presbyter Card. Mantica.
† Ego Pompeius tt. S. Balbinæ Presbyter Card. Arrigonus.

† Ego Dominicus tt. Sancti Petri in Monte Aureo Presbyter Card. Tuscus.
† Ego Arnaldus tt. Sancti Eusebij Presbyter Card. Osattus.
† Ego Paulus AEmilius Prelbyter Cardinalis Sancti Marcelli.

† Ego Siluius tt. Sancti Saluatoris in Lauro Presbyter Card. Antonianus.
† Ego Robertus tt. Sanctæ Mariæ in Via Presbyter Card. Bellarminius.
† Ego Bonuisus tt. Sancti Blasij de Annulo, Presbyter Card. Bonuisius.

† Ego F. Diac. Card. Sfortia S. Mariæ in Via Lata.

† Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Diac. Card. Aldobrandinus, S. R. E. Camera.
† Ego Cinthius Diaconus Card. S. Georgij.
† Ego Bartholomæus Sanctæ Mariæ in Porticu Diac. Card. Cæsius.

† Ego Io. Baptista Sanctæ Mariæ in Cosmedin. Diac. Card. Detus.

M. Vestrius Barbianus:
A. de Alexijs.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede Vacante in quibus Episcopo succedat latissime declaratur.*
2 *Ante Vicarij Capitularis electionem quis administrat.*
3 *An Capitulum possit reuocare Vicarium.*
4 *An facta electione Vicarij Capitulum abdicet a se iurisdictionem, possitque sibi aliqua reseruare.*
5 *Quis cognoscit de suspicione Vicarij Capitularis.*
6 *An tenetur eligere personam de gremio ipsius Capituli.*
7 *Ex cuius bonis Vicarius debeat habere salarium.*
8 *An Vicarius præcedat canonicos in sessionibus.*
9 *An Capitulum possit aue plures Vicarios constituere.*
10 *An Vicarius Capitularis possit alium substituere.*
11 *An inhibitio facta Vicario Capitulari afficiat Episcopum successorem.*
12 *An Episcopo viuente detur casus, in quo Capitulum valeat Vicarium constituere.*

13 *In quibus casibus expiret officium Vicarij Capitularis.*
14 *An Vicarius tenetur stare syndicatui.*
15 *Sede vacante an possint agitari causæ ipsius ecclesiæ, & salarium aduocatis debeatur, & currat præscriptio.*

CAPITVLVM SEDE VACANTE.

PRÆTER Summistas sciendum est, ne sede vacante acta causarum criminalium occupentur fuisse Pij V. constitutione præceptum vt Episcopi, vtriusq; Siciliæ quotannis conficiant inuentarium vt habetur infra in verbo inuentariū, actorum cuius constitutionis occasione dicam aliqua de officio & potestate Capi
1 tuli sede vacante præsertim ad præsentia tempora accomodata, & † Capitulum Cathedralis Ecclesiæ defuncto Episcopo succedere in his quæ episcopalem iurisdictionem concernunt c. cum olim, vbi gl. & Doct. de maior. & obed. c. vnic. eod. tit. lib. 6. & totum Capitulum durante vacationis tempore poterat de iure per se ipsum administrare illamq; exercere. Abbas in c. irrefrabili, sub num. 2. de offic. ordin. Felin. in d. cap. cum olim. num. 9. hodie vero ex decreto Concilii Trid. sess. 24. de ref. c. 16. tenetur infra octo dies post mortem Episcopi omnino Vicarium constituere, vel existentem confirmare, qui saltem in iure canonico sit doctor, vel licentiatus, vel alias, quantum fieri poterit idoneus; si secus factum ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur. Et si ecclesia ipse Metropolitana fuerit, aut exempta, tunc antiquior episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior in exempta Vicarium idoneum potest constituere.

Pro intelligentia huius materiæ videnda sunt sequentia iura 73.

Cap. illa & c. fin. ne sed. vac.
cap. vni. eo. tit. in 6.
cap. cum olim, & c. his quæ, de maio. & obe.
cap. ad ãbolendam, de hæret.
cap. vnic. de instit. in 6.
cap. si episcopus & cap. ecclesię de sup. negl. prælatur. in 6. e. quia sæpe de elect. in 6.
clem. statutum. de electio.
capitu. cum nullus. §. episcopo. de tempo. ord. in 6. c. vnicum de maio. & obedien. in 6.
Conc. Trid. sess. 7. c. 10.
& sess. 23. cap. 10. de refor.
& d. sess. 24. cap. 16.

In quibus iuribus disponitur de potestate Capituli.

QVia indies accidit Cathedrales ecclesias suis Pastoribus ex hac luce subtractis viduari, operę pretium duxi per quasdam quæstiones magis notabiles decisiue procedendo breuiter enucleare, ad quæ tunc temporis Capituli potestas suum Episcopum repræsentatis extendatur. Quæro igitur qualiter intelligatur generalis regula illa Capitulum. s. Sede vacante succedere Episcopo in his, quæ sunt iurisdictionis vulgatis iuribus. Resp. ex mente glos. celebris. in clem. 1. ver. Capituli. prope finem, de hæret. hanc maximam in pluribus declaratione egere, vnde nō abs re erit per sequentes exceptiones eam dilucidare. Et primo vt intelligatur de iurisdictione ordinaria, non autem de delegata Federic. de Senis consil. 30.

Abb.in d.c. cum olim, quod amplia procedere etiam in iurisdictione generali quam haberet Episcopus a iure delegatam Apostolica authoritate in casu c. ad abolendam, de hæret. aliisque similibus, quos recenset Pauin. in prealleg. tract. par. 1. quæst. 10. in prin. Io. Andreas quem communiter sequuntur Doctores in d.cap. ad abolendam, & precisa Card. Zab. qui tam in d. loco quam in clem. 1. quæst. 8. de hæret. omnibus contrarijs libratis hanc veriorem esse asserit, & quod hæc sit communis testatur Philipp. Franc. in c. vnic. de maior. & obed. in 6. subdens ita esse tenendum, & ibidem Gemin. casu 7. rationem affert quia in talibus potius esset supplere vices Papæ quam Episcopi, idque confirmare videtur Bellam. concluſ. 166. quamuis huiusmodi iurisdictio per viam iuris concessa, sit per petua Feder. de Senis consi. 130. incip. Factum est tale in fine. Pauin. tamen loco cit. sub nu. 4. pro concordia distinguit illud colligendo ex mente Inn. & Host. in d cap. ad abolendam, asserens, quod ne in hoc fiat amara interpretatio, dici posse in talibus casibus Capitulum succedere stante necessitate, vel vtilitate actus expediendi eoque maxime si non sit de proximo futurus successor, alias secus.

Subsequenter hanc regulam intellige procedere in iurisdictione, quæ competit Episcopo iure communi, & proprio. s. eo ipso quod est Episcopus, secus vero vbi competeret aliquo iure speciali, seu accidentali. doct. in cap. verum, de for. compet. Rebuf. in prax. tit. de deuolut. num. 68. declara dummodo per illud accidens siue casum aduentitium ipsi Episcopo noua tribueretur iurisdictio alias si non tribueretur noua iurisdictio, sed esse quædam annexio, seu additamentum ad generalem, & naturalem iurisdictionem, quam haberet a iure in sua diœcesi, tunc succederet Capitulum Ant. But. in cap. cum in cunctis, de elect. latius per Gem. in cap. quamquam, de elect. in 6. Felin. in d. cap. verum sub num. 3. cuius ratio esse potest quia idem iudicium fieri debe de additamento quod de principali Abb. in clem. statutum in 3. oppos. de elect. Hinc dixerunt aliqui Capitulum succedere in iurisdictione, seu alio iure, quod Episcopus ex consuetudine sibi acquisiuisset. Abb. in d. cum olim. q. 10. licet oppositum voluerit in cap. scriptũ nu. 12. de elect. Franc. in d. c. vni. sub num. 4. Pauin. par. 1. q. 9. num. 7. Ex quibus etiam Felin. in c. cam te, nu. 17. de rescri infert ad tria notatu digna. Primum est ex mente Butr. & Imol. in d. tex. 5. in mandato facto Episcopo ipso defuncto Capitulum non succedere etiam literis iam præsentatis Secundum quod Capitulum sede vacante non succedit in potestate literarum exequutorialium, quæ dantur in personam episcopi si conferunt potestatem non concurrentem cum potestate iuris communis ex mente Lud. Rom. consi. 606. De tertio iudicemus infra vbi magis opportune cadet in fine 3. quæst. specialis.

Tertio intellige regulam procedere in iurisdictone contentiosa, vel necessaria. 1. vbi fieri non potest quin ille actus fiat, iux. doctrim præd. glo. in clem. 1. de hæret. communiter approbatæ vt inquit Felin. in d. cap. cum olim, & sic in his quæ sunt institiæ, & quoties actus de necessitate expediendus, si sine causa denegaretur, posset adiri superior pro compulsione. arg. eorum quæ notantur in cap. nullus, de iure patron. & eorum quæ in simili superius dicta fuerunt in verbo Archiepiscopi auctoritas, nu. 21. & seq. secus autem ex mente aliquorum in iurisdictione voluntaria, & sic in his quæ sunt gratiæ Io. Monac in d. cap. vnic. de maior. & obed. in 6. & in cap fin. de suppl. neglig. præl. eod. libr. nisi in quantum a iure reperiatur concessum. Gemin. in d. cap. vnic. sub num. 4. vel exsistente necessitate Felin. in c. cum omnes, sub num. 10. de constit. quidam vero in hoc dissentiunt volentes indistincte circa potestatem Capituli Sede vacante esse constituendam

regulam

regulam affirmatiuam videlicet, vt episcopo in omnibus regulariter succedat q̄ sunt iurisdictionis ordinariæ exceptis casibus expressis, prout nouissime post alios per eum citatos censuit Nauar. cons. 31. num. 2. de temp. ord. in antiq. *Regula affirmatiua.*

Vlterius sciendum quod Capitulum in quantum episcopo succedit, eiusque vices supplet, non dicitur eo inferius sed par, & ratio est, quia eius iuribus vtitur, habetque eandem potestatem tanquam subrogatum arg. tex. in cap. is qui in ins. de reg. iur. in 6. & ex relatis per Iacob. Sbroz. in tract. de Vicar. Episc. lib. 1. quæst. 15. clare patet, in quo fere omnes conueniunt. Quam extende & primo vt in ea dicatur succedere pleno iure. s. quo ad liberam administrationem tam spiritualium q̄ temporalium c. si episcopus, cum seq. de sup. neglig. prælat. in 6 & quæ comprehendatur sub istis vocabulis. s. in spiritualibus, & temporalib. traditur notabiliter per Feder. de Sen. cons. 302. etiam si spiritualia esset talia quæ requirerent speciale mandatum episcopo viuente. Gemin. & alij in c. cum nullus. §. episcopo de tempor. ordin. in 6. Secundo extende vt illam exercere possit tam in personales ecclesiasticas, quam sæculares quando. s. prælatus defunctus præter episcopalem habebat etiam temporalem, iurisdictionem, vt posset cognoscere de causis quæ mouentur inter laicos suæ d. œcesis arg. tex. in c. conquestus de for. compet. & in cap. Romana §. debet, de appellat. in 6. quam in criminibus per alios exercere solet absque irregularitatis incursu cap. fin. ne cler. vel monac. in 6. Pauin. part. 1. q. 2. num. 5. Tertio extende vt possit illam exercere contra singulos de Capitulo etiam Decanum, vel Præpositum ipsius Capituli secundum, omnes teste Nauar. consil. 7. sub. nu. 3. de offic. ordin. in antiq. *Quarta declaratio.*

Prædicta restringe, & primo vt non succedat Capitulum in casu in quo episcopus exercitium iurisdictionis non haberet solus, sed cum alio, quia tunc nō ad Capitulum, sed ad collegam superstitem fieret deuolutio cap. fin. 65. dist. hoc tamē declarando ex mente Zab. in d. c. ad abolendam, quando taliter episcopo, & alio competeret quod inter eos esset locus iuri accrescendi arg. tex. in l. vnic. C. quando non petent par. alias si non in solidum competeret, expectandus esset successor in ipsa dignitate Episcopali capit. quoniam Abbas, de off. deleg. Secundo illam restringe vt intelligatur quando contenditur de nudo exercitio ipsius iurisdictionis, secus autem quoties verteretur quæst. super propritate alicuius certi iuris; seu iurisdictionis vt non succedat Capitulum in examinatione illius quæstionis, & ratio est propter præiudicium quod generari posset futuro episcopo cum tunc ecclesia careat legitimo defensore c. fin. ne Sed. vacan. exempla ponit Panor. in cap. verum num. 12. de for. compet. veluti si contenderetur an talis sit subiectus an exemptus, item an talis locus sit de diœcesi vel ne. Posset etiam exemplificari quando dubitaretur de aliquo beneficio an esset de iure patronatus, vel pertineret ad meram episcopi collationem, eo quod per iura a patronis producta liquide non appareret de existentia ipsius iuris patronatus, quod intellige etiam si huiusmodi causa reperiretur incepta ante vacationem, & sic ipso episcopo viuente. s. vt non possit prosequi, sed ab ea desistendum vsque ad noui prælati aduentum. Doct. in d. c. fin. Pauin. par. 2. q. 9. Tertio regulam hanc generalem restringe quod, & si Capitulum Sede vacante succedat in iurisdictione, non tamen in emolumento proueniente ex ipsa iurisdictione & sigillo Curiæ, vel alias vndecunque ad prælatum pertinente, sed illud successori reseruandum esset per tex. in clemen. statutum, de elect. quod intellige etiam vbi istud emolumentum iurisdictionis quod percipitur esset commune Episcopo & Capitulo, quia cum cōsistat in re diuisibili pars Capituli sibi cedet, pro parte vero episcopum tangente fiet reseruatio, vt dictum est. *Quinta declar.* *Notabilis doctrina.* *Sexta declaratio.*

Zab.

Zab. singulariter in d. tex. quæst. 5. Secundo intellige hoc procedere quando emolumentum directe ex iurisdictione proueniret, secus si ex causa personæ illā exercentis gratis, & non tanquam debitum aliquid detur arg. tex. in c. statutum. §. in super, de rescript. in 6. Imol. in præalleg. clem. sub nu. 19. verum in locis in quibus adsunt collectores Cameræ Apostolicæ illud vacationis tempore durante eadem Camera sibi appropriat vt est in Regno Neap. & per emolumentum intelligitur pena imposita inobedientibus ratione contumaciæ, esset etiam tale id quod percipitur ratione decreti quod interponitur. Vital. in dict. clem. num. 47. & seq. intelligitur etiam compositiones, & pænæ pecuniariæ, seu emendæ quæ & cui debeantur habetur per Felin. in c. irrefragabili de off. ord. per Diaz. in sua prax. c. 146. per Couar. lib. 2. var. resolut. c. 9. nu. 9. & nouissime per Conc. Trid. sess. 25. de ref. c. 3. §. in causis vero iudicialibus dispositum est vt huiusmodi mulctæ pecuniariæ, eo ipso quod exactę fuerint, assignentur locis pijs ibi existentibus, cuius canonis auctoritate id statim exeq poterit Vicarius Capituli, & ex dictis emolumentis Sede vacante obuenientibus deduci debent rationabiles expensæ, & quæ essent tales vide per glo. in d. clem. statutum, ver. expensæ. Quarto limita quod licet de iure absque hominis ministerio Capitulum in prædictis succedat cuius successionis rationes assignat Lamber. in tract. de iure patron. lib. 1. par. 1. art. 9. 1. quæst. princ. tamen secus esset vbi talis iurisdictio Sede vacante ex aliquo iure speciali competeret certæ personæ ratione suæ dignitatis, veluti si hoc cõstitutum esset in fundatione illis dignitatis, siue ecclesię vel cõsuetudine, seu priuilegio Ioan. And. in c. pen. de off. leg. Pauin. par. 1. quæst. 9. nu. 5. arg. tex. Conc. Trid. sess. 23. de ref. c. 10. prope finem. etiam si illa iurisdictio deferretur cum emolument d. clem. statutum in fine, cum ibi adnotat. per glo. & Doct. de elect. Nec Capitulo obstabit, quominus in huiusmodi administratione succedat persona. s. vel Coadiutoris pro tempore, quem forsan episcopus habebat, vel administratoris, si quem Papa dederit, quia horum potestas expirat mortuo episcopo Fran. in d. c. vnic. sub nu. 3. Felin. in d. c. cum olim nu. 8.

Septimo declara.

An Capitulum Sed. nac. succedat in his quæ sunt ordinis epi.

Subnectitur congrue quærendum, quid dicendum in his, quæ sunt ordinis episcopalis, Resp. quod in illis etiam Capitulum succedit, illud sane intelligendo. s. quo ad potestatem ea committendi alteri episcopo vicino quem ad illa exercenda inuitabit arg. tex. in cap. Pontifices 7. quæst. 1. cum simil. Franc. in d. c. vnico. nu. 9. & si non possit commode habere aliquem ex cõuicinis episcopis poterit vocare alium: commodiorem Sedis Apostolicæ habentem cuius copiam habere poterit Pauin. par. 1. q. 3. nu. 4. protestatione vero adhibita, quod per hoc nihil iuris illi episcopo vocato acquiratur. Panor. in c. his quæ nu. 3. de maior. & obed. quod ampliat in omnibus quæ consecrationis ministerium exposcerent de quib. per Pauin. loc. cit. in princ. illa enim de lege iurisdictionis episcopalis existere, docet glo. recepta in c. dilectus, de offi. ord. limita tamen vt non succedat quo ad immunitates, & priuilegia concessa episcopis ordinis & dignitatis Pontificalis, quæ numerantur per glos. in c. fi. de priuileg. in 6. quod pro indubitato ponunt Doct. in d. cap. vnic. & Pauin. ibidem refert sub nu. 9. Item quæ sint ordinis episcopalis, & quæ eis competant ratione dignitatis, & quæ contineat iurisdictio episcopalis clare & distincte notat Iacob. Sbroz. in tract. de vicar. Episc. lib. 2. q. 2. & duabus seq.

An in potestate visitandi.

Quibus sic prælibatis vltro se offerunt speciales quæstiones decidendæ, inter quas erit prima in ordine, An potestas visitandi diœcesim Sede vacante transeat in Capitulum. Resp. quod Panor. in præalle. c. cum olim, indistincte tenet quod

sic

sic.idem confirmat Soc.in tract.de visitat.col.4. Bonif.de Vital.in clem.1. nu. 79.de hæret. ratione de qua ibi per eum. quod declara duobus modis, & primo nisi speraretur quod de proximo prouideretur ecclesiæ de episcopo successore, vt colligitur ex theorica Innoc.in d.c.ad abolendam.Felin.in d.c.cum olim sub nu. 3.Secundo vbi visitatio competeret episcopo de iure speciali, vt quando episcopus exemptos Sedi Apostolicæ immediate subiectos authoritate Apostolica visitat iuxta tex.in clem.attendentes.de stat.monac.vbi Card.Zab.q.4.& in c.cum olim.q.9.Fed.de Sen.conf.291.Franc.in d.c. vni.num.5.Phil.Prob.in addit.ad Io.Monac.in cap.ecclesiæ.nu.1.de sup.neg.præl. in 6 verum in hoc vltimo Pauinus.par.1.q.7.in fine sibi placere inquit moderationem collectarij in d.c.cum olim.s.vt Capitulum id etiam possit subsistente necessitate.& vide eũdem in trac. visit.par.2.princ.in fine.

Secundo quæro. An Capitulum Sede vacante possit dispensare in casibus Episcopo permissis.Resp.quod Feder.de Sen.conf.30. post multa hinc inde adducta,concludit tandem affirmatiue cuius dicta ad verbum recitat Pauin.par.1. q.5.quam partem amplectitur. Abb.in d.c.cũ olim,& in c.at si cletici.§.de adulterijs,sub num.16.de iud.Zab.in c.cum omnes quæst.10.in fine de const.cui etiã accedit. Gem.in c.cum ex eo.num.7.de elect.in 6.eamque expresse sequitur.Nauar.conf.31.de tempor.ordin.in antiq.volens posse Capitulum Sede vacante dispensare cum illegitimis ad ordines minores,& beneficium simplex iux.tex.in c. 1.de fil.presb.in 6.quam conclusionem declara procedere in casu in quo subsistente legitima causa dispensatio esset debita,iux.gloss. in cap. vt constitueretur, & c.Domino sancto.50.dist. tum quia cum fiat causa cognita dicitur esse iurisdictionis.Zab.in c 2.q.3.ne Sed. vac. tum quia cum tunc exequatur iustitia, vt per Abb.in d.§.de adulterijs,sub num.20. esset ius non omnino voluntariũ sed coactum.Felin.in d.c.cum olim.q.8.Secundo declara non procedere in Vicario à Capitulo simpliciter dato.erg.tex.in c.3.de off.Vic. in 6. secus vero si post aliquos casus specificatos esset apposita clausula generalis. Fed.de Sen. conf.40.in fine.Emanat dubitatio, An Capitulum succedat in potestate episcopis concessa dispendi in irregularitatibus,iuxta decretum Concilij Tridentini sessione 24.de reform.cap.6.Respondeo,quod affirmatiuam sententiam tenet Henriq.in sum. lib.14.de irregular.cap.20.§.1. in fine, rationem assignans, quia succedit Episcopo in iurisdictione, præterquam in paucis exceptis. Idem etiam colligitur ex relatis per Ioannem Gutier.libro 2.canon.quæst. capit.3.num.10. Sed Suarez oppositum sentit. in tractatu de censuris disput.41. sectio. 2. pag. 748.colum.2.

An possit dispẽsare

Tertio quæro An succedat in potestate excommunicandi, & absoluendi ab excommunicationis sententia quoscũque posset Episcopus si viueret.Resp.quod de secundo clarum est illud posse prout ad literam habetur in c. vnic. de maior. & obed.in 6.etiam si excommunicatio esse lata a iure, dummodo alteri non sit reseruata Nauar.in man.confess.c.27.nu.39.& per consequens idẽ concludendum circa potestatem excommunicandi cũ potestas absoluendi & ligandi pari passu ambulent,& qui potest vnũ potest aliud c. verbum,de pœn. d.1. Franc.in d.c.vni.nu.1. & eo magis in excõmunicatione ad finẽ reuelationis vt animæ exeant peccato iuxta disposita in Conc.Trid. sess.25.de ref.c.3. Prædicta amplia vt ad finẽ absoluendi a casibus episcopo reseruatis de quibus habetur per gl.in c.2.de pœ.& remiss.in 6.possit deputare pœnitẽtiariũ vt expresse decidit Pan.in c. his q̃.in fine de maior.& obed.& hoc propter periculũ, q̃ imminere posset ipsis anima-

An excõmunicare, & ab eius sententia absoluere valeat.

animabus ex superioris defectu sede episcopali vacante arg.tex.in c.ne pro defectu de elect. Secundo amplia procedere etiam in absolutione a iuramento Card. consi.35.vers. Ad secundum dubium principale cuius dicta reassumit. Felin.eum sequendo in c.1.nu.2. de iureiur. & concurrit Ant.Gagliard.in tract. de absol.a iuram.§.4.num.11.

Hinc incidenter quæro, Num Vicarius datus a Capitulo Sede vacante possit absoluere quendam a peccato, cuius absolutionem Papa mandauit alternatiue episcopo, vel eius vicario. Hanc quæstionem mouet Felin. in c.eam te.post num.17.de rescr.& concludit negatiue ea ratione quia talis Vicarius a Capitulo electus non dicitur Vicarius episcopi sed episcopalis iurisdictionis & illius quam a Capitulo assumpsit, sed cum hoc non possit Capitulum tanquam iure accidentali episcopo competens vt superius dictum est.ergo, nec ipsius Vicarius arg.tex. in l.Nemo plus iuris.ff.de reg.iur.& c.quod autem de iure pat. Sbroz.in tract.de Vic.epis.lib.1.q.16.

An possit condere statuta.

Quarto quæro. An Capitulum Sede vacante possit condere statuta super statu ecclesiæ distringentia totam diœcesim.Resp.quod Feder. de Sen.consi.16. hanc quæstionem disputando affirmatiue tandem determinat, cui astipulatur Pan. in d. cum olim.q.7. & sic transeunt doct. in d. cap. vnic. eãdem allegantes rationem quia, s.ius statuendi dependet a iurisdictione per text.in cap.2. de cõst. in 6 Quam conclusionem intellige, & primo vt talia statuta teneant, & durent etiam in tempus futuri prælati, nam licet Capituli potestas sit in defectum & tẽpus, ac in aduentu successoris expiret, illud tamen quod tempore suo fecit, tanquam legitime factum durabit cap. factum legitime de reg.iu. in 6. & habetur per prædictos Doct.in locis citat. Tabiena in verbo excommunicatio.4. nu 5. Secundo intellige, vt sit in potestate successoris quandocunque illa pro libito reuocare arg.tex.in c.si qua de rebus.12.q.2.& ijdem Doct.confirmant. Tertio intellige dummodo sint iusta, & salubria, secus vero si in præiudicium ecclesiæ vel episcopalis mensæ etiam si essent iurata c.sicut nostis, vbi glos.& Host.de iureiur. & pœnæ appositione vallata. Lap. alleg.20.& seq. Pauin.par.1.quæst.6. nume.8. quod Felin.in cap.cum omnes, sub num.10. de constit.sub intelligit procedere in his quæ de iure communi, vel laudabili, & approbata consuetudine episcopo competerent, secus si in aliquo iure ipsi episcopo non canonice quæsito præiudicium afferretur. Quarto & denique intellige etiam si talia statuta Capituli essent contraria statutis, & synodalibus constitutionibus ab episcopo editis cum illas possit tollere, & reuocare Gemin.& Franc.in d.c.vnic Zabar.& Feli. in d.c. cum omnes Pauin.loc.cit.

Cognoscit de arduis causis.

Quinto quæro, An Capitulum Sede vacante possit cognoscere de arduis causis, Resp.affirmatiue.idque patet nam causæ matrimoniales inter maiores reputantur.cap.1. de consang. & affin.de quibus Capitulum cognoscit vt probatur in cap. veniens, iuncta suprascriptione, de eo qui duxi, in matrim.& notat. Abb. in cap.præterea, num.2.de test.cog.ex quo hoc non reperitur prohibitum neque agatur de aliquo successoris præiudicio Pauin.par.1.q.10.sub nu.8.& si opponatur de tex Concil.Trid sess.24 de ref.c.20.§.ad hæc, disponentis quod causæ matrimoniales relinquãtur examini & iurisdictioni episcopi tantum respondeo per illa verba excludi alios prælatos inferiores, sed Capitulum in hoc casu non dicitur inferius episcopo, sed par vt supra tactum est, & de intellectu d.text. Conc. Trid. vide Nauar.cons.1.num.5.& 6.de off.deleg.in antiq. Item patet quia succedit in officio cognoscendi de crimine hæresis quod inter maxima computati

nemini

nemini dubium est, de quo est tex. expressus in clem. de hæret. ex cuius verbis colligitur quod in hoc a Capitulo debet esse aliquis in specie deputatus vbi etiam Zabar. quæst. 12. inquit non sufficere quod sit Vicarius generalis ipsius Capituli, nisi ad hoc haberet speciale mandatum.

Sexto quæro, An Capitulum possit alienare bona ipsius ecclesię vacantis. Resp. negatiue per tex. in c. si qua de rebus, & c. precariæ, 12. q. 2. poterit tamen consentire, & interponere authoritatem ecclesiæ inferiori ex causa alienare volenti, Panor. in d. cap. cum olim quæst. 3. Franc. in d. cap. vnic. sub nu. 3. Rebuff. in prax. tit. deuolut. num. 104. limitatur etiam in rebus quæ seruando seruari nō possunt, quas libere poterit alienare Pauin. par. 2. qu. 8. sub num. 3 etiam sine alterius authoritate Abb. in c. 1 ne Sed. vac. & tandem limita vt pro instantibus necessitatibus ipsius ecclesiæ vacantis, etiam sine superioris authoritate possit pecunias mutuo recipere prout tenet glos. in c. cupientes, §. ad hæc. vers. aliunde, de elect. in 6. quod intellige cum manifesta sit in hoc ecclesiæ vtilitas, & negotium dilationem non caperet, & de facili superioris authoritas haberi non posset, alias secus, adeo quod ex tali mutuo obligetur ecclesia, & prælatus successor Pauin. d. q. 8. num. 20. Fran. in d. §. ad hæc num. 4. Io. Gutierrez. lib. 1. canon. q. c. 1. num. 132. Redoan. in tract. de reb. eccles. non alie. q. 30. qui in fine ad præsentem materiam addit id quod nostris temporibus in simili vacante Sede per obitum Sum. Pontif. seruari solet per sacrosanctum Illustrissimorum Cardinalium Collegium.

An possit alienationi consentire & mutuo accipere.

Sub hac q. cadit alterius decisio, an scilicet in Capitulum Sede Vacante transeat potestas infeudandi bona infeudari solita deuoluta, & dependentia a mensa Prælati, ad quam similiter negatiue respondetur, nisi inuestitura esset necessaria, eum tunc ex ea successori nullū paretur præiudicium, vel vbi in Ecclesia esset consuetudo talia infeudandi, quando ipso Prælato vacaret, ita concludit Amæd. a Ponte in comment. ad tit. Qui feud. dare pos. num. 157.

An in Capitulū transeat potestas infeudandi bona mensæ Epis.

Septimo quæro. An succedat in potestate compellendi executores testamentorum. Resp. quod non solum in hoc, sed etiam in ipso executionis officio ipsis executoribus negligentibus. Doct. in c. Ioannes & ibi Couar. nu. 2. de testam. & hoc communiter approbari inquit Card. in clem. vnic. q. 1. de testam. Pauin. par. 2. q. 7. quod extende etiam quo ad potestatem cogendi ipsos executores ad rationes reddendas Imol. in d. clem. vnic. sub nu. 13. Franc. in d. c. vnic. de maior. & obed. in 6. q. 11.

Octauo quæro, An succedat in exactione manualis obedientiæ quam in quibusdam locis statuto die clerici diœcesis suo prælato exhibere solent cum muneribus. Resp. videri dicendum quod sic per text. in c. his, quæ, de maior. & obed. verum. Card. Zab. ibi quæst. 4. in fine dicit, non obseruari quod Capitulum exigat obedientiam, sed Neapoli Sede vacante fuit obseruatum contrarium in prima Dominica mensis Maij, exigendo Capitulum reuerentialem, & manualem obedientiam ab ijs, qui tenentur comparere cum floribus, fructibus, cereis, alijsque munusculis, & hoc ex iuris dispositione iux. tex. præalle. accedit etiam quia obedientia est de lege iurisdictionis. c. conquerente, de off. ord. in qua Capitulum succedit.

Exigit obediētiā manualē.

Nono quæro, Num Capitulum Sede episcopali vacante succedat in potestate conferendi beneficia. In quo firmanda est conclusio negatiua quæ probatur tū de iure communi per tex. clarum, in cap. 2. ne sed. vac. vbi habetur, hoc nusquam inueniri cautum in iure, tum de iure nouissimo per constitutionem fel. mem. Pij 5. incip. Sanctissimus in Christo Pater fol. 1167. in Bullar. per quam omnia beneficia

An cō ferat beneficia

ficia episcopali Sede vacante quomodolibet vacantia ad eorundem episcoporum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem quomodolibet pertinentia, ipsi Pontifici reseruantur. Quam amplia, & primo etiam vbi collatio beneficiorum per ipsum episcopum non ex toto libere, sed cum consilio, vel consensu ipsius Capituli fieri haberet, iux. text. in c. vni §. cum vero, ne Sed. vacan. in 6. in eo enim casu perinde est, ac si cum consilio tantum haberet fieri, quia ad veritatem alternatiuæ sufficit alterum adimpleri c. in alternatiuis cum glo. de reg. iur. in 6. hunc que verum illius tex. sensum esse testatur Pauin. par. 2. quæst. 1. sub nu. 2. Nauar. cons. 1. ne Sed. vac. in nou. Secundo prædictam conclusionem extende procedere etiam quando alius ex aliquo speciale iure haberet conferre cum episcopo Rebuff. in prax. tit. de deuolut. nu. 76. quod potest esse duobus modis. s. vel cum consilio vel cum consensu episcopi, & in neutro succedit Capitulum nec in præstatione consilij neque consensus, siquidem primo casu poterit ille tertius liquere conferre irrequisito Capitulo, nec tenebitur aliquem adire loco episcopi pro tali consilio d. c. vnic. §. fin. vbi Gemin. & Franc. huius rationem adducunt, & in 2. casu de necessitate erit expectandus successor in episcopatu qui consentiat glos. in d. §. fin. ver. cum consilio, & ibi scribentes glos. in cap. si pro te, de rescript. in 6. ipsique expectanti tanquam impedito tempus non currit cap. quia diuersitatem, de concess. præb. c. fin. de elect. quod vltimum declara nisi ille consensus præstandus esset ab episcopo solum ratione iurisdictionis episcopalis vt in concessione iurispatronatus, & decimarum c. nullus, cum alijs concord. de iurepatron. nam tunc succederet Capitulum Pauin. loc. superius cit. num. 11. Tertio conclusionem amplia procedere etiam in beneficijs ad ipsum episcopum pertinentibus iure deuoluto ob negligentiam, vel culpam inferiorū prælatorum non conferentium, uel male conferentium secundum vnam opinionem cui se subscribit Rebuff. in prax. tit. de deuolut. num. 93. & cū huius determinatio propter Doctorum varietatem difficillima reputetur prout præcipue est videre ceteris omissis apud Abb. & Feli. in præalleg. c. cū olim, & apud eosdem in cap. verum, de for. compet. tangit idem Abb. sibi ipsi contrarius in cap. 2. ne Sede vac. Ioan. Andr. Gemin. & Franc. tractant in cap. quamquam, de elect. in 6. habetur per Pauin. par. 2. q. 2. diu me cogitabundum tenuit cui potius adhærerem sententiæ, quæ ad præsens omni difficultate carere videtur propter d. constitutionem. fel. recor. Pij 5. generaliter loquentem. Quarto & denique amplia vt Capitulum Sede vacante non possit conferre etiam hospitale in titulum, quia loco beneficij habetur clem. quia contigit, de relig. dom. clem. 2. de præb. secus quando ad nutum daretur vt per Io. Sylu. in tract. de beneficio par. 2. quæst. 11. in fine.

Quæ conclusio recipit plures fallentias, inter quas prima est vt non procedat in beneficijs quæ communiter spectant ad collationem episcopi, & Capituli, quia vno deficiente vel inhabili existente alter confert. c. vnic. ne Sed. vac. in 6. Similiter ex identitate rationis succedet in potestate præsentandi, vel eligendi quoties ad vtrumque simul spectaret electio, & præsentatio, alias non prout declarat Lap. quem sequuntur Gemin. & Franc. in d. c vnic. de maior. & obed. in 6. & ita concludit Lambert. late, & notabiliter examinando in suo tract. de iure patron. par. 2. lib. 2. art. 14. quæst. 2. princ. & quare in his quæ communiter episcopo, & Capitulo imminent facienda de facili transeat de vno ad alium potestas, ratio affertur per Io. Monac. in d. c. vnic. ne Sed. vac. in 6. a doctoribus in varijs locis relata, & illud dicitur communiter pertinere quando æquale ius quælibet pars

habet

habet in actu prout in d.tex.notat Gemin. & explicat plene Prob. in addit. ad Io. Monac. in c.cum illis, de præb.in 6.Per quos terminos erit etiam decidenda dubitatio illa.ſ. An prouiſio præbendæ pœnitentialis (quam Concil. Trid. ſeſſ. 24.de ref.c.8.iuſſit inſtui eccleſiis Cathedralibus) facta a Capitulo epiſcopali Sede vacante valida ſit,vt traditur per Nauar.conſ.29.de præb.in antiq. Secundo limita vt poſſit in illis præfigere œconomum, ſeu ipſas eccleſias ad tempus commendare alicui vt ipſarum iura regat, & adminiſtret, donec fuerit per ſuperiorem prouiſum c.cum vos,vbi Panor.nu.2.de off.ord.idem Panor.in d.c.2.ne Sed.vac. & in c.bonæ de appellat.Gemin.in d.c.vnic.de maior. & obed.in 6.& in d. §.cum vero Pauin.par.2.q.3.quod rationibus comprobat Felin. in d. c. cum olim.nu.6.& Rebuff.in prax.d.tit.de deuolut.nu.77.& infra. Verum in Regno Neap.Camera ſtatim capit poſſeſſionem,vt clare patet ex dictis ſupra in verbo Beneficiorum poſſeſſio fol.121.& 124. Tertio limita vt nihilominus ſuccedat in poteſtate inſtituendi præſentatos a patrono quod eſt expreſſum in c.1.de inſtit.in 6.vbi Gemin. & Fran.diuerſitatis rationem aſſignant,quare ſcilicet aliud ſit in collatione beneficiorum, & per Abb.in d.c.1.ne Sed.vac.Item in poteſtate confirmandi electiones quas epiſcopus viuens cõfirmabat d.c.cũ olim,& per Rebuff.loc.cit.nu.88.Sbroz. in tract.de vic.epiſc.lib.2.q.70.nu.4.& de vtroq; loquitur Pauin. par.2.q.4.& 5. quod ſi electio alicuius dignitatis ſpectaret ad Capitulum,& Confirmatio ad epiſcopum vacante Sede Capitulum duplici iure fungetur iux.tex.in l.ſi conſul.ff.de adopt.ſ quod eliget iure capitulari,& confirmabit iure epiſcopali.gloſ.& Doct. in c.pen.de ſup.negl.præl.in 6.Hanc limitationem extende duobus modis,& primo vt etiam ſuccedat in poteſtate dandi licentiam ædificandi eccleſiam ad finem vt ædificans acquirat iuris patronatus,vt decidit Calder.quem alii ſequuntur col. 3.incip. An Capitulum.ſub tit.de iure patron.nam ſi retardaretur aſſenſus vſq; ad aduentum noui epiſcopi periculum eſſet in mora,quia poſſet pœnitere fundatorẽ contra diſpoſita in c.3.de iure patron.Lambert.tamen in d.tract.lib.1.art.9.q.2. princ.hunc articulum more ſuo diſcutiendo tanquam nimis dubitabilem reliquit ſuper eo cogitandum,licet ſuperius dixerit hanc partem veluti communem eſſe tenendam in iudicando,& conſulendo, quam ſuſtinendo declara vt non liceat Capitulo conſentire vt in fundatione apponatur conditio aliqua, propter quam præiudicium aliquod epiſcopo generetur,quia cum non adſit qui epiſcopale ius tenea tur debet hoc omnino cenſeri prohibitum.arg.tex.in cap.1.ne Sed.vac. Secundo prædictam limitationem extende, poſſe etiam Capitulum Sede vacante ſi patronus eſſet clericus ex eius motu proprio illi acceptanti eccleſiam conferre, ſicut & epiſcopus poſſet.Pauin.par.2.q.5.in fine declarando iuxta dicta Lambert. in præalleg.tract. par.1.lib.2.art.4.quæſt.7.princ. Quarto limita vt poſſit interponere authoritatem in beneficiorum permutatione in duobus caſibus. Primus eſt quando eorum collatio ſpectabat communiter ad epiſcopum, & Capitulum ex gl.notab.& communiter approbata in clem.vnic.in ver.conferantur, & ibi Imol. nu. 11.de rer.permut.Zab.conſ.46.num.2.Secundus caſus eſt,quando beneficia pertinent ad collationem tertii.idem Zab.clem.1.ver.Duro de hæret. Quinto limita vt poſſit recipere beneficiorum reſignationem Panor.in d.cap.cum olim, qui fatetur ita maiorem partem Dominorum de Rota fuiſſe concluſum refert, & ſequitur Gemin.in d.c.vnic.caſu 22.de maior.& obed.in 6 idem tenet Philip.Fran. in capit.1.ſub num.7.de rer.permut.in 6. quod quidem declara procedere tribus modis.primo quando fieret ex cauſa neceſſaria non autem libere, & ſimpliciter Rebuff.loc. ſuperius cit. num. 95. vel quando fieret in pœnam ipſius reſi-

gnantis vt clare elicitur ex extrauag. Execrabilis.§.ceterum. de præb. & fuit originarie ex mente Lapi in addit.ad Feder.de Sen.in tract.perinur.benef.q.36.Secũdo declara dummodo talis resignatio, & collatio fiant ante prouisionem factam de prælato in Consistorio etiam antequam possessionem capiat, & ita apud Rotam fuisse resolutum in similibus terminis refert Paris. in tract. de resign. benef. lib 7.q.23.num.47.Tertio secundum eundem Paris. declara procedere in beneficiis quorum collatio ad episcopum & Capitulum simul pertinent ex communi,& veriori opinione.ratione vt ibi per eum a quo vltimo excipe nisi Capitulum Sede vacante esset in possessione conferendi & recipiendi resignationem beneficiorum spectantium ad collationem solius episcopi;cum in istis attendatur possessio cap. consultationibus,de iurepatr.Decius cons.126.nu.2. Sexto limita vt possit ex causa vnire beneficia in omnibus casibus,in quibus poterat episcopus,dummodo nihil pereat de iure episcopali, & cum hoc simpliciter transeunt Doctores in clem.1. de stat.monac.& in prælleg.c.1.de maior.& obed.in 6.Petrus de Perus. in tract. de vnion.eccles.cap.4.nu.29.Io. Bapt.de Caccialup. in tract. de vnionibus art.3. sub nu.19.Rebuff.in prax.tit.de vnion. benef.nu.36. Quod etiam vendicabit locum a contrario sensu vt Sede vacante possit ex causa dimembrare beneficia vnita in eo casu,in quo poterat episcopus Rebuff.in prax. tit.de vnion. reuoc.nu.19. & tam vnio quam ipsius vnionis dissolutio durabunt etiam in tempus noui episcopi creati,vt concludit idem Petr.de Peru.in tract.de reuocat.vnion.num.16.& 17.& habetur per Felin.in c.cum olim in fine, & in materia vnionis beneficiorum plura salubriter sanciuit Concil.Tri.sess.7.de ref.c.6.& 7.& sess.24. de ref.c. 13.& 15.& sess 25.de ref.c.9.§.insuper accessiones.Septimo,& deniq; limita,quod q̃uis non succedat in collatione beneficiorum, poteri t ex causa destituere beneficiatos ipsis beneficiis, illosque seruatis de iure seruandis priuare. Doct. in d. cap. cum olim.Pauin.par.2.q.6.in princ. Per quæ remanet expedita quæstio ista, & insuper ostensum quid possit Capitulum Sede vacante, & quid non possit in beneficialibus.

An concedat dimissoria ad ord.

Decimo quæro,An Capitulum Sede vacante possit dare literas dimissorias,seu reuerendas ad ordines suscipiendos.Resp.quod ante Conc.Trid absolute id poterat per tex.expressum in c.cum nullus §.episcopo, de temp.ordin.in 6.hodie vero ex Conc. Tri.sess.7.de ref.c. 10.non potest illas concedere sub pœna inibi contenta tam respectu Capituli, quam ipsius ordinati. Quam dispositionem amplia etiam si Capitulum haberet territorium distinctum & exemptum ob immemorabilem possessionem, & sint iudices ordinarii prout reseriptum fuit a Sacra Congregatione Capitulo Salamantino. Secundo amplia procedere etiam in literis dimissoriis concessis ad primam tonsuram per glo.in c.1.ver.clericum.de temp.ord. in 6.Maiol.de irregular. lib.4.c.2.idque confirmatur cum secundum canonistas prima tonsura sit ord .c.cum contingat, vbi Doct.de ætat. & qual. glos. in c.eosqui,de tempo.ordi.in 6. Tertio pœnam impositam respectu ordinati extendee tiam in eo,qui tales literas non a Capitulo, sed ab alus quibusuis in iurisdictione episcopi loco Capituli succedentibus obtinuerint vt habetur in eod. Concil.Trid. sess.23.de ref.c.10.suspendente etiam ipso iure concedentes illas ab officio,& beneficio per annum. Eandem limita, & primo vbi vacatio ecclesiæ fuerit diuturnior anno,quo transacto Capitulum id poterit. Secundo stante necessitate, seu arctatione beneficii habiti vel habendi ordinem requirentis,nam tunc poterit infra annum a die vacationis illas concedere, qui casus in eod. Concilij decreto sess.7.de ref.c.10.exprimuntur.

Et

Et refertur Sacram Congregationem declarasse facultatem remittendi interstitia Episcopo competentem ex causis comprehensis in c.11. 13.& 14.Sess. 23. de ref. transire in Vicarium Capituli Sede Vacante quando tamen ex decretis eiusdem Concilij potest concedere licentiam ordinandi.

Tertio limita vt possit approbare de vita, & moribus habentes priuilegium a Summo Pontifice recipiendi ordines a quouis Antistite cum approbatione Ordinarij de vita,& moribus,quia per talem attestationem non esset dare literas dimissorias, sed solum literas testimoniales idoneitatis quas dare non prohibetur. Nau.cons.19.de temp.ord.in antiq.

Hinc contingit dubitare de duobus. Et primo quia in præalleg. text. Concil. Trid.statuitur, vt ordinatus in minoribus ordinibus contra formam illius decreti nullo priuilegio clericali gaudeat,an possit habere beneficium. Resp.quod prima facie videtur dicendum quod non,quia quod quis sit capax beneficij ecclesiastici est clericale priuilegium vt probatur in c.ex literis de transact. & in capit.2. de institut.Verum quia taliter ordinatus ex mēte Nauar.cons.20.de temp.ord.in antiq.hoc priuilegium non amittit ipso iure, sed debet illud amittere per sententiam, vel per exceptionem, sequitur quod poterit beneficium habere antequam priuetur,& ratio est quia Concil.Triden.vtitur verbo gaudeat,quod cum sit futuri temporis non infligitur pœna ipso iure iux. glos. receptam in reg. in pœnis de reg.iur.in 6.

Secundo dubitatur,Num habens literas dimissorias a suo episcopo continētes facultatem suscipiendi ordines a quocumque catholico Antistite si deinde antequā ordinetur,& sic re integra suus episcopus moriatur,possit virtute illarum ordinari. Resp.quod sic, vt determinat Card communiter receptus in cle.fi.q.5.de elect. Nauar.in c.placuit.nu.163.de pœnit.dist.6.& in cons.49.de temp.ord.in antiq.in 2.par.Romæ impr.fol.747. Hēric. Henriquez in sum.lib.10.de ordinis Sacram.c.22.in fine,hocque intrepide tenendum late demonstrat Ioan. Gutierrez lib.2.canon.q.c.17. extendens etiam in literis concessis ad recipiendos ordines a Capitulo Sede vac.in casibus tamen,in quibus id potest.s. vt finita Capituli potestate nihilominus validæ sint,nisi nouus episcopus eas reuocauerit antequā exequantur,& sortitæ fuerint effectum,consulit vero ibidem sub nu.12. ordinatoribus vt in vtroque casu si tempore præsentationis dictarum literarū corā eis sciuerint nouū prelatū atq; successorem possessionē ciusdē episcopatus cepisse, vel in episcopatu adesse illas non admittant,nisi reualidatæ, vel nouiter a successore cōcessæ,productæ fuerint,vel ab eius officiali generali ad id speciale mandatū habēte,& hoc propter præsumptionem fraudis cū faciliter contingere possit, quod illæ sint reuocatæ,idque ordinandus subiuceat,sicuti semel hoc fatetur accidisse,alias vero procul dubio poterint illas acceptare,& ipsarum virtute ordines in eisdē contentos cōmendatis conferre. Hęc ille,confirmatur quia gratia per mortem concedentis non expirat c.si super gratia,de off.deleg.in 6.cap.si cui.de præb.eo. lib.& est comm.doctorum sentētia Gigas de pension.quæst.91.Rebuff.in prax. benef.tit.de gratia rationi congruit.num.2.Sylu.in verbo priuilegium,§.14 Nauar.optime in man.confess.capit.27.sub nume.253.in 4.recognitione Hinc idem voluit consil. 1. de priuil. in antiq. facultatem dispensandi episcopo datam non expirare per obitum Papæ. Amplia idem dicendum in licentiam, quam quis haberet audiendi confessiones vt non desinat valere per mortem concedentis, nisi fuerit concessa usque ad eius beneplacitum,iux. text. in capitul.si gratiosę. de rescript. in 6. secus vero si fuerit apposita clausula,donec aliud decreuerit

Dimissoriæ non expirāt p mortē concedentis.

huiusque differentię rationē assignat Nauar.cons.2.de priuileg.in antiq.secus etiam vbi non simpliciter fuerit, dictum ad beneplacitum, sed donec reuocauerit. Dec.cons.108. vel etiā si fuerit concessa ad certum tempus, quod adhuc expletum non esset, nisi postea fuerit ex causa per successorem reuocata arg.tex.in c.cum ad hoc.vbi Innoc.de cler.non resid. Card.& Imol.in d.clem.fin.

An possit concedere licētiam epi scopo exercēdi pontificalia.

Vndecimo quæro, An capitulum Sede vacante possit concedere licentiam extero episcopo exercendi pontificalia in ecclesia vacante. Resp.quod sic, præterquā ordinandi subditos, vel eos qui sunt sub iurisdictione ipsius capituli Sede uacāte infra annum per dec.Concil.Trid.sess.7.c.10.de refor.Henriquez in sum.lib.10. de ordi.c.22.vbi intelligit conciliū de sæcularibus ordinandis, & apparet ex uerbis eiusdem Concil.post annum uero nullum dubium est, quo ad subditos ipsius capituli, & tunc neque obstabit idem Concil. Trid.sess.6.c.5. etiam quo ad exteros cum dimissoriis suorum superiorum ut tenet Nauar.in cons.21.de temp.ord. in antiq.& cons.44.eo.tit.in nouis.

An indulgentias concedere.

Aduerte, quod Vicarius Capitularis Neap.Sed.Archiep.vacante infra annum renuit concedere licentiam Episcopo in Ciuitate, seu diœcesi Neap.commoranti ut præuio ipsius Vicarii examine, & approbatione ordinare possit regulares existentes de familia in Conuentibus præd.Ciuitatis, & uide decretum de ordinatione regularium relatum in uerbo ordo.

Duodecimo quæro, An Capitulum Sede uacante possint concedere indulgentias, quas posset episcopus si uiueret iux. tex. in c.cum ex eo cum concord. de pœnit.& remiss.Resp.omissis in hoc uariorum doctorum citationibus communiter teneri quod non, quia licet potestas concedendi indulgentias pertineat ad clauem iurisdictionis, ut per D.Thom.3.senten.20.dist.q.4.art.2.est uere iurisdictio concessa episcopali dignitati c.accedentibus, de excess.prælat. de qua comm. testatur Zab.in cle.2.q.3.de pœnit.& remiss.Pauin.p.1.q.4.attamen Ludo.Bologn.in suo tract.de indulg.ex professo hunc articulum tanquam frequentem, & necessarium examinando partem affirmatiuam tenet. Huic etiam parti uidetur inhęrere Nauar.de iubil.& indulg.notab.31.nu.7.præsertim si Capitulum Sede uac.id haberet ex consuetudine Henriquez in sum.lib.7.de indulg. c.31. tutius tamen esset ut Capitulum hoc committeret alicui episcopo qui suo nomine hoc faceret ut in simili, scilicet in electo & confirmato in episcopum nondum consecrato inquit Zabar.loc.cit.& in terminis nostris Pauin.cum sequendo d.quæst.4.sub numero 5.

Verum quia propter difficultatem congregandi totum Capitulum præsertim in his quæ celeritatem desiderarent, item ob contradictionem, ac discordiam quæ oriri posset inter singulos de canonicis commodius & expediens uisum fuit ut hanc iurisdictionem quæ penes ipsorum Capitulum residet uni committat, unumque ad illam exercendam deputet, iure, igitur optimo Sacrosanctum Cōc. Trid.sess.24.capit.16.sanciuit, ut infra octo dies &c. Circa quod de pluribus dubitare occurrit.

2 Primo dubitatur † stante præfixione termini octo dierum, infra quem Capitulum cogitur Vicarium eligere, quis interim administrabit. Resp. quod quamuis uideatur dici posse Archidiaconum debere tunc temporis uices Vicarii sustinere per text. in cap.1. & in cap. ad hæc. de off. Archid. idque etiam sentiat Iac. Sbroz.in tract.de uic.episc.lib.1.q.61. tamen quia exdiuersis non fit illatio, & dicta iura loquantur sede repleta, non autem Sede uacāte, quo casu de iure trāsit in Capitulū iurisdictio, vt satis abunde supra scriptum fuit, dicendū puto infra octo

illos

illos dies totum Capitulum administrare debere, posseque etiam prædictum numerum octo dierum pro Vicarij electione testri ngere breuiorem statuendo per tex. in c. ecclesia vestra vbi Abb. notab. 1. de elect.

Secundo dubitatur. Quid si adesset discordia inter canonicos in electione Vicarij, & plures ad hoc officium assumerentur. Resp. quod in hac controuersia magis idoneus, & habens qualitates Concilii remanere debet ceteris remotis ex declaratione Sacræ Congregationis.

3 Tertio dubitatur † An facta electione vel confirmatione possit postea illum reuocare. Resp. affirmatiue per Pauin. par. 2. quæst. 10. sub nu. 7. nam vicarium pos se ad libitū remoueri ab eo cuius est vicarius modo solum habeat potestatem ab illo asserut Nauar. cons. 9. de elect. in antiq. & D. Antonin. 3. p. suæ Sum. tit. 19. c. 10. §. 2. in fine ita testatur se Paduæ consuluisse, arg. tex. in c. fin. de precar. tamen huiusmodi motio non debet fieri sine causa, cum absque ea variatio a iure improbetur ex annotatis per scribentes in c. publicato de elect. nec non ad fauorem Vicarii dici posset iustam, & rationabilem causam in reuocatione requiri, etiam si a Capitulo simpliciter, & sine certa temporis præfinitione constitutus esset, vel cū adiectione clausulæ ad beneplacitum, quam clausulam non importare liberam voluntatem, sed ad arbitrium boni viri referri debere voluerunt Abb. in cap. uerum, nu. 6. de for. compet. Ias. in l. si sic legatum nu. 6. de legat. primo Felin. in c. 1. sub nu. 51. de const. Capyc. decis. 116. nisi ex communi loquendi usu pro libero arbitrio sumeretur sicuti apud Gall. refert Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 8. num. 10. ad cuius corroborationem faciunt ea quæ idem tradit in addit. ad 1. lib. quæst. 55. num. 11. & ratione comprobatur, quia si canonici pro libito eorū voluntatis possent auferre uicario commissionem ei factam, sequeretur absurdū. s. quod ipse uicarius segniter se haberet in administranda iustitia in canonicos particulares uel dependentes ab eis; hoc enim non procedit in uicario episcopi ad beneplacitum constituto, cum ad eius nutum possit libere remoueri arg. text. in l. iudicium soluitur. ff. de iudiciis concord. adductis per Sbroz. in tract. de uicar. episc. libr. 3. quæst. 32. siquidem episcopus iudicare potest de per se absque uicario, secus in Capitulo post octo dies, idque & fortius locum habere asserendum est in uicario Capitulari expresse electo durante Sedis uacatione, uel ad certum tempus determinatum ut eo magis sine iusta causa amoueri non possit ante tempus finitum alias Capitulum teneretur ad interesse Frecc. in tract. de sub feud. libro secundo authorit. 9. uerum in contrarium magna est authoritas D. Antonini loc. cit. loquentis in propriis terminis. Inter iustas autem causas deponendi uicarium ab officio enumerantur sequentes, quarum prima est, quando in suo officio negligens admodum esset l. fi. ff. vbi pupill. educ. deb. & l. si quos C. de offic. præf. præt. & eo magis si ob eius negligētiam in iustitia non ministrata aliquis mortuus fuerit Boer. decis. 153. nu. 20. Secunda causa iusta esset, quando præuaricaretur in ipso officio illum male gerendo. s. vendendo iustitiam, & his similia faciendo Petr. Belluga in Spec. Princ. rub. 26. de privat. offic. §. Princeps numero 6. quinimo Capitulum teneri de delicto Vicarii ab eo constituti, nisi quanto citius sciuerit, eius delictum purgaueri, scriptum reliquit Pauin. loc. cit. sub numer. 22. Tertia causa iusta esset, quando appareret insufficiens in exercitio illius officii capitu. quamuis triste 7. q. 1. Boer. decis. 149. numero 17. Menoch. has causas ex ordine colligens in addit. ad libr. 1. de arbitr. iudic. quæst. 55. num. 29. Neque ignorandum existente iusta causa posse Capitulum Vicarium reuocare, etiam si interpositum fuerit iuramentum, vel ab ipsis

canonicis sub certa pœna promissum de non reuocando, vt & contraueniētes nō sint periuri nec pœnæ debitores efficiantur. D. Antonin. loc. præall. Pauin. d. q. 10. sub num. 7. Sbroz. in d. tract. lib. 3. q. 31. num. 7. An scilicet Capitulum possit ad libitum amouere Vicarium alias per ipsum electum seu confirmatum placuit nobis pro norma, & exemplo aliarum ecclesiarum huc transcribere, quæ circa hoc & alia sancita reperiuntur inter Constitutiones, & decreta Sexti Concilij Prouincialis Mediolanensis, & habentur apud acta eiusdem Ecclesiæ parte 1. pagina 306. & sunt prout sequitur.

Cōprobatur conclusionō licere Capitulo sine caus. Vt carīū amouere.

Capitulum Sede Episcopali vacante Vicarium constituat, confirmetve, qui omnino iuris Canonici Doctor sit; quod si huiusmodi vir in Collegio, Capitulove non extat, alium de Capitulo, qui quam maxime potest idoneus sit, deligere poterit.

Eidem Vicarium semel electum mutare ob causam licebit, modo alium octo dierum spatio constituat: alioquin illius eligendi facultas ad Metrolitanum, aut ad eius antiquiorem suffraganeum Sede Metropolitana vacante pertinebit. Electione vero in controuersiam aut in dubium adducta, is electus censeatur, qui a Capituli maiori parte delectus fuerit.

Ne vero œconomus, ceterive Officiales semel electi a Capitulo mutentur nisi electio etiam viuente Episcopo ad Capitulum pertineat.

Vicario autem, aliisve Officialibus absentibus, substitutorum electio ad Vicarium non ad Capitulum spectet.

Cum Vicarius, aliusue Officialis a suo munere amouendus erit, fas sit Capitulo Vicariū ipsum, Officialesve ad reddendam rationem administrati muneris compellere, eosque pro modo culpę etiam non expectato nouo Prælato punire: qui nihilominus eandem administrationis tationem, quam Sede vacante reddiderint, exigere possit, atq; in eos, quamuis per Capitulum absoluti essent, animaduertere vt iuris erit. Hæc ibi. Ex quibus infertur, quod si mutare Vicarium ob causam licebit, sine causa non permittēdum; Neque huic conclusioni obstabit auctoritas D. Antonini contrarū asseuerantis, si quidē non est mirum si præfatus Doctor in eam descendit sententiam tunc temporis, quo Capitulum per se ipsum valebat iurisdictionem exercere, neque ad Vicarij deputationem arctabatur, ad quam hodie vigore decreti Concilij Trid. omnino tenetur. Neque a præd. administratione erit illico remouendus nisi causa, quæ aduersus ipsum Vicarium opponitur, bene ponderata, & qua mente, quoue spiritu & oppositio fiat, & nisi ex informatione capta aliquid substantiale appareat, quia non est indulgendum malitijs hominum, sed potius obuiandum l. in fundo, §. censuimus. ff. de rei vend.

Terminum octo dierum post mortem Episcopi præscriptum Capitulo ad constituendum Vicarium ex decreto Conc. Trid. sess. 24. capitul. 16. refertur sacram eiusdem concilij Congregationem declarasse currere Capitulo etiam a die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen a Summo Pontifice fuerit Episcopus absolutus a vinculo prioris Ecclesiæ, quia tunc dicitur proprie vacare sedes per translationem etiam ante adeptam possessionem secundæ ecclesiæ. Host. in sum. de translat. Episc. sub num. 6. Abbas in consil. 101. part. 2. Franc. Marc. decision. Delphin. 1098. & tunc cessare administrationem, & fructuum perceptionem censuit sacra Congregatio super causis Episcoporum, quicquid dicat Alphons. Hoied. in tract. de benef. in compat. part. 1. capit. 3. num. 12. Ex quo sequitur infra illos octo dies non arctari Capitulum ad constituendum Vicarium, & successiue posse de per se administrare cū voto consultoris in casib.

in

in quibus eo opus erit, sed ne Ecclesia, Ciuitas, Diœcesis, & Tribunal infra illud tempus detrimentum patiantur, consulo, vt Capitulum deputet personam, quæ nomine ipsius administret per septem dies, absque tamen facultate determinandi causas, & procedendi ad actus irretractabiles, sed tantum ad actus currentes, & ad ea, quæ celeritatem exigunt, & interim deliberare de qualitate Vicarij deputandi, qui ad id munus obeundum sit idoneus, & attente considerare an expediat illum ad certum tempus constituere, an vero durante Sedis vacatione, an cum omnimoda potestate, an vero aliqua reseruare, & quæ, & prædicta inuestigatione facienda omnes Canonici habentes uocem in Capitulo non semel, sed pluribus vicibus consulto per eum, ad quem spectat, conuocari debent, vt de hoc tractatus inter eos habetur, omniaque agere præuia Missa de Spiritu Sancto.

In casu vero in quo Vicarius constitutus non esset Doctor, potest Capitulum in ipso actu deputationis, dare ei consultorem Doctorem, vt dicam num. 6 alioquin poterit ipse Vicarius eligere consultorem sibi beneuisum, partibus non suspectum, in casibus in quibus eo opus erit, ut fertur eandem Sacram Congregationem super causis Episcoporum censuisse, per quam fuit etiam dispositum, & pluribus Capitulis rescriptum, ut nequeat Capitulum amouere Vicarium sine causa approbanda prius ab ipsa Sacra congregatione, quæ certiorari debet, alioquin reuocatio esset nulla.

4 Quarto dubitatur † An facta electione Vicarij uideatur translata omnis potestas a Capitulo in uicarium, ita ut nihil remaneat apud ipsum Capitulum. Resp. quod post uicarii electionem Capitulum non abdicat a se iurisdictionem, sed illius exercitium tantum, nam qui per alium facit per se ipsum facere uidetur, ex iuris regula, In commissione tamen Vicarii potest Capitulum sibi aliqua reseruare, ut colligitur ex dictis per Ioan. Guttierez lib. 1. canon. quæst. capit. 11. num. 10. dum inquit posse Vicarium rite a Capitulo Sede epis. Vacante cum plena, omnimoda, & libera potestate deputatum concedere literas monitorias generales ad finem reuelationis, nisi id expresse in mandato, seu commissione denegetur, uel restringatur ad alia, reseruando cetera ipsi Capitulo. Prædicta amplia etiam quãdo Metropolitanus, uel alius ex episcopis antiquior iuxt. Concilij decretum ipsum Vicarium constitueret supplendo Capituli negligentiam, ut non per hoc Capitulum iurisdictione priuetur alijs uicibus, ex quo sequitur quod si Vicarius a Superiore constitutus ex hac uita migraret uel renunciauerit, uel decursum esset tempus ad quod creatus esset, possit denuo a Capitulo alter uicarius eligi, & non a Superiore, cum illa negligentia Capituli suggillet persona, non autem inducat iurisdictionis priuationem, cum Capitulum sit iudex ordinarius, & ad huius comprobationem cito ea quæ in simili scripta fuerunt supra in uerbo Archiepiscopi authoritas auth. 18. Per quæ non intendimus affirmare quod si Metropolitanus, uel is ad quem in hoc casu spectat supplere defectum, & negligentiam Capituli, differret Vicariam deputare, licere Capitulo pœnitendo se de commissa negligentia ad uicarij creationem procedere, quia eo ipso quod lapsum est tempus dierum octo, ius est quæsitum ipsi Superiori, & fit executio ab ipso iure, seu Concilio transferrente statim illam potestatem ad Metropolitanum, & ideo facta deuolutione non est locus purgationi moræ ex allegatis notabiliter per Geminian. in cap. fina. numer. 8. de suppl. negl. prælat. in 6. Hinc infertur etiam post uicarij Constitutionem ad Capitulum spectare, ne ecclesiastica libertas,

seu iurisdictio aliqua ex parte imminuatur, prout de hoc Sanctissimus D. N.D. Clemens Papa VIII. Capitulum Neap. monuit apostolicis literis tenoris sequentis, videlicet.

Dilectis filijs canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Neapolitanæ.

CLEMENS Papa VIII. Dilecti filij, salutem & Apostolicam benedictionem. Pie, ac merito literis ad nos scriptis, deploratis iacturam, quæ a vobis, & ab insigni ista ecclesia nuper facta est in obitu venerabilis fratris nostri Archiepiscopi vestri Alphonsi Cardinalis Gesualdi, cuius animæ sempiterna gaudia tribuat Deus, & nos etiam viri pietate, & vitæ integritate, ac multis meritis præclari, atque in hoc sacro Ordine amplissimi mortem doluimus, sed in Dei voluntate omnes conquiescere æquum est. Vos interea pro eo quod vos decet, dū ecclesia ista, quam paterne amamus, & in visceribus Christi gerimus, pastore proprio viduata est, dare operam vt cultus Dei & ecclesiastica disciplina accurate conseruetur, & vos ecclesiæ eiusque iurisdictio, & libertas vbique sarta, & tecta sit neque vlla ex parte imminuatur. Denique quicquid ad Dei honorem, & animarum vtilitatem pertinet summa inter vos concordia procurate quam diligentissime, & agite quo ad Deo bene iuuante idoneum Pastorem, & Archiepiscopum, vt maxime cupimus, ecclesiæ isti præficiamus. vobis, filijs, apostolicam benedictionem nostram benigne impartimur. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris. Die vij. Martij 1603. Pontificatus nostri anno 12.

Syluius Antonianus Card.

5 Quinto dubitatur † quid agendum quando allegaretur ex aliqua causa suspectus Vicarius a Capitulo deputatus. Respond. in eo casu ad Capitulum esse recurrendum ipsumque posse eligere arbitrios ad cognoscendum de causis suspicionum, quæ proponuntur eo, scilicet modo quo episcopus potuisset, & ita Sacra Congregatio censuit, quod si causa suspicionis militauerint in eo casu, arbitror posse Capitulum illas causas a Vicario auferre, & alteri committere.

6 Sexto dubitatur, † An teneatur eligere personam de gremio ipsius Capituli. Resp. non esse de necessitate, si vero adesset idoneus ceteris paribus esset præferēdus ex declaratione Sacræ Cōgregationis, quæ etiam voluit irritam esse electionē Vicarij nō Doctoris, quādo haberi potest doctor; Item quod si episcopus demortuus reliquerit Vicariū non doctorem, Capitulum non debet illum confirmare, sed alium qui sit doctor eligere. Et quid si in Capitulo nullus ex canonicis adesset, doctor, & fieret electio in Vicarium vnius ex ipsis, an eidem possit deputari consultor. Resp. quod sic cum per constitutionem Leonis 10. incip. Regimini vniuersalis ecclesiæ. fol. 188. in Bulla. inter alia sit dispositum, quod iudices a Sede Apostolica deputati, si in altero iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti, assumere & secundum eius relationem iudicare teneatur.

7 Septimo dubitatur † quando creatur Vicarius ex canonicis ipsius Capituli, an debeat habere salarium ex bonis ecclesiæ vacandis. Resp. affirmatiue ac si esset quilibet extraneus, quia officium suum nemini debet esse damnosum. l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemadm. testam. aper. & nemo tenetur suis stipendijs militare

militare cap. cum ex officij. de præscript. illudque ei soluatur pro labore quem exercet ad opus, & vtilitatem ipsius prælaturæ, & hoc expresse firmat Card. in clem. statutum. q. 7. de elect. & Imol. ibidem num. 13. Sbroz. de vic. episc. lib. 1. quæst. 55. nu. 7. Sed an possint ipsi canonici conuenire, & pacisci cum Vicario ab eis eligendo vt teneatur salarium, & omne aliud emolumentum diuidere inter se, & alios canonicos vide Nauar. cons. 2. ne præl. vices suas in antiq. pro negatiua consulentem, quia in hoc admitteretur simonia, non tamen incidérent in pœna extrauag. 2. de simon. etiam si reipsa participarent, quam non habere locũ nisi in simonia commissa in ordine, vel beneficio voluit etiam ipsemet in Man. confess. c. 23. nu. 111.

8 Octauo dubitatur † quando Vicarius Capituli eligitur vnus ex canonicis interueniens in choro cum canonicali apparatu vt lucretur distributiones, an debeat sedere primus inter alios canonicos. Respondeo negatiue, sed debet sedere in loco sui canonicatus, antiquiores non præcedendo per tex. in c. a collatione, vbi Gemin. nu. n. 6. & Franc. num. 4. de appellat. in 6. Nicol. Boer. in addit. ad tract. de authorit. magni cons. nu. 66. in illo enim casu consideratur vt canonicus, & non vt Vicarius, Meno. de arbit. iudic. lib. 2. cen. 1. casu 68. num. 23. & ideo non debet attendi illa qualitas dignitatis Vicarius Frecc. de subfeud. lib. 1. c. incip. Alia etiam fuit quæstio nu. 7. nisi consuetudine contrarium in aliqua ecclesia esset inductum. Nauar. cons. 2. de off vicar. in antiq.

Quẽ locum in choro, & processionibus habere debet Vicarius Capitularis non Canonicus.

Successiue hæsitare contingit de duobus. & primo quando non eligitur Vicarius ex Canonicis, an in choro, & in processionibus occupare debeat primum, & honorabiliorem locum; Ad quod respondendum videtur ei esse præferendum Archidiaconum, seu aliam dignitatem maiorem, & primam post Episcopum, cuius, maioritatis signa pulchre recensét Ioan. Andr. & Gemin. cap. pen. de offi. legati in 6. determinantes, quod in Ecclesijs in quib. Præpositus præfertur Archidiacono, hanc maioritatem retinet Præpositus, etiam si Archidiaconus gerat vices Episcopi Sede Vacante: & tunc temporis imperet Præposito, quia illa potestas vti temporalis & breui duratura non facit eum haberi maiorem, sequitur Felyn. in rubr. de maior. & obed. num. 10. & Nicol. Boer. in tract. de Ordine. & præced. graduum vtriusque fori. p. 1. num. 21. & expresse in terminis nostris firmat Sbroz. lib. 2. de Vicar. Episc. q. 25. num. 20. Dubitatur secundo, Num Vicarius Sede vacante ex Canonicorum numero electus habeatur pro præsente ad effectum lucrandi fructus. Respondeo per infrascriptos Doctores videri quod sic, quia censetur esse in seruitio ecclesiæ ea ratione, cum magis commodum sit Ecclesiæ, vt deputetur vnus ad exercendam iurisdictionem, propter difficultatem congregandi totum Capitulum, & discordias, quæ possunt oriri inter singulas Pauin. in tractat. de off. & potest. Cap. sed. vac. par. 2. q. 10. sub num. 5. cui concinit Rebuff. in praxi. par. 1. tit. de Vicar. Episc. num. 5. subnectens, quod consuetudo multarum Ecclesiarum illum absentem non excusat, sequitur Rota Ro. decis. 222. diuers. num. 6 par. 2. Verum in hoc casu quando scilicet Vicarius a Capitulo sede vac. de ipsius corpore eligitur, dum a choro absens, exercet officium suum, illique tempore diuinorum officiorum incumbit, vt non debeat quotidianas distributiones percipere, dicendum putat Alex. Monet. in tract. de distrib. quotid. par. 2. q. 11. num. 83. rationibus, de quib. ibi per eum.

An Vicarius de Capituli gremio electus Sede vac. debeat in absẽtia fructus lucrari.

9 Nono dubitatur † An possit plures vicarios constituere. Resp. affirmatiue siue plures æque principales, siue vnum generalem, & alium foraneum, præsertim vbi esset ampla diœcesis Pauin. par. 2. quæst. 10. num. 6. Sbroz. de vicar. episc.

epiſc. lib. 1. q. 50. num. 2. ac etiam alterum vicarium monialium vbi epiſcopus viuens illum ſeparatum conſtituebat vt obſeruatur Neapoli.

Referretur Sacram Congregationem cenſuiſſe ex decreto Concilij ſeſſ. 24. c. 16. a Capitulo ſede vac. vnum tantum Vicarium eſſe eligendum, ceterum non eſſe eo decreto ſublatam conſuetudinem duos, aut plures eligendi præſertim immemorabilē. Et ego accepi obſeruari, quod quando duo Epiſcopatus ſunt vniti, & Capitula Cathedralium Eccleſiarum ſunt ſeparata, per obitum Epiſcopi conſtituuntur duo Vicarij, vnuſquiſque in ſua Diœceſi.

Ad maiorem corroborationem ſciendum eſt extare declarationem tenoris ſequen.

Pro Capitulo Salernitano ſupplicatur Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus interpretationi decretorum Sac. Conc. Trid. præfectis. declarari ſubſcripta dubia.

An Capitulum Sede vacante duos Vicario conſtituere poſſit, vt alternis menſibus Vicariatus munere fungantur, ſi ita ab immemorabili tempore conſueuerit.

An item poſſit certum tempus in ipſa Vicarij deputatione præfinire, quo elapſo eius iurisdictio expiret.

Reueren. Dominis Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ Salernitanæ.

Reuerendi Domini. Ad duas dubitationes libello his literis adiuncto comprehenſas, & nomine veſtro Sacræ Congregationi Cardinalium Concil. Trid. decretorum ex Sanctiſſimi D. auctoritate interpreti, propoſitas, ſic Congregatio ipſa (quod ad primam attinet) reſpondit, ſi legitime probetur immemorabilis conſuetudo, poſſe vtique Capitulum huiuſmodi Vicarios conſtituere, dum tamen illis qualitatibus ſint præditi, quas Trid. Conc. c. 16. ſeſſ. 24. requirit. Ad ſecundam reſpondit Capitulum tempus præfinire poſſe. Quam Congregationis de vtroque ſententiam vobis notam eſſe volumus. Deus vos ſeruet incolumes, gratiæque ſuæ donis participes faciat, Romæ die 26. Iulij 1589.

Veſter in Domino.

A. Card. Caraf.

10 Decimo dubitatur † An Vicarius a Capitulo deputatus poſſit alium ſubſtituere. Reſp. negatiue niſi in tribus caſibus. Primus eſt quādo ad modicum tempus & ex magna cauſa, ac non nimis frequenter alium loco ſui relinquere. Hoſt. in in c. clericos, de off. vicar. Zab. in clem. vnic. eod. tit. quæſt. 19. Secundus caſus eſt vbi hanc poteſtatem in mandato ſpecifice a Capitulo haberet Pauin par. 2. q. 10. conſulens quod quando a Capitulo in commiſſione datur poteſtas ſubſtituēdi, ad cautelam poni debent hæc verba videlicet (quem ex nunc nos ipſi conſtituimus.) Tertius caſus eſt vt ex cauſa infirmitatis, vel alterius impedimenti poſſit delegare cauſas tunc pendentes idem Pauin. in eod. loc. ſub num. 21. quod ego intelligo de conſenſu ipſius Capituli, cuius nomine iuriſdictionem exercet, alias ſi Capitulum ſe opponeret, & vellet durante infirmitate alium vicarium conſtituere edicerem quod poſſit ſalua &c.

11 Vndecimo dubitatur † An inhibitio facta Vicario a Capitulo Sede vacante deputato afficiat ſucceſſorem & modernum epiſcopum. Reſp. quod non, ad effectum

effectum vt si ipse episcopus postea contraueniat inhibitioni, gesta per eum sint tanquam attentata reuocanda, Lancellot. in tract. de attentat c. 20. limit. 28. nu. 5. dicens ita per Rotam. vltimo loco fuisse resolutum die 15. Decemb. 1574. in causa vt ibi per eum.

12 Duodecimo dubitatur, † An prædicta vendicent sibi locum extra casum mortis. s. quando episcopus degeret in remotis partibus, & Vicarius moreretur, & ipse non prouidit. Resp. affirmatiue, quia longa absentia æquiparatur morti Cardin. in clem. vnic. 18. in fine de off. vicar. Vital. in clem. 1. §. volumus, quæst. 5. de for. compet. & ille dicitur esse in remotis cuius præsentia in breui haberi non potest c. vnic. §. fin. vbi Gemin. notat, ne Sed. vac. in 6. ad quod vide gl. in c. cum nullus. ver. remotis, de tempor. ordin. in 6. idq; in facti contingentia Neap. seruatum fuit tempore quo bonæ memoriæ Annibal de Capua Archiepisc. Neap. existebat in Polonia Nũcius Summi Pontificis relatum fuit supra in verbo authoritas Archiepiscopi. nu. 21. fol. 76. idem est dicendum quando sedes episcopalis quasi vacaret iuxt. tex. in c. si episcopus, de sup. negl. prælat. in 6.

13 Decimo tertio dubitatur † quando expiret potestas Vicarij a Capitulo constituti. Resp. quod cessabit cessante potestate ipsius Capituli, cuius exercitium continuare poterit donec nouus prælatus adeptus fuerit possessionem Pauin. d. q. 10. num. 19. Rebuff. in prax. tit. for. vicar. num. 20. nam vsque tunc Sedes habetur pro vacante Host. in c. olim el 1. de restit. spol. Felin. notabiliter cons. 40. num. 4. & sic nõ sufficit quod ecclesiæ fuerit de episcopo prouisum, ac de eo a Papa sit nominatio facta Vitalin. in clem. 1. nume. 176. de hæret. & quousque super sua promotione non fuerint literæ confectæ, non poterit administrare vt habetur in extrauag. Bonifac. 8. incip. Iniunctæ sub titu. de elect. adeo quod nec ei liceat vicarium mittere. Abb. in c. qualiter, notab. 1. de elect. Vital. loc. cit. Ne prędictis repugnare videatur decisio Rotæ 182. inter nouissimas diuers. par. 2. quam allegat etiam Paris. lib. 7. de resign. benef. q. 23. num. 46. & seq. quæ in contrarium facere videtur. Aduertendum est, quod dicta decisio fuit postea reuocata, & ab illa recessum per aliam eiusdem Rotæ decisionem factam in eadem causa Burgen. Canonicatus, vbi etiã fuit reprobata opinio tenentium, quod ad hoc, vt per prouisionem a Sede Apostolica de Prelato factam cesset vacatio Cathedralis Ecclesiæ, sola expeditio literarum sufficiat, & sola scientia, absque illarum præsentatione, & intimatione Capitulo facta, prout attestatur Hier. Gonzalez in comm. ad reg. 8 cancel. gl. 15. num. 49. & in §. 2. eiusdem glo. num. 80. & infra, subdens hanc vltimam decisionẽ fuisse postmodum sæpius a Rota canonizatam, & sic vt Capituli potestas cesset, requiritur apprehensio possessionis Episcopatus cum literarum ostensione. Secundo cessaret Capituli potestas si a Sede Apostolica ecclesiæ vacantis administratio fuerit alteri commissa c. is cui, de elect. in 6. & talis admiuistrator Capitulo æquiparatur, adeo quod poterit etiam Vicarius costitui Sbroz. de vicar. episc. lib. 1. q. 62. Tertio expirat quando a Capitulo eius potestas esset limitata scilicet, vt ad certum tẽpus vices gerat, & tẽpus esset decursum, & quod Capitulum id possit, colligitur ex Pauin. in d. quæst. 10. sub num. 6.

14 Dubitatur deniq; An † Vicarius Capituli Sede vacante finito officio teneatur stare syndicatui, & coram quo. Resp. quod sic, & tenetur reddere rationem administratio is nouo episcopo, & hoc esse speciale in vicario episcopalis iurisdictionis vt Sbroz. in d. tracta. lib. 3. quæ. 52. stante decreto Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 16. vbi id sancitur in hæc verba. Episcopus vero ad eandem ecclesiam vacantem propositus, ex ijs quæ ad eum spectant, ab eodem Vicario, & alijs quibuscunque officialibus,

cialibus,& administratoribus,qui Sede vacante,fuerunt a Capitulo, vel ab aliis in eius locum constituti, etiam si fuerint ex eodem Capitulo,rationem exigat officiorum,iurisdictionis,administrationis,aut cuiuscunque eorum muneris,possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint, etiam si prædicti officiales,redditis rationibus,a Capitulo,uel a deputatis ab eodem, absolutionem,aut liberationem obtinuerint.Eidem quoque episcopo teneatur Capitulum de scripturis,ad ecclesiam pertinentibus,si quæ ad Capitulum peruenerunt,rationem reddere.hactenus uerba Concilij,illud etiam ante ipsum Concilium uidetur sensisse Pauin.in d.tract.par.2.quæst.8.nu.15. in Vicario uero episcopi consuetudo se habet in contrarium,& expresse declarauit fel.mem.Gregor. Papa xiij. in quibusdam literis de anno 1578. quæ reperiuntur impressæ in libro de antiq. Tarent.in fine fol. 212. directis clero, & communitati Tarentinorum quibus prætendentibus Archiepiscopi uicarios pro tempore existentes, syndicatui esse obnoxios,respondit his uerbis; Statuimus,& mandamus,quod Vicarij,& officiales, siue generales, siue particulares etiam foranei nuncupati per eundem Archiepiscopum,siue eius pro tempore successores in d.ecclesia Tarentina, siue eius diœcesi deputati,vel deputandi,ad aliquem syndicatum nullo modo teneantur,aut eidem sub quouis respectu,sint obnoxij.

15 † An Capitulum Sede vacāte possit agitare causas ipsius ecclesiæ. Verum quia Felin.in c.edoceri, sub num.7.vers. vacante Sede,de rescript.in hoc format regulam negatiuam cum ampliationibus & limitationibus, & easdem limitationes magna ex parte repetit in cons. 40.num.8.in quibus plene & ordinate procedit, nolui hic transcribere, addo tamen præter eum quærendo, An tunc temporis,i. vacante Sede debeat solui salarium consuetum aduocatis ipsius ecclesiæ, & respō deo quod sic,quia licet per id tempus nulla lis agitari debeat, tunc magis ecclesia indiget consiliis, sicuti etiam accidere posset ipsam saltim de facto vexari, vel quod reditus episcopales dissipentur,& ita determinant Card. & Imol.in d. cle. statutum,de elect.

Formula cōmissionis in personā Vicarij Capitularis,præterquam in casibus in iure exceptis.

Num Sede vacante currat præscriptio contra ipsam ecclesiam.Resp. quod nō, etiam si esset cœpta viuente prælato, quia interim dormit, & tempus vacationis semper de medio subducitur.c.auditis,cum alijs concor.de præscrip. Balb. in tracta.de præscript.2.par.Sextæ par.princ.num.7.quod intellige vt secus sit e conuerso,si quidem ipsa ecclesia vacans bene contra alias præscribere potest,ne quod in sui fauorem introductum est,torqueatur in læsionem.Host.in su.in tit.ne Sede vacante.§.1.Secundo intellige vt ipsius iurisdictionis exercitium possit ab alijs contra Capitulum præscribi Pauin. par.1.q.9.sub num.2.& quod ista iurisdictionalia sint præscriptibilia,clare patet in d.c. auditis,& in c.cū olim,eod.tit.late Balb. in prælleg.tracta.par.1.quintæ par.princ.quæst.11.

Denique,vt nihil prætermissum remaneat,cū ex prænarratis satis pateat de potestate Capituli,& eius Vicarij,cui quoniam decet commissionem in scriptis facere,vt de eius facultate in futurum ambigi non possit,illius etiam formam pro coronide subnectere cēsuimus, cui pro uoluntate Capituli addi,vel minui pōt. *Nos Canonici & Capitulum Cathedralis N. Sede vacante per obitum bonæ memoriæ N. Episcopi &c. Reuerendo N salutē in Domino sempiternā Cum ex sacrorum Canonū dispositione Ecclesiarum Cathedralium Capitula in deficientium Episcoporum (præsertim si ex humanis eximi contigerit) locum subrogentur, eisque in spiritualibus & tēporalibus succedāt? eorū munus erit uiduatis Ecclesiis ita cōsulere, vt ministrorum solertia, & diligentia viduitatis incommoda minime sentiantur. Ne igitur supradicta*

prædicta Ecclesia nostri culpa aliquid detrimenti in spiritualib. & temporalibus patiatur, Nos dictis sacris Canonibus, & Concil. Trid decretis obtemperare volentes, vocatis omnibus, & singulis Canonicis, infra tempus a dicto Concilio statutum, ad Vicarium, qui vices nostras sustinere debeat, deputandum. Congregatisque ijs, qui debuerunt voluerunt, & potuerunt interesse, habitisque interessentium votis de consensu, & voto eiusdem Capituli te Reuerendum N. de cuius probitate scientia, & sufficientia confisi, generalem in spiritualibus, & temporalibus Vicarium, nostrum in prædicta Ecclesia Cathedrali, Ciuitate, & Diœcesi, tenore præsentium deputamus, creamus, & constituimus (per menses sex . . .) (vel Episcopali Sede vacante) cum omnibus, & singulis facultatibus, priuilegijs, honoribus, oneribus, præeminentiis, & prærogatiuis, ad huiusmodi munus exercendum necessar iis, & opportunis, Dantes tibi plenam, & liberam potestatem omnia, & singula exercendi, quæ Capitulo Sede vacante in vtroque foro a iure permittuntur, & proinde causas omnes tam ciuiles, quam criminales, & mixtas, etiam hæresis, & matrimoniales, audiendi prouidendi, & decidendi cum facultate excommunicandi, & censuras proferendi, cum voto tamen ordinariorum Consultorum nostræ Curiæ in sententiando, & procedendo ad actus, quorum grauamen per appellationem a diffinitiua reparari non potest; nec non ea omnia faciendi, quæ nos facere, & mandare possumus, etiam si speciale mandatum requirant; Reseruantes nobis collationem beneficiorum, eorumque institutionem ad Capitulum spectantem, deputationem examinatorum, officialium, actuariorum, & ministrorum Curiæ. regimen. Seminarij facultatem cognoscendi de causis suspicionum, & denegata iustitia, & constitis (seruatis de iure seruandis) alteri delegandi. Volumus autem, vt licentiam ordinandi etiam ad primam tonsuram, (in casibus a Sacro Concilio Trident. Capitulo permissis) & prouidere de Prædicatoribus in Aduentu; & Quadragesima; ad dispensare in foro exteriori, etiam quo ad temporum interstitia, & casus reseruatos de nouo facere non possis, absque expresso nostro consensu capitulariter habito. Nec approbare Confes. ordinandos, & ad benef. obtinenda, nisi præuio examine ab examinatorib deputatis, quorum approbationes per Secr. annotentur in lib. In casu vero infirmitatis, vel absentiæ substituere non possis, vel causas delegare sed in his casib. prouisio ad nos spectare debeat. Præcipimus itaque vniuerso Clero huius Ciuitatis, & Diœcesis alijsque huius Ecclesiæ iurisdictioni subiectis, quatenus te in Vicarium. Officialemque nostrum generalem recipiant, tibique in omnibus præmissis pareant, & obediant. Dantes tibi vices, & voces nostras, &c. Contradictores, & inobedientes pœnis, & censuris Ecclesiasticis compescendi, & ita te in Vicarium deputamus, cum solutione salarij, per eum cui incumbit, facienda. In quorum præsentes scribi iussimus per Notarium nostræ Curiæ, & manu propria subscripsimus. Datum in nostro Capitulo Cathedralis Ecclesiæ N. Die &c. Anno &c.

Circa quam commissionem erit primo obseruandum, expedire Capitulo in ea aliqua specificare, nam si constitueret Vicarium simpliciter absque temporis præfinitione, eius officium durabit durante Sedis vacatione, si vero cum omnimoda potestate Capitulari, exercitium totius iurisdictionis transiret, in Vicarium, si simpliciter dicendo, Constituimus te Vicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus, tunc dubium est, an transeant ea, quæ requirunt speciale mandatum, & quod minime transeant, diximus supra fol. 132. ex Feder. de Senis in cons. 40. quem etiam sequitur Pauin. in sæpius cit. tract. par. 2. q. 10. num. 17. Verum an hodie post Conc. Trid. hoc procedat, & similiter dicendum uidetur non transire,

nam

nam Concilium est lex noua, & nihil sanciuit de hoc, sed arctauit tantum Capitulum ad constituendum Vicarium infra octo dies, & casus omissus remanet in dispositione iuris communis. Dubium tamen hoc indigeret declaratione a Sacra Congregatione Concilij.

Idem erit obseruandum ex dictis supra f. num. 13. posse Capitulum in ipso deputationis actu Vicarium ad certum tempus constituere, & non postea: Posse itidem tunc quædam reseruare, vt prædiximus num. 4. non autem postea, & deceret reseruare ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, quarum quædam sunt expressa in formula dictæ commissionis, cum non requirant actus iudiciarios, neque retardetur executio iustitiæ per conuocationem Capituli. Item in ipsa deputatione Vicarii Doctoris iuris canonici potest Capitulum, vt maturius ac consultius in decidendis causis procedatur, apponere clausulam, vt adhibeat etiam vota aliorum consultorum, præsertim si Episcopus adhibeat; & vt in causis Canonicorum procederet cum voto certi consultoris, quia vt plurimum Vicarii Capitulares solent esse exosi ijs, qui sibi non dederunt vocem ad fauorem. Item sciendum est decere Vicarium esse de corpore Capituli, vt dictum est supra in verbo archiepiscopi auctoritas. 36. auctoritate fol. 85. sed non esse de necessitate, vt dixi supra num 6. Parochus tamen non potest esse Vicarius, vt Sacra Congregatio super causis Episcoporum rescripsit Archiepiscopo Surrentino. Sciendum est etiam, quod Vicarius Capitularis non potest dici, proprie electus, cum electio cadat in eum, qui indiget confirmatione, toto tit. de electio. & ideo Concilium Triden. sess. 24. capit. 16. vtitur verbis, scilicet officialem constituant, & deputent. Quamobrem cum eius potestas dependeat a Capitulo, cuius vices gerit, non poterit totum Capitulum suspendere, & interdicere, & redundaret contra seipsum, quia vis officij, & iurisdictionis Vicarii ab ipso Capitulo dependet, & suspenso Capitulo, erit suspensus eius Vicarius, quod procedit etiam quando Vicarii deputatio esset facta per Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum ob negligentiã Capituli. Suarez de censur. disp. 7. sect. 3. hinc est, quod Vicario excommunicato, suspenso, vel interdicto, cuius absolutio, & relaxatio spectat ad ordinarium, poterit absolui de mandato Capituli, c. vnico, de maio. & obed. in 6. vel a superiore Capituli, & aliud est Capitulum, & aliud singuli de Capitulo, Fel. in c. cum accessissent, nu. 22. de const. & Canonici capitulariter congregati non dicuntur ibi vt singuli, sed vt collegium, & si cognoscit Vicarius in singulares personas de collegio est ex commissione Capituli iurisdictionẽ habẽtis in singulos Canonicos, quos poterit Vicarius excommunicare, suspendere, & interdicere vigore suæ commissionis. Si vero aliqui de Capitulo dicerent de nullitate, & quod non fuerint vocati, nec auditi, nullitas hæc proponi potest coram superiore Capituli, per quem si hoc prætextu fuerit electio irritata, poterit Capitulum denuo congregari, & ad Vicarii constitutionem deuenire, prout Sacra Congregatio super causis Episcoporum rescripsit Archiepiscopo Surrentino. An autem sit cõsignanda clauis Archiuij episcopalis Vicario Capitulari, habetur apud acta eccles. Mediolan. in 14. decreto secundi Concilij Prouinciali par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Ad quem finem casus reseruari debeant, & quales, & num. 14.*
2 *Superiores Regularium quos casus reseruare possint.*
3 *Quando agitur de salute animæ fit extensio etiam iuris pœnalis.*

4 Quæ-

4 *Quænam Sortilegia inducant casum reseruatum.*
5 *Quando per apostasiam Regularis incurrat casum reseruatum, vel excommuuicationem, & quando neutrum.*
6 *Quando Regulares, & moniales dicantur proprietarij.*
7 *Quod dicatur iudicium regulare seu legitimum.*
8 *Vt sit falsitas quæ requirantur.*
9 *Quæ quantitas in furto constituat peccatum mortale.*
10 *Lapsus carnis quæ peccata comprehendat.*
11 *Quando percussio non faciat casum reseruatum in Regulari.*
12 *Aperire literas quando inducat peccatum mortale, & quando non, & in regularibus casum reseruatum.*
13 *Confessarii priuilegiati a quibus absoluere non possint.*
14 *Cautela ordinariorum in reseruatione casuum.*

CASVS RESERVATI.

1 PRÆTER Summistas sciendum est quod Casuum reseruatio† debet fieri ad finem vt populus Christianus huius metu a peccatis arceatur, & a recidiuis præseruetur, & licet sit in episcoporum arbitrio quos velint reseruare, expedit tamen vt quo ad fieri potest, sint perpauci, breues, & clari, & obseruare modum vt infra num. 14. quæ reseruatio debet fieri de atrocioribus, & grauioribus criminibus, Concil. Trid. sess. 14. capitu. 7. de quibus per Nauar. cap. 27. num. 259. & infra, & insuper debet ipse prælatus se facilem, & benignum præbere in concedenda facultate Confessariis absoluendi a casibus reseruatis, alias si sine causa denegaret, peccaret ratione quam affert Nauar. ex verbis D. Thomæ in cap. placuit, nu. 119. de pœnit. dist. 6. & si Deus benignus vt quid sacerdos austerus uult apparere? cap. alligant autem onera 26. q. 7. Hæc tamen facultas hodie omnibus superioribus Regularium est restricta prout sequitur Decretum Sanctiss. D. N. Clementis Papæ viij. super casuum reseruatione ab omnibus regularium superioribus obseruandum.

Sanctissi. D. N. qui iam pridem accurrate perpendit & re ipsa comperit quod reseruatio facultatis absoluendi Religiosos pœnitentes a peccatis quibusdam grauioribus nisi superiores admodum prudenter, ac moderate illa vtantur nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedii desperationem.

1 *Ideo vt huic malo Sanctitas sua opportune prospiceret, decreuit, † vt nemo ex Regularium superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis iis, quæ sequuntur aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.*

Cõgruit tit. de pœni, & remissio.

1 *Veneficia Incantationes, Sortilegia.*
2 *Apostasia a Religione, siue habitu dimisso siue retento, quando eo prouenerit vt extra sepia Monasterii seu Conuentus fiat egressio.*
3 *Nocturna & furtiua e monasterio seu Conuentu egressio etiam non animo apostatandi facta.*
4 *Proprietas contra votum paupertatis quæ sit peccatum mortale.*
5 *Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.*

6 Pro-

6 *Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum etiam effectu non sequuto.*
7 *Falsificatio manus, aut sigilli officialium Monasterii, aut Conuentus.*
8 *Furtum de rebus Monasterii seu Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.*
9 *Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.*
10 *Occisio aut vulneratio, seu grauis percussio cuiusque personæ.*
11 *Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum a Superiorib. ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.*

Si quod aliud præterea peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto ordine aut Prouincialis in prouincia matura discussione, & consensu.

Non literas Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab ijs petierint.

Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures confessarios pro subditorum numeri maiori vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui a non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatorum absolutio cõmittatur quando casus occurrerit, in quo eam debere committi, ipse in primis confessarius indicauerit.

Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissime ne ea notitia quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt ad exteriorem gubernationem vtantur.

Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis etiam non reseruatis a confessariis imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possit.

Atque ita per quoscunque Regularium superiores quicunque illi sint, obseruari mandauit. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis concilij etiam generalis. Decretis, nec non consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obseruatis, aut regulis in generalibus seu prouincialibus capituli æditis statutis, & in constitutionibus, etiam Apostolica auctoritate confirmatis Priuilegiis indultis, & concessionibus quibuscunque, quorum tenores hic pro expressis habere voluit, ceterisque in contrariam facientibus quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum die 26. mensis Maii. 1593.

Andreas Sorbolongus Secretar. visitat.

Sanctitas sua deinceps declarauit, & declarat, vt si huiusmodi regularium confessariis casus alicuius reseruati facultatem petentibus superior dare noluerit, possint nihilominus confessarii illa vice pœnitentes regulares, etiam non obtenta superiore facultate absoluere. & vide infra in verbo monasteria regularium inter Decreta Clem. 8. iussu S. D. N. D. Pauli. V. Romæ impressa, & ibidem a nobis relata.

SCiendum est etiam quod electio confessariorum approbatorum ab ordinario data regularibus, & monialibus vigore Bullæ cruciatæ, & aliorum indultorum absoluendi a casibus reseruatis non extenditur ad eos confessarios, qui a suis Præla-

Prælatis non sunt deputati ut extat clem. 8. declaratio ut infra in verbo Confessor.

ADDITIO. Quo ad primum casum non est ignorandum sub illis tribus superstitionum speciebus expresse prolatis, & explicitis comprehendi ceteras omnes spe-
3 cies ex identitate, vel maioritate rationis, quia sunt eiusdem generis, namæquando agitur de salute animæ, & de euitando peccato debet fieri extensio etiam iuris pœnalis. Iaf. qui alios citat in Auth quas actiones num. 25. Cde sacros. eccles. & potius dicitur inclusio similium peccatorum quam extensio, vt patet ex titulo Codicis qui inscribitur de malef. & mathemat. & ceter. similibus. Est etiam sciendum quod
4 vt ea quæ attinet ad sortilegia inducant casum reseruatum in religiosis, necesse est vt sint peccata mortalia, ex dictis per Caiet. in eius summula in ver. Diuinatio, & in verb incantatio.

Circa secundum declara decretum S. Pontificis intelligi debere in vero, & proprio apostata religione, & sic in religioso illo qui expresse, vel tacite professus defserit religionem quam professus est sine transitu ad aliam cum animo non redeundi ad suam de quo loquitur titulus de apostatis. D. Thom. 2. 2. q. 12. art. 1. & ibi Caiet.
5 Nauar. notab. in cons. 1. de apostat. Distat tamen in hoc quando retrocedit a religione habitu dimisso, vel habitu retento, siquidem primo casu incidit etiam in excommunicationem latæ sententiæ. cap. 2. & ibi Doc. ne cler. vel monach in 6. in 2. casu quando habitum retinuit, esto quod animum reuertendi non habuerit, neque transeundi ad aliam religionem, licet peccet mortaliter, & incidat in casum reseruatum non tamen est excommunicatus, & quid si deferret habitum, sed absconsum, & coopertum ita quod patenter non se exhibeat conspectibus hominum in habitu monachali, an taliter deferens dici possit habitum dimisisse, & per consequens sit innodatus sententia excommunicationis iuxt. tex. in d. cap. 2 vide Doctores præsertim Imol. & Vitalin. in clem. 2. super gloss. in verb. extrinseci, de vita, & honest. clericor. Oldrad. optime in consil 184. incip. Pater sancte. num. 12. vsque in finem Panorm. in c. Deus qui num. 4. de vita & honest. cler. Nau. consi. 14. nu 4. de regular. in nou.

Secundo declara decretum hoc non habere locum in religioso professo qui in consulto superiore a sua Religione recedit, vt aliam etiam laxiorem intret, quia tunc non diceretur apostata, nec esse excommunicatus, neque esset casus reseruatus Inn. communiter receptus in cap. intelleximus in fine de ætat. & qualit. quia non deserit religionem in genere, sed in specie Abb. in c. fin. num. 4. de apostat. & in cap sane num. 6 de regular. Caiet. egregie ad D. Thom. 2. 2. q 12. art. 1. Neque aduersantur. quod si quis ab ordine mendicantium ad aliquam monachalem religionem (Chartusiensium duntaxat excepta) conuolet absque debita licentia sit ipso facto excommunicatus per extrauag. Martini 4. inc Viam ambitiosæ sub tit. de reg. inter communes, nam id non est ratione apostasiæ, sed propter transitum, vt recte aduertunt Caiet. loc. prox cit. & Nau. in d. cons. 1. de apost & dixi absque debita licentia, quia alias non esset excommunicatus licet sit priuatus omni voce actiua, & passiua in omnibus vicibus cle. 1. & ibi gl. in ver. officij, & Card. de reg. & ad pleniorem intelligentiam quando deserens religionem reputetur Apostata, & quando non, vide quæ scribit nouissime Menoch. de arb iud. Cent. 6. casu 546. a num. 28. vsque 46. in quo loco etiam reperies aliquas iustas causas per eum recollectas numero 40. propter quas Regularis professus posset habitum dimittere animo, tamen non deserendi religionem nec habitum ipsum.

Quo ad tertium quando religiosus vagatur extra monasterium, vel se celat ne inueniri possit, tunc dicitur vagus, & fugitiuus. Pan. & alij in c. fi de regular. per tex. in l quis sit fugitiuus. ff. de edilit. edict. delatio autem habitus, vel ne interest tantū quo ad excommunicationis euitationem Oldrad cons 202. & neutro modo apostasiā incurrit quoties numquam habuerint animum recedendi a religione, nihil vero refert quo minus incidat casum reseruatum sub hoc decreto.

6 *Circa quartum quādo monachus dicatur habere propriū, declaratur per Doct. in c cum ad monasterium, vbi huius materię sedes iacet. de stat. monac. quibus adde tex in cap. exīt. §. porro de verb signif in 6 D. Tho. 2. 2 q. 186. art. 3. D. Ant. in 3. par suæ sum. tit 16. c 1. §. 11. Conc. Trid sess. 25 de regul. c. 1. & 2. Syluestr. in ver. Religio. 6. nu. 7. Nau plene, & luculenter in cap. non dicatis nu. 17. & infra 12. q. 1. & in cons. 75. de regular. in antiq quod est tertium in nou. sub tit de stat. monac collocatum, ex quorum dictis facile liquebit quando religiosus peccaret peccatum proprietatis contra votum paupertatis ad hoc vt sic casus reseruatus in hoc decreto cōtentus, & An monialis possit sine peccato mortali lucrum laborum suorum sibi appropriare, & de eo viuere tangunt. Anton. Franc. in addit. ad Panor. in fin. & Fel. num. 26. in cap cum M Ferrariensis de constitut. quod per Sacri Conc. Trid. congregationem indistincte diffinitum est vt quicquid fuerit moniali a parentibus donatum, relictum, vel eius labore, & artificio quæsitum, omne assignari debere in manu Abbatissæ, quæ ex eo primū prouidere debet necessitatibus illius monialis cuius causa illud est quæsitum, sed donatum, & reliquum in communem Monasterij vsum esse conferendum, & quod quand omoniales victui, & vitæ suæ aliter consulere non possent, nisi sustentētur artificio operīū quæ manibus elaborarētur, hoc non prohiberi modo debita illarum clausura, & honestas seruetur prout illarum instituta & Sac. Trid Conc. decreta postulant, responsum est Episcopo Cathaniæ.*

Ad hoc autem vt licentia prælati excuset regulares a peccato proprietatis, & qualis licentia sit sufficiens, vel necessaria reperies in præalleg. Doctoribus quib. visum est addere sequentia, & Primum quod si superior concesserit monacho vsum seu detentionem alicuius rei, potest hanc licentiam semper ad libitum reuocare, adeo quod si ipse Religiosus negaret reddere superiori semel concessum, vel non esset animo parato ad resignandum ipsi superiori quotiescūque voluerit, esset in peccato mortali, & esset casus reseruatus quod amplio vt non possit monachus etiam ante monachatum conuenire, vt liceat sibi habere vsumfructum rerum suarum ita ut in futurum possit detinere inuito Abbate. Panor. in cons. 88 par. 1. num. 3. ratione ut ibi per eum limito in licentia perpetua quę valere cum confirmatione, & assensu Sedis Apostolicæ idem Panor. in cap nisi essent circa finem de præb. ad quæ faciunt dicta per Nau. cons. 20. de regul in antiq.

Secundum, quod si regularis dono aliqua acciperet vel a conseruatorio bonorum caperet vestes calceos, & simlia sine licentia superioris, licet fecerit contra votum & regulam, nec tamen esset proprietarius si ea detineret tanquam dependentia a voluntate prælati in loco patenti.

Sequuntur declarationes Sacræ Congregationis.

QVæritur primo, An ex dispensatione inferiorum Summo Pontifice liceat Regularibus possidere, vel tenere agros, annuos redditus, aliaque bona immobilia videlicet, & mobilia superflua, non obstante decreto Concilii sess. 25. de Regular. cap. 2.

2 An

2 An propter talem dispensationem, seu scientiam superiorum possidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia superflua a culpa, vel a pœna excusentur?

3 An superioribus assueerantibus huiusmodi se licentias posse concedere fides adhibenda sit.

4 An superiorum arbitrio, & præfinitioni stare debeant Regulares quo ad mobilium superfluitatem, & conuenientiam?

5 An superiore quantumuis requisito necessaria suis Regularibus negante, vel subtrahente, liceat ipsis clam, vel inuito eo illa sibi comparere, seu retinere.

6 Et quatenus liceat, an itidem liceat, cum necessaria ideo negantur, uel subtrahuntur, quia Monasterii facultates non suppetunt?

7 An dicti superiores regulares dictum capit. 2. declarare, & interpretare possint?

Ad primum Congregatio Concilii respondit non licere.

Ad 2. non excusari neque a culpa, neque a pœna ipso facto incurrend a.

Ad 3. Minime adhibendam.

Ad 4. Nisi de excessu arbitrii constiterit, vtique stare debere, habita videlicet ratione personæ, officii, & regulæ, statusque paupertatis, quam professi sunt, & cęterarum itidem qualitatum.

Ad 5. Non licere.

Ad 6. Licere si præcisa necessitas sit ad individui sustentationem, ceterum communem penuriam ab omnibus percipiendam, vsque, adeo, vt si quid priuatim alicui delatum, vel ab ipso partum fuerit, id omne ad superiorē recte deferri oporteat, qui ex eo primum succurrat eius necessitati, cuius intuitu illud obuenerit, si peculiari aliqua necessitate vltra communem prematur, reliquum conuentui incorporetur, & in communem cedat vtilitatem.

Ad 7. Non posse.

Hier. Card. Matthæius.

Locus Sigilli.

In Aliquibus Monasteriis monialium reperiuntur nonnullæ moniales, quæ census, & annuos quosdam redditus & prouentus, seu fructus percipiunt sub diuersis contractuum speciebus. Nam.

Aliquæ in ipsarum persona emerunt certos redditus a personis laicis.

Aliquæ ab aliis monialibus.

Aliquæ ab ipsis Monasteriis.

Aliæ vero dederunt pecuniam monasterio, vt ex earum pecuniis fieret emptio nomine monasterii ad rationem septem, vel octo pro centenario, & Abbatissæ dabant dictis moninalibus illos redditus, quos ex dictis emptionibus exigebant singulis annis.

Aliquæ Monasteriis, seu eorum superioribus certas pecuniarum Summas manualiter pro monasterii indigentiis dederunt, pacto actiecto, uel etiam tacita conuentione adhibita, vt monasterium, seu Abbatissa certos redditus ad rationem tot pro centenario earum vita durante concedat.

Quæritur, An in huiusmodi casibus liceat Monialibus dictos redditus, fructus, & prouentus percipere absque incursu proprietatis, vel potius tanquam proprietariæ incurrant in pœnas per Conc. Trid. sess. 25. capit. 2. de Regu-

laribus, in proprietarios inflictas, etiam si de licentia Abbatissæ, & ad Abbatissæ nutum, vel Conuentus, seu Monasterii nomine percipiant.

Congregatio Concilij censuit in nullo supradictorum casuum licere Monialibus dictos fructus, seu redditus percipere, & si perceperit incidere in pœnas propositas decreto.d. capit. 2. sess. 25. de regul. neque ab huiusmodi pœnis excusari ob licentiam Abbatissæ, quæ etiam dicti Concilij decreto in supradictis casibus concedere quidem prohibetur, sed debet pro suo munere ex Monasterij redditibus, vel eleemosynis, Monialium necessitatibus in die subuenire.

Hier. Card. Matthæius.

Locus Sigilli.

Quo modo possit monachus habere ius testandi uide Couar. in capit. 2. num. 10. de testam. item qualiter in hoc circa aliquid se gerere possit absque nota proprietatis nec faciendo contra votum paupertatis. vide Nauar. in d. cap. non dicatis, sub num. 22. & in man. cap. 27. num. 270. quod tanquam quotidianum est notatu dignum.

Postremo aduertant Regulares propter sanctam obseruantiam voti paupertatis id quod Card. Zab. in cons. 17. num. 5. asserit, nempe religiosum nec habere dominium pannorum quos in dorso defert ita vt dicere nequeat hæc vestis est mea ad instar serui, l. id vestimentum. ff. de pecul. item quod post professionem non habent neque velle, neque nolle. cap. fin. de testam. in 6. & cap. fin. de sepult. eod. lib. quæ monitio dirigatur ad illos in quibus (quod absit) hæc sancta obseruantia non vigeret informantes conscientias suas largas ex proprio sensu, & qualiter regularis posset restituere ordini suo damna quæ per peccatum proprietatis intulit, recurrat ad modos descriptos per Nauar. in tract. de redit. eccles. monit. 20. q. 2.

Quo ad quintum. Ex eius verbis infertur secus esse in iuramento falso a religioso facto extra iudicium vt non sit casus reseruatus, sed locum quando iuridi-
7 ce interrogatus falsum deponeret in iudicio † regulari. s. coram iudice vel prælato eiusdem ordinis & religionis, vel legitimo scilicet quoties examinaretur a Nuncio, Episcopo, seu quolibet alio delegato, hocque locum habet siue fuerit examinatus tanquam principalis, siue tanquam testis atque etiam siue falsum asseruerit, siue veritatem negauerit iux. tex. in cap. 1. §. 1. de crim. fal.

8 Quo ad septimum. Quamuis ad esse falsificationis † vt sit punibilis, tria debeant concurrere de quibus per Syluest. & alios Sūmistas in verb. Falsarius, tamē ad incurrendum casum reseruatum sufficit scilicet quod sit mutatio veritatis, & quod fiat cum dolo. i. animo inferendi damnum licet non sequatur iactura.

Vide Nauar. in man. c. 17. sub num. 2.

9 Circa octauum ad determinandam quantitatem † quæ satis sit ad effectum constituendi culpam mortalem in aliquo furto licet etiam non desint qui asserant quantitatem furti quæ vere inducat mortale crimen debere pensari ad arbitrium boni, & discreti viri iuxta propositas qualitates in cōtingenti specie tamen in expositione huius decreti Pater Martus Andria diffiniuit, nēpe furtū mortale esse quotiescunq; quantitas rei subreptę pertingerit ad summā duorū Iuliorū, seu

Carole-

carolenorū ſumens regulam in attendēdo valorem, ſeu æſtimationem mercedis diurnæ cuiuſque operarii circa victum vnius diei in homine, qui hodie communiter conſiderari poteſt quantitas duorum argenteorum, vel trium ad ſummum, & non ſoluere mercedem operatio pauperi eſſet ei notabile damnum inferre, eo quod eſſet auferre victum quotidianum, cum ex illo denario diurno victum ſuſtentet Deuteron. c. 24. & ſic peccatum mortale induceretur: qui enim negat victum interficit. l. necare. ff. de lib. agnoſc. Nec obſtat ordinaria illa obiectio quæ in hac materia fieri ſolet. ſ. valorem duorum argenteorum videri potius modicam quantitatem quam notabilem, idque probatur quia iuriſconſultus in l. ſi oleum. §. fin. iuncta l. ſeq. ff. de dolo declarauit modicam quantitatem illa eſſe quæ non excedit ſummam duorum aureorum, & quod de modicis non ſit curandum, eſt tex. in l. ſcio. ff. de reſtit. in integ. & abſurdum videri quod anima condemnetur pœnis inferni pro re tam modica ſcilicet duorum carolenorum, nam reſpondeo prædicta procedere in foro exteriori ſcilicet quod pro modica ſumma a iure ciuili quis non puniatur eo quod deneget actionem doli, & non per hoc ſequitur id licitum eſſe in foro interiori, in quo attenditur lex naturalis, ne quis locupleteretur cum alterius iactura l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. cum diuerſum ſit ius exterius a foro conſcientiæ, vt late habetur per Panorm. in cap. quia plerique, de immunit. eccleſ. Nauar. in c. nouit. notab. 6. nu. 79. de iudic. & inſuper quemadmodum abſurdum eſſet condemnare animam pro valore duorum argenteorum, ita etiam dici poſſet pro maiori ſumma, cū anima ſit cunctis rebus prætioſior l. ſancimus C. de epiſc. & cler. & ſic daretur progreſſus in infinitū, adeo quod oppoſitio de abſurdo euitando non vrget.

An autem hęc concluſio procedat non ſolum quando religioſus prędictam quātitatem caperet vnica vice, ſed ēt ſeparatim, & pluribus vicib. adeo quod omnia illa exigua, & parua furta ſimul coniuncta conflarent, ſeu efficerent quantitatem notabilem duorum argenteorum. Reſpondeo, quod quamuis opinio communiter recepta ſe habeat in affirmatiuam partem. ſ. quod eo ipſo, & vt primum peruentum fuerit ad illam ſummam peccatum mortale comittatur ratione detentionis cum obligatione reſtituendi ſicuti poſt alios exprimit Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 3. ſub nu. 12. Nauar. in man. c. 17. num. 139. quam etiam ſectatus fuit prædictus P. Marius Andria non habita diſtinctione an interuenerit animus perueniendi ad illam ſummam, an non, reperi nuper eundem Nauar. in ſolenni conſ. 75. de regular. in antiq. nu. 27. & conſ. 3. de ſtatu. mona. in nouis non negantem hanc opinionem eſſe probabilem, & cōmunem, & aſſerētē contrariā veriorem eſſe. dummodo ipſe religioſus nō intenderit expreſſe, vel virtualiter in aliqua illarū virium nocere in pluriquam tunc furabatur, & ad hunc animū præſumendum multum facere an in capiendis illis minutis habuerit memoriam prioris furti, vel poſterioris faciendi, ſubdens quod talis animus fuiſſe præſumitur in foro hominis, non autem in foro Dei, quod ſola nititur veritate cap. multi. 2. q. 1.

Eſſet etiam furtum mortale, & caſus reſeruatus cum obligatione reſtituendi in religioſo qui furriperet rē ſacram licet pretio nummario nō æſtimatur, vt ſunt reliquiæ & huiuſmodi. Et idem ſi furriperet aliqua reſcripta ſeu aliud, q̄ eſſet æſtimabile ſingulari pretio, & intereſſe affectionis, qa res tāti valet, quāti ab eo ęſtimatur q̄ hēt rem. l. vnic. C. de ſent. q̄ pro eo q̄ intereſt proferunt. ſi vero religioſus clā furriperet, & conſumeret res comeſtibiles ex locis publicis nempe ex officinis conuentus, quæ ſunt expoſitæ periculo ꝓbabili poſſet excuſari, vt non ſit caſus reſeruatus, tamen cauendum eſt. Domin. Bannes in D. Thom. 2. 2. quæſt. 66. art. 6.

Diceretur etiam religiosus furtum committere & esset casus reseruatus, quoties ex pecunia quam accepit a suo superiore pro viatico, id quod supereſſet non restitueret ipsi superiori, sine cuius licentia non potest de eo, quod superfuit, disponere vltra summam duorum Iuliorum, etiam si consumeret in faciendo eleemosynam, & licet Religiosus in itinere possit facere eleemosynam vt inquit glos. in clem. 2. de vita & honest. cleric. illud intelligendum est cum tacita licentia superioris Diu. Thom. 2.2 quæst. 32. art 8. vel quod possit erogare constitutis in extrema necessitate Card. in d. clem. 2. vers. sed & tales. q. 4. & ratio per Nauar. assignatur in d. c. non dicatis, nu. 28.

10 Circa nonum sciendum per lapsum carnis † comprehendi omnes species peccati carnalis de quibus per D. Tho. 2.2. q. 154. per plures articulos adeo, vt peccatum propriæ mollitiei, seu voluntariæ pollutionis etiam sine vlla commixtione tertiæ personæ opere consummatũ, sit casus reseruatus, & quando per Capitulum generale, seu prouinciale iuxta potestatem a Summo Pontifice sibi traditam ad præsentem nonum casum superadderentur hæc uerba, videlicet, (& quicquid est contra votum Castitatis quod in actum externum prodeat) tunc si solum interceſserint prouocatio, seu solicitatio ad turpia, oscula tactus, seu amplexus impudici siue in propria siue in aliena persona, essent etiam casus reseruati, alias non.

11 Quo ad decimum. Ad cognoscendum † quando dicatur percussio grauis, seu enormis, mediocris, uel leuis, & cuius arbitrio hoc relinquatur præter Doct. in c. peruenit, & in c. cum illorum, de sent. excom. uide Nauar. in man. c. 27. num. 91. & seq. & infra in uerbo excommunicatorum absolutio. Amplia in religioso qui uerberaret etiam Nouitium primi diei ut sit excommunicatus cap. religioso. §. 1. de sent. exc. lib 6. & sit etiã casus reseruatus; limita in percussione graui, quæ per regulatem facta fuisset in termino iustæ defensionis seruato moderamine inculpatæ tutelæ, quod quale debeat esse, & quãdo in defensione adfuisse dicendũ sit, vide constit. Regni incip: Pacis cultum. Aretin. in tract. de malefic. in verbo & dictus Titius se defendendo. Sylvestr. in ver. Bellum 2. Nauar. in man. confess. c. 15. nu. 3. & in quibus consistere habeat Boer. decis. 168. nu. 4. & infra, Mascard. de probat. conclus. 1126. a nu. 29. vsque in finem, & quando quis dicatur excessisse limites defensionis Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. Cen. 3. casu 277. & quando non imputetur excessus, vt eo non obstante dici possit fuisse seruatum hoc moderamen gl. in c. significasti. verb. moderamine, de homicid. Foller. in pract. crimin. rubr. recipiantur defensiones. num. 16. & in fragment. par. num 57. & 58. denique de hac defensione late habetur per Anchar. in capit. dilecto. de sent. excommu. lib. 6.

Circa vndecimum & vltimum. Quibus rationibus prohibeatur literas alienas quæ clausæ sunt, aperiri, vide per Nauar. in c. Sacerdos num. 10. & seq. de pœnit. dist. 6 quem refert Menoch. de arbitr. iud. casu 311. num. 12. Cent. 4. & de pœna aperientis literas alijs destinatas præter Bar. in l. Titiio ff. ad municip. & Iason. in l. non dubium. num. 53. C. de legib. vide Abb. Felin. & alios in c. cum olim. el 2. de off. deleg. quibus ad materiam adde Sylvestr. & alios Summistas in verbo falsarius. D. Anton. part. 2. tit. 1. c. 22. § 5. in fine Nauar. in ma. c. 18. nu. 53. & late Me-
12 noch. de arbitr. iud. cent. 6. casu 538. † Vt autem religiosi propter impedimentũ, retardationem, & apertionem literarum incurrant casum reseruatum necesse est quod manifeste sit peccatum mortale; esset enim tale si eo animo aperiantur, vt nocumentum notabile proximo inferatur. Secundo si illud eueniret etiam sine tali intentione. Tertio eas proditorie scribentis aduersario ostendendo.

Non

Non esset mortale in manifesto inimico mittentis, vel illius cui mittuntur iuste timente per illas aliquod damnum sibi parari, vel dubitante ne aliquid in illis contra eum tractetur. Secundo in referante ac illas bono fine impediente. s. ad præcauendum aliquod malum iniustum alteri per illas probabiliter illaturum. Tertio quando communiter tangerent ipsum, & tertium ei illas manifestando. Quarto non esset etiam mortale aperire literas, quæ non sunt alicuius momenti, neque continerent materiam grauem, sed leuem, an autem sit res leuis vel grauis facile dignosci potest, & rem grauem efficere posset illa perturbatio qua pars afficeretur dum id contra eius voluntatem fieret, vt tenuit præd. P. Marius Andria in explicatione huius casus, secus si id fieret ex consensu præsumpto mittentis, vel bona fide spem ponendo in rat habitione eius cui mittuntur. Quinto, vt non incidat in casum reseruatum religiosus malitiose frangens solum illam chartulam, cum qua literæ clauduntur, vel sigillum auferens, non tamen illas legens, quia literæ non dicuntur aperte si sola ligatura sit dessoluta, nisi etiam fuerint lectę cum simus in pęnalibus in quibus debet fieri stricta interpretatio Bar. in l. si quis in gratui, §. si quis tabulas. ff. de Senatusc. Syllan. Felyn. in d. c. cum olim. Denique ceteris omissis qui per Summistas supplentur, non esset mortale in persona legitimam ad id faciendum potestatem habente, vt in prælato seu præfecto ipsorum Regularium cui publica lege id licet, & tunc iure suo vtatur c. non dicatis. 12. q. 1. Naua. in d. c. sacerdos. nu. 19. Summistæ loc. cit. hinc est quod de laudabili, & communi Religiosorum obseruantia missio, & acceptio literarum ipsis prohibetur sine superioris licentia, quod vltimum limitatur non procedere in literis necessariis, & vtilibus monasterio, quas iuridice possent ipsi regulares sine superioris voluntate dare, vel accipere, quales essent illæ quibus Regularis denunciaret delicta ipsius superioris arg. tex. in c. ex parte. de accus. vel literas a Papa impetratas super hoc acciperet. Inn. communiter receptus in c. cum l. & A. sub nu. 4. de sen. & re iud. Nau. in d. c. non dicatis, in 4. notab. in fine, & in cons. 33. nu. 4. de sen. excom. in antiq. qualiter vero puniatur clericus literas aliis directas aperiens, & aduersariis ostendens, adde Diaz. in pract. crim. can. c. 103.

Dantur tamen aliqui casus, in quibus Regularis habens casum reseruatum, potest absolui ab alio, quam a suo Superiore, indirecte vero, & cum obligatione, ut quam primum commode poterit præsentet se Superiori a quo directe absoluatur; prout clare, & ad rem declarat hanc materiam Henricus Henriquez in sum. lib. 3. de pæn. c. 15. illud idem asserens eod. c. num. 3. in superiore monasterii, vt possit absolui ab inferiori cum prædicto onere se præsentandi.

Quæ breuiter annotasse sufficiant quo ad casus reseruatos tangentes personas
13 religiosorum, † quantum vero ad ipsos Confessarios tam regulares quam sæculares priuilegiatos circa absolutionem a reseruatis, sciendum est eorum facultatem fuisse reuocatam, & moderatam per vniuersam Italiam tantum, vt sequitur.

Declaratio Decreti, quo prohibetur absolutio a casibus reseruatis.

EDitum fuit alias a Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Decretum super absolutione a casibus reseruatis eius, qui sequitur, tenoris.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita iustis, & grauibus causis id exigentibus, ac de Sã

Clissimi D.N. Clementis Papæ viij speciali mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus tam Sæcularibus, quam Regularibus per vniuersam Italiam extra Vrbem de gentibus ad confessiones audiendas probatis quorumuis ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis Iesu, & generaliter quamcunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum, sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specifice scripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem a Sede Apostolica, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus aut Archicõfraternitatibus sæcularium aut singularibus personis, seu alias quomodocunque sub quibusuis tenoribus formis, & clausulis, etiã derogatoriarum derogatorijs, ad cuiusuis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum, alicui cuiusuis status, gradus, & conditionis aut dignitatis, tam ecclesiasticæ, quam secularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab vllo ex casibus clare, vel dubie in Bulla die Cænæ Domini legi solita, contentis, vel alias quomodocunque Sedi Apostolicæ reseruatis, aut in futurum & per Sanctitatem suam, eiusque Successores pro tempore in eodem Bulla, vel aliter reseruandis nec etiam a Casibus, quos Ordinarij locorum hactenus reseruarunt, vel in posterum sibi reseruabunt, nullo casu etiam necessitatis vel impedimenti, nisi in mortis articulo seu cum noua, vel speciali Sanctitatis suæ, aut successorum suorum, vel ordinariorum quo ad casus ab ipsis tantum reseruatos, respectiue, impetrata in scriptis licentia, Ordinarij locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat vel præsumat sed cum opus fuerit, pœnitentes ad superiores legitimosque Iudices, suo accederre consulant; sub pœna contrafacientibus tam regularibus, quam Sæcularibus excommunicationis priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confessiones, & quæcunque officia, præturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto, absque vlla alia declaratione incurrenda: super quibus a nemine nisi a Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præter quam in mortis articulo, possit impartiri; Sanctitas enim sua (quatenus opus sit) facultates, & concessiones ipsas in hac parte vti cassas, & irritas haberi de cetero voluit, & vult, non obstantibus quibuscunque.

Præterea nouerint pœnitentes, absolutionem si quam obtinebunt contra huiusmodi probibitionem esse nulliusque roboris, vel momenti.

Et ne locorum ordinarii, quibus ius hoc reseruandorum casuum competit, pluriũ, quam opus sit, reseruatione, subditis, aut confessarii in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, monentur omnes, vt paucos, eosque tantum, quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem, pro cuiusuis Diœcesis statu, & qualitate necessario reseruandos esse iudicauerint, reseruent. In quorum fidem, &c. Romæ die 9. mensis Ianuarii Anni 1601.

CVm autem dubia quædam ac difficultates circa eiusdem decreti interpretationem, atque obseruationem emersissent, eadem congregatio, ne vllus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitatiue locus relinquatur, & vt clarius appareat, in quibus casibus vigore eiusdem Decreti reseruatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato eiusdem S. D. N. Clementis Papæ viij. similiter viuæ vocis oraculo super ea habito, ipsum Decretum ita modrauit, ac declarat, videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantum in posterum cõprehendi casus, qui in Bulla die Cœne Domini legi cõsueta cõtinẽtur. Ac præterea Violationis immuni-

immunitatis ecclesiasticæ in terminis Constitutionis felic. rec. Greg. xiiii. quæ incipit: Cum alias nonnulli. Violationis clausuræ monialium ad malum finem. Prouocantium & pugnantium in duello iuxta Decretum Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionē fel. rec. Gregorii Papæ xiiii. incipientem, Ad tollendum. Iniicientium violentas manus in clericos, iuxta Canonem, Si quis suadente, &c. 17. q. 4. ac iuris dispositionem. Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes casus, quos ordinarii locorum sibi reseruarunt, uel in posterum reseruabunt. In quibus omnibus iam enumeratis casibus duntaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere: Ac præterea declarat eos quidem sacerdotes tam sæculares, quam Regulares, qui aliquo ex priuilegiis, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis suffulti fuerint, posse iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates, usu ante idem Decretum, receptas, & quæ sub aliis reuocationibus non comprehendūtur, tantum, & non alias absoluere a casibus in præsenti declaratione non comprehensis: aliis vero sacerdotibus huiusmodi, priuilegia nō habētibus, nihil de no-
14 uo concedi † Sed ne locorum ordinarii, ad quos casuum reseruatio spectat, ea in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rursus magnopere admonēdos censet, ut non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum, & grauiorum criminum absolutionē sibi reseruent, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in destructionem cedat: ne alioquin Sacra mentipænitentię Ministrorum coarctata potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superflue reseruent casus in Bulla die Cænæ Domini legi consueta, & contentos, neque alios. Sedi Apostolicæ specialiter reseruatos. Facultatem vero, & licentiam absoluendi a casibus reseruatis quam in scriptis tantū concedi permittebatur, etiam sola viua voce concedi posse declarat. Ceterum ne quis sacerdotum sæcularium, aut Regularium, sub prætextu, & per primo dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus priuilegiis derogatum eidem Decreto sic, vt præfertur declarato, contrauenire audeat, Sanctitas sua Cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis omnibus, in fauorem quoruncumque ordinum seu institutorum Regularium, aut Sacerdotum tam sæcularium, quam regularium editis, nec non eorundem ordinum, seu institutorum, ac etiam Eccles. & Monasteriorum, & aliorum sæcularium, seu Regularum locorum quorumcunque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis, quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis eisdem ordinibus, seu institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasteriis, & sæcularib. seu Regularib. locis, aut personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiā derogatoriarū derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec nō irritantibus, & aliis Decretis etiā Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam cōmunicationis, seu extensionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbū, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti,

serti forent, præsentibus pro expressis habens, quo ad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogat, contrariis quibuscumque nō obstantibus. Romæ die 26. Nouembris 1602.

Alex. Card Floren. Episc. Prænestinus.

Hier. Agucchius Secret.

SEquuntur literæ Sacræ Congregationis ad Dominum Cardinalem, & Archiepiscopum Neap. Illustrissime, & Reuerendissime Domine. Accipiet Illustrissima Amplitudo vestra vna cum hisce literis exemplum Declarationis, quam Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs & consultationibus Episcoporū, & Regularium præposita, de expresso Sanctissimi Domini nostri mandato nuper edidit super Decreto de prohibita a solutione casibus reseruatis die 9. Ianuarij 1601. promulgato, quod in suis Diœcesibus Ostiensi & Neapolitana publicandum, ac studiose obseruandum diligenter curabit. Cum autem locorum ordinarii magna ex parte indicem, seu notam singulorum casuum a se reseruatorū huc miserint, compertum est in hoc genere varie quid a variis admissum fuisse, quod aliqua emendatione indigeret, quosdam nimirum quædam reseruasse, quę iam Apostolica Sedes sibi reseruaret; alios alia, quæ minime expediebat, nonnullos vero in ea re modum excessisse, vt nullum fere supereſſet peccatum, quod non sibi vendicaret indifferens illa seruandi ratio, quæ (vt necesse erat) res pleraſque leuis momenti, & alioquin Conc. Triden. aliorumque sacrorum Canonum sententiæ parum congruentes, complectebatur; Verum quia nondum satis hic explorata erat cuiusque loci conditio, ac necessitas, non potuit unicuique reseruationum huiusmodi sigillatim modus ac temperamentum, quod res poscebat, adhiberi. Nec sane debuit vna eademque regula omnibus ecclesiis præscribi, quandoquidē alia alibi magis conuenire certum est, & fieri vix potest, vt omnia omnibus in locis æque probentur, & prosint. Quæ cum ita sint, visum est eidem Sac. Cōgregationi prēter illam declarationē, priuatas quoque literas ad singulos ordinarios mittere quibus moueant, vt simul ac eas acceperint omnes casus sibi iam olim reseruatos, adhibitis aliquibus pietate, & doctrina præstantibus viris, de integro discutiant, diligenterque examinent, & ad ipsius Decreti iam declarati normam accommodent, eorū multitudinem hc resecantes, vt ad quam pauciſſimos, eosque maxime necessarios redigantur iidem casus, unde salutaris ille sequatur effectus, cuius causa hæc reseruandi atrociores quosdam casus Episcopis in sua cuique diœcesi tributa est auctoritas.

Præcipue vero hæc monenda censet Sac. Congregatio, vt videant ipsi ordinarii ne illos casus promiscue reseruent, quibus annexa est excōmunicatio maior a iure imposita, cuius absolutio nemini reseruata sit, nisi forte propter frequentē, scandalum, aut aliam necessariam causam aliqui huiusmodi casus nominatim reseruandi viderentur, neque casus, in quibus absolutio nisi cum restitutione, vel executione eorum, ad quæ pœnitentes tenentur, non confertur, neque illos, qui ēti mortale peccatū inducāt, circa res tamen parui momenti versantur, & frequēter inter idiotas euenire solent, vti damni dati, & similium. In peccatis etiam carnalibus reseruādis multa vtātur circūspectione, propter periculū scādalorū, in iis maxime

maxime personis, in quas ob accessum ad confessarios extraordinarios, vel frequentem reditum ad ordinarios, suspicionis aliquid cadere potest. Postremo eã potissimum ineant, ac sequantur rationem, quæ consideratis diligenter cuiusque Prouinciæ, ac populorum moribus, natura, ac propensione magis in domino expedire videbitur. Postquam autem ab ijs peracta, descriptaque fuerit hæc moderatio, vnusquisque eam primo quoque tempore ad me perferendam curet, addita insuper causa, quæ cuiusque casus reseruationem potissimum suaserit. Hoc. n. S. D. nostro deliberatum est, vt postmodum singulæ huiusmodi reseruationes distinctius examinentur, pro perfecte tandem, adiutrice Dei gratia, opportunum iis incommodis remedium adhibeatur. Interim de ipsius Sanctitatis suæ mandato idem ordinarii monentur, vt per totam suam Diœcesim, ac præsertim iis locis qui a ciuitate & Cathedrali Sede longius remoti sunt, Pœnitentiarios, alioſque Sacerdotes constituant, ac delegent, quibus facultatem absoluendi a casibus sibi reseruatis, concedant, ita vt his quoque liceat eandem alijs Confessariis si opus sit etiam viua voce impartiri: Idque maxime in solennioribus, & præcipuis anni festiuitatibus, vt peccatores, quibus obuia, & facilis fuerit huiusmodi sacerdotũ copia ad peragendam confessionem, alliciantur, quia alioquin plerique vel ob idipsum omittere possent, si necesse haberent pœnitentiæ ministros, quibus indigent, longius quærere. In eam igitur curam quantum in se erit sedulo incumbet Illustriſ. Amplitudo vestra, vt hæc omnia ex Sanctitatis suæ, & Sacræ Congregationis mente, debitæ executioni mandentur, ea diligentia, eoque zelo vbique adhibito, quem optimus quisque Pastor erga animarum sibi creditarum salutem præ se ferre debet. Vt autem apud se, succesſoresque suos, perpetuum extet monumentum, quid hic circa totam hanc reseruandi rationem deliberatum sit dabit operam, vt hę literę vna cũ ipso Decreto, ac Declaratione in publicis suarum Curiarum episcopaliũ actis integre describantur. Eas verum cum primum acceperit dignabitur facere nos ea de re certiores, missura postea quantotius fieri poterit, expetitum nouæ reſuationis iudicem ex præscripto huiusce mandati confectum. Quæ omnia mandante ipsa Sac. Congregatione ego Illust. Dominationi vestræ scripsi Deum precatus, vt eandem quam diutissime incolumen tueatur. Romę die 26. Nouemb. 1602. Dignabitur etiam amplitudo vestra Illustriſ. operam dare, vt prelatis inferioris ordinis exẽptis, seu nullius Diœcesis, si qui sint in sua Prouincia, innotescat Decretum hisce literis inclusum, tum etiam hæc reliqua, quę ei scribuntur super casuum reseruatione.

Illustriſ. & Reuerendiſs. Dominationis vestrę.

humillimus seruus.

Alex. Card. Floren.

Ex prædictis summarium distincte recolligendo habes quod Sanctiſſimus D. N. derogando omnibus priuilegiis ampliſſime Prohibet quibuscunque confeſſariis sæcularibus, & regularibus, ne vigore ipsorum priuilegiorum

Absoluant in casibus contentis in Bulla die Cœne clare vel dubie.
Violationis immunitatis ecclesiæ in terminis Const. Greg. 14.
Violationis clausuræ Monialium ad malum finem.

Prouoca-

Prouocantium, & pugnantium in duello in terminis Concilii, & Constitutionis Gregorij 13.

Injicientium manus violentas in clericos iuxta cap. si quis suadente ac iuris dispositioneus.

Simoniæ realis scienter contractæ.

Confidentiæ beneficialis.

Et in omnibus casibus quos locorum ordinarij sibi hactenus reseruarunt, aut reseruabunt.

Etiam in casu necessitatis, & impedimenti.

Nisi mortis articulo, vel

Habeant licentiam nouam specialem a Sede Apost. vel ab Ordinarijs in scriptis, vel in viua voce.

In alijs Casibus, qui habent priuilegia poterunt iuxta d. priuilegia, & facultates absoluere Dummodo ante decretum essent vsu recepta, vel non reuocata.

Qui non habent, nihil de nouo eis conceditur.

Pœna quo ad Confitentes *Nullitas absolutionis.*

Quo ad Confessarios *excommunicationis*

priuationis officiorum dignitatum, Beneficiorum

Inhabilitatis ad ea in posterum obtinenda.

Et ipso facto incurrunt absq; vlla declaratione.

Et a nullo dispensari, habilitari, vel absolui possunt, nisi a Sede Apost præterquam in mortis articulo.

Aderat etiam pœna inhabilitatis audiendi Confessiones, sed hodie est sublata.

Quod Ordinarii.

NON *reseruent casus contentos in Bullæ Cœnæ Domini.*

Non specialiter reseruatos Sedi Apost.

Non promiscue eos, quibus annexa est excommunicatio maior a iure imposita, cuius absolutio nemini est reseruata Nisi iudicauerint aliquos nominatim reseruandos, propter frequentiam, scandalum, aut aliam necessariam causam.

Non eos in quibus non datur absolutio, nisi facta restitutione, vel executione.

Non eos in quibus licet adsit peccatum mortale, tamen versantur circa res parui momenti, & quæ frequenter euenire solent inter idiotas. } *vt damni dati, & similium.*

Non in Carnalibus, vbi adest periculum scandalorum, vel vbi cadere potest aliquid suspicionis propter frequentem reditum ad Ordinarios.

Non passim, modum excedendo.

Reser-

Reseruent.

Paucos, resecando multitudinem.

Quam pauciſſimos, eoſque maxime neceſſarios.

Atrociorum tantum, & grauiorum criminum.

Quos iudicauerint neceſſario reſeruandos, ad retinendam diſciplinam in ædificationem non in deſtructionem Ad animarum ſalutem.

Vt non ſequatur effectus contrarius piæ menti Sanctæ matris Eccleſiæ.

Quos expedire iudicauerint conſiderata diligenter cuiuſque prouinciæ, & populorum moribus, Natura, propenſione, pro cuiuſque Diœceſis ſtatu, & qualitate.

Aliquos nominatim in quibus de iure eſt impoſita excommunicatio propter frequentiam ſcandalum, aut aliam neceſſariam cauſam.

Poſtremo animaduertendum id quod paſſim aſſeritur, ſcilicet per obitum epiſcopi caſuum reſeruationem ceſſare, intelligi debere de caſibus, quos ipſe epiſcopus ſibi reſeruauerit, ſicuti communiter ſolent epiſcopi vti his verbis ſcilicet nobis reſeruamus, quia cum ſint lati ab homine ipſo ſublato & ipſi extinguũtur; ſecus vero de caſibus a iure epiſcopo reſeruati, de quibus per Sylueſtr. in verbo Caſus, ſub num. 3. quia tunc per eius mortem non expirant, & erit facienda abſolutio a ſucceſſore, vel a Capitulo Sede Vacan. ſuccedẽte in eius iuriſdictione, & illud idem affirmandum, quoties caſuum reſeruatio eſſet facta ab epiſcopo viuente per modum ſtatuti, ſeu perpetuæ conſtitutionis, veluti decernendo, quod abſolutio ab eis fieri non poſſit, niſi a nobis vel epiſcopo qui, pro tempore fuerit, vel reſeruando Curiæ ſeu ſedi epiſcopali, tunc enim non expirat niſi fuerit facta reuocatio a Succeſſore, vel a Capitulo Sede Vacante, vt infra dicetur, ad quæ faciunt tex. in cap. fin. de offic. lega. in c. 2. §. ſtatuto de conſtit. in 6. & dicta per Nauar. in man. cap. 27. num. 2. & ſub num. 74.

CONCEPTIO BEATÆ MARIÆ.

PRÆTER Summiſtas ſciendum eſt, quod vltra ea quæ habentur in Conſtitutione Sixti 4. relata in extrauag. commu. de reliqui. & vene. Sancto. & in Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 6. in princip. §. vlt. adeſt conſtitutio Pii 5. fol. 1100. in Bullario Romæ publicata die 7. Decembris 1570. ne in popularibus concionibus diſputetur de Conceptione Glorioſæ Dei genitricis MARIÆ, qua & innouantur quæ per fel. rec. Sixtum Papam 4. & Sac. Conc. Trid. ſtatuta fuerunt incip. Super ſpecula, & infra, &cet. & eſt tenoris ſequentis. *Cõgruit. titu. de reliq. & vene. San.*

Constitutio S. D. N. Pij PP. V. Ne in popularibus concionibus disputetur de Conceptione gloriosæ Dei genitricis Mariæ, quæ & innouantur, quæ desuper per fe. re. Sixtum Papam IIII. & Sacrum Tridentinum Concilium statuta fuerunt.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SVper speculam Domini, viribus licet exiguis, cõstituti: prophetæ solicitudinem imitantes, die noctuque ad diuersos Ecclesiæ status nostræ mentis aciem intendimus, studiose prouidentes, vt communi Domino ab omnibus gradibus fideliter seruiat, vt ac illis maxime, quibus digniora ministeria diuini Spiritus fauore credita sunt, inter quos diuini verbi prædicatores adnumerandos esse nemo dubitare poterit, qui eorum munus ab ipso Domino consecratum, Apostolis præcipue iniunctum fuisse animaduertet, qui si adepto gradu digne fungerentur, euangelizantes pacem, annunciantes bona, prædicantes salutem, non solum vox eorum dulcis, verum & speciosi pedes viderentur, & fraternæ salutis vberes fructus referentes, multam fiduciam haberent in die Domini, Verum quod neque sine animi dolore accepimus, nec referre possumus; quidam diuersorum ordinum Regulares, Clericique seculares, omissis quæ diuinæ maiestatis gloriam, & sanctissimæ Dei genitricis, aliorumque diuinorum venerationem atque fidelium pietatem, promouere poterant, quod Apostolus in quibusdã arguit, languẽt circa quæstiones, & pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, & contentiones, ceteraque vitiorum monstra, potissimum vero cum de gloriosæ Virginis Mariæ Conceptione sermo inciderit, tam pertinaciter pro alterutra parte contendunt, ac si de illis dogmatibus esset, quæ corde credere ad iustitiam, ore confiteri ad salutem necessarium est. Quibus illud prophetæ conuenire videtur, dicunt, ait Dominus cum ego non sim loquutus cum Sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Magistra, & doctrix disciplinæ de ea re hucusque; non definierit, nemo, absque temeritate, præiudicare, vel alterius partis sententiam damnare potest, & quasi desint præclarissima inuentricis gratiæ merita, quæ nec angelica quidem lingua satis digne referri possunt, & cum ex illo vberrimo fonte, puteoque aquarum viuentium, non possint saluberrimas haurire aquas, quibus fidelis populus, magna cum vtilitate, atque dulcedine, reficeretur, ad dissipatas Cisternas occurunt, stultas scilicet, & sine disciplina quæstiones, quæ generant lites, quas nec frequens multitudo intelligere, nec viri sapientes qui capiunt, vtiliter percipere valent, præsertim quoniam, vt experimento didicimus ipsorum concionatorum, qui ad quæstiones huiusmodi proponendas facilius erumpere solent, maior numerus materiæ difficultatem prorsus ignorantes, neque intelligentes, quæ loquuntur, aut de quibus affirmant, simplicium animos, indiscretæ deuotionis obtentu, vel potius loquacitatis, & ostentationis effectu, ad tumultus & simultates concitant, quos tumultuantes atque dissidentes componere, sedare q; potius oportebat. Cumque paruulis in Christo lac infundere, prouectis solidum cibum apponere deberent, dum in huiusmodi controuersiis interminatis versantur, omnibus vbera proferunt arentia, quod non absque maledictionis nota legimus in propheta. Nos igitur

tur qui prædeceſſorum noſtrorum ſaluberrima decreta pro viribus ſalua eſſe cupimus, potiſſimum illa, quæ a ſacroſancta ſynodo Tridentina denuo ſunt confirmata, liberam cui que facultatem reliquentes opinandi huius controuerſiæ quam libet partem prout, vel magis pium, vel magis probabilem eſse iudicauerit. Prædictorum igitur, concionatorum, aliorumque contentioni, atque temeritati, populorumque ſcandalis occurrere ſtudentes. Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatutum fe.re. Sixti iiii. Prædeceſſoris noſtri, ſuper ea re, quod a præfata ſynodo innouatum eſt (illud præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum eſſet inſertum, pro plene & ſufficienter expreſſo, & inſerto habentes) apoſtolica authoritate tenore præſentium, confirmamus, & approbamus, atque vt deinceps efficacius a cunctis obſeruetur perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ac per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus nemo cuiuſcunque ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis exiſtat, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiſcua virorum, & mulierum multitudo conuenire ſolet, de huius controuerſiæ alterutra parte diſputare rationibus, vel Doctorum auctoritate aſſerendo propriã ſententiam, & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipſa quæſtione, cuiuſuis pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumat. Qui contra fecerit ſuſpenſionis pœnam a druinis abſque noua declaratione ipſo facto incurrat, ſi modo fuerit in ſacris conſtitutus, & quocunque præterea gradu ſiue dignitate, vel adminiſtratione fungatur, illis omnibus ſit ipſo iure priuatus, & ad eadem vel ſimilia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis cenſuræ ipſo etiam facto ſit obnoxius, ſuper quibus niſi a Romano Pontifice pro tempore exiſtente diſpenſari, ſiue abſolui non poſſit. Et nihilominus! aliis pœnis, ſi opus fuerit a proprio prælato pro delicti menſura infligendis ſubijciatur, prout ſubijcimus. Ceterum quamdiu per Apoſtolicam ſedem, altera pars diffinita non fuerit, oppoſitaque ſententia condemnata liceat viris doctis in publicis Academiæ diſputationibus, ſiue generalium, aut Prouincialium Capitulorum, vel vbi alias interſunt, qui rem capere poſſunt, nec ſcandali vlla ſubeſt occaſio, de illa quęſtione diſſerere, & argumentis vtramlibet partem, vel aſſerere, vel impugnare, dum tamẽ neutra, veluti erronea præiudicetur, ſeruenturq; illa omnia, quæ a dicto Sixto prædeceſſore noſtro ſtatuta ſunt, quorum ſingula, vt præfertur, etiam quantum ad alias pœnas, duximus innouãda, & innouamus per præſentes. Vt autem hæc noſtra Conſtitutio, & præmiſſa omnia ad eorum omnium, quorum intereſt, notitiam congruentius peruenire poſſint in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiæ etiam eo ipſo incurrenda, ſi in his, quæ mandamus exequendis ſe negligentes exhibuerint præcipimus, & mandamus, omnibus & ſingulis locorum ordinariis, ac eorundem Vicariis ſuffraganeis, & officialibus quibuſcunque, & aliis ſingulis ad quos quomodolibet ſpectat, & pertinet, quatenus huiuſmodi noſtram conſtitutionem ſingulis ſuæ diœceſi vel diſtrictus Prædicatoribus, & aliis quibus expedire iudicauerint opportune inſinuent, & publicent, ac inſinuari, & publicari faciant. Et ne quis in poſterum quoquomodo ignorantiam de præmiſſis poſſit prætendere, aut ſe contra præmiſſa, valeat excuſare. Volumus, & ſimiliter eadem authoritate decernimus quod præſentes litteræ per aliquos ex noſtris Curſoribus in Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis ac principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, valuis, ac in acie Campi Floræ de Vrbe de more publicentur, & affigantur, & illis inde amotis romaneant in eiſdem locis earundem exempla affixa, quę publicatio,

&

& affixio, ita omnes ad quos spectat afficiat, & arctet, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibuscunque indultis, & literis Apostolicis, quibuscunque personis etiam quantumcunque qualificatis, & in quacunque etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quauis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quod interdici, suspendi, vel excommunicari nequeant quomodolibet concessis, quæ eis contra præmissa in aliquo suffragari non posse decernimus, Ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus insuper, & decernimus quod præsentes vim perpetuæ, & irrefragabilis constitutionis obtineant, & quod illarum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ præsentibus litteris adhiberetur, si ostensæ, vel exhibitæ forent, Regula Cancellariæ nostræ Apostolicæ quacunque in contrarium disponente, non obstante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, mandati, subiectionis, innouationis præcepti voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incurrurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo septuagesimo, pridie Cal. Decembris Pontificatus nostri anno Quinto,

Cæ. Glorierius,

H. Cumyn.

ANno a natiuitate Domini nostri Iesu Christi Millesimo quingentesimo septuagesimo, indictione Decima tertia, Die vero septima mensis Decembris Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti anno quinto, retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & principis Apostolorum de Vrbe ac Cancellariæ Apostolicæ valuis & acie Campi Floræ dimissis illarum copiis affixis per nos Ioannem Andream Panizzam & Petrum Aloysium Gaytam, præfatum S.D.N Papæ Cursores.

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

Romæ Apud Hæredes Antonii Bladii Impressores Camerales. Anno. 1570.

Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine statutum fel. rec. Sixti IIII. prædecessoris nostri, super eo re quod a prefata Synodo innouatum est (illud præsentibus, ac si de verbo ad verbum esset insertum, pro plene & sufficienter expresso, & inserto habentes Apostolica auctoritate tenore præsentium, confirmamus & approbamus, atque vt deinceps efficacius a cunctis obseruetur perpetuo statuimus, & ordinamus, ac per Apostolica scripta mandamus, quatenus nemo cuiuscunque ordinis, gradus conditionis, vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersiæ alterutra parte disputare rationibus, vel doctorum authori-

tate

tate asserendo propriam sententiam, & contrariam refellendo, vel de hac ipsa quæstione, cuiuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare præsumat. Qui contrafecerit suspensionis pœnam a diuinis absq; noua declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in sacris constitutus, & quocumq; præterea gradu siue dignitate vel administratione fungatur illis omnibus sit ipso iure priuatus, & ad eadem vel similia munera obtinenda perpetuæ inhabilitatis censuræ ipso etiam facto sit obnoxius, super quibus nisi a Romano Pontifice pro tempore existenti dispensari, siue absolui non possit. Et nihilominus alijs pœnis, si opus fuerit a proprio prælato pro delicti mensura infligendis subijciatur, prout subijcimus. Ceterum quamdiu per Apostolicam Sedem, altera pars diffinita non fuerit, oppositaq; sententia condemnata, liceat viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, siue generalium aut Prouincialium capitulorum, vel vbi hi alias interfunt qui rem capere possunt, nec scandali vlla subest occasio de illa quæstione disserere, & argumentis vtramlibet partem, vel asserere, vel impugnare, dum tamen neutra, veluti erronea præiudicetur seruenturq; illa omnia, quæ a dicto Sixto prædecessore nostro statuta sunt, quorum singula vt præfertur, etiam quantum ad alias pœnas duximus innouanda, & innouamus per præsentes.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones Concilij Prouincialis requirunt approbationem a Sede Apostolica antequam publicentur.*
2 *Quid sit Concilium Prouinciale, per quem conuocetur, ad quem finem, & quoties.*
3 *Quomodo, & qui vocandi, & quam in eo vocem habeant.*
4 *Quo tempore & loco, & de termino ad comparendum, & recedendum.*
5 *Quando potestas statuendi deuoluatur ad accedentes.*
6 *De excusationibus non venientium, & quæ non admittantur.*
7 *Quomodo possint compelli, & de pœna contumacium.*
8 *An possit peti charitatiuum subsidium pro accessu.*
9 *De ordine illud celebrandi, & sedendi.*
10 *Quis in eo præsidens, & iudices sint, & quomodo pronunciandum.*
11 *De quibus causis possit Concilium Prouinciale cognoscere, quam iurisdictionem habeat & super quos.*
12 *Ad quem ab eo appelletur, & quid si allegetur suspectum.*
13 *De eius potestate in statuendo, & quid in eo præcipue agendum.*
14 *Quanto tempore Concilium Prouinciale durabit, & de illius publicatione.*
15 *Quinam habeant potestatem absoluendi a censuris per illud latis.*
16 *Ecclesiæ Archiepiscopales, & Episcopales Regni Neapol. quæ sint, & celebrent Cõcilium Prouinciale, & vbi de eis fiat mentio in corpore iuris.*

CONCILIVM PROVINCIALE.

1 PRÆTER Summistas sciendum est, quod hodie per constitutionem Sixti V. † Concilia Prouincialia postquam fuerint celebrata eorum statuta transmittuntur ad Sanctiss. D. Papam, & per Sacram Congregationem Dominorum Cardinalium deputatam pro interpretatione, & exequutione Concil. Triden. recognita, & approbata deinde publicantur, vt patet ex constitutione eiusdem Sixti Romæ publicata die 23. Martij 1504. incip. Immensa. Et quoniam de Concilio

Cõgruit titul de constit.

Prouinciali ego Stephanus Quaranta tractatum edidi Neap. impressum de anno 1589. qui cum non facile reperiatur hic inserendum esse censui recognoscendo, & addendo.

Inter ceteras solicitudines quæ Metropolitano incumbunt ea non minima reputatur conuocare scilicet Concilium Prouinciale de quo breuiter, vtiliter, & ordinate scripturus nonnullas ponam quæstiones ex sacris canonib. varijsque Doctoribus ac locis non sine maximo studio, labore, atque vigiliis elaboratas, & collectas ad inchoationem dicti Concilii illusq; progressum, atq; tractatum, & ad præstantiam Archiepiscopi in eo pertinentes. Diuino igitur inuocato auxilio dicimus † hanc Concilii Prouincialis conuocationem ad Metropolitanum spectare c. si episcopus c. si quis episcoporum c. quoniam c. propter 18. dist. i. c. sicut olim. de accusat. c. 1. de pœnis in 6. ipse nam que est caput huius congregationis, & propterea ad ipsum spectat huiusmodi conuocatio. Card. Alex. siue Prępos. in d. c. si quis episcoporum, & Concilium Prouinciale dicitur quia præsentat ecclesiam Prouinciæ Abb. in cap. graue in fi. de præben. & in d. c. sicut, vbi etiam de triplici concilio rum differentia post glo. in sum. 17. dist. quorum etiam diffinitiones ponit Io. Paul. Lancel. lib. 1. institu. iur. cano. in titul. de eccles. constit. & declarat in sua glo. vel appellatur, quia regulariter fit, & congregatur in prouincia authoritate Archiepiscopi Metropolitani, qui omnibus episcopis, prælatis, & clericis prouinciæ præesse dicitur. Bero. in c. 1. de iudi. & sine authoritate Metropolitani non inferioribus illud congregare Card. Alex. notat in d. c propter. el 1. Sede tamen Metropolitana vacante episcopi prouinciæ se congregare possunt ad illud celebrandum Archid. & Gemin. in c placuit nu. 2. & in d. c. propter vbi Io. de Cur. crema. Card. S. Sixti nu. 8. ac Card. Alex. in c. de conciliis in 3. notab. & in d. c. placuit 18. dist. Petrus de Mõte episcopus Brixien. in tract. Monarchiæ conciliorum c. 2. nu. 9. Vgonius episcopus Famagustanus in tractat. quem inscr. plit de Conciliis Synodia. Vgonia in prę ludiis q. 5. & in 3. par. fol. 134 Henri. Botteus de Synodo episc. par. 1. num. 43. ad quem tamen finem, quoties, & quid sit tractandum in eo, habetur in d. c. propter c. quoniam 18. dist. & c. sicut, de accusat. iusta etiam causa illud conuocandi, est cũ aliqua magna oritur dubitatio, quæ alias comode non possit diffiniri. Card. Alex. in c. multis. in 4. notab. 17. dist. etiam potest conuocari pro corrigendo episcopo, prout in c. 1. 34. dist. & quando immineret necessitas, potest congregari ante tempus statutum idem Card. in d. c. de conciliis Bott. in d. par. 4. nu. 54. sed Archiepiscopo non licet ante receptionem pallii illud conuocare, c. quod sicut §. præterea, de elec. & ex his patet responsio saltem remissiue ad primam quæstionem, quæ erat præmittenda, videlicet, quid illud sit, per quem conuocetur, ad quem finem, & quoties, & de conciliis Prouincialibus, vide quod nouissime fuit decretum per Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 2.

ADDITIO. Verba Conc Trid sunt ista videlicet) Prouincialia Concilia sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus controuersijs cõponendis, aluisque ex sacris canonibus permissis renouentur Quare Metropolitani per seipsos, seu illis legitime impeditis. Coepiscopus antiquior intra annum ad minus a fine præsentis Concilij, & deinde quolibet saltem triennio post octauam Paschæ Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi seu alio commodiori tempore pro more prouinciæ nõ prætermittat Synodum in prouincia sua cogere; quo episcopi omnes, & alij qui de iure, vel consuetudine interesse debent, exceptis ijs quibus cum imminenti periculo transferendum esset, conuenire omnino teneantur. Nec episcopi comprouinciales

prætex-

prætextu cuiuslibet consuetudinis ad Metropolitanam Ecclesiam in posterum accedere multi compellantur. Itidem episcopi qui nulli Archiepiscopo subiiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant in cuius synodo Prouinciali cum aliis interesse debeant, & quæ ibi ordinata fuerint, obseruent ac obseruari faciant. in reliquis omnibus eorum exemptio, & priuilegia salua, atque in integra maneant. Synodi quoque diœcesanæ quotannis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias, cessante exemptione, interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur; ratione tamen parochialium, aut aliarum sæcularium ecclesiarum etiam annexarum debeant ij qui illarum curam gerunt, quicunque, illi sint synodo interesse. Quod si in his tam Metropolitani, quam episcopi, & alij suprascripti negligentes fuerint pœnas, sacris canonib sancitas, incurrant. hactenus verba Conc. Trid. Est autem Concilium Prouinciale conuentus episcoporum coactus ab habente potestatem congregandi vocatis vocandis de iure, vel consuetudine. Nauar. cons. 4 num. 3. de verb. signif. in antiq. vbi etiam inquit posse Concilium Prouinciale congregari ad aliquas particulares causas in congregatione ipsius expressas ex mente Innoc. in cap. graue. num. 7. de præb. itidem ex verbis Conc. Triden. supra relatis colligitur hodie cessare potestatem Capituli Metropolitani Sede vacante illud celebrandi, ac suffraganeos conuocandi licet ante ipsum Concilium Trid. id poterat, vt per Pauin. in tract. de offic. & potest. cap. Sede. vac. par. 1. q 7. sub num. 3. & Bott. de syno. par. 1. num. 43.

An autem electio semel facta Metropolitani ab episcopo exempto, vt ad eius synodum Prouincialem conueniat, possit postea mutari. Resp. quod non, sed semper in futurum ad illam accedere tenetur, eiusque electio ligat successores, & ita declarauit Sacra Congregatio.

3 Secundo quæro, quomodo & qui vocandi. Resp. Metropolitanum conuocare concilium ad statutam diem per literas, & sufficere vnicam citationem cap. si episcopus, & ibi gl. 27. dist. Gemin. & Franc. in c. 1. de pœnis in 6. & episcopi prouinciæ vocandi sunt, & ire tenentur, vt in præall. iuribus habetur ex quo tex. in d. cap. si episcopus. notat Card. Alex. quod suffraganei non tenentur venire ad Concilium Prouinciale, nisi a Metropolitano sint vocati, in tantum quod si suffraganeus videret omnes alios episcopos cons suffraganeos ire ad concilium, si ipse non esset vocatus, nõ tenetur ire nisi in præcedẽti cõcilio, si ipse nõ esset uocatus, nõ tenetur ire, nisi in præcedenti concilio fuisset deliberatũ de futuro celebrãdo cũ assignatione loci, & tẽporis, tunc qui fuissent præsentes non forent necessario ulterius uocandi, uel nisi essent uocati per edictum generaliter. Card. Iacobatius in tract. de concilio lib. 2. art. 4. q. 5. fol. 102. & ratio est, quia in ijs in quibus est necessaria denunciatio, prout hic non sufficit scientia, vbi uero sola scientia est de substantia, non requiritur de necessitate denunciatio, & ita procedit reg. eum qui de reg. iur. in 6. quæ potuisset obstare, ut ibi per Io. And. & Fran. formulam indictionis futuri Concilij Prouincialis, uide in fine Concil. Prouin. Mediolan. 4. & 6. & in cerem. episc. lib. 1. cap. fin.

Tertio quæro quid de Abbatibus. Resp. quod Abbates etiam intersunt Concilio Prouinciali c. exore, de priuileg. capit. ut apostolicæ. eod. titu. in 6 & an accedere teneantur, uide Gemin. & Card. S. Sixti, & Alex. in cap. episcopus. 18. dist. Doct. in d. tract. par. 2. sub num. 4.

ADDITIO. Quando tamen habent populum, & membra non exẽpta, quibus appellatur ad Archiepiscopum clarum est, quod tenentur accedere, vt in iuribus præall. & Abbates habentes populum, & territorium propriũ, iurisdictionemque

episcopalem exercentes intra ambitum ipsius Prouinciæ ad Concilium Prouinciale vocari debent, quemadmodum vocantur episcopi Comprouinciales, & possunt dici suffraganei, nam cum habeant iura episcopalia ac proprium territorium, & celebrent de per se synodum diœcesanam, dicuntur ordinarij locorum, & appellatione ordinarij comprehenduntur. gl. notab. iuncto tex. in c. ordinarij de off. ordin. lib. 6. quorum Abbatum multi sunt in Regno Nep. qui obtinent plurima castra de quibus per Frecc. in tracta. de subfeud sub rub. de origine baronum c. 3. nu. 28. & isti fungũtur vice triũ personarũ. s. Abbatis in monasterio erga monachos, Prælati, seu Antistitis erga populũ, et domini iurisdictionis temporalis ci ciuilis, seu mixtæ (si habent) erga laicos, qui etiam omnibus prælatis inferioribus præferuntur arg. text. in c. 1. de ætat. & qual. plene per Lancel. Conr. alios cumulantem in templo omnium iudic. lib. 2. c. 7. nu. 18. quibus competere possunt non solum ea, quæ sunt dignitatis, & iurisdictionis episcopis, verum etiam ea, quæ sunt ordinis episcopalis de quibus in c. quamuis Chorepiscopis 68. dist. in c. quanto de consuetud. in c. aqua, de consecr. eccles. vel altar. & in c. accedentibus, ubi Panor. de excess. prælat præter tria videlicet, conferre ordines sacros, consecrare basilicas, & altaria, & conficere chrisma, prout patet ex priuilegijs quibusdam Abbatibus a Sede Apostolica concessis. Insuper isti in concilio sedent post episcopos, ut per Pet. de Monte in tract monarch. concil q. 5. nu. 4 et per Campeg. in tract. de auctor. Sac. Conc. c. 7. & tanquam locorum ordinarij in Cõ. Prouinciali habẽt vocem decisiuã, vt per Alph. Aluarez. in speculo iuris Pontificij & Cæsarei c. 51. §. 2. fol. 208. & tunc de eis in decretis debet fieri mẽtio, vt obseruatum fuit in synodo Prouinciali Sipontina celebrata de mẽse Ianuarij 1567. Manfredoniæ, attento proœmio tenoris sequentis videlicet. Nos Ptolemus Gallius S. R. E. tit. S. Pancratij presbyter Cardinalis Comensis, ac Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Sipontinus de consilio & assensu Reuerẽdissimorum DD. Episcoporum, Abbatum, & aliorum nostræ Prouinciæ Ordinariorum in Prouinciali Synodo Sipõtina hæc statuimus, & sancimus & infra ampliatur vt accedere et eneãtur etia si in capite essent exempti, notat Gemin. in d. c. vt Apostolicæ nu. 4. Secundo ampliatur in commendatarijs perpetuis constitutis in sacris ordinibus habentibus propriũ territorium, curam animarum, ac episcopalem iurisdictionem ex adductis per Nauar in consil. 3. nu. 2. de fil presb. & cons. 5. de sponsal in antiq. limita vt non omnes Abbates, seu commendatarij habeant vocem decisiuam in Concilio Prouinciali, sed illi tantum, qui habent iurisdictionem episcopalem, & alia vt supra, licet habeant insignia episcopalia scilicet, vsum mitræ & baculi, ac aliorum Pontificalium ex priuilegio Apostolico, cum habere vocem decisiuam, si etiam iurisdictionis, Campeg. in d. tract cap. 7. & 15. Si tamen concilio prouinciali non placuerit consulenda erit Sacra congregatio.

An autem Abbates prædictis qualitatibus muniti habentes populum intra fines Prouinciæ existentem, a quorum sententijs immediate ad Sedem Apostolicã appellatur, & non ad Archiepiscopum teneatur ad Concilium Prouinciale accedere, & videtur dicendum, quod sic si quidem episcopi exempti a quorum sententiis ad S. Pontificem appellatur tenentur eligere aliquem vicinum Metropolitanum vigore decre Conc. Trid supra relati, ergo eo magis Abbates respectu populi exẽpti, tutius enim erit consulere Sanctam Sedem Apostolicam, anscilicet mens Conc Trid. fuerit dictos Abbates comprehendere.

Quarto quæro quid de Capitulis ecclesiarum? Resp. quod Capitula cathedralium vocari debent, & admitti ad tractatum Concilii, non autem ad

decidendum,& possunt comparere per procuratores cap. fin. de his quæ fiunt à prælat.sine cons. Cap. vbi Abb. num. 4. dicit procedere etiam in negotijs non tangentibus Capitula,& Card. Zab. in c. graue q. 5. de præb. tenet semper vocandos esse ad Concilij Prouinciale canonicos cathedralium pro tutiori. Bott. in d. tract. par. 2. num. 42. habetque Capitulum vocem consultiuam, formulam literarum quibus Capitula canonicorum cathedralium ad illud inuitantur. vide in fine voluminis actorum ecclesiæ Mediolan. fol. 359.

ADDITIO. Si tempore celebrationis Concilij Prouincialis vacaret sedes, Capitulum Cathedralis, seu Metropolitanæ succedens in iurisdictione est ordinarius iudex, & debet de necessitate vocari, & potest comparere per Vicarium generalé cum speciali mandato dandi vocem decisiuam, cum sit iurisdictionis quæ transit in capitulum Sede Vacante. vt satis abunde fuit demonstratum supra, & in verbo capitulum Sede vacante si tamen concilio prouinciali non placuerit consulenda erit Sacra congregatio. Notandum etiam est quod Sacra Congregatio censuit Capitula Collegiatarum quasi episcopalem iurisdictionem habentia ad Synodum Prouincialem esse uocanda.

Quinto quæro quid de alijs, Resp. quod ad Concilium prouinciale nedum debent venire episcopi, verum etiam alij inferiores, qui se læsos esse existimant, sed episcopi veniunt vt diffinitores, isti autem pro iustitia consequenda d. cap. propter. vbi Card. Alex. in 1. notab. 18. dist.

Sexto quæro qui debeant omnino vocari, Resp. quod de necessitate ad illud vocandi sunt episcopi, & non alii Innoc. Host. & Zab. in d. cap. graue. de præb. Abb. in disputat. 1. num. 29 & sequuntur communiter Doctores, vt refert Card. Alex. in d. c. propter el primo.

ADDITIO. Intellige hoc non procedere quando in prouincia vltra episcopos adessent alij ordinarij locorum habentes episcopalem iurisdictionem vt dixi supra in addit. ad tertiam & 4. quæstio. Item vbi fuisset prouisum de episcopo qui nondum esset consecratus, licet non dicatur episcopus ante consecrationem glos. in clem. dignum de celebr. miss. & per plura citata a Felin. in cap. eam te. de rescript. Nauar. in man. confess. cap. 27 sub num 67 si tamen est electus & confirmatus, & possessionem adeptus poterit interesse concilio, votare arg. tex. in cap. transmissam vbi glo. de ele. & per ea quæ dicit Abb. in c accedentibus de excess prælat. Campegi. de Concil. c. 15. eique & synodum consecrare licebit suam synodum conuocare. Bott. de Synod. part. 1. & ideo erit de necessitate vocandus.

Septimo quæro. Quid si episcopus vocatus moritur, Resp. quod si citato episcopo, & eo mortuo fuerit prouisum de alio ante inchoatum Concilium ex illa citatione non arctaretur successor Card. Iacob. in d. tractat. de conc. lib. 1. articul. 4. quæst. 6.

Octauo quæro, quid si episcopus non reperitur in diœcesi, Respon. quod episcopi, qui non sunt in suis diœcesibus, sed extra eas necessario non sunt personaliter citandi ad concilium Prouinciale Card. Alex. in cap. peruenit. in 4. notab. 18. dist. verum in Prouinciali Concilio Sanctæ Seuerinæ obseruauimus literas Metropolitani directas episcopo absenti consignari facere eius Capitulo vt transmittat, & proponere edictum ad valuas cathedralis, vbi tenetur residere, & domicilium residentiæ semper est principale. Felin. in c. postulasti, num. 1. de for. cõpet.

4 Nono quæro † de tempore & loco, Resp. non debere Concilium Prouinciale celebrari temporibus quibus abstinentiæ, seu contemplationi est vacandum, vt in quadragesima, & in diebus quibus insistendum est celebrationi solennitatum præcipuarum. cap. habeatur, vbi Card. Alexand. in fin. 18. dist. Bott. de synodo. par. 1. num. 56. & in congregationibus conciliorum debet haberi ratio, vt his, qui vocati sunt, non fatigentur propter discrimina itinerum, debent ergo fieri huiusmodi congregationes & conuentus in loco non multum remoto, imo proportionato respectu eorum, qui debent venire, etiam debet haberi ratio temporis, vt non in hyeme maxima fiant cum in istis temporibus periculosa sit itineratio Cardinal. Alex. in cap. quoniam 18. dist. Bott. in d. par. 1. num. 56.

Decimo quæro de termino ad veniendum, Resp. quod uocati ad Concilium debent venire infra terminum, vel saltem ad terminum eis assignatum c. placuit, & c. si episcopus 18. dist. sed quamdiu concilium non erit absolutum, poterit episcopus moram purgare, & non punietur pœna canonica. Doct. in d. c. si episcopus Card. Iacob. in d. tract. lib. 2. art. 5. fol. 110.

Vndecimo quæro quid si venit & discessit illicentiatus, Resp. quod episcopus qui venit ad concilium, & discessit illicentiatus antequam synodus ab soluatur, debet excómunicari, & excómunicatus a synodo non potest absolui per singulos prælatos synodi, sed ab ipsa synodo tantum. c. si quis 18. dist. vbi Card. Alex. notat paria esse non venire, & ante absolutum concilium recedere, facit tex. in c. certum 11. q. 3. & c. 1. de iudic. in tantum, quod si vocatus ad cõcilium expectasset per plures dies alios absentes, & postea etiam in die prorogata illicentiatus recederet, puniretur tanquam contumax non expectato fine Concilii. Card. Iacoba. in d. art. 1 fol. 112 & 113 Syno. Vgo. in 4. par. fol. 144. & contumax dicitur ille qui illicentiatus recedit. Dec. in c. 1 de iudic. num. 43. in 1. lectu.

5 Duodecimo quæro quid si non omnes venirent. Resp. † quod si Archiepiscopus vocat subditos ad Concilium, & ipsi non veniunt in termino eis assignato, conuincuntur de negligentia, & potestas deuoluitur ad accedentes etiam numero paciores Card. Iacoba. in d. tract. lib. 5. art. 7. fol. 275.

ADDITIO. Ex quo enim vocati venire noluerunt, alienos se fecisse videntur c. cum nobis, vbi Panor. num. 3. de elect. & sic absurdum est eos in numero computare. iux. glos. in clem. quod circa eod tit. vnde faciunt, quod contumax residеat in præsentibus, & in terminis nostris asserit Petr. de Monte in prælleg. tract. de concilio. quæst. 6.

6 Decimotertio quæro † de excusationibus non venientium. Respon. quod episcopus qui non potest interesse concilio, debet se excusare per literas subscriptas per eum, & excusationis suæ rationem exprimere apud Metropolitanum, & non est necesse apud totum Concilium illam allegare. Card. Alex. in d. cap. placuit. 18. dist. quem sequitur Card. Iacob. in d. tract. libr. 2. artic. 4. quæst. 7. fol. 103. qualiter autem probabitur impedimentum, vide glos. in d. capit. placuit.

Decimoquarto quæro, quæ nam excusatio requiratur. Resp. non quamlibet necessitatem excusare episcopum, vt non teneatur venire ad Concilium, sed requiri grauem necessitatem, & tunc tenetur mittere nuncium ad recipienda statuta edita in Concilio Prouinciali c. episcopus, cum seq. & ibi Cardin. Alexa. ac etiam in c. peruenit. 18. dist. vbi glos. in verbo, necessitatibus, ponit multa, quæ excusant ne vocatus teneatur venire ad Concilium, & Campeg. de conc. c. 11. & formula.

mula literarũ,quibus episcopi a Cõcilio Prouinciali absentis excusatio accipitur, reperitur impressa in fine voluminis actorũ ecclesiæ Mediolañ. fol.359. de quibus excusationum causis late Bott.de syno.par.2. sub num.56.

Decimo quinto quæro,quid si episcopus subest duobus Metropolitanis, prout dicit glo.in c.1.in ver.vendendo.in fine Sed.vac.& eodem tempore vocetur ab ambobus ad Concilium.Resp.quod accedendo ad vnum potest mittere procuratorem ad aliud.

ADDITIO Similis glos.est in c & temporis ver. vnire 16.q.1. & arg. tex. in c.2.de relig.dom & vide Caccialup.in tract.de vnion artic.8.num.11.& in Regno Neap extant aliqui episcopi qui subsunt duobus Metropolitanis ratione duorum episcopatuum vnitorum,& inter alios est episcopus Campanienſis, & Satrianensis vniti qui respectu primi subest Archiepiscopo Salernitano & respectu secundi recognoscit in Metropolitanum Archiepiscopum Cõpsanum. Et facit in simili quod dicit gl.fin.in c.ex ore.de priuileg Imol.in c.quod super his de maior.& obed. Bott. in d.tract.par.2.sub num.42.& Fran.Aret in cons.

Decimo sexto quæro,Quid de vocato ad concilium a Metrapolitano,si eodem dem tempore vocetur a Rege ad quem potius accedere debeat,vide glos. in cap.si episcopus 18.dist.& in cum parati.de appellat.vbi Innoc.& Abb. Car. in Iacob. in d.tract.lib.1. art.5. fol.117. Lancell.Conrad. in templ.omn. iud.lib.1 cap.2.§. 3 num.6. & Bertach.in tract. de episc.lib.4.par.1.q.14.& Dec. in cons.72. Campeg.de con.c.11.

7 Decimo septimo quæro,† An possint episcopi compelli vt veniant cessante impedimento,& quomodo.Resp quod sicut possunt compelli subditi venire ad synodum episcopalem, sic & compelli possunt episcopi, vt veniant ad Concilium Prouinciale,Abb.in cap.quod super his.de maior. & obed.in 3. not.

Decimo octauo quæro de pœna contumacium. Resp.quod episcopus qui impedimento canonico cessante non venit ad concilium,debet priuari communione aliorum episcoporum vsque ad futurum concilium, si fuerit contumax.cap.si quis episcoporum,& ibi Card.Alex.in 1.not 18.dist.faciunt etiam c.non oportet. cap. non oportet, in fin. cap.si quis autem.cap. placuit, & cap.si quis episcopus dist.eadem;vnde non erit talis episcopus prohibitus celebrare diuina officia, & recipere Sacramenta ecclesiastica, & communicare cum ceteris episcopis & aliis, sed tantum erit suspensus a communibus negotiis cum aliis episcopis, nec poterit interesse scrutinio episcoporum, nec consecrationi eorum, & aliis communiter pertractandis cum Metropolitano & episcopis.glo.in d.cap.placuit,& Card.Alexan.in fine Card.Iacob.in d.art.5.in princ.fol.111.subdens, quod etiam poterit excommunicari excludendo a communione fidelium & erit in electione Archiepiscopi;quod sane debet intelligi,vt,si primo vocatus non venit,procedat prædicta pœna, si iterum,& tertio monitus non venit,poterit excommunicari, nec punitur bis ex eodem delicto:ex multiplicato enim delicto contumaciæ augetur pœna,ideo & si vnica citatione monitus non venit,poterit priuari communtione aliorum episcoporum,& ista non est excommunicato,unde ad hanc pœnam inferendam sufficit unica monitio d.c.si episcopus,si tamen postea tertio monitus adhuc perstitit in sua contumacia, tunc poterit excommunicari, & pro hac diuersitate facit,quia priuatio a communione, de qua in dd. iuribus, non est censura ecclesiastica,sed pœna canonica,& ideo trina monitio in ea non requiritur, secus in exto

municatione quæ est ecclesiastica censura c. quærenti, de verb. signif. & non potest nisi trina monitione præmissa proferri c. sacro, de sent. excom. c. 1. eod. tit. in 6. ad prædicta facit in simili quod notat Io. And. in c. 1. de excess. prælat. vbi dicit ad inferendam pœnam suspensionis non requiri monitionem, quando profertur vt pœna, quando autem profertur vt censura, trina monitio debet præcedere, ita tenet Card. Alex. in d. c. si quis episcoporum, cuius dictis addo etiam vt si vocatus ad Concilium negligat venire, & non mittat, nec se excuset, non statim puniendus est tanquã contumax, sed prius debet admoneri, & requiri & tandem citari ad videndum se declarari c. propter el 1. 18. dist. & ibi glo. Card. Iacoba. in d. tract. lib. 1. art. 5. in princ. fol. 114. Campeg. de conc. c. 13. facit id, quod dicit Innoc. in c. cum olim. in fi. de testi. quod contumax in processu iudicii citatur ad sententiam, item in procedendo contra episcopos conſulerem seruandam esse constitutionem Alex. 3. relatam in c. 2. de off. deleg. in 6.

8. Decimo nono quæro † an episcopus pro dicto accessu possit petere subsidium. resp. quod episcopus volens ire ad Concilium Prouinciale potest petere ab ecclesiis subiectis, vt conferãt expensas Bellencinus Rotæ auditor in tract. de charitat. subsid. q. 21. Card. Iacob. in d. art. 5. fol. 111. quod intellige quando episcopus esset pauper, qui non haberet ad faciendum expensas, vt per eundem Card. Iacob. in d. art. 5. fol. 110. col. 1. Rebuff. in tract. concordat in rub. de public. concubinarii, §. quia vero, quod charitatiuum subsidium, non exigendum est a pauperibus, & ille dicitur pauper clericus qui ex reditibus non percipit vltra decentẽ victum suũ. Bellenci. in d. tract. q. 30. & quando prælatus possit imponere charitatiuũ subsidium vltra Bellenc. in d. tract. vide Afflict. in constit. Regni quam pluri mũ nu. 2. Boer. decis. 133. cũ tribus seq. & Petr. Duen. reg. 89. in verbo charitatiuũ subsidiũ, & reg. 253. in verbo episcopus, & quæ dicatur congrua clerici sustentatio, vide Menoch. de arb. iud. Cent. 6. casu 520. nu. 10.

Vigesimo quæro quid de Archiepiscopo. Resp. quod Archiepiscopus, non debet petere aliquid a prælatis venientibus ad Concilium alias teneretur in quadruplum c. quoniam 18. dist. qui tex. loquitur quando Archiepiscopus experierit, si tamen ipso non petẽte aliquis de suffraganeis episcopis aliquid daret de ibi contentis non incurret in pœnã quadrupli Archiepiscopus, cũ hanc pœnalem nõ debeamus extendere ad casum non expressum, peccare tamen cum abstinere debeat a muneribus secundum Card. Alex. in d. c. quoniam. vbi tenet quod ex sola petitione incurrit in dictam pœnam de rigore iuris, sed de æquitate non si non obtineat, & tunc authoritate maioris potest compelli ad soluendum de propriis bonis, & non ecclesiæ, & solutio debet fieri episcopo quando agitur de restitutione rei petitæ, pœna autem applicabitur ecclesiæ cui facta est iniuria, munuscula autem seu xenia non debet illa quærere nec ea sponte oblata respuere c. de eulogiis 18. distinct. & ibi Car. Alex.

9. Vigesimo primo quæro † de ordine ad concilium Prouinciale celebrandum. Vide Pontificale Romanum sub titulo de ordine ad Concilium Prouinciale celebrandum, & nouissime ceremo. episc. lib. 2. c. 22.

Vigesimo secundo quæro de ordine in sedendo. Resp. quod episcopi, secundum ordinationis suæ tempus, siue ad consedendum, siue ad subscribendum loca tenere debent cap. fin. 17. dist. conseruato Metropolitani primatu cap. placuit. 18. dist. dicit tamen glo. cap. per tuas, de maior. & obed. esse ibi argumentum pro exemptis episcopis, vt in synodo sedeant in meliori loco, sed an præferantur non exemptis, primo promotis, vide Abb. ibidem, si uero episcopus teneret locũ

Metro-

Metropolitani; licet sit posterius ordinatus præponitur aliis glos. in d.c. fi. de Abbatibus, an debeant præcedere canonicos tractat Felin. in c. pastoralis, num. 9. de off. deleg. Card. Iacob. in d. lib. 7. art. 2. fol. 72. Synod. Vgo. fol 88. vbi post Gemin. & Card. Alex. in d. c. fin. 17. dist. tenet, quod clerici sæculares regularibus, regulariter semper præferendi sunt. quomodo autem se habere debeant in concilio residentes, vide c. in loco benedictionis 5. quæst. 4.

ADDITIO. In sessione vero, & ordine proferendi vota inter episcopos, dignitates, Canonicos, Abbates, commendatarios, procuratores, & ceteros attenditur hodie nouissima dispositio quæ habetur in d. ceremo. episc lib. 1. c. fin. & eod. lib. c. 3. habetur episcopos in congregationibus concilij prouincialis coram Archiepiscopo vti posse Rochetto discooperto cum mozeta.

Quidam Archiepiscopo siue titulari, siue alias prouiso ac translato ad ecclesiam suffraganeam an in Synodo Prouinciali sedere debeat immediate post Metropolitanum ratione Archiepiscopalis dignitatis qua functus est, & sic præcedere debeat alios episcopos antiquiores. Resp. quod sic arg tex. in l. 1. ff de alboscrib. & rubr. C. vt dignitat ordo seruetur lib. 12. & hoc in memoriam pristinæ dignitatis, & honoris quem gessit, ratione cuius retinet iura reuerentialia, ad quod faciunt ea quæ cumulat Felin. in capit. quæ in ecclesiarum numero 81. de constit. est, & alia ratio quia Archiepiscopus translatus ad ecclesiam suffraganeam cessi loco, & non dignitati. arg. tex. in cap. 1. de ordin. ab episc qui renun episcopat. & in cap. post translationem, de renunt.

10 Vigesimo tertio quæro † quis in eo est præsidens. Resp. quod Archiepiscopus in concilio Prouinciali est præsidens d. cap. placuit. glos. in cap. Pastoralis, in verbo, exceptis, de off. ord, & est caput concilii. Abb. in c. graue, nu. 8. & Imol. num. 10. de præben. Card. Alex. in cap. si quis episcoporum. 8. dist. qui omnibus episcopis, prælatis, & clericis prouinciæ præesse dicitur Bero. in cap. 1. de iud. & authoritate Archiepiscopi celebratur, Bonifa. de Vitalinis in clem. 1. numero 45. de sent. excommunic.

Vigesimo quarto quæro, quinam iudices sint. Resp. ne dum Archiepiscopum, sed etiam alios episcopos esse iudices, cap. 1. vbi Abb. in primo nota. & Maria. Soc. in 2. notu. pe libell. oblatio. glos. in sum. 9. quæst. 8. sine quorum consensu non iudicat Archiepiscopus Abb. in cap. 1. nu. 14. de iudic. Cardin. Iacob. in d. tracta. lib. 5. art. 11. fol. 292. Syno. Vgo. in 3. par. fol. 108. col. 3. Metropolitanus ergo est coniudex licet tanquam maior sedeat Card. Alex. 3. q. 8 in sum. episcopi congregati nō dicuntur esse ibi vt singuli, sed vt collegium capit. 1. 34. distin. Ancha. & Felin. in cap. sicut olim, de accusa. Henr. Bott. de Syno. par. 1. num. 48. & totum concilium est iudex, non autem singulares, Abb in c. non potest. num. 18. de sent. & re iudic. in Synodo vero episcopi vnus est iudex, & lata est differentia inter illam, & illam. vt per Bott. in d. tractat. par. 1. sua num. 32. sicuti non est bona similitudo arguere de concilio Prouinciali ad generale. Card. Iacoba. de concil. lib. 6. articul. 2. fol. 345.

Vigesimo quinto quæro, quis est principalis iudex. Resp. quod Archiepiscopus est iudex principalis, c. 1. 34. dist. & ipse habet principaliter iudicare de consilio aliorum episcoporum Card. Alex. in capitul. de eo 50. distin. Archiepiscopus enim præsidens cum episcopis suffraganeis in concilio Prouinciali habet iurisdictionem ordinariam. d. cap. sicut olim, Suffraganei episcopi in concilio existentes

in co-

in cognoscendo sunt coniudices, in diffiniendo, vt assessores, Cardin. Alexand. in cap. propter, el 1. 18. distin. Imol. in cap. graue, de præb. Bott. de Syno. par. 1. num. 33. & par. 2. num. 48. Synod. Vgol. cap. 9. sed siue sint iudices siue assessores, non valet quod fit eis non vocatis Innoc. & Hostien. in d. cap. graue. nam si Archiepiscopus vult statuere vniuersaliter in toto prouincia, requiritur consensus suffraganeorum d. c. sicut olim, de accusat. cum simil. eorum enim qui participes sunt officij, debet attendi consensus, Abb. in cap. cum olim. num. 4. de arbit. & tunc ligat subditos totius prouinciæ, aliter vero comprehenderet subditos diœcesis suæ tantum. capit. Romana, & ibi glos. in ver. sententiæ, de sentent. excommunic. in 6. Item quando vult statuere vniuersaliter in prouincia vltra consensum suffraganeorum, requiritur etiam consensus subditorum suffraganeorum, si statutum concernit eorum præiudicium, vnde si faceret statutum Archiepiscopus, quod posset cognoscere de causis subditorum suffraganeorum, & ad suam diœcesim illos trahere, tale statutum non valeret in præiudicium subditorum suffraganeorum, ni si consentirent Cardin. Alexan. 18 distin. in sum. Felin. in c. pastoralis, num. 7. de off. ord. Lancell. Conrad. in templo. omn. iud. lib. 2. c. 4. nu. 22.

Vigesimo sexto quæro, quomodo sit pronunciandum. Resp. quod Archiepiscopus tanquam caput de consensu, & consilio suffraganeorum vel maioris partis pronunciare debet. Ioan. And. post Hostien. in c. 1. de libell. oblatio. idem Card. Host. & Zaba. in c. graue, de præben. nu. 6. vbi Imo. nu. 19. & hanc esse veritatem dicit idem Imo. in d. c. 1. in vltimo not. & sub nu. 21. Card. Iacob. in d. tract. lib. 5. ar. 8. fol. 288. & faciunt c. sane 65. dist. c. nec episcopi, de temp. ord. cap. sicut, de accusa. & sic in praxi obseruari patet ex principiis nonnullorum Conciliorum prouincialium, quæ sunt impressa videlicet Mediolanen. Cosentin. Neap. Tranen. & aliorum.

Vigesimo septimo quæro, de modo in statuendo. Resp. quod Abb. in cap. 1. de pac. notat modum, & practicam condendi legem in Concilio Prouinciali, nam vnus de concilio facit propositionem, & reliqui si eis placet, statuunt illam confirmando, vel restringendo, seu ampliando.

Vigesimo octauo quæro, an alii præter episcopos in d. Concilio sint vocales. Resp. quod in concilio Prouinciali Metropolitano multo plus quam aliis est tribuendum, nam ipse potest eligere electissimos quosque sacerdotes, vt præter episcopos habeant in concilio vocem consultiuam, & decisiuam, vt late demonstrat Doc. Michael Thomasius Hispanus in disputatione de ratione habendi concilia Prouincialia, Romæ impressa anno 1565. a fol. 81. vsque 99.

ADDITIO. Intellige, vt si ipsi concilio placuerit poterunt habere vocem decisiuam vt fuit determinatum per Gregor. 13. in responsione ad quintam difficultatem propositam a Concilio Prouinciali Rothomagensi, quæ est impressa in d. Concilio, imo requiritur consensus omnium suorum suffraganeorum, nec sufficit maior pars faciunt dicta per Campeg in tract de conc. capit. 6. secus tamen est in voce consultiua tantum, quia nullum affertur præiudicium habentibus decisiuam saltem vbi deest copia episcoporum, vt cum maturiori iudicio procedatur. Abb. in 1 q subnum. 29. de alijs non episcopis habentibus vocem decisiuam. Dixi supra q. 3. 4 & 9. suffraganeus legitime impeditus potest constituere procuratorem vnum ex suffraganeis cu speciali mandato ad decidendum tenet Nauar. consi. 3. de off deleg in antiquis, & cons. 7. de maio & obed in nouis. quod mihi non placet, nam pro danda voce in omnibus actibus concilij requiritur præsentia, intelligentia aliorum iudicum & facti discussio. ex

sio ex quibus mouetur ad determinandum & non potest pendere ab alieno arbitrio cum sit electa industria personæ ad determinandū vna cum alijs, nisi dicamus posse constituere procuratorem ad præsentandum votum in scriptis redactum per ipsum episcopum impeditum accedere super aliquo particulari negotio de eo instructo accedente voluntate Concilii Prouincialis.

Vigesimo nono quæro, quid si Metropolitanus a maiori parte in iudicando, vel statuendo dissentit. Resp. quod Metropolitano discrepante prævalet Prouincialis concilij sententia sententiæ Archiepiscopi dicit Card. Iacob. de concil. lib. 6. ar. 2. fol. 329. Henri. Bott. de syno. par. 3 nu. 137. nam concilium Prouinciale reputatur vt collegium. Anchara. & Fel. in c. sicut olim, de accusa. & in agendis a collegio si discordant statur maiori parti c. sane & ibi Car. Alex. 65. dist. gl. in c. si Archiepiscopus, de temp. ordi. Nauar. in consi. 1. de his quæ fiunt a maio. par. cap. in antiq. standum est in dispositionibus concilii iudicio plurimorum Abb. in c. 1. de pac. & in c. in singulis nu. 5. de statu mo. & ideo concilii Prouincialis iudicium
a integrum dicitur, quia plurimorum *a* sententijs comprobatur cle. 1. de sent. excom. vbi Bonif. de Vitali. in 10. nota. nu. 45. dicit quod stabilius, & firmis est statutum per concilium Prouinciale, quam per sententiam præsulis prouinciæ sicut est Archiepiscopus licet auctoritate Archiepiscopi celebretur. Item dispositio synodalis dicitur quæ fit a maiori parte. Abb. in c. non potest, sub nu. 16. de sent. & re iudi. denique Metrophitani suffragium non potest nisi vim vnius habere. Doctor Thomasius in dicta disputatione, fol 89. & si non prævaleret maioris sententia posset Archiepiscopus solus decernere sine consensu suffraganeorum contra prædicta in superioribus quæstionibus 24. 25. & 26. non obstat c. si quis episcopus cum seq. 6. q. 4. quia speciale est in condemnatione vel absolutione episcopi, vt ibi dicit glo. & in c. episcopis 65 distin.

a *ADDITIO. Adde tex in c. extra conscientiam 64 dist & in c. prudentiam de off. deleg. Afflict. decis. 1 & ibi Vrsill in annot limita vt opinio singularis prævaleat communi, quando ratione fortiori nititur per tex in c. appellanus, & ibi Panor. nu 3. ab omnibus receptus, de ferijs Felin in c. 1 sub nu. 54 de const. Petr. de Monte in tract monarch conc. q 7. Nauar. consi 17 nu 8 de priuileg in antiq.*

Trigesimo quæro Quid si Archiepiscopus non vult pronunciare secundum vota maioris partis. Resp. tunc puto esse recurrendum ad Summum Pontificem per ea quæ dicit glos. in cap. sane 65. dist. in vlt. dicto & in c. fin. in verb. iudic. 63. distinct.

Trigesimo primo quæro, quid si sententiauerit Archiepiscopus secundum voluntatem minoris partis, dicit Abbas in c. ne episcopi, de tempor. ordin. quod vitiabitur factum, & facit id quod in simili dicit glo. not. in c. 2. in versi. dum consilio. de corpore vitiat.

11 Trigesimo secundo quæro, de quibus causis cognoscere possit consilium Prouinciale, quam iurisdictionem habeat, & super quos. Resp. quod concilium Prouinciale cognoscit de omnibus causis ecclesiasticis totius Prouinciæ. c. propter, & ibi Gemi. notat. 18. dist. & habet iurisdictionem super omnes de prouincia Abb. in c. graue. nu. 4. de præben. & cognoscit, & examinat delicta non solum suffraganeorum, sed etiam subditorum suorum dic. graue. c. sicut olim, vbi Hostien. de accusat.

cusat.& d.c.propter.Philip.Fran.in c.fi.de censi.in 6.Lancell. Corrad. in templ. omn.iud.lib.2.c.6.nu.2.& habet iurisdictionem,ordinariam Card.Alex.in c. experientiæ 11.q.1.& 3.q.8.in sum.Bero.in c.1.nu.125.de iudi. & cognoscit de omnibus causis nedum per appellationem sed etiam per simplicem querelam Card. Alex.in c.de conciliis 18.dist.& in rub.de appellat.nu.36 & in c. cum speciali nu. 27.eod.tit.quē sequitur Card.Iacob.in d.tract.lib.5.ar.11.fol.298.Lancell.Cor. in d.templo lib.2.c.3.nu.20.& debent audiri querelæ omnium læsorum d.c. propter & secundum Innoc.quem sequuntur Io.And.Imol.Card.Zab.in d.c.graue Abb.in c.1.nu.15.de iudi.& Card.Alex.in d.c. de conciliis 18.dist,etiam non citati tenentur respondere de querelis ciuilibus ac si citati essent de criminalibus autem non nisi sint citati, & exposita crimina super quibus accusantur,habent tamen ius reuocandi domum accusati,si pro specialibus negotiis fiat concilium, & petatur quod respondeant pro aliis arg. c.fin. de for. compet. alias secus si indistincte fiat concilium pro omnibus negotiis emergentibus; etiam competit ius reuocandi domum si concilium sit de longinquo,nisi in casibus, qui de sui natura tractantur in consilio secundum Card.Zab.in d.c.graue.Bott. de syno.par.3,in princ.nu.41.& 42.Card.Iacob.in d.lib.7.ar.8.fol.289.Synod.Vgo.in prælud.c. 10.& in fine fol.10.& in 3.par.fol.108.col.1.in fine,episcopi in Prouinciali congregati loco ordinarii sunt in omnibus causis clericorum, quæ ad concilium referuntur,ad illum autem qui præest diffinitio pertinet de consilio, & assensu aliorum episcoporum omnium,vel maioris partis.Host.in d.c.graue, & dixi supra quęst.26.Concilium in super prouinciale habet potestatem excommunicandi episcopos illius prouinciæ Abb.in c.1.nu.5.de iudic. vbi Bero nu.67. & prælatos ex proprio delicto potest suspendere,& episcopum tamen deponere nō potest Abb. in d.c graue nu.4.de præben. quia depositio episcoporum soli Papæ est reseruata Abb.in c.Pastoralis in prin.de off.ordi.Feli.in c.1.nu.23.de iudi.dicit tamen Abbas in c.2.num.3. de accusat.quod Archiepiscopus cum suis suffraganeis potest audire causam,sed non diffinire,idem dicit Anchar.in d.c.graue,nu.18.& Imol.
b sub nu.18.solum enim interdicitur consilio potestas *b* deponendi episcopos Abb. in c.1.de iudi.sed circa hoc vide quod fuit decretum per Conc.Trid.sess.24.de ref.generali c.5.& de reseruatis Sedi Apostolicæ vide notab.gl.in c.quod translationem,de off.lega.& in clem.quia contingit,de relig.domi. & enumerat Card. S.Sixti in c.huic sedi.17.distin.& Pauin.de visi.par.1.q.10.Habes ergo quod concilium Prouinciale potest cognoscere de causis quæ vertuntur in episcopos,& clericos, item poterit cognoscere de omnibus causis clericorum, dummodo factum sit notorium,vel si res non patiatur dilationem,vel in breui possit liquidari,ipse tamen Archiepiscopus qui præest concilio, vel qui habet potestatem diffiniendi, debet hoc facere de consilio, & assensu aliorum de concilio vel maioris partis,c. nec episcopi,de tempor.ordin.& c.sicut,de accusat.Card.Iacob.in d.lib.6. art 8. fol. 288. in quo concilio debet etiam tractari de corrigendis excessibus, & moribus reformādis,præsertim in clero d.c.sicut,& c.propter 18.dist. & ex nō celebratione cōciliorū sequitur incōueniēs, quod multa remanēt incorrecta de his quæ cōcernūt ecclesiasticū statū c.peruenit 18. dist.& debet fieri inquisitio summaria propter breuitatē tēporis,de his quę sunt notoria vel quę cōfitētur per delinquētes, vel de quibus statim fides potest haberi, de dubiis vero delictis nō est inquirēdū,sed sunt cōmittēda,Host.& Zab.in d.c.graue,sub nu.3.& ibi Imol.sub n.19. Bott.de syn.par.3.sub nu.45.dēt etiā fieri generalis inquisitio de malis,sed cōtra certā personā nō debet fieri,fama nō præcedēte secundū Abb.in d.c.graue,nu.9.

b AD-

11 *ADDITIO. An concilium Prouinciale possit capere informationem, aut formare processum contra aliquem episcopum suspectum aut accusatum ibi de causis grauioribus ad effectum transmittendi probationes, & processum ad Romanū Pontificem. Resp. quod hodie de iure nouo non solum depositio episcoporum est reseruata Papæ sed etiā omnimoda cognitio, & examinatio causæ depositione digna, ita quod inferiori Papa hoc denegetur, prout habetur in præallegato Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 5. per quod Capitulum crimen hæreseos, & alia crimina maiora depositione, & priuatione digna exequantur quo ad Nauar. cons. 1. de for. compet. in antiq. amplia etiam si talis formatio processu fieret ad finem remittendi causam instructiorem ad Papam glo. in c. inquisitores, de hæret. in 6. limita de mandato expresso Summi Pontificis iuxta conditiones in d. c. 5. descriptas, per quod etiam permittitur, ut minores criminales causæ episcoporum in cōcilio tantum Prouinciali cognoscantur, & terminentur, vel ad deputandas illas causas, debeant esse episcopi, & an absolutio Concilio possint in illis causis procedere. Resp. videtur dicendum non esse necesse, vt sint episcopi, quia illa facultas est generalis, & eorum iurisdictio non expirat, si prius. i. ante Concilij absolutionem cœperint cognoscere, prout in simili notatur in c. relatum, & c. gratum, de off. deleg. deceret tamen, vt essent episcopi.*

Trigesimo tertio quæro, an cognoscat de Metropolitano. Resp. quod Concilium Prouinciale non iudicat Archiepiscopum. c. graue, de præben. sed tamen potest ex charitate reprehendere glos. in c. si autem & ibi Card. Alex. 9. q. 3. negligē tiam vero Metropolitani circa iustitiam ministrandam supplere potest Concilū Prouinciale c. si Metropolitanus, & ibi Card. Alex. 6. q. potest cognoscere de causis appellationum interpositarum a Metropolitano glos. in c. multis, in verbo ad maiorem 17. dist. in c. omnis oppressus 2. q. 6. in c. si Roma. cons. 521. nu. 3. Syno. Vgo. in prælud. cap. 10. potest etiam cognoscere de causis ad ecclesiam ipsius Metropolitani spectantibus glo. in d. c. sicut, de persona autem & statu ipsius Archiepiscopi Prouinciale Concilium non cognoscit ad effectum iudicandi, sed admonēdi ipsum Archiepiscopum, vt se corrigat, & si obstinatus se corrigere nollet ad effectum denunciādi Summo Romano Pontifici d. c. graue, de præb. Card. Alex. in c. si clericus 11. q. 1. non tamen potest se intromittere ad effectum iudicandi de eo, vt notat glo. in d. c. sicut, per ea quæ habentur in cap. cum inferior, de maio. & obed. & in c. inferior 21. dist. & ibi glo. & glo. fin. in c. 3. de raptor. ita distinguit Bellamer. in d. cap. sicut. sub num. 21. Card. Alex. 2. q. 8. & ratio est quia ipse præest concilio, & ideo ab ipso Concilio tanquam inferiori non debet iudicari Imol. in d. cap. graue. num. 10.

ADDITIO. Hinc sequitur non posse Archiepiscopum excommunicari a Concilio Prouinciali contra opinionem quam tenet Nauar. in cons. L. de off. ordin in antiq. nam contradicit textus in d. cap. graue nimis, & iuribus præalleg. quæ ab ipso non citantur.

12 Trigesimo quarto quæro, † an ab eo possit appellari & ad quem. Resp. quod a Concilio Prouinciali appellatur ad Papam cap. sicut excellentiam 23. q. 4. Card. Alex. in rubr. de appellat. num. 34. Felin. in cap. 1. num. 6. de iudi. Bellam. & Card. Alex. in d. cap. multis. & Synodus Vgo. in prælud. q. 10. Nauarr. cons. 3. de appellat. in antiq.

Trige-

Trigesimo quinto quæro an totum Concilium Prouinciale possit allegari suspectum, & an si Metropolitanus non est suspectus possit recusari propter episcopos suspectos, & quid si tantum Metropolitanus est suspectus, vel aliqui de concilio, vide Abb. in c. si quis contra clericum sub num. 21. de foro compet. & in c. 2. sub nu. 14. de iudi. & ibi Dec. num 96. in 1. & 2. lectura. Felin. nu. 6. Ripa num. 40. Card. Alex. in c. quia suspecti. 6. q. 5. & in rubr. de appel. col. 12. & in c. cum speciali. eod. tit. Card. Iacob. in d. tract. lib. 5. art. 10. fol. 291. Boer. decis. 269. Capi decis. 138. Menoch. in tract. de arbit. iudi. lib. 2. centu. 4. casu 458 Synod. Vgo. fol. 108. col. 3. col. 3. communis tamen est opinio, totam Synodum posse recusari, Cardin. Alexand. in d. capitul. cum speciali, & Dec. in d. capitul. 1. nu. 66. in 1. lect. & suspectus non debet interesse quando votatur etiam si non det votum suum Capi. in d. decis. nu. 5. Caraui. in titu mag. Curiæ Vic. 265. suspicionum vero causæ multæ reperiuntur in iure expressæ, & approbatæ, & minor causa repellit tam iudicē quam testem gl. in c. accedens vt lit. non contest. Dec. in d. c. 1. de iudi. nu. 22. Septuaginta quatuor post Specula. refert. Card. Alex. in c. postremo, de appella. vbi Philip. Franc. 40. reassumit tractando etiā de personis quæ recusari possunt. Abb. remissiue in d. c. si quis contra clericum, nu. 24. Maran. alias 40. refert in Speculo par. vlt. a nu. 25. vsque 68. Multæ tamen causæ possent obuenire, quæ iustiores essent quam in iure expressæ, & relinquuntur arbitrio iudicis, qui si male arbitratur, appellari potest Io. Andr. in d. c. cum speciali col. 3. Ancha. nu. 13. Abb. nu. 8. & ceter. sequuntur in d. tit. de appellat.

ADDITIO. De qua communi testatur etiam Nauar. consil 1. de appell. in antiq, & totum Concilium Prouinciale suspectum dici posset, vbi solum illius caput esset suspectum ex allegatis per Crauet. in tract. de antiquis. tempor par. 1. nu 80. & per Menoch loco cit. nu. 16 posset tamen secundum eum in hoc fieri distinctio prout etiam colligitur ex mente Ripæ in c. 1. nu. 41. in fine de iudic. quod aut caput concilij amoueri non potest quin totum Concilium amoueatur, & tunc si caput est suspectum, totum Concilium redditur suspectum, cum ab eo pendeat ipsoq; amoto non detur Concilium, aut vero caput Concilij amoueri potest, Concilio ipso subsistente, & valente sine eo de causa illa cognoscere, & tunc solum caput esset remouendum, & illius loco alter subrogari, qui illius personam sustineat.

13 Trigesimo sexto quæro de potestate in statuendo. Resp. Concilia prouincialia neq; diffiniendi, neq; generaliter constituendi, vim aliquam habere, sed tantum curandi, vt id seruetur, quod alias statutum est, & quod generaliter, seu specialiter obseruari præceptum est 13. dist. in suum. c. sicut olim. de accusa. Io. Pau. Lancel. in lib. 1 institu. iuris cano. in tit. de eccles. consti. §. Prouincialia, & dispositiones quæ fiunt in Concilio Prouinciali, debent esse canonicæ, & iustæ, canonicæ quantum ad causam, & iustæ quantum ad ordinem, notat Card. Alex. in c. multis 17. dist. & potest facere statuta cle. 1. de sent. excom. Anch. & Felin. in d. c. sicut olim, quæ non debent esse in præiudicium aliorum inferiorum cap. vestra, de locat. & conduct. neque contra ius canonicū c. institutionis 2. q. 2. c. quod super de maior. & obed. vbi Felin. notabiliter examinat, potest tamen statuendo adiuuare ius cōmune: s. apponendo pœnam vbi ius non imponit, vel grauando pœnam a iure imposita c. innotuit, & ibi Abb. & Ancha. de eo qui fur. ord. suscep. c. 2. de constit. in 6 glos. in clem. ne Romani, in verbo, tolli, de elect. Abb. in capitul. cum dilectus num. 10. de consuetud. & in cap. a nobis el 1. num. 2. de sent. excom. Gemi. Card. Alex.

Alex. & ceteri Doct. 18. distin. in sum. vbi dicit idem Card. non valere statutum quod non possit a sententia appellari de quibus conclusionibus latissime per Hē ri. Doct. de syno. part. 3. art. 1. ac reassumit Duen. in regula 249 cum seq. Lancell. Corrad. in templ. omn. iud. lib. 2. c. 5. §. 3. nu. 55. & statuta concilij Prouincialis ligant etiam subditos episcopi suffraganei absent s Card. Alex. in c. episcopus synodum. 18. distin. & laici ligantur statutis Archiepiscopi factis in synodo Prouinciali in materia spirituali. cap. fin. 18. distin. vbi Doct. Bott. de syno. par. 3. art. 2. sub num. 3. qui ibidem nu. 102. dicit, quod abstinere debent episcopi a nimia multitudine statutorum, & debent esse pauca, & de rebus in quibus iuxta temporum diuersitatem opus est prouidere. Quæ etiam deberent obligare quo ad pœnā tantum temporalem, & non quo ad culpam Panor. in c. cum olim, sub num. 5. de cler. coniug. & ideo illa facientes aperte deberent mentionem suam declarare. Bott. de syno. par. 3. art. 1. concluf. 10. in fine. Item in dictis constitutionibus raro est vtendum pœnis censurarum ne ex frequentia contemnantur, & in vilipendium ducantur iuxta Panor. in c. clericus, notab. 2. de cohab. cler. & mulier, eoque magis vbi præuideri potest illas non proficere Host. in c. Romana §. sed nec, de sen. excom. in 6. quem sequuntur Io. And. & Gemin in c. constitutionem, eod. tit. & lib. Iason in l. quod iussit, nu. 42. de re iudic. Couar. in initio c. alma mater. sub num. 10. de sen. excom. in 6. ideoque illas mitigari, & ipsarum loco pœnas temporales imponi debere docet Bott. in d. art. 1. concluf. 13. nu. 113.

ADDITIO. Concilium Prouinciale an possit statuere ne signum crucis pingatur vel sculpatur in alia re humi iacente. vide Nauar. conf. 3. de reliq. & vener. sanct. in antiq. & quod statuta Concilij Prouincialis non comprehendant regulares exemptos, eorumque loca, habetur per eundem in conf. 2. de sepult. in antiq a sententijs tamen excommunicationum per statuta Prouincialia aut synodalia promulgatis nequaquam absoluere possunt, alias inciderent in Papalem excommunicationē cle. 1. de priuileg. non potest Concilium Prouinciale dare facultatem pœnitenti subdito episcopi suffraganei eligendi confessarium non approbatum a suffraganeo ipso, ita declarauit Sac. Congreg die 16 Martij 1581.

Trigesimo septimo quæro, quibus præcipue sit in eo vacandum, & quid statuendum in eo, ac etiam de illius potestate, præsertim ex decretis Sacri Concilij Tridentini. Resp. quod episcopi in Concilio Prouinciali se exercere debent in meditatione Euangeliorum, & Canonicorum præceptorum ac in solicitudine ipsorum custodiendorum cap. non oportet cap. quoniam vbi Card. Alex. notat 18. dist. ex quibus infert quod illis temporibus non debent prælati intendere conuiuijs nec ludis, vel alijs actibus sæcularibus, sed de corrigendis excessibus, & moribus reformandis præsertim in clero diligentem habeant cum Dei timore tractatum, canonicas regulas maxime quę statutę sunt in generali Concilio Lateranensi relegentes, vt eas faciant obseruari debitam pęnam transgressoribus infligendo cap. sicut olim, de accusat. Constitutiones in generali Concilio editas enumerat, Host. Ioan. And. & Ioan. de Anan. in d. cap. sicut, sunt enim 71. quæ omnes reperiuntur in volumine decretalium iuris canonici sparsæ sub diuersis relatæ titulis, illas etiam refert Synod. Vgo. in prælud. cap. 9. post quarum enumerationem dicit Host. in d. cap. sicut, quod si Archiepiscopus in Conciliis nescit quid proferat, vt se quandoque vidisse testatur, poterit sibi per has concordantias, ex quibus statuta sua eliciat, subuenire, alias etiam regulas morales, & vtiles potest addere.

addere quas reperies in eodem volumine decretalium,& refert idem Host. in d. cap.sicut.

c Audiendæ sunt relationes testium synodalium,c & si non sunt, de nouo statui debent,de quorum munere,& fide habetur,in d.cap.sicut,vbi late per glo.Host. Abb.Anchar.Felin.ceteros Doctores,& per Bott.de syno.par.3.a num.57. vsque 76.Synod.Vgo.in prælud.cap.9.& per conc.Prouinc.Mediolanense quartum p. 3.sub rubr.de testibus synoda.fol.79.& in Syno. Placen.de anno 1570. eod.tit. fol.166.

Recipienda sunt in primis decreta SacriConc.Trid.& facienda est fidei profes sio ex decreto eiusdem Conc.sess.25.de refor.c.2.

Prouidebit concilium Prouinciale circa deputationem personarum qualificatarum pro commissione causarū a Sede Apostolica iuxta c.statutum, de rescript. in6.ex decreto eiusdem Conc.sess.25.de refor.c.10.

Synodus Prouincialis pro cuiusque prouinciæ vtilitate,& moribus certam cui que formulam præscribet, quæ ad debitum in diuinis officiis regimen spectant, deque congrua in his canendi,seu modulandi ratione,de certa lege in choro con ueniendi,& permanendi, simulque de omnibus ecclesiæ ministris, quæ necessaria erunt,& si qua huiusmodi ex decreto d.conc. sess.24. de refor. generali capitul.12.

Examinare debet Concilium Prouinciale vocatis quorum interest, & diligenter expēdere quas cathedrales ecclesias propter angustias, & tenuitatē redituum inuicem vnire,vel nouis prouentibus augere expediat, confectaque de præmissis instrumenta ad Sum.Roma.Pontificem mittere ex decreto eiusdem conc. sess.24. de refor.generali,c.13.

Synodus Prouincialis prouidet, an pro moris regione videbitur magis expedire,vt per edictum etiam publicum vocetur,qui volent examinari ad beneficia curata obtinenda,quorum examinatores in Synodo prouinciali si opus erit rationem reddere tenentur, & si quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, grauiter eius arbitrio puniūtur,circa quam examinis formam prouidere potest, iuxta tenorem decreti eiusdem Conc.sess.24.de reformat.generali c.18.

Ad Metropolitanum vna cum concilio Prouinciali spectat iudicare de licentiis datis non residentibus ex decreto eiusdem sess.23.de refor. c.1.quod decretum debet in eo publicari.

Archiepiscopum, & superiores negligentes in institutione seminarii Synodus Prouincialis acriter corripere potest,& cogere ad illius erectionem, ac pro regionis more pro ecclesiarum, & beneficiorum qualitate prouidere circa illud iuxta decretum eiusdem concilii,sess.23.de refor.c.18.

Præscribit propriam examinis, seu institutionis faciendæ formam a Sanctiss. Romano Pontifice approbandam,quæ magis eiusdem locis utilis,& opportuna esse videbitur,circa promouendos ad cathedrales iuxta decretum eiusdem concilii,sess.24.de refor.generali,c.1.

Causa cognita, & approbata in Concilio Prouinciali Metropolitanus potest visitare ecclesias episcoporum comprouincialium, & eorum diœceses ex decreto eiusdem conc.sess.24.de refor.generali c.3.

Episcopi & visitatores excedentes in visitatione vltra pœnas impositas, etiam aliis pœnis in synodo Prouinciali arbitri synodi absque vlla spe veniæ mulctantur ex decreto eiusdem concilii,in loco prælegato.

Quando non constat, quæ cathedralis ecclesia sit proximior ecclesiæ sęculari nullius

nullius diœcesis, prælatus illius debet in concilio prouinciali semel eligere prælatum, qui tanquam Apostolicæ sedis delegatus visitabit ex decreto dicti concilij, sess.24.de refor.generali c.9.

Suppler,& coercet negligentiam episcoporum in exequendis decretis Sac.Cõc. Trid.in monasterijs sibi subiectis, & in omnibus alijs ipsi in decretis d. concilij specialiter cõmissis, & prouidit etiam in defectum Capitulorum generalium per deputationem aliquorum eiusdem ordinis iuxta tenorem decreti eiusdem concilij,sess.25.de regula.c.22.

Synodus prouincialis,vel deputandi ab ea cognoscunt de locationibus rerum ecclesiasticarum in damnum ecclesiæ cõtra canonicas sanctiones factis iuxta formam decreti eiusdem concilij,sess.25.de refor.c.11.

Episcopos concubinarios synodus prouincialis admonere debet,& si perseuerent referre ad Sanctiss.Rom.Pont.ex decreto eiusdẽ Cõcilij, sess.24.de refor.generali c.14.

Abusus indulgentiarum, si quæ irrepserunt episcoporum sententia cogniti in prouinciali Synodo Sanctiss. Rom.Pontifici referri debent ex sess.eadem in fi.de indulgentijs,& circa noua miracula,nec non noua s reliquias recipiendas,vide in sess.25.in decreto,de reliquijs.

Minores criminales causæ episcoporum in concilio tantum prouinciali cognoscantur,& terminentur,vel ex deputatis per concilium prouinciale, non autem grauiores ex decretis eiusdem Concilii, sess.24.de refor.generali c.5.& sess.13.de refor.c.8.& quęnam causa requiratur,vt episcopus possit citari,vt compareat personaliter,vide in sess.13.c.6.vbi in c.7.habetur quænã qualitas requiratur in testibus contra episcopum deponentibus.

Debet a concilio prouinciali fieri diligens inquisitio, an beneficia fuerint collata indignis personis,& collatores ab eodem post primam, & secundam monitionem reperti culpabiles suspendũtur a collatione,Metropolitani vero delictum superioris iudicio relinquitur ex parte concilii nunciandum d.c. graue, de præben.vbi Imo.post Io.And.in d.c.graue.num. 17.dicit quod episcopi delinquentes conferendo indignis beneficia possunt puniri per Archiepiscopum suum, sed Archiepiscopus si negligens est,tunc concilium habet potestatem hoc faciendi.

Per Concilium Prouinciale compescatur si quis Iudæos,vel paganos officiis publicis præfecerit dicitur in c.cum sit.de Iudę.

e *ADDITIO. Qui testes synodales an denunciare teneantur crimina,quæ probare non possunt,vide Syluest.in verba fama,in fine.*

14 Trigesimo octauo quæro quãdiu durabit. Resp.quod congregati in concilio non morantur simul nisi tribus,vel quatuor,vel paucis diebus. Host. in d.c.graue.col.3. de præben. & non debet Cõcilium prouinciale durare vltra vnam hebdomadam, tamen propter iustam causam posset vlterius differri propter imminentia negotia.Card. Alex.in cap.propter.el 1.18.dist.

Trigesimo nono quæro de illius publicatione.Resp.quod singuli episcopi infra sex menses debent notificare in diœcesibus suis ea quæ in conciliis prouincialibus statuta sunt cap.fin.18.distin.vbi Card.Alex.dicit, quod de his sex mensibus subducitur tempus,quo ordinarius potuit redire de concilio,& quod deberent ex latino vulgarizari,vt illa idiotæ intelligerent,formulam autem acclamationum

in fine concilii Prouincialis faciendam, item formulam literarum de monitionibus, quæ episcopis à Concilio Prouinciali absentibus mittuntur, aliamque formulam literarum quibusuis concilium Prouinciale mittitur ad Summum Pontificem. Itemque formulam literarum ad episcopos prouinciæ de affixione, & promulgatione illius, imprimi fecit. Card. Sanctæ Praxedis in fine voluminis actorũ ecclesiæ Mediolan. fol. 353.

15 Quadragesimo quæro, quinam habeant potestatem absoluendi a censuris per illud latis. Resp. quod Archiepiscopus, & ordinarius possunt absoluere a sententia excommunicationis lata per canonem synodalem Doct. in d. c. graue, vbi Anchar. nu. 12. & quod absoluere possint suffraganei *b* a sententiis per concilia Prouincialia latis, tenet etiam Bott. de syn. par. 3. art. 5. num. 2. post Archid. & ceteros Doct. 17. dist. in sum. quã Io tamen quis esset excommunicatus a concilio Prouinciali per viam sententiæ non potest absolui nisi de mandato concilii, secus si per viam statuti Card. Alex. in capit. propter, el 2. 18. dist. denique ex præcedentibus habetur quanta sit Archiepiscopi potestas quo ad concilium Prouinciale quæ est in e) conuocando, prout in 1. & 2. quæst diximus. Item in recipiendo executiones episcoporum non valentium venire, vt in q. 13. in procedendo contra contumaces, prout in q. 18. in sedendo, præsidendo, & pronunciando tanquam caput, prout in quæs. 22. 23. 25. & 26. item in eligẽdo prout in q. 28. item vt concilũ non iudicet de eo, vt in quæst. 33. & in absoluendo, vt in præsenti quæst.

b *ADDITIO. Quam conclusionem etiam firmant Card. Zab. in clem. 1. § si quis. q 6. de reb eccles. non alien Io Gutierez c 5 canon. quæst nu 22. Sbroz de vic. episc. lib. 2 quæst. 174. nu 11. quam amplia etiam postquam constitutiones Concilij Prouincialis, in quibus fuerit apposita aliqua censura, ante publicationem sint per Papam confirmatæ Panor. & Zabar. in c. ex frequentibus, de institut. Felin in c pastoralis, §. præterea. col. 1. de off ord. Burgas de in regular par 6 rub. de absolut a maior. excom. sub nu 33. & ratio est quia confirmatio Papæ non tollit potestatẽ ordinariã vt notatur in c. 1. de confirm. vtil uel inut. Panor. loco cit. nu. 12. Secundo amplia, vt non solum possint absoluere suffraganei sed etiam alij sacerdotes, & confessarij inferiores. Bott in d. par. 3. art. 5. conclus. vnic. nu. 2. episcopi sibi absolutionem reseruauerint Duen. reg. 252.*

16 *Post præcedentem tractatum de concilio Prouinciali non incongruum duximus subnectere Metropolitanas, & Cathedrales ecclesias huius Regni Neapolitani quarum Antistites ad Prouinciale concilium celebrandum conueniunt & vltra descriptionem Consiliarii Marini Freccia in tract. de subfeud annotauimus etiam loca, in quibus in corpore iuris canonici de eis fit mentio, & sunt.*

Archiepiscopus Neapolitanus. Huic ecclesiæ præfuit primus episcopus Neapolitanus S. Aspren qui a Sancto Petro Apostolo ab infirmitate curatus, & deinde baptizatus eiusdem Ciuitatis episcopus ordinatus fuit, de quo in Martyrologio Romano sub die 3 Augusti, vbi die 4 Septembris de Sãcta Candida, quæ Sancto Petro ad eam vrbem veniẽti prima occurit, atque ab eo baptizata postea sancto fine quieuit. Habuit insuper Ciuitas Neap. multos alios sanctos episcopos eodẽ Martyrol Rom. promulgatos.

Archiepiscopo Neap. scripsit Gregorius Papa in c. 1. de relig. dom & in c. 2. de cõstit. Gregor. 3. in c. 1. de stat. monach. Inno. 3. in c. ad nostram, el 3. de iureiur. Greg. 9. in c. fin. de seru. non ordin. Fortunato episcopo Neap. scripsit Gregor. in c. monasteriys

rijs 19.q.3.& in c fraternitatem 71.dist Greg.vniuersis militibus Neap in c.Summa 73. q. 1. Idem clero, & nobilissimis ciuibus Neapolitanis in c. Petrus 39. dist. in c. de Petro 47. dist. in c. nec nouum 8.q.1. in c.studii.61. dist. & in c priusquã 28. dist In Sardicen.Synodo Osius Cordubensis episcopus & Vincentius Capuanus episcopus, & Ianuarius Beneuentanus, et Calepodius Neapolitanus S R Ecclesiæ legati extiterunt, vt habetur in cap prima cl 2.§ quarta 16.dist Gregorium primum in Archiepiscopalem sedem Neapolim erexisse patet ex decretalibus eiusdem, qui in d.c.fraternitatem.& c monasterius scribit Fortunato episcopo Neap.& in c primo de relig dom dicit Victori Archiepiscopo Neap

Stephanus Neap antistes interfuit Concilio sub Symmacho anno 500.idem interfuit sub Symmacho in Cõcilio quarto, Ioãnes Neapolitanus interfuit Synodo sexta sub eodem

SUffraganei sunt videlicet.1.episcopus Puteolanus S.Paulus Apostolus venit Puteolos vbi inuentis fratribus mãsit apud eos dies septẽ ut legitur in actibus Apostolorũ c.vlt.vnde Verus Ouere Campania felix, quæ Petro Neapol & Paulo Puteolis gloriaris, est ad Regiam præsentationẽ.2.Episc.Nolanus.3 Episc Acerrarum qui est ad Regiam præsentationem.4 Episc.Isolanus, seu Aenarius 5 Episc.Auersanus exemptus.Huic scripsit Honorius 3.in cap fin de cler ægrot.Gregor Guitmundo Auersano episcopo scripsit in c si consuetudinem 8 dist & quod hactenus ecclesia Auersana Archiepiscopo Neap.responderit a quo consecrationis, & confirmationis cõsueuerat beneficiũ obtinere, & obedientiam ac reuerentiã sicut Metropolitano exhibere patet ex lib.primo decretalium atque aliarum epistolarum Innocen. 3.Romæ impresso fol 199 scribentis episcopo, & Capitulo Auersan.hodie autem est in possessione exemptionis, & eligens Archiepiscopum Neapo. Metropolitanum viciniorem (iux. decretum Concil. Trident sessio.24 de reforma. capitu. 2.) accessit ad Concilium Prouinciale Neapolitanum, erat tamen antea in facultate ipsius Auersani episcopi, si maluisset accedere ad Capuanum Archiepiscopum eadem vicinitate coniunctum, & hac modo electio ligat successores ex declaratione Romæ habita ad Illustrissim D Cardin.Borromæum die 25.Aprilis 1568. tenoris sequentis. Electio Metropolitani facta semel ab episcopo exempto ad cuius synodum conueniat ligat successores, similiterque ligat successores electio facta a prælatis nullius diœcesis pro visitationibus.

Episcopatus Cumanus & Atellanus sunt vniti Auersano.

Archiepiscopus Capuanus Inter Capuanam Prouinciam, & Pisanam est prouincia Romana cap tua nobis, & ibi Abb.in 3.notab.de off vicar. glos.in cap.vni in ver sede vacante de schismat in 6 Pauin. in tract de off. & potest cap. Sed. vac. par.2.quæst 10.sub num.41. & inter vniuersas Metropoles Capuana est Apostolicæ Sedi vicinior, ita exorditur Innoc 3.in c.cum inter de elect Gregor.in cap quoniam 61.dist meminit de Festo Capuanæ ecclesiæ episcopo, Honorius 3.de Archiepiscopo Capuano mentionem facit in cap illa ne sed.vac.& Innocen 3.in cap cum causa.de offic.& potest iudic.deleg Anno Domini 964.in Archiepiscopaiem sedem erigitur, vt colligitur ex chronica Cassinensi lib. 2. cap.9 fol.39. vbi quomodo, a quo Pontifice, & quis fuit primus Archiepiscopus, & in lib 3 c.25 fol 93.de Hildebrãdo Capuano Archiep.& lib.4 cap.3 fol 135.de Senn.capitu.Archiep.& eod. libro cap.71.fol.155 de Othone Archiep.Capuano, fuerunt multi Sancti Antistites Capuani descripti in Martyrologio Rom.vt SS Vitalianus, Rufus, Priscus, Aristeus Pamphilus, Paulinus, Victor Castrensis, Bernardus, & Germanus, nouissime autem præest huic insigni Ecclesiæ Illustrissi.& Reuerendissi. D. Robertus Bellarmi-

nus S.R.E.Cardinalis, & Illustriss. Religioni Societatis IESV singulare ornamentum, uitæ probitate, & doctrina celeberrimus cuius scripta, & facta testãtur.

SVffraganei sunt videlicet. 1. Episcopus Theanensis, Leoni episcopo Theanẽsi scripsit Stephanus Papa V. prout in c. de manifesta 2 quæst. 1. & in c. 1. 15. q. 5. de ecclesia Theanensi legitur in c. Romanus. 81. distin præfuerunt huic ecclesiæ Sancti Antistites Paris, & Vrbanus descripti in Martyrologio Rom. 2. Episcop. Caluensis. 3. Episc. Casertanus. 4. Episc. Calatinus, seu Caiacensis. 5. Episc. Caleni seu Calimẽsis seu Carinolæ, seu Calamẽsis huic scripsit Honor. 3. in cap. illa. ne Sed. vacan. 6. Episc. Cesernensis, vbi ortus fuit S. Petrus de morino postea Celestinus Papa V. de quo in Martyr. Rom. sub die 19. Maij. 7. Episc. Suessanus Canonicis Suessanis scribitur ab Honorio 3. in d. cap. illa. 8. Episc. Venafranus, de Leone Venafrano episcopo chronica Cassinen. lib. 4. c. 8 fol. 127. & de Gratiano ecclesiæ Venafranæ diacono translato in Diaconum Cardinalem Neap ecclesię habetur in c. fraternitatem 71. dist. 9. Cassinensis: vitam S. Seueri episcopi Cassinen. scripsit Petrus diaconus, vt refert chronica Cassinen. lib. 4. c. 68 fol. 154. Nunc est cœnobium celebre nullius diœcesis, de quo extat d. chronica, & de electione Cassinen. Abbatis in Tranensem Archiepiscopum habetur in cap. licet de offic. lega. Decano Cassinen. scripsit Alex. 3. in cap quia de præsumpt. idem Cassinen. Abbati in c. 1. de consang. & affin. & Innoc. 3. in d. lib. epistolarum fol. 192. 10 Aquinas episcopus prætendit non esse de Prouincia Capuana, vt D. Freccia ponit, sed Romana. Antiquitati episcopo scripsit Innoc. 3. in cap ex literis de pignor. & in d. lib epistolarum fol. 131. De Sancto Constantino episcopo dictæ ciuitatis prophetiæ dono multisque virtutibus claro, vide Martyrol. Rom. die 1. Septembris, & S. Greg. in 3. lib dialog. cap. 8. cuius vitam Paulus diaconus ad Guarinum Aquinatem episcopum scripsit, vt refert chron. Cassinen. lib. 4. cap. 68. 11 Fundanus episcopus etiam prætendit non esse de Prouincia Capuana, neque Theatina, vt Freccia ponit sed Romana, De Benedicto Fundanæ ciuitatis episcopo chron. Cassinen. lib. 4. cap. 55. ac de Andrea eiusdem ciuitatis episcopo quomodo fuerit liberatus a carnis tentatione lege Sanctum Greg. in 2. lib. dialog. c. 7. 12. Gaietanen. episc. etiam prætendit non esse de Prouincia Capuana, neq. Theatina, vt Freccia ponit sed Romana Alex. 3. huic scripsit in c. cum P. Manconella de accusat. & in c. 1. de purgat. can. & de Raynaldo Gaietanen. episcopo Chron. Cassinẽ lib. 4. c. 9. fol. 128. & huius ciuitatis episcopus præsentatur a Rege. 13. Socranus episc. Ioanni huius ciuitatis episcopo scripsit Gelasius Papa in c. certum de consecr. dist. 1. & Alex. de eo mentionem facit scribens canonicis Soranis in c. veniens, el. 1. de sponsa. De Roffrido Sorano Chron. Cassin. in d. lib. 4. c. 8 fol. 127 qui etiam prętendit non esse de Prouincia Capuana, neque Theatina, vt idem Freccia ponit, sed de Romana, quam vrbem Summus vir, & pietate, & literis, Cæsar Baronius ortu suo illustrat, ac toto orbi celebrem reddit, qui tum ob vitæ innocentia tum etiam ob egregie Reip Christiana in ecclesiastica historia nauatam operam, (quam multis & rerum, & temporum erroribus implicitam maximo ordini suaque veritati, qua fieri potuit restituit) a Sanctiss. D. N. Clemente viij in amplissimũ Cardinalatus honorem collocatus est.

Archiepiscopus Salernitanus est ad regiam præsentationem Alex. 3. Archiepiscopo Salernitano scripsit in c. cũ tu. de vsur. & in c. de quarta. de præscr. & c. clericos. de cohab. cler. & mulier. & in c. de cetero cum seq. de testi. & in c. licet de sponsa duorum, & in c. 1. de cognat. spirit. & in c. verum. de conuers. coniugat. & in c. ad hæc de præb. & in c. 1. de corp. vitiat. prout habetur in decretali Romæ impresso Honor. 3. in c. 1. de offic. ad Gregor. 3. Archid. Salernit. in cap. 1. de offi. Archid.

Suffra-

Suffraganei Episcopi sunt. 1 Episc. Caputaquensis. 2. Policastrensis. 3. Sarnensis 4. Arcenensis. 5. Marsicensis. 6 Campanienſis. 7. Nucerinus. de quo Greg. Papa meminit in cap 2. de relig. dom & Felici episcopo Nucerino scripsit Innoc. 1. in c. laici dist. 33. 8 Episc. Nuscitanus, de Sancto Amato Episcopo Nuscitano legitur apud Martyro. Rom. die vlt. Augusti. 9 Episc. Cauensis est exemptus, & per multos annos Abbas Sacri Monasterii Sanctiss. Trinitatis de Caua, Ordinis S. Benedicti habebat tura episcopalia in d ciuitate, & casalibus ante erectionem episcopatus quo tempore in anno Milleſimo, Nonageſimo fuit præd. Monasterium exemptum cum eius iurisdictione ab Archiepiscopo Salernitano, & ab Vrbano Papa 2. in anno 1092. Abbati Cauensi fuit data faculates exercendi omnia pontificalia, & spiritualia exceptis tribus. s conferre ordines sacros, basilicas, & altaria consecrare: & cõficere chrisma, quæ hodie exercet extra tamen diœcesim Cauensem in aliis locis sibi subditis, de quo Cauensi Monasterio meminit Honor. 3 in c. 1. de offic. iud. & Eugen. 3. in c. insuper de testib. & de monastico ordine, qui secundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam, & Cauensis Monasterii obseruantiam, ac de multitudine monachorum de Cauensi ordine introducto in monasterio montis Regalis. Lege epistolam Inno. 3. directam Archiepiscopo montis Regalis. fol. 145 De hoc monasterio legitur etiam apud Chron. Cassinen. lib. 2. cap. 30 & lib. 3. c 3. De potestate huius Abbatis extant literæ Sacræ Congregationis tenoris seq.

Nos Hieron Sancti Eustachij Diaconus Cardinalis Matthæius nuncupatus fidem facimus, & attestamur, in libri Congregationis Concilij, qui apud nos asseruantur ad notatum esse, Illustriss Card Carafam fidem feciſſe, & attestatum esse ex authenticis scripturis alias coram Congregatione productis liquido constare, Abbatem Monasterii Sanctiß. Trinitatis Cauæ omnimodam habet iurisdictionem episcopalem, nec alicui subditum esse, sed immediate subiectũ Sedi Apostolicæ, nulliusque esse diœcesis, & proprium habere territorium; In quorum fidem has præsentes fieri iussimus, & nostri sigilli impressione muniri mandauimus.

Datum Romæ Idibus Martij. 1591.

Hier. Card. Metthæius.

Locus sigill.

Sequitur tenor alterius decreti Die 13. Augusti 1579. Congregatio censuit hos monachos Monasterij Sanctiss. Trinitatis Cauæ non posse ex decreto Conc. sess. 25. c. 13. de regular. cogi ad processiones, tum quia non possunt dici exempti qui nunquam subditi fuerunt, item propter pactum confirmatum a Sede Apost. quod non tollitur per. c. 22. de regul.

Archiepiscopus Amalphitanus, Amalphitanæ Eccleliæ suffraganeis scripsit Nicolaus Papa 2. in cap. de consanguinitate 35. q. 2 & 3. Monasterij. S. Petri de Amalphia fit mentio in c. 1. de off. iud.

Suffraganei sunt videlicet. 1 Episcopus Capritanus. 2. Scalensis. 3. Minorensis. 4. Lictorensis. 5. Episc. Rauellensis, qui est exemptus, & nunc vnitus cum Scalensi per clem. 8.

Archiepiscopus Surrentinus. De eo mentionem faciunt Innoc. 3. in c. constitutis el 1 de testi De Surrẽtino episcopo Gregor. meminit in c. 2. de relig. dom. Anno Domini 913. fuit erecta in Archiepiscopalẽ Sedem secundum Frecciam, De Sãcto Antonio Abbate dictæ Ciuitatis Protectore legitur apud Martyrolog Roma die 14.

Febr. vbi die 19. Martij de S. Martyribus, Quincto, Quintilla, Quartilla, & Marco cum alijs nouem.

Suffraganei sunt videlicet. 1. Episcopus Acquensis, seu Vici. 2. Lubrensis, seu Massæ. 3. Stabiensis, seu Castelli ad Mare qui a Rege præsentatur.

Archiepiscopus Compsanus. Suffraganei sunt videlicet. 1. Episc. Muranus. 2. Satrianensis, qui est vnitus cum Campanensi episcopo. 3. Laquedonensis. 4. Episc. Sancti Angeli de Lomardis, & Bisatiensis uniti. 5. Episc. Montis viridis.

Archiepiscopus Acherontinus, & Materanus uniti ad regiam præsentationem. De Acherontino fit mentio in c. cum clamor, de testi & in c. fi. de colluſ. deteg. Huic scribitur ab Inno. 3. in c cum olim de cler. coniug. qui etiam Suffraganeis Acherontinæ ecclesiæ scripsit vt in eius epistolis fol. 366. quo tempore Cancellarij vicem agebat vt legitur in fine epistolarum. fol. 368.

Suffraganei sunt videlicet. Episcopus Venusinus. De Stephano Venusinæ ecclesiæ episcopo legitur in c. bene quidem. 96 dist. 2. Episc. Anglonensis. De huius ecclesiæ canonicis fit mentio in d. c. cum olim, de cler. coniug. 3. Potentinus qui est ad regiã præsentationem. Apud hanc Ciuitatem legitur successisse miraculum de Sacris stygmatibus S. Francisci in personam Canonici Rogerij, vt scribit S. Bonauentura in eius vita c. 16 §. 5 4. Episc. Grauiensis 5 Tricaricensis de huius ecclesiæ cantore habetur in d. c. cum olim de cler. coniug. 6 Episc. Montis Pelusii qui est exemptus.

Archiep. Tarentinus, qui est ad regiam præsentationem. Huic scripsit Gregor. in c. 2. de cler. percuſſ. & in c. habuiße. 33. dist. Ecclesiæ Tarentinæ mentio habetur in cap ex parte el 2 de rescript Clero & plebi Taren scripsit Gelasius Papa in c. venerabilis de consecr. dist. 4.

Suffraganei sunt videlicet. 1. Episc. Motulensis, qui est ad regiam præsentationẽ. 2 Episc. Castellaneti. 3 Episc. Oriæ seu Vritanus, qui est ad regiam præsentationem. Huic scripsit Lucius 3 in c. præterea el primo de transact. prout legitur in 2. collectione decretalium.

Archiep. Brunduſinus, qui est ad regiam præsentationem. Clero & Ordini, & plebi Brunduſii dirigitur cap. concesso. 12. q. 2 Suffraganeus est. 1 Episc. Hostunensi 2. Episc. Heritonensis alias Nardonensis exemptus. 3. Episc. Monopolitanus exemptus, qui est ad regiam præsentat.

Archiep. Hydruntinus, qui est ad regiam præsentationem De eo legitur in c. cũ secundum de temp. ord. Suffraganei sunt videlicet Episc. Lycienſis, alias Lupien. 2. Leucensis, & Alexanensis 3 Castrensis. 4. Gallipolensis. 5. Episco. Vgentinus qui duo sunt ad regiam præsentationem.

Archiep. Barẽsis & Canusinæ Sedis Antistes Huic scripserũt Alex. 3. in c. super hoc. de eo qui dux. in matrim & in c 2 de coniug leprosi Innoc. 3. in c licet, de off. legat & Gregor 9. in c. consultationi, de tempor. ordin. & in c fin. de colluſ. det eg.

Suffraganei sunt videlicet 1. Episc. Bitontinus. 2. Rubensis 3. Polignanensis. 4. Episc Meuaruini 5. Episc. Cuperſani seu Conuersanen 6. Episc Bitecti. 7 Episc. Melfictен. exemptus vt asserit 8 Episc Iuuenatiensis qui est ad regiam præsentationem. 9. episcopus Iuellinus.

Archipisc. Tranensis & Salpensis est ad regiam præsentationem. De Canonicis Tranensibus fit mentio in cap licet de off. legat. Suffraganei sunt videlicet. 1. Episc. Vigilen Huic scribitur ab Alex. 3 in c. debitores. de iureiur. in c. cum sit de simon in c sponsam, de sponsal in c. quia nos de testamen. & in c super eo, de cognat. spirit & ab Vrbano 3. in c. 3. de secund. nupt. 2. Episc Andrien. de eo legitur in c. consuluit, de iure patr. Hæc patria est celeberrimi Decretorum, & legum Doctoris casuum conſcientiæ.

ſciētiæ primarii, Illuſtriſſimæ familiæ & Religionis Societatis Ieſu P. Martÿ de Marcellis, qui Neapoli per annos triginta et plus publice legit, ſacrāque paginā expoſuit.

Archiepiſcopus, Nazarenus eſt titularis cui ſunt vniti epiſcopatus Cannenſis, & montis Viridis habet eccleſiam in caſtro Baroli Tranenſis diœceſis ſub vocabulo Sanctæ Mariæ Nazaret cum capitulo canonicis, de dignitatibus, & clero intus dictam eccleſiam habet iuriſdictionem, & vtitur inſignibus Archiepiſcopalibus.

Archiep. Sipontinus alias Manfredoniæ De eo habetur in c.te referente, de celebr. miß. in c. de adulter in cap. ſi cuſtos 27. q. 1. vbi Gregorius ſcribit Vitaliano epiſcopo Sipontino Paſchalis 2. erexit in Archiepiſcopalem ſedē. Suffraganeus eſt Epiſcopus Vectanus 2. Epiſc. Melphien. & Rapollen. vniti eſt exēptus, & de eo fit mētio in c. cum clamor de teſti. eique ſcribit Lucius 3 in c. requiſiuit, de ſponſal.

Archiep. Beneuentanus De ciuitate Beneuētana legitur in c. Frater epiſcop. 7. q. 4. Conſulibus & populo Beneuentano ſcribitur per Inno. 3. in cap. cum cauſa de teſti. & Epiſcopo ac Archidiacono Beneuentano in c. cum a nobis eod. ti. & Canonicis Beneuentanis in c. ex tenore. qui fil. ſint legit.

Suffraganei ſunt videlicet. 1. Epiſc. Auſculanus, de eo in c. ſicut ne' cler. vel monac. 2. Theleſinus. 3. Epiſ. S. Agathę de eo in c. præterea de. ſponſal. in c. cū dilectus. de ÿs, quæ vi metuſue cauſ. fiunt. 4. Clifanus. 5. Epiſc. Montis Marani. 6. Puellinen. & Frequentinus vniti 7. Triuicanus. 8. Arianus. qui eſt ad regiam præſentationē 9. Boianen. 10. Epiſc. Bouin. 11. Vulturarien. & Montis Coruini. 12. Larinen 13. Epiſ. Termularum. 14. Epiſc. Sancti Seueri. 15. Epiſc. Troianus exemptus de eo in c. 3. de auct. & vſu pal. & in c. niſi de off. lega. Epiſcopo Troiano Regni Siciliæ Cancellario ſcripſit Inno. 3. vt in eius epiſtolis fol. 380. 19. Epiſc Guardien. Alpheriæ.

Archiep. Theatinus a Clemente 7. anno Domini 1526. erigitur in Archiepiſcopalem ſedem De eo fit mentio in c. tenor de ſent. & re iud. eſt etiam Comes, nec repugnat eſſe comitem, & epiſcopum Abb in c. inter dilectos, ſub nu 5. de fide inſtrum. Suffraganeū vnicum tantum habet, & eſt Epiſ. Orthonen & Complenſis, ad quam Ciuitatem reliquię Sancti Thomæ Apoſtoli ex India translatæ ſunt, vt legitur apud Martyrol. Rom. ſub die 3. Iul. de certitudine dictarum reliquiarum in d. Ciuitate exiſtentium teſtatur S. Brigitta lib. 7. reuelationū cæleſtium c. 4 & extat libellus eius vitæ, & translationis deſcriptus a Io. Bapt. de lectis de Orthona impreßus, apud Firmanā ciuitatē anno Domini 1577. 2. Epiſcop ciuitatis Pinnæ & Hadrien. vniti, de eo habetur in c. qualiter de elect. in c. nuper. de teſti 3 Epiſc Valuēſis, & Sulmonen. vniti 4. Aquilanus, qui eſt ad regiā præſentationem 9. Marſicanus 6. Aprutinus, alias Therami de quo in c. bene 61. diſtin. dicitur Princeps Therami, & Comes Biſengnæ 8 Epiſc. ciuitatis Ducalis, hi omnes prædicti nunquam fuerunt ſuffraganei,

Archiepiſ. Lancianenſis a Pio 4 ex epiſcopali fuit erecta in Archiepiſcopalem ſedem, nululm habet ſuffraganeum, & eſt ad regiam præſentationem Epiſc. Tridentinus, qui eſt ad regiam præſentationem exemptus acceſſit ad Concilium Prouinciale Lancian eligens.

Archiep Rheginēſis eſt ad regiam præſentationem. Huic ſcribitur ab Inno 3. in c cum cauſa, de off. & poteſt. iud. deleg & ab Honorio 3. in c venerabilis eo. tit. Archidiacono Rheginenſi ſcribitur a Gregorio 1x. in c. cum olim de maior & obed Suffraganei ſunt. 1. Epiſc Cathacenſis, aliaſ Cathanzarij 2. Epiſc. Cotronien. qui eſt ad regiam præſentationem 3. Epiſc. Tropienſis qui eſt ad regiam præſentationem 4. Oppienſis 5 Bouenſis. 6. Neucaſtrēſis. 7 Nicotirenſis. 8. Ieracen. 9. Epiſc Squillacen. de quo in c. Afros. 99. diſt. & in c. paſtoralis 7. q. 1. directo Ioanni epiſcopo Squillati-

no. nu. 10. Episc. Mileti exemptus de eo habetur in c. exposuisti de corp. vitiat.

Archiep. Consentinus De eo in c. cõtinebatur, de homicid. & in c. venerabili. de offi. & potest. iud. deleg. vbi etiam fit mentio de Thesaurario Consentino. Episc. Marturanen. Suffraganeus. 2. Episc. Sancti Marci exemptus, qui antea vocabatur episc. Maluitan. 3. Episc. Bisinianen. exemptus. 4. Episc. Cassanen. exemptus, qui est ad regiam præsentationem de eo in c. relatum el. 2. de testam.

Archiep. Rossanen. nullum habet suffraganeum de eo in cap. quod super, de consang. & affin. & in c. cum causa, de off. deleg.

Archiep. S. Seuerinæ. De eo in c. dilectus de concess. prab. Titulus Archiepisc. ecclesiæ est S. Anastasiæ virginis, & martyris. Romanæ cuius Capitulo scripsit Inno. 4. vt in eius epistolis fol. 8. Suffraganei sunt. 1. Epi. Vmbriaticen. 2. Bellicastren. 3. Insulanus. 4. Gerentinen. & Cariaten. vniti. 5. Episc. Strongulensis.

Habens ergo ex prædictis in Regno Neap. Sedes Archiepiscopales numero viginti, quarum octo spectat ad Regiam præsentationem, & Cathedrales episcopales num centum, & tredecim, & harum decem, & septem sunt ad Regiam præsentationem saluo tamen meliori calculo.

Episcopus Liparensis est in Regno Neap & ad regiam præsentationem, est suffraganeus Archiepisc. Messanen.

CONCILIVM TRIDENTINVM.

Cõgruit titu. de constit.

PRÆTER. Summistas sciendum est, quod Pius IIII. confirmauit generale Concilium Tridentinum, idque ab omnibus Christi fidelibus recipi, & inuiolabiliter obseruari mandauit, prohibendo prælatis sub interdicto ingressus ecclesiæ, alijs vero sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, commentarios, glosas, annotationes, scholia, vllumq; omnino interpretationis genus super ipsius concilii decretis quocunque modo edere, quocunque nomine, etiam sub prętextu maioris corroborationis decretorũ, aut exequutionis, alioue quęsito colore statuere; sed in dubio recurri debere ad sanctã sedẽ Apostolicam, vt ex eius constitutione Romæ 7. Kalen. Feb. 1563. incip. Benedictus Deus. fol. 799. in Bullar. Idem Pius 4. Declarauit tempus scilicet a kal. Maii tunc proxime preteriti decreta d concil. ad reformationem, & ius positiuum duntaxat spectantia quæ obseruari, & euitari debeant omnes obligare cępisse vt in Bulla incip. sicut ad sacrorũ publicata die 20. Iulii 1564. quæ sunt impressa in fine. d. concil. Ab eodẽ Sum. Pont. 13. kal. Martii 1564. fuit facta reuocatio priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, cõseruatoriarum, indultorum, confessionalium, maris magni, & aliarum quarumcunque similium gratiarũ, quibuscunque locis, & personis concessarum, his in quibus statutis, & decretis sac. Conc. Trid. contrariantur, annullando in vtroque foro facta, & gesta vigore prædictorum, post id tempus quo concilium obligare cœpit, vt in eius Bulla incip. In Principis Apostolor. fol. 481. in Bullario.

Gregorius 13. constitutionem edidit contra iurantes, & iurare facientes illicita, impatibilia damnosa, ecclesiæ libertati, ac decretis Concil. Trid. aduersantia, incip. Inter Apostolicas fol. 1354. in Bullario, & vide infra in verbo iuramentum.

In confirmationib. priuilegiorũ post dictum Concilium solet apponi clausula quatenus sint in vsu. & decretis Conc. Trid. non aduersentur.

An.

An autem requiratur expressa mentio, de constitutione Conciliari, vt illi sit derogatum per clausulam generalem non obstan. habetur in c. ex parte. de cappel. mona. in c. nonnulli, de rescript. vbi Felin. Arch. in cap. 1. de constit. in 6. Gomes. in proœm. reg. canc. q. 5. late per Card. Iacob. in tract. de concilio lib. 5. art. 18. fol. 311.

Pro huius ergo Conc. Trid. interpretatione, & exequutione extat aliorum Illustrissimorum Dominorum. S. R. E. Cardinalium congregatio instituta a Pio 4. fol. 896. in Bullario incip. Alias nonnullis.

Sixtus 5. istius Sacræ congregationis facultates declarauit, vt in eius constitutione publicata Romæ die 23. Martij. 1583. Incip. Immensa.

Gregor. 13. priuilegia regularibus concessa a Pio 5. reduxit ad terminos Conc. Trid. incip. In tanta negotiorum mole. Et habetur in fine Manualis Nauar. & infra in verbo Priuilegia Regularium. Bulla Pij IIII. supra relata est tenoris sequentis.

Bulla S. D. N. D. Pii Papæ IIII. reuocatoria priuilegiorum, exemptionum, immunitatum facultatum, conseruatoriarum, indultorum, confessionalium, Maris Magni, & aliarum quarumcunque similium gratiarum, quibuscunque locis, & personis concessarum, in his in quibus Statutis, & decretis Sacri Concilii, Tridentini contrariantur.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN Principis Apostolorum sede meritis licet imparibus, diuina dispositione constituti nihil neque vniuersali Ecclesiæ, curæ, & solicitudini nostræ commissæ salubrius neque iniuncto nobis Apostolicæ seruitutis officio decentius, præstare possumus quam quod prouidentiæ nostræ ministerio œcumenicum Concilium Tridentinum sicut nostris potissimum auspicijs, summaque sanctorum Patrum concordia per DEI misericordiam feliciter absolutum fuit ita per vniuersos, qui Christiana pietate censentur, vbique suscipiatur, & remotis quibuslibet obstaculis, ab omnibus æqualiter obseruetur. Cum itaque in eodem Concilio quamplura Salubria, & ad vniuersalem morum reformationem valde vtilia, decreta, atque statuta maturo præsentium ipsorum examine præcedente, sint edita, quibus multa, atque diuersa priuilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates, conseruatoriæ, indulta, & vt vocant confessionalia, & mare magnum, & aliæ gratiæ, quæ variis, tam cathedralibus, etiam metropolitan. quam collegiatis ecclesiis, monasterijs, & conuentibus, & alijs religiosis, etiam fratrum mendicantium domibus, & ordinibus, Nec non Sancti Spiritus in Saxia, Sancti Ioannis Lateranensis, ac incurabilium de Vrbe Sancti Antonii Viennen. & Sancti Bernardi Iuren. aliisque Hospitalibus Militiis, eorumque capitulis, & conuentibus ac vniuersitatibus, etiam studiorum generalium collegiis tam secularibus quam ecclesiasticis, Confraternitatibus, societatibus, & tam Principis Apostolorũ de Vrbe, quam aliis Fabricis Sanctæ Cruciatæ, alijsque pijs

locis

locis,& operibus nec non Patriarchis, Archiepiscopis;episcopis,prælatis, Abbatibus,Abbatissis,Prioribus Præpositis,& aliis ecclesiasticis , tã sęcularibus quam diuersorum ordinum,& militiarum regularibus,ac etiam laicis cuiuscunque dignitatis,& status, ac gradus, & excellentiæ,ac etiam Ducali Regia,& Imperiali dignitate fulgentibus vtriusque sexus personis , nec non aliquibus Notariis, & etiam de latere legatis,atque nuncijs,tam perpetuo , quam ad tempus per plures Romanos Pontifices prędecessores nostros,ac nos,ac Sedem Apostolicam,eiusq; legatos hactenus etiam motu proprio , & ex certa scientia , ac de Apostolicæ potestatis plenitudine,seu etiam Imperatorum Regum, Ducum, & aliorum Principum contẽplatione , & intuitu, etiam de Fratrum Consilio , diuersimode;variisque temporibus in genere,vel specie,ex quauis etiam honesta causa concessa, & etiam pluries confirmata , & innouata fuerunt in plerisque contrariantes. Nos quibus in primis cordi est tam sancta , & ecclesiæ Dei saluberrima decreta suos vt par est,effectus vbique consequi,& ab omnibus obedienter obseruari. priuilegiorum,exemptionum,immunitatum facultatum,Conseruatoriarum, indultorum,Confessionalium,Maris Magni,& aliarum gratiarum prædictarum, ac quarumcunque Apostolicarum, & aliarum literarum de super confectarum processumque decretorum,& aliorum inde secutorum tenores,ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, ex plene insertis habentes Motu proprio,& ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine quod eadem omnia,& singula priuilegia exemptiones, immunitates facultates,dispensationes,conseruatoriæ,indulta confessionalia,Mare Magnum,& alię gratiæ in his omnibus,& singulis,in quibus illa statutis,& decretis, Concilii huiusmodi cõtrariantur ipso iure reuocata,cassata & annullata ac ad ipsius Concilii terminos,atque limites reducta sint , & esse censeantur nec quicquã aduersus ipsa decreta, & statuta quominus vbique & apud omnes obseruantes , in aliquo suffragari posse,sed ea perinde haberi,& reputari debere,ac si nunquam emanassent authoritate Apostolica tenore præsentium declaramus,ac etiam statuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus omnia , & singula,quæ vigore priuilegiorum,exemptionum immunitatum, & dispensationum,facultatum , Conseruatoriarum Indultorum, Confessionalium, & aliarum quarumcunque gratiarum huiusmodi post id tempus , quo Concilium obligare cœpit facta , & gesta quomolibet fuerunt,& in posterum fient,in his in quibus dicti Concilii decretis aduersantes nulla inualida,& irrita esse,& censeri, ac nemini , etiam quantumlibet, vt præfertur,qualificato,tam in foro (quod aiunt) fori, quam conscientiæ suffragari posse,& debere; Et ita perquoscunq; &c. non obstantibus &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1565. tertio decimo. Kal. Martii. Pontificatus nostri. anno sexto sequitur publicatio die 24. Feb. 1565. Hęc Bulla reperitur etiam impressa in fine dicti Concil. Trid.

CONFESSOR.

PRæter Summistas in hoc verbo sciendum est quod Leo x. in generali Concilio Lateranensi de Regularium priuilegijs in Bullar. fol. 217. inter alia decretuit, *Quod ipsi fratres forensium confessiones audire valeant laicos tamen, & clericos sęculares a sententiis ab homine latis nullatenus absoluere possint.*

Eucharistię vero, & extremæ vnctionis, aliaque ecclesiastica sacramenta , illis quorum etiam infirmorum, ac decedentium confessiones audierint, dicentibus proprium

prium sacerdotem illa sibi dare denegare dare nequeant; nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata aut requisitio coram Notario publico facta, doceretur: Eorundem vero fratrum obsequio insistentibus sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant nisi illorum durante obsequio.

Decretum Concilii Triden. sessio. 23 de refor cap. 15. Pius V. declaranit, vt infra, videlicet.

Declaramus decretum Conc. Trid. de approbatione Regularium audiendis confessionibus sæcularium præpositorum ab episcopis facienda obseruari debere in omnibus Regularibus quorumuis ordinum etiam Mendicantium, etiam sub regulari disciplina viuentibus, etiã si sint Doctores, aut in Theologia, etiam de superiorum suorum licentia graduati, vel promoti vel a suis Magistris Generalibus, vel Prouincialibus ministris sæcularium confessionibus audiendis expositi. Volumus tamen eos, qui semel ab episcopo in ciuitate, & in diœcesibus suis prauio examine approbati fuerint ab eodem episcopo iterum non examinari, ab episcopo autem successore pro maiori conscientiæ suæ quiete examinari de nouo poterunt, vt patet ex eius constitutione Romæ publicata die 22. Augusti. 1571. incip. Romani Pontificis in Bullar. fol. 113.

Quæ non fuit reuocata a Greg. xiij. per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilii Trident. vt testatur Sacra Congregatio cuius decreta fuerunt impressa Romæ apud hæredes Antonii Bladii Impress. Cameralis 1586. tenoris sequentis videlicet.

Pro fratribus Ordinis Prædicatorum Prouinciæ terræ Laboris dicti Regni die 10. Octobris 1586.

Lecto in Sacra Congregatione Regularium memoriali, oblato nomine totius familiæ fratrum Medicantium quarumcunq; Prouinciarum Regni Neap. conquerentium qualiter contra formam suorum Priuilegiorum, Sacrum Canonum, Concilij Trid. & Ordinationum Apostolicarum in quam plurimis ab ordinarijs locorum grauantur prout eiusdem memorialis series continebat. Illustrissi. Domini Cardinales his mature consideratis statuerunt & decreuerunt, vt infra, ab eisdem locorum ordinarijs perpetuo, & inuiolabiliter obseruari debere.

Primo quod circa sæcularium confessiones ab ipsis fratribus Mendicantibus audiendas seruetur decisio Congregationum Sacri Concilij, & episcoporum corripianturque Ordinarij, qui in articulo mortis id fieri prohibent, vel in licentijs concessis id excipiunt.

Secundo, Fratres mendicantes nullatenus a quæstuatione, quæ de licentia suorum Superiorum fit, & in dies fieri continget, prohibeantur.

Tertio, Ordinarij in cognitionibus causarum fratrum mendicantium tam ciuilium, quam criminalium minime sese ingerant, pariter nec in visitatione eorundem fratrũ vel ecclesiarum suarum, nisi quatenus eis per Conc. Trid. decreta cõceditur.

Quarto, Ordinarij non impediant fratres pulsare campanas ad Matutinum, ad Horas & ad missam antequam pulsetur Campana maioris Ecclesiæ, præterquam in die Sabbati Sancti.

Quinto, quo autem ad quartam funeralium seruetur decretum Sacri Conc. Trid.

F Michael Bonellus Card. Alex.

Georgius Palearius Secret.

Sess 23. cap 15.

CONgregatio Concilij censuit Regulares ad audiendas in ciuitate, & Diœcesi sæcularium cõfessiones semel ab episcopo prauio examine approbatos, iterum ab eo-

eodem episcopo non esse examinandos, ceterum a successore posse utique examinari iuxta Cōstitutionem sanctæ memo. Pij V. datā viij Id. Aug. Pontificatus illius anno 6 quæ a fel. recor. Greg. xiij. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Conc Trid. A. Card. Carafa.

PRAETER Summistas ad remouendam omnem dubitandi ansam in quæstione illa non parū apud insignes, & grauissimos viros controuersa per quos in diuersas sententias itum esse, ex relatis per Ioan Gutier lib. 1. can. quæst c. 27. satis appareret: An scilicet facultas concessa pœnitenti virtute alicuius Bullæ seu Iubilæi, eligēdi Confessarium quēcunque presbyterum secularem, vel regularem ex approbatis ab Ordinario intelligi debeat, ab Ordinario illius loci, seu diœcesis, vbi exercenda est administratio Sacramēti Pœnitentiæ, et sic vbi pœnitentis Confessarium eligere vult, vt confiteatur. An vero sufficiat approbatio per aliū Ordinariū facta in alio Episcopatu; sciendum est, quod propter opinionum varietatem, & conflictum testāte Emanuele Roder in explicatione Bullæ Cruciatæ § 9. nu 5. Ioannes Ribera Archiepiscopus Valentinus consuluit Illustrissimos Cardinales Concilij, eique rescriptū fuit in hunc modum videlicet, Congregatio Concilij respondet, approbatum ab alio quam a Valentino Archiepiscopo in diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario. Qua declaratione attenta, opinio contrarium sentientium non videtur tuta. Quo vero ad personas regulares adest dispositio S. D. N. Clementis Octauj sub Dat. Romæ 23 Nouembris 1599. tenoris sequent.

Ad perpetuam rei memoriam Romani Pontificis circumspecta benignitas honestis petentium votis, quæ personarum sub Religionis iugo Altissimo famulantium statum, & salubrem directionem respiciunt, ad exaudītionis gratiam libenter admittit, & fauoribus prosequitur opportunis. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmelo, quod cum in Bulla Cruciatæ sanctæ, & alijs priuilegijs quæ ab Apostolica Sede concedi solent, detur facultas eligendi Confessorem idoneum ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absoluere a casibus Ordinario reseruatis & a quibusdā etiā quæ dictæ Sedi reseruata sunt Religiosi dicti Ordinis seu eorū nōnulli etiā ijs facultatibus vti præsumunt: & illorū prętextu eligūt Confessorē aliquando prater eos qui a suis Prælatis eorū confessionibus deputati sunt, quod aliquādo in speciale eorū vergit detrimentū. Quare prędictis Procurator Generalis humiliter nobis supplicari fecit, quatenus in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremus. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati talē concessionē sanctæ Cruciatæ & aliorū indultorum particularium quātum ad prędictum articulum eligendi Confessorē, & absoluendi a casibus reseruatis, eū Fratribus, & Sororibus Monialibus Ordinis prędicti, ac aliorum quorumcunque Ordinum, & Congregationum cuiusuis instituti Mendicantium, & non Mendicantium tam Prouincię Hispaniæ, quam extra eam vbilibet locorum minime habere, neque censeri sed nostrę intentionis existere, quod ijdem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum Pœnitentię, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo declaramus, eisdem tamen Prælatis, ut in usu huiusmodi potestatis se cum subditis benignos, & faciles habeant, prœcipimus, & mandamus. Non obstantibus &c.

Pius

Pius Papa V.

AD perpetuam rei memoriam. Rom. Pontificis circumspecta benignitas, honestis petentium, votisque personarum sub religionis iugo altissimo famulantium, statum, & salubrem directionem respiciunt, ad exauditionis gratiam libenter admittit, & fauoribus prosequitur opportunis. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius prior prouincialis Prouinciæ Hispaniæ ordinis Fratrum prædicatorum, quod cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & alijs priuilegijs, quæ ab Apostolica Sede concedi solent, detur facultas eligendi confessorem idoneum ab ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absoluere a casibus ordinario reseruatis, & a quibusdam etiam, quæ dictæ Sedi reseruata sunt. Religiosi dicti ordinis, seu eorum nonnulli etiam his facultatibus vti præsumunt, & illarum prætextu eligunt confessorem aliquando, præter eos, qui a suis prælatis pro audiendis eorum confessionibus deputati sunt, quod aliquando in speciale eorum vergit detrimentū. Quare prædictus prior nobis humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi obuiare volentes, ac eundem priorem a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs censuris, & pœnis a iure, vel ab homine, quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendis. Harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. huiusmodi supplicationibus inclinati, talem concessionem Cruciatæ Sanctæ, & aliorum indultorum particularium ad prædictum articulum eligendi confessorem, & absoluendi a Casibus reseruatis, cum fratribus, & sororibus monialibus, totius ordinis prædicti, tam Prouinciæ Hispaniæ huiusmodi, quam extra eam vbilibet, locum minime habere, nec censeri: sed nostræ intentionis existere, quod iidem fratres, & moniales, quantum ad sacramenti pœnitentiæ, seu confessionis administrationem dispositioni suorum prælatorum subiecti sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo declaramus, eisdem tamen prælatis vt in vsu huius potestatis, se cum subditis benignos, & faciles exhibeant præcipientes, & mandantes. Et insuper quia sacrum Oecumenicum generale Trid. Concil. concessit episcopis, vt absoluere possint in foro animæ, seu conscientiæ ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus, prout sess. 24. c. 6. habetur ne prior cõuentualis, & superiores prælati dicti totius Ordinis, tam in dicta prouincia, quam extra eam vbilibet in hac parte deterioris conditionis, quam clerici, aut sæculares existãt: eisdem Priori conuentuali, & superioribus prælatis, vt ipsi per se ipsos idem omnino possint in fratres, & moniales dicti ordinis sibi subditos, quod possunt episcopi in clericos, & laicos sibi subiectos tam quo ad absoluendi, & dispensandi huiusmodi, quam alias quascunque facultates eisdem, authoritate, & tenore, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus. Decernentes præsentes literas perpetuo durare, & valere, & sub quibusuis illarum consimilium, vel dissimilium concessionum, indulgentiarum, & gratiarum reuocationibus, suspensionibus, alterationibus, derogationibus, vel aliis cõtrarijs dispositionibus, etiam per nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes aut Sedem Apostolicam, etiam ex quauis causa, aut alias quomolibet canonice, vel de facto, nunc, & pro tempore factis, & faciendis nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabũt, toties in pristinum, & validissimum statutum restitutas, & de nouo concessas existere,

ſiere,& fore,ac cenſeri,& ſuffragari debere,irritum quoque,& inane, ſi ſecus ſu per his a quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigeri attentari. Non obſtantibus præmiſſis,& quibuſuis Apoſtolicis ac vniuerſalibus, ptouincialibus,& Synodalibus Concilijs editis,ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus,& ordinationibus. Nec non quibuſuis etiam iuramento,confirmatio ne Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& cõſuetudinibus,priuilegiis quoque. Indultis, & literis Apoſtolicis,quibuſuis perſonis ſub quibuſcũque tenoribus,& formis,ac alias quomodolibet cõceſſis,& approbatis,& innouatis. Quibus omnibus,& ſingulis,etiam ſi de illis,eorumque totius tenoribus,ſpecialis,ſpecifica,individua,& expreſſa mentio habẽda,aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,tenorem ſuum,ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo,& forma in eis tradita obſeruatę inſererent,præſentibus pro ſufficiẽter expreſſis habentes, illis alijs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter,& expreſſe derogamus,ceteriſque contrariis quibuſcunque,aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sactum Petrum ſub annulo piſcatoris die 21. Iulii, 1571. Pontificatus noſtri anno ſexto G. Melchioris,& a tergo G. de Caſtro.

Hæc Pii V. cõſtitutio reperitur impreſſa in priuilegiis minimorum fol. 253.& in compendio Priuilegiorum ordinum mendicantium per Sorbum.

Nauar. in conſ. 1x. de ætate,& quali. in antiquis &'in conſ. 84. derogari. in nouis dicit quod fere omnes ordines, & religiones habent priuilegia per quæ ſuperiores eam poſſunt diſpenſare cum ſubditis ſuper omnibus irregularitatibus, excepta illa,quęę prouenit ex homicidio voluntario,& mutilatione,ac bigamina Aduerte circa diſpoſitionẽ Concil. Trid. ſeſſ. 24. d. refor. genera. c. 6. in fine quod hodie non poſſunt abſoluere epiſcopi in crimine. Hæreſis, ſed abſolutio eſt reſeruata Summo Pontifici per Bullam cœnæ,nec etiam vigore priuilegiorum poſſunt ſuperiores regularium cognoſcere cauſas ſuorum ſubditorum ad officium Sãctæ inquiſitionis pertinentes per conſtitutionem S. D. N. D. Pauli V. relatam infra in verbo hæretici.

Sciendum eſt etiam,quod contra Confeſſores, qui in ſacris Confeſſionibus cõfitentem ab libidinem prouocauerint, cum male de ſanctiſſimo Pœnitentiæ Sacramento ſentire videantur,eo abutentes,vti de hæreſi ſuſpectos iure optimo hodie procedũt hæreticæ prauitatis inquiſitores, vt tradit Fran Pegna in comment. ſuper director. Inquiſit. par. 2 q 56 ac ita in ſacroſ. Inquiſitionis Tribunalibus obſeruari atteſtatur Ignatius Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimen. can. cap. 82 quod & iuſtiſſime ordinauit,ac decreuit Pius 4 Pontif Max. quodam ſuo Breui cuius tenorem fideliter deſumptum ex Archiuo Sacræ Inquiſitionis generalis Olyſipone Capum libri, in quo continebatur ſibi faciente Reuerendiſſimo D. Antonio de Norona Epiſcopo Elnenſis,& Generali Inquiſitore Sanctæ Inquiſitionis Regnorum Portugalliæ, refert Eman. Roderico tom. 1 ſuarum quæſt. regul. q. 59. ar. 4 fol. 557 in impreſſis Salmanticæ prout ſequitur.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſi,in Regno Hiſpaniæ hæreticę prauitatis Inquiſitori Generali,Tius Papa 4.

Venerabilis præter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dum ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia,accepimus,diuerſos ſacerdotes in Regnis Hiſpaniarum,

rum, atque etiam in ciuitatibus, & diœcesibus curam animarum habentes siue eā pro aliis exercentes, aut alias audiendis confessionibus pœnitentium deputati, in tā tam proruperint iniquitatem, vt Sacramento pœnitentiæ in actu audiendi confessiones abutantur; nec illi, & qui id instituit Domino Deo, & Saluatori nostro Iesu Christo iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet, pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones alliciendo, & prouocando seu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis grauiorum peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Diuinæ Maiestatis offensam, & animarum perniciem, Christi fidelium scandalum non modicum. Non animum inducere nequeuntes, quod qui de Fide Catholica recte sentiunt, Sacramentis ab Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, fraternitati tuæ de cuius eximia pietate, virtute atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præsentes committimus & mandamus, quatenus per te, vel alium seu alios a te deputandum seu deputandos contra omnes, & singulos sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum ciuitatum & diœcesum de præmissis quomodolibet diffamatos eam sæculares, quam quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subiectorum Ordinum Regulares cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, tam super premissis, quam super Fide Catholica, & quid de ea sentiant diligenter inquiras, & iuxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæresi quouis modo suspectos a Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta excessuum suorum qualitatem, prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione sæcularis iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obstan. &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, subannulo Piscatoris die 16 Aprilis Anno Domini milleſimo quingenteſimo, Pontificatus nostri anno secundo.

Ampliantur, nam licet ex contextu d constitutionis ibi, Mulieres videlicet, &c. illa tantum loquatur de sollicitatione ad actus impudicos circa mulieres. vt tamen eæ eius mente fuerit velle comprehendere etiam confessores allicientes adolescentes ad peccatum nefandum tum quia ratio in ipsa constitutione expressa conueniat etiam huic casui, immo fortiori seu maiori ratione in hoc casu procedere debet, cum multo grauius sit hoc crimen, tum quia hæc constitutio loquatur, de his, quæ communiter eueniunt, non excludens propter hoc alia, quæ raro contingunt; sed sunt eiusdē generis, immo grauioris. Roderic. loco præcit. & latius tom. 2 quæst. 26 art 3. Et nos pro huius ampliationis coroboratione, tacitæ etiam obiectioni respondendo, addimus, quod non, suffragatur vulgaris regula illa nempe in odiosis, & pœnalibus strictam esse interpretationem faciendam, quia negamus dicendum esse ex hoc casu fieri extensionem, sed potius inclusionem, ex glos. notab. in c 1 in ver. Italiæ de tempor. ord. lib. 6 sufficit enim legislatori apponere casum magis frequentem, in quo etiam includitur alius non adeo frequens, qui forsan tacitus fuit maioris honestatis causa, quia esset valde molestum auribus Pijs audire confessarium communiter id quod omnes christiani abhorrent. Accedit, quod vbi agitur de salute animarum ad euitanda maiora peccata tunc in pœnis facienda est extensio de casu ad casum ex communi DD. consensu & allegatis per Iaſ. in Auth Quas actiones in 25. C de sacroſ. eccl. & alias diximus f. 138 & 136.

Insuper sciendum est, qualiter die 2 Septembris 562. Illustrissimi Domini Cardinales inquisitores generales decreuerunt, quod per quamcunque gratiam factam, vel fiendam, quibusuis alias decretis non intendunt eos restituere, vt possint confessiones

fessiones aliquorum sæcularium audire Idem confirmatum fuisse reperitur in actis sancti officii sub die quinta decima Nouembris 1565. cum additione, seu declaratione quod illi qui abiurarunt alias secrete, vel publice, aut alias quomodocunque non admittantur ad audientiam confessionum sæcularium, ita habentur inter decreta Sancti officii in fine Iudicia in quisi. Romæ impres. anno 1570 fol. 476.

ADDITIO De approbatione Regularium ad sacras confessiones audiendas Summa Henriquez li. 3 de pœnit. c. 6. fol 273 sub rub. Quis sit, & reputetur idoneus Confessarius iux Conc Trid. sess 23. c. 15. vbi etiam de priuilegijs ipsorum Regularium circa confessiones.

Item absoluere potest a casibus Episcopo reseruatis, quiuis confessor illo mortuo, post mortem enim eius desinunt esse reseruati si sit reseruatio ab homine, ita tenet Emanuel in Aphorismis Confessariorum, in verbo absolutio, num 20. vide supra in verbo casus reseruati in fine.

Presbyteri Congregationis Oratorij Romæ approbati ad confessiones audiendas non debent examinari extra Vrbem a locorum ordinarijs, quibus sufficit præsentare eorum licentias Romæ habitas, vt hæc & alia patent ex eorum priuilegiis tenoris seq. videlicet.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoiam.

DECET Romanum Pontificem, cuius fidei curæ, & salus gregis Dominici diuinitus est cōmissa prædecessorum suorum vestigijs inhærendo, ea benigniter concedere, quæ ad eiusdē gregis conscientiæ purificationē, & peccatorū remissionē, animarumque salutem, ac spiritualem consolationem, noscuntur pertinere, Alias si quidem fel. rec. Greg. Papę xiij. prædecessori nostro pro parte dilectorum filiorum Philippi Nerei; Præpositi, & presbyterorum Cōgregationis Oratorij in parochiali ecclesia S. Mariæ in Vallicella, de Vrbe, per ipsum prædecessorem antea instituti, exposito, quod de mense Augusti, Anni Domini Millesimi Quingentesimi, Sexagesimi quinti, piæ memoriæ Pius Papa Quartus etiam prædecessor noster Philippo, & presbyteris præfatis, tunc ecclesię Sancti Ioannis Baptistæ nationis Florentinorū, etiam de Vrbe, in diuinis deseruientibus nonnullas gratias, & priuilegia ad decennium duratura, Apostolica authoritate concesserat, & decennium huiusmodi iam tunc expirauerat, dictus Gregorius prædecessor, volens eosdem Philippū & presbyteros non minoribus quam dictus Pius prędecessor prosequutus fuerat gratijs, atq; priuilegijs prosequi, & vt ipsi facilius, & libentius altissimo famulari, & animabus Christi fidelium, in eorum audiendis confessionib amplius prodesse possent prouidere, Philippo, & presbyteris Congregationis huiusmodi ut quorumcunque Christi fidelium ad ipsos vndecunque accedentium, illos que infirmitatis, vel quocunque alio tempore, & occasione domum sine ad quemcunque alium locum ad se vocantiū, & requirentium confessiones libere audire, & illis diligenter auditis ipsos Christi fideles, & eorum singulos ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti ac quibusuis alijs ecclesiasticis, sententijs, & censuris quauis occasione, vel causa, quomodolibet latis, & per eos incursis, ac etiam ab omnibus, & singulis eorum peccatis, crimi-

criminibus, excessibus, & delictis, quatumcunque grauibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in literis die Cænæ Domini consuetis absoluere, & pro commissis pœnitentiam salutarem eis iniungere, ac vota quæcũque vltramarina visitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Vrbe, S. Iacobi in Compostella, & B. Mariæ Lauretanæ ac Castitatis, & Religionis votis duntaxat exceptis, in alia pœnitentiæ, vel pietatis opera commutare, nec non per dimidium horæ spacium, ante auroram, & post meridiem eis eueniente casu Missas celebrare libere, & licite valerent, dicta authoritate indulsit, & facultatẽ concessit, prout in ipsius Gregorij prædecessoris literis desuper in forma Breuis sub die 14. Martij, Pontificatus sui anno quarto, expeditis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte Philippi, & presbyterorum præfatorum petitio continebat a pluribus credatur literas, & facultates huiusmodi, licet illæ ad certum aliquod tempus specifice, & expresse non fuerint limitatæ, nihilominus decennio iam de mense Martij proxime præteriti elapso, tantum durasse, & propterea ipsi, vt omne dubium tollatur, ac in Dei, animarumque seruitio indies magis, & magis proficere valeant, libentiusque in hanc curam incumbant dictas facultates ipsis in perpetuum concedi, ac in quibusdam extendi, & ampliari desiderent; pro parte eorundem Philippi, & presbiterorum, qui vt asserunt in primo dicta ecclesia ad confessiones audiendas de nostri in dicta Vrbe, & illius districtu Vicarij in spiritualibus generalis licentia deputatis existunt, nobis fuit humiliter supplicatum vt eis in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui honestis petentium votis libenter annuimus, eaq; fauoribus prosequimur opportunis Philippum, & presbyteros præfatos ac eorum singulos a quibusuis excommunicationis suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis, sententijs censuris, & pœnis a iure vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis si quibus, quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon literarum præfatarum tenores præsentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationib inclinati, Philippo, ac nunc, & pro tempore existentibus congregationis huiusmodi vbicunque locorum diffusæ, presbyteris in Vrbe a dicto Vicario, seu extra eam ab ordinarijs locorum ad confessiones audiendas, quomolibet approbatis, eorumque singulis, quod ipsi perpetuis futuris temporibus omnium, & singulorum Christi fidelium confessiones audire, illisque auditis eos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsq; quibusuis ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis quauis occasione, vel causa, quomodolibet latis, & per eos incursis nec non ab omnibus, & singulis eorum peccatis criminibus, excessibus, ac delictis quantuncũque grauibus, & enormibus, etiam in casibus dictæ sedi reseruatis, vel in posterum reseruandis, exceptis tamen contentis in literis die Cœnæ Domini legi consuetis absoluere, ac pro commissis pœnitentiam salutarem eis iniungere, nec non vota quæcumque vltramarina, visitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Vrbe & S. Iacobi in Compostella, Castitatisque, & Religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pœnitentiæ, vel pietatis opera commutare, præterea per dimidium horæ spacium ante auroram & post meridiem Missæ celebrare, ac etiam quis ex eis præuio examine ad confessiones audiendas in ipsa Vrbe a dicto Vicario approbati fuerint, extra eandem Vrbem absque alio examine, de licentia tamen ordinariorum locorum indulto, & facultatibus huiusmodi vti, ac potiri libere, & licite valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentiũ concedimus, & indulgemus. Decernentes præsentes literas nullo vnquã tempore reuocari, suspendi, vel limitari, neq; eis derogari posse,

ri posse, nec sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus comprehendi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum suum, & validissimū statū restitutas, ac plenarie redintegratas esse, & censeri irritū quoque, & inane, si secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attētari. Non obstātibus præmissis, ac cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autē quod Philippus, & presbyteri præfati huiusmodi indulto celebrandi ante diem parte vtantur quia cum in altaris ministerio immoletur Dominus noster Iesus Christus Dei filius, qui candor est lucis æternæ cōgruit, hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce. Quodque præsentium transumptis ēt impressis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis ordinarij Rom. Curiæ, vel alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadē prorsus fides vbiq; locorū adhibeatur, quæ ipsis præsentibus originalibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostræ absolutionis, cōcessionis, indulti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum Romæ apud Sanctū Marcum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimoquingentesimo octuagesimo sexto, Non. Septem. Pontificatus nostri anno secundo.

E. Pallotus Dat.

R. Bergerius.

SEquitur declaratio tenoris sequentis videlicet, a tergo Illustrissimis & Reuerēdissi. Dominis Cardinalibus Congregationis Sacri Concilij Trid pro presbyteris Cōgregationis Oratorij intus vero Illustrissimi & Reuerēdissimi. Domini. Sixtus Papa Quintus fel. record. indulsit Patribus Congregationis Oratorij, vt qui ex eis prauio examine ad audiēdas confessiones in ipsa vrbe a Vicario approbati fuerint, extra eandem Vrbem absque alio examine de licentia tamen ordinariorum locorum confessiones libere audire valeant, sed quia in partibus præcipue Neapolis ipsis in dubium reuocatur priuilegium prædictum sub prætextu quod non contineat præcisam derogationem, neque mentionem aliquam Concilij Trid. sess. 23. c. 15. quo cauetur, ne quis alsque propriorum diœcesanorum examine audeat confessiones audire; ideo prædicti presbyteri Congregationis Oratorij supplices desiderant super hoc responsum a Sacra Congregatione, An fuerit necessaria derogatio Sacri Conc. Trid. Congregatio Concilij censuit si huiusmodi priuilegium fuerit vt proponitur a Sede Apostolica concessum, vtiq; omnino esse obseruandum, quamuis nullam derogationem, aut mentionem Conc. Trid. contineat.

Hieron. Card. Matthæius.

Circa facultatem absoluendi a casibus reseruatis vigore dictorum priuilegiorum attendenda est hodie declaratio decreti, quo prohibetur absolutio a casibus reseruatis quæ fuit relata supra in verbo Casus reseruati.

CONFESSIO SACRAMENTALIS.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod Die 20. Iunij anno a Natiuitate Domini Iesu Christi 1602. In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ & uni-

& vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in monte Quirinali coram S.D.N. Clemente diuina prouidentia Papa viij. Proposita quæstione.

Vtrum liceat per literas seu internuncium, confessario absenti, peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absolutionem obtinere.

Sanctissimus Dominus noster auditis uotis Patrum Theologorum, & re cum Illustrissimis, & Reuerendissi. Dominis Cardinalibus, contra hæreticam prauitatem, generalibus Inquisitoribus mature ac diligenter considerata; hanc propositionem scilicet licere per literas, seu internuncium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere; ad minus vti falsam, temerariam, & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcepitque ne deinceps ista propositio, publicis, priuatisue lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur neue vnquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur; quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatiue tractauerit (nisi forsan impugnando) vel ad praxim directe seu indirecte, deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ quam ipso facto incurrat, & a qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ maiori Pœnitentiario; nisi a pro tempore existente Romano Pontifice absolui, aliis etiam pœnis arbitrio infligendis subiaceat. Quintilianus Adrianus Not. publicata fuit Romæ die. 19. Iulii 1602.

COMMVNIO SACRA.

PRÆTER Summistas sciendum est, ad declarationem c. omnis vtriusque sexus. de pænit. & remis. Eugenium 4. declarasse quod communicans in hebdomada sancta, vel infra octauam Paschæ satisfacit præcepto ecclesiæ die 8. Iulii. 446. Pontificatus sui anno 10. quam refert. Nauar. in man. confess. c. 21. nume. 45. quę non est in Bullario, sed eam inuenies per extensum impressam in priuilegijs Minimorum fol. 139.

CONGREGATIONES ILLVSTRISSIMORVM DD. Cardinalium & earum facultates.

Sixti Papæ Quinti Constitutio, qua Congregationes quindecim certo S. R. E. Cardinalium numero constituantur vt Romanæ Curiæ status ecclesiastici, ac vniuersæ Reipublicæ Christianæ negotia & causæ quæcunque commodius audiantur, & facilius expediantur proprie denique vniuscuiusque Congregationis functiones, & facultates explicantur.

Sixtus episcopus seruus, seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

IMmensa æterni Dei omnium opifex sapientiaa fine vsque ad finem fortiter attingens, sic cuncta inter se admirabili concordiæ nexu copulauit, suauiter-

que disposuit, vt vicissim ad suorum se munerum functiones exercendas mutuis auxilijs subleuarent ipsa in cælesti Hierusalem varios spirituum ordines distinxit, quorum superiores de diuinæ prouidentiæ rebus, inferiores illuminarent ipsa militantis ecclesieque triumphantis illius imago est, corpus variis membris discreuit, quæ capiti suo glutino charitatis compacta, & connexa mutuo se adiuuarent, ex quo totius corporis salus, & conseruatio existeret. Quare iure optimo Rom. Pontifex, quem Christus Dominus corporis sui, quod est ecclesia visibile caput cõstituit, omniumque ecclesiarũ solicitudinem gerere voluit multos sibi ra immensi oneris adiutores aduocat, atque adsciscit. Cum venerabiles episcopos fratres suos, quos toto terrarũ orbe ad singulos greges pascendos mittit, tũ amplissimus ordinem S. R. E. Cardinalium, qui tanquam nobilissima membra capiti proprius cohærẽtia, eidẽ Summo Pontifici, sicut Christo Domino Apostoli semper assistunt, quique primi laborum, & consiliorum socii sunt, & participes, ut partita inter eos, alioſq; Rom. Cur. Magistratus, ingẽti curarum negotiorũque mole ipse tantæ potestatis clauũ tenens, diuina gratia adiuatrice non succumbat. Nos igitur magni illius Moysi exemplo adducti, qui cum Deo loquens Soceri sui Iethro consilium de variis iudicibus constituendis non repudiauit, quique Dei iussu insignem Senatum septuaginta seniorum conscripsit, qui cum eo onus populi sustinerent, ne solus ipse grauaretur Pontificium hoc onus Angelicis plane humeris formidandum, inter Senatores Orbis Terræ fratres nostros Cardinales apta quadam distributione pro temporum conditione, negotiorum multitudine, & varietate, ipsaque vtilitatis ratione salubriter partiri decreuimus. Ea in primis cogitatione permoti, vt qui ex omnibus nationibus ad hanc Matrem, magistram perfugiumque fidelium Apostolicam Sedem deuotionis, salutisque studio iuris persequendi, gratiæ impetrandæ, aliarumque multarũ rerum causa frequentissimi confugiunt, ij quidem, & tuto, & commode (quantum in prouincijs nostris præstare possumus) Romam perueniant, & vt facilius, celeriusque expediantur, distinctos Cardinalium conuentus, & Congregationes ad certas rerum negotiorumque tractationes paratas habeant, Cardinalesque ipsi distributi muneris partem leuius ferant diligentius administrent, commodius nos consalant, & denique viri primarii publicis in rebus exercitati, nullo vnquam tempore desint. Itaque motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de eorundem fratrum nostrorũ S. R. Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu, ex eodem sacro collegio, quod per Dei gratiam, viris pietate, doctrina, rerumque vsu præstantibus, ex omni natione abundat, Congregationes XV. constituimus, singulisque certa negotia assignauimus, ita vt grauiores, difficilioresque consultationes ad nos referant, ac vnicuique earum suas facultates, & authoritatem, in eum modum, qui infra descriptus est, dedimus, atque attribuimus.

Congregatio pro sancta inquisitione.

IN primis igitur quoniam fides, sine qua impossibile est placere Deo, totius spiritualis ædificationis fundamentum est, cupientes hoc pretiosum depositum quod nobis potissimum a Christo Domino, in Beato Petro Apostolo, est creditũ, aduersus omnes inferorũ portas, integrũ inuiolatumque custodire: Congregationem Sanctæ Inquisitionis hæreticæ prauitatis, magna Prædecessorum nostrorum

strorũ prouidentia tanquam firmissimam catholicæ fidei propugnaculum in vr be institutum, cui ob summam rei grauitatem Romanus Pontifex præsidere solet, nos quoque confirmamus, & corroboramus illiusque omnia instituta omnesque & singulas facultates a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris Cardinalibus ad eam congregationem pro tempore delectis concessas, omnemque authoritatem, & potestatem eis communicatam scilicet inquirendi, citandi, procedendi, sententiandi, & definiendi, in omnibus causis, tam hæresi manifesta, quam schismata, Apostasiam a fide, magiam sortilegia, diuinationes, sacramentorum abusus, & quęcunque alia, quæ etiam præsumptam hæresim sapere videntur, concernentibus non solum in vrbe, & statu temporali nobis, & huic sanctæ Sedis Subiecto, sed ẽt in vniuerso Terrarum Orbe, vbi Christiana viget Religio, super oẽs Patriarchas, Primatẽs Archiepiscopos, episcopos, & alios inferiores, & inquisitores quocũq; Priuilegio illi suffulti sint, quorũ ac aliorũ prędictorũ series his nostris literis ad verbum expressa censeatur, confirmamus. Ea denique omnia, veluti per eosdem prędecessores, circa eandem congregationem, illiusque iurisdictionem, ac authoritatẽ decreta fuerunt nos itidem statuimus, atque decernimus, ea emptiones quoque, immunitates Priuilegia, atque indulta etiam eiusdem officiis ministris uel in hunc usque diem concessa, vsuque recepta pariter approbamus, obnixe in Domino hortantes, & per uiscera misericordiæ Iesu Christi, & per eius tremendũ iudicium obtestantes charissimos in Christo filios nostros in Imperatorem electum, omnesque Reges, ac dilectos filios nobiles uiros rerũ publicarum, aliosque duces, illisque regendis & administrandis, præpositos ac singulos orbis terrarum Principes & magistratus, quibus gladii sæcularis potestas ad malorum uindictam adeo est tradita, per eam ipsam quam se tueri promiserunt Catholicam fidem, vt sic suas quisque partes, siue in præstando Ministris prædictis auxilio siue in criminũ post ecclesiæ sentẽtiam animi animad uersione interponat, (quod eas pro eorum pietate libenter facturos confidimus,) vt eorum quoque præsidio ministri ipsi tantum munus tanquam saluti ferum pro Regis æterni gloria, ac Religionis incremento feliciter exequantur cuius Pii, christianique obsequii Principes ipsi, & magistratus amplissimum a Domino præmiũ recepturi sunt in ęternę beatitudinis cõsortio, Catholicę fidei assertoribus, & defensoribus præparatum. In his aũt omnibus nostra est intentio, ne in officio Sanctæ Inquisitionis in Regnis, & dominijs Hispaniarum Sedis Apostolicæ authoritate superioribus temporibus instituto ex quo vberes in Agro Domini fructus in dies prodire conspicimus nobis, aut successoribus nostris incon sultis aliquid innouetur.

Huius autem congregationis Cardinales hi sunt.

LVdouicus Madrutius tituli Sanctę Anastasiæ Presbyter Cardinalis.
Iulius Antonius tituli. Sancti Bartholomæi in insula presbyter Cardinalis Sanctæ Seuerinæ.
Petrus de Deza. titul. Sancti Hieronymi Illycorum presbyter Cardinalis.
Ioannes Antonius tituli. SS. quatuor Coronatorum presbyter Cardinalis.
Ioannes Baptista tituli. Sancti Marcelli, presbyter Cardinalis.
Frater Hieronymus tituli. Sancti Thomæ in Parione presbyter Cardinalis Asculanus.

Frater Constantius Sarnanus tituli. Sancti Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis.

Congregatio pro signatura gratiæ.

Vt quoniam ad eam quæ signatura gratiæ appellatur, & in qua nos etiam Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum more præsidemus ex diuersis orbis Terrarum partibus, ob multiplices gratias obtinendas, magni cõcursus fiunt, suppliceſque libelli referuntur, ut quæ ex iudicum ordinaria facultate, expediri nequeunt potestate Principis, qui viua est lex, iustis de causis explicentur, & concedantur, sane pro loci dignitate, & rerum ratione, magna circumspectis adhibenda est, vt & honestæ supplicationes, quantum cum Domino licet, exaudiantur, & multorum petentium importunitas coerceatur, quamobrem Cardinales infrascriptos Signaturæ nostræ gratiæ adscribimus ad hoc vt omnes Signaturam nostrã quauis de causa adeũtes benigne audiãt, porrectasque oblatarũ petitionũ informationes excipiant, nobis vero, aut successoribus nostris dum supplices libelli referuntur assistant, opportunumque concilium afferant, omnique deposito humano affectu sinceram suam quisque sentẽtiam etiam non rogatus, ex conscientia dicat. Declaramus autem in dictam congregationem semper eos Cardinales adscriptos esse qui infrascriptis muneribus, & officiis profecti erunt V.S. maior Pœnitentiarius Præfectus Signaturæ Gratiæ, Præfectus Signaturę. Breuiũ, præfectus Signaturę, iustitiæ, & qui Datarii munere fungetur, si Cardinalis fuerit, qui simulatq; eas præfecturas, & officia adepti erunt, statim in ipsam signaturam adnumerati censeantur.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Antonius Carafa SS. Ioannis, & Pauli presbyter Cardinalis signaturæ gratiæ præfectus.

Scipio Lancellottus tituli. S. Saluatoris in Lauro presbyter Cardinalis Signaturæ Breuium præfectus.

Ioannes Baptista Castrucius titul. S. Mariæ in Ara cæli presbyter Cardinalis Signaturæ iustitiæ præfectus.

Hippolytus Aldobrandinus tituli. S. Pancratii presbyter Cardinalis maior Pœnitentiarius.

Euangelista Pallotus titul. S. Matthæi presbyter Cardinalis Datarius.

Congregatio pro erectione ecclesiarum, & prouisionibus consistorialibus.

Illa præterea cura ad Pastoralis nostri officii solicitudinem, & ecclesiæ vniuersalis gubernationem maxime pertinet, vt ad fidelium Populorum vtilitatem ecclesiis iam erectis, aut in posterum iustis de causis erigendis de episcopis, & Pastoribus idoneis, & fidelibus, ac fructuosis in Vinea magni Patris familias operariis salubriter in Domino præuideamus. Quare aliam cõstituimus Cardinalium Cõgregationem, qui in primis cognoscant de legitimis causis, erectionum nouarũ ecclesiarum quarumcunque Patriarchalium, metropolitanorũ, & Cathedralium, ac de cuiusque earum dote, Capitulo, clero, Populo, aliisque ad eiusmodi erectiones iuxta præscriptum Sacri Concilii Trident. & Sanctorum Patrum Decreta ne-

cel-

ceſſaria erunt. Examinent præterea omnes difficultates de his incidentes contro uerſias quoque inter eas quæ iam erectæ ſunt, nec non dictarum eccleſiarum, diœceſum, vel monaſteriorum vniones, diſmembrationes, ceſſiones, permutationes, tranſlactiones penſionum ſuper illarum redditibus aſſignationes, Monaſteriorum pluralitatem, dignitatum incompatibilitatem, præſentationes, & nominationes electionum, ſiue poſtulationum confirmationes, ſeu admiſſiones ſuffraganeorum Coadiutorumque deputationes cum futura ſucceſſione, ſiue abſque eadem ſucceſſione curaque adhibebunt ſolertem circa ætatem, & qualitatē promouendorum, eaque diſcuſſa, & examinata ad nos ſucceſſoreſque noſtros referant, vt pro noſtro, eorumue arbitrio, in Conſiſtorio ſecreto iure formam in hunc vſque diem ſeruatam proponantur.

Huius Congregationis Cardinales hi ſunt.

ALexander Farneſius epiſcopus Hoſtienſis. S.R.E. Vicecancellarius.
Gabriel Paleottus tituli Sancti Laurentij in Lucina Presbyter Cardinalis.
Ludouicus Madrutius tituli Sanctæ Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis.
Petrus de Deza tituli Sancti Hieronymi Illyricorum presbyter Cardinalis.
Franciſcus de Gioijoſa tituli Sanctæ Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis,

Congregatio pro Vbertate Annonæ.

CVmque ad prouidentiam noſtram pertineat curare, vt populi eccleſiaſticæ ditioni ſubiecti non ſolum pane verbi Dei rificiantur, ſed hoc quoque terreno quem etiam cum illo a patre celeſti nobis dari quotidie petimus, abundent pauperes præſertim, & egeni, quibus parentis loco ſumus, Idcirco vt in omnibus prouinciis noſtris, & in hac potiſſimum Alma Vrbe ad quam tanta hominum frequentia vndique confluit res frumentaria bene curata ſit, & annonæ publicæ copia benedicente domino, ſemper ſuppetat, Congregationem Cardinalium conſtituimus, quę omni ſtudio curet non ſolum in vrbe, ſed in vniuerſo ſtatu eccleſiaſtico temporali copiā haberi frumenti atque aliarum huius generis frugum, quibus ad vitam humanam ſuſtentandam indigemus, quæ ſi peccatis populi id promerentibus ob terræ ſterilitatem in ditione eccleſiaſtica aliquando, quod deus auertat, deerunt, aliunde commeatum pro locorum opportunitate conuehi, comportarique ſtudeat, Ciuitatibus, oppidis, locis, perſonis, quibuſcunque, quauis etiam eccleſiaſtica atque Cardinalatus dignitate fulgentibus, ea omnia quæ ad abundantiam parandam atque conſeruandam erunt opportuna præcipiat, Commiſſarios vbique locorum prout exegerit neceſſitas, aut ſuaſerit vtilitas, deputet, Contra impedientes, aut negligentes, ſiue annonam extrahi, vel adduci per ſe ipſos, aut per alios palam, vel occulte procurantis procedat, alia que faciat, quæ ad annonę vbertatem omnino pertinere videbuntur. Pręcipuam vero curam, & diligentiam adhibeat, vt Pecuniæ Summa ſcutorum ſcilicet ducentorum millium a nobis tam ſalubri, ac neceſſario operi pauperum in primis cauſa paterne aſſignata, atque attributa, nec in alium vſum conuertatur, & integra conſeruetur. Quod ſi in caritate annonæ aliquid ex dicta ſumma deceſſerit, illius recuperandæ, ac redintegrandæ, ratio quam primum ineatur, vt hoc publicum præſidium, & tanquam patrimonium pauperum eorundem Car-

dinalium prudentię,& sedulitate perpetuo asseruetur,& prout in alia constitutione super hoc a nobis edita latius explicatur,

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Io. Antonius Sorbellanus Episcopus Portuen. Card. S. Georgii.
Ant. Maria Saluiatus tit. Sanctæ Mariæ de pace presbyter Cardinalis.
Heraricus Caetanus tit. S. Pudentianę presb. Card. S. R. E. Cam.
Federicus Cornelius tit. S. Stephani in Monte Cælio presb. Cardinalis.
Benedictus Iustinianus, tit. S. Agathæ Diac. Cardinalis.

Congregatio pro sacris Ritibus,& Cæremonijs.

IAm vero cum Sacri Ritus,& Cæremonię quibus ecclesia a Spiritu Sancto edocta, ex Apostolica traditione, & disciplina vtitur in sacramentorum administratione. Diuinis officiis, omnique Dei, & Sanctorum Veneratione magnam Christiani populi eruditionem veræque fidei protestationem contineant, rerū sacrarum maiestatem commendent fidelium mentes ad rerum altissimarum meditationem sustollant, & deuotionis etiam igne inflamment, cupientes filiorum ecclesiæ pietatem, & diuinum cultum sacris ritibus, & ceremonijs conseruandis, instaurandisque magis augere, Quinque itidem Cardinales delegimus, quibus hęc precipue cura incūbere debeat vt veteres ritus sacri vbi vis locorū, in omnibus Vrbis orbisque ecclesiis, etiam in Cappella nostra Pontificia, in Missis, diuinis officiis, sacramentorum administratione, ceterisque ad diuinum cultum pertinentibus, a quibus ius personis diligenter obseruentur cæremoniæ si exoleuerint, renouentur, si deprauatæ fuerint corrigantur. Missale, & Breuiarium Romanū, ac libros de sacris ritibus, & Cæremonijs, in primis Pontificale, Rituale Cæremoniale, prout opus fuerit reforment, & emendent officia diuina de Sanctis Patronis examinent, & nobis prius consultis concedant. Diligentem quoque curam adhibeant, circa Sanctorum Canonizationem, festorumque dierum celebritatem vt omnia rite, ac recte, & ex Patrum traditione fiant, & vt Reges, & Principes, eorumque oratores, aliæque personæ etiam ecclesiasticæ ad Vrbem, Curiamque Romanam uenientes pro Sedis Apostolicæ dignitate, ac benignitate honorifice, more maiorum, excipiantur, cogitationē suscipiant, sedulòque prouideant. Controuersias de præcedentia in processionibus, aut alibi ceterosque in huiusmodi sacris ritibus, & cæremonijs incidentes difficultates cognoscant, summarie terminent, & componant.

Huius etiam congregationis Cardinales hi sunt.

Alphonsus Gesualdus episcopus Tusculanus.
Nicolaus Sfrondratus titul. Sanctæ Ceciliæ Presb. Cardinalis Cremonen.
Augustinus Valerius tituli Sancti Marci. Presbyter Cardinalis Veronen.
Vincentius Laurus tituli Sanctæ Mariæ in via presbyter Cardinalis. Montis regalis.
Federicus Borromæus Sanctæ Mariæ in Domnica Diac. Cardinalis.

Con-

Congregatio pro classe paranda, & seruanda.

PRæterea postea quam Dei benignitate, nec sine magno nostro labore, & sumptu perditorum hominum licentia compressa, publica tranquillitas, in locis mediterraneis restituta est vt iam vnicuique absque timore vllo sub vite sua, & sub ficu sua quiescere liceat, cupientes vt litora quoque, & oræ maritimæ dictionis nostræ superi, inferique maris a Piratis, ac prædonibus quantum fieri potest tutæ sint, nedum ad nostrorum subiectorum securitatem, verum vt exteræ quoque nationes ad hanc fidei patriam Communique fidelium matrem securi (pro eo quod in nobis est) accedant, ne a Piratis in miseram seruitutem quod alias persæpe accidit abducantur, ob eas causas Cardinales quinque præficimus triremibus numero decem parandis, edificandis, ornandis, omnique necessario nautico, & militari apparatu instruendis, curaque diligentissima conseruandis, quarum ope, & præsidio Deo adiutore Piratæ, & prædones coerceantur, & a nostris litoribus longi repellantur. quare & earum triremium idoneos duces, ac præfectos (nobis tamen, & pro tempore Rom. Pont. consultis) deligant, & cetera omnia ad ea quæ duximus, celeriter vtiliterque efficienda pro ipsorum prudentia, & sedulitate dispenant, atque expediant. Deinde operam adhibeant vt subsidium pecuniarum quodcunque ab ijs, qui nostro mandato huic tam necessario operi contribuere tenentur fideliter, integre, matureque exigatur, exactum vero ac receptam ad supradicta tantummodo opera perficienda, & voluntatis nostræ præscriptæ fructuose impendatur. Illud autem Cardinales ipsos magnopere admonemus, curent diligenter, vt in his triremibus Apostolicis nautæ omnes, & milites non solum ex nautica militarique sed multo magis ex Christiana disciplina, pie & modeste viuant. Quare viros Religiosos animarum corporumque curatores delegant, qui valentes, ad pietatem instruant, ægrotos multæ charitatis affectu quouis necessario adiumēti genere spirituali in primis recreent, atque reficiāt. Denique omni loco a præfectis militibus, nautis, ea pie uiuendi ratio, & institutio obseruetur, vt vere illos Christianos ac Pontificios esse omnes agnoscant.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Inicus Aualos Episcopus Sabien. Card. Aragona.
Matthæus Siticus tit. S. Mariæ in Transtiberim presb. Card. ab altaemps,
Ant. Saulius tit. S. Vitalis presb. Cardinalis,
Fran. Sfortia S. Nicolai in Carcere diaconus Cardinalis.
Fr. Vgo Lubæus Verdallæ, S. M. in Porticu Diaconus, Cardinalis magister Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

Congregatio pro Indice librorum.

QVia vero hæresis morbus Animæ perniciosissimus vt cancer serpit, & filii tenebrarum Arcem Catholicæ veritatis omni machinationis genere oppugnant, libris præsertim hæresis veneno infectis promulgandis, aliisque noxia doctrina aspergendis, corrumpendisque, postulat a nobis pastoralis officii solicitudo, vt vulpes dolosas, & lupos rapaces, ab ouili Christi omni Vigilantia arceamus,

mus. Quare vt Cardinalis, qui ad libros prouidendos, expurgandosue, delecti sunt, in ea cura diligenter, ac maiori cum fructu, versentur, has illis facultates tribuimus, vt librorū eiusmodi Catalagos, & Indices, aut olim, aut proxime confectos, eorumque regulas editas recognoscant, atque examinent certorum auctorum libros prohibitos, aut quouis modo in prioribus indicibus suspensos diligenter excutiant, & prout expedire iudicauerint, permittant libros qui post Indicē Tridentini Conc. iussu editum prodierunt, Catholicæ doctrinæ Christiano rumque morum disciplinę repugnantes expendant, & recognoscant ac (vbi nobis retulerint) nostra authoritate reiiciant, hominum vero iniuria, & dolo deprauatos emendent eos libros, qui paucis erroribus reiectis, alioquin vtiles, studiosis esse possent expurgandi, atque corrigendi modum ineant, Indices que expurgatoria conficiant, nouos præterea libros approbandi, & imprimendi ratio nē præscribant Vniuersitatum Parisiens. Bononiens. Salamantin. Louanien. aliarumque probatarum studia ad librorum expurgationem, & correctionem excitent earūque diligentē operā, & industriā requirāt. Permittimus quoq; eidē Congregationi vt Theologis, Canonistis, aliisque peritis viris piis, atque idoneis etiā aliunde accertitis ad vniuersum hoc negotium Reipublicę christianæ tam in his temporibus necessarium adhibitis, eam ob rem tantum nec uero aliis, libros veti tos tenendi, legendique etiam absque nostra licentia impertiatur facultatem.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Marcus Antonius Columna episcopus Præneſtin.
Hieronymus de Ruere. tit. S. Petri ad Vincula presbyter Car.
Philippus de Lenon court. tit. S. Honufrii presb. Card.
Gulielmus Alanus tit. S. Martini in Montibus presb. Card.
Ascanius Columna. SS. Viti, Modesti, & Crescentiæ diaconus Cardinalis.

Congregatio pro interpretatione, & executione Conc. Trid.

Deo autem Patri misericordiarum gratias agentes, qui in Oecumenico Concilio Trid. Spiritus S. lumine diffuso, Catholicam Veritatem omnibus patefecit, hæreses nostrorum temporum confutauit, mores, & disciplinam restituit, eiusdemque Cōcilii decreta ab omnibus obseruari volentes, cum ad singularem Romani. Pontificis, auctoritatem tantumodo spectet, generalia concilia indicere, cōfirmare, interpretari, & vt vbique locorum seruentur, curare, ac præcipere eorū quidem decretorum, quæ ad fidei dogmata pertinent interpetrationem nobis ipsis reseruamus. Cardinalibus vero præfectis interpretationi, & exequtioni Concilii Tridentini, si quando in his, quæ de morum reformatione disciplina ac moderatione, & ecclesiasticis iudiciis, aliisque huiusmodi statuta sunt dubietas, aut difficultas emerserit, interpretandi facultatem (nobis tamen consultis) impartimur, & quoniam. eodem Concilio Trid. decretum est, Synodos Prouinciales tertio quoque anno diœcesanas singulis annis celebrari debere id in exequutionis vsum ab iis quorum interest, induci eadem Congregatio prouidebit. Prouincialium vero, vbiuis terrarum illæ celebrentur, decreta ad se mitti præcipiet, eaque singula expendet, & recognoscat, Patriarchatum præterea Primatuum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, quibus Beatorum Apostolorum limina certo constituto tempore visitare alia nostra sanctione iussum est, postulata audiat, &

quæ

quę Congregatio ipsa per se poterit, ex charitatis, & iustitiæ norma expediat maiora ad nos referat, qui fratribus nostris episcopis (quantum cum domino licet) gratificari cupimus. Item ab ijsdem præsulibus ecclesiarum exposcat, quæ ecclesiis eorum curæ, ac fidei commissis cleri, populiq; morum disciplina sit, quæ Concilij Tridentini decretorum, cum in omnibus tum præsertim in residentiæ munere exequutio, quæ item pię consuetudines, & qui omnium denique in via domini sint progressus, ipsisque det literas ex formula præscripta in testimonium obitæ per eas visitationis liminum Sanctorum eorundem Apostolorum. Habet itidem Congregatio authoritatem promouendi reformationem cleri, & populi, ne dum in vrbe, & statu ecclesiastico temporali, sed etiam in vniuerso Christiano orbe in ijs, quæ pertinent ad diuinum cultum propagandum, deuotionem excitandam, & mores Christiani populi ad præscriptum eiusdem Concilii componendos, atque ad rationes difficillimis his, perturbatisque temporibus necessarias conformandos, quo vberius diuinę misericordiæ vim in nobis sentiamus iustamque iram, atque animaduersionem effugiamus.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Ptolomęus Gallius Episcopus Albanen. Cardinalis Comen.
Hieronymus Rusticucius tit. S. Susannæ Presbyt. Cardinalis.
Antonius Carafa tit. SS. Io. & Pauli Presb. Card.
Fr. Stephanus Bonuccius tit SS. Marcellini, & Petri Presb. Cardin. Aretinus.
Hieronymus Matthęus S. Mariæ in Cosmedin diac. Cardin. Presb.

Congregatio pro grauaminibus subleuandis.

NEc vero paternus noster affectus, quem erga populos nobis & huic sanctæ sedi subiectos tanquam erga peculiares filios gerimus, eo contentus est, quod Deo authore nostraque sollicitudine, publica pace, & tranquillitate perfruuntur, quodque de eorum vtilitate, & quiete, multis aliis modis præstanda, & augenda assidue cogitamus sed eos etiam ab exactionum oneribus ob temporũ interdum difficultates variasque publici boni rationes, a prædecessoribus nostris impositis, magnopere, quantum fieri poterit, cupimus subleuare. Quo circa nouam instituimus Cardinalium Congregationem, vt quæcunque grauamina, vectigalium, pedagiorum, & tributorum cuiuscunque generis illa sint, eorumq; exigendi rationes, quæstorum iniurias, si quas adesse compererint, Commissariorum extorsiones iudicij forma plane postposita, mature audiat & cognoscat: atque si fieri posse videbitur, controuersias moderetur, & componat: Quod si rationibus hinc inde allatis, accurate, expensis res tranſigi nequiuerit, eam totã ad nos deferat, vt quod æquum, & pium erit, eius congregationis consilio prudenter definire valeamus, causas vero in quibus iudicialis ordo requiritur propriis iudicibus de iure decidendas relinquat. Qui autem a iudicibus senserint se grauatos, ad tribunalia, quæ his sunt ex antiqua institutione præposita, ac ad alia, vt moris est, iuris remedia confugiant.

Huius

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Prosper Sanctacrucius tituli Sancti Clementis Presbyt. Cardinalis.
Io. Hieronymus Albanus tit S Ioannis Ante portam latinam Presb. Cardin.
Vincentius Goneaga tit. S. Alexii Presb. Cardin.
Henricus Caetanus tit. S. Pudentianę Presbyt. Cardin. S. R. E. Camerarius.
Hieronymus Matthęius Sanctæ Marci in Cosmedin Diaconus Cardinalis.

Congregatio pro vniuersitate Studij Romani.

ILlud etiam cogitantes, quod literarum cognitio, liberalesque doctrinę, & disciplinę quibus iuuentus in publicis Gymnasiis instruitur, & eruditur magnā Christianæ Reip. (si cum pietate coniungantur) afferunt vtilitatem, tunc enim Ciuitates, & Regna optime administrantur, cum sapientes, atque intelligentes gubernacula possident; ob eam sane causam Romani Gymnasii, eiusque vniuersitatis ornandę, & amplificandæ curam merito gerimus, vnde, & ipsam vniuersitatem ab ære alieno xxij, millium scutorum, & aliis pluribus oneribus subleuauimus, ac plane liberauimus. Itaque vt illius rationibus quam optime prospiciamus, Cardinales quinque eidem Gymnasio, & vniuersitati, illiusque reformationi pręficimus, quibus facultatem concedimus, vt cū opus fuerit, præclaros Theologiæ Magistros, Iurisconsultos egregios, & liberalium artium professores eximios vndecunque ad iuuentutem erudiendam euocent, qui morum integritate, eruditione, atque elegantia literarum non minus præstent quam peritia, vsque docendi, assiduisque prælectionibus iuuenes instruant, vtque singulis scię tiarum Magistris pro mæritorum ratione, re tamen nobiscum aut cum successoribus nostris participata stipendium constituant In super cum in hac Alma Vrbe nostra singulari Dei beneficio inter alias discentium Scholas Græcorum, Maronitarum, & Neophytorum ingenti Pontificum liberalitate, atque munificentia, erecta sint collegia, congruisque redditibus dotata, in quibus sacra Thæologia liberalesque artes Hæbraice, Grece, Arabice, & Chaldaice edocętur, eiusdem Cardinalibus iniūgimus, vt horum collegiorum Alumnos ad literarū studia ardentiori animo complectęda quod ad fidei catholicæ propagationem, ac literarum ornamentum, & ingenia excolenda maxime pertinet, opportune pro eorum pietate, & prudentia, omni adhibito studio excitari curent. Denique cum in præcipuis Christiani Orbis partibus Sancta hæc Apostolica sedes, vt pia Mater insignes quasdam Vniuersitates, in quibus sacrarum literarum, legum, & Artium, præstantissima studia florent, olim in tutelā, & clientelam receperit suam, nimirum Parisiensem, Oxoniensem, Bononiensem Salamantinam, vt in eis scilicet ex apostolicæ sedis protestione bonarū artium studio tanto maiori cum fructu, excolerentur nos, & illas ipsas, & ceteras Catholicas Vniuersitates paterna beneuolentia, complectentes, nec ipsam Oxoniensem quantum in nobis est, deserentes, sed ex intimo animi affectu ad matris gremium, & ad viam Salutis reuocātes, omnesque intimo cordis affectu, & Summa beneuolentia prosequentes, ac sub nostra, Beat. Petri Apostolorum Principis protectione, iterum suscipientes, eidem Congregationi imponimus, vt earundē vniuersitatum, atque ad eas pertinentium negotiorum apud Sedem Apostolicā curam gerat, illarumque necessitates, nobis, successoribusque nostris ordine exponat,

ponat, vt eis, ex paterna charitate opem, & auxilium afferre valeamus, easque interdum per literas visiter, nostroque nomine Catholicis viris Apostolicam, benedictionem impartiatur, illisque vt prospera cuncta eueniant, aliis uero Spiritum Consilii Sanioris a Deo optimo Maximo deprecetur.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Prosper Sancta Crucius tituli S. Clementis presbyter Cardinalis.
Antonius Maria Saluiatus tit. S. Mariæ de Pace presbyter Card.
Scipio Lancellottus tit. S. Saluatoris in Lauro presbiter Cardinalis.
Henricus Gaetanus tituli S. Pudentianæ presbyter Cardinalis. S.R.E. Camerarius.
Alexander Perettus S. Eustachii Diaconus Cardinalis Montaltus.

Congregatio pro Consultationibus Regularium.

Nec sane minus de regularium ordinibus solliciti fumus, qui ecclesiæ Dei magnum adiumentum, atque ornamentum, omni tempore præstiterunt, immo vero summopere cupientes eorum salutaria studia, progressus ad pietatem promouere, qui e fluctibus sæculi in portum regularis vitæ confugerunt: ob eam causam, vt remotis impedimentis, & inanibus contentionibus amputatis, sub suauis religionis iugo, & suorum institutorum obseruantia, quiete viuant, gratumque altissimo famulatum exhibeant, quinque alios Cardin. delegimus quib. facultatē cōcedimus, vt regulariū, claustraliū, mēdicantiū, nō mendicantiū hospitalariorū, & militariū possidentiū, & nō possidentiū cuiusuis demū ordinis sint, cōtrouersiis dubitationibus, cōsultationibusq; propositis respōdeāt causas vero quas inter ipsos religiosos oriri contigerit iuxta quarū q; religionū instituta, eorūque dispositionē superiores illorum definiant, atque terminent. Dūm autem inter episcopos, & regulares dubitationes inciderint, quæ sub Decretorum Concilii Trid. dispositione, aut interpretatione, comprehendantur, eas ad eandem Congregationē Cōcilii remittant: Audiant itidem, & decidant prædicti Cardinales causas, & controuersias inter prædictos ordines vertentes, siue in uniuersum, siue ratione particularium locorum, dummodo formam iudiciariam non requirant: Concedimus etiam, ut dicti regularibus non ad laxiorem, nec ad parem, sed ad arctiorē Religionem transeundi, iis quos feruore spiritus incensos ad perfectionis uitæ statum transire uelle constiterit, non obstantibus quibuscunque prædecessorum nostrorum Decretis, licentiam dare possint, Apostatarum, quoque erectorum, & præterea extra Monasteria degentium, aut uagantium causas iidem Cardinales audiant, & cognoscant eosque coercendi potestatem habeant. Curant præterea Visitationis Apostolicę iussa, & constitutiones editas a Romanis Pontificibus circa ipsos regulares exequendas, & in usum introducendas. Prouideant insuper regulares laudatæ uitæ zelo Dei, & salutis animarum, & prudentia spiritus præditos, institutorique regularium ordinis, & laudabilium, consuetudinum peritissimos, qui cum necessitas exegerit, prouincias sui ordinis, & non alterius receptis a nobis literis ad Omnipotentis Dei laudem, & locorum vtilitatem salubriter visitare valeant. Sub nomine autē regularium, etiam moniales, cuiusuis sint regulæ & obseruantiæ comprehendi volumus, omneque denique studiū Cardinales ipsi impen-

impendant, vt ab inferioribus erga superiores debita humilitas, & uicissim a superioribus erga illos paterna beneuolentia in multa charitate, & disciplina in spiritu lenitatis adhibeatur. neue dominentur inter fratres, sed superiores ipsi Patres se esse meminerint. Postremo eosdem Cardinales quasi religiosorum omniũ tutissimum perfugium esse uolumus; vt eorum authoritate, & auxilio recordati, studium religiosæ vitæ, & regularis perfectionis, sine impedimento Strenue percurrant.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Frater Michael Borrellus tit. S. M. supra Mineruam presb. Cardinalis Alexandrinus.

Iulius Ant. Sanctorius tit. S. Bartholomæi in insula presbyter Cardinalis Sanctæ Seuerinæ.

Philippus Spinola tit. S. Sabinæ presbyt. Cardinalis.

Fr. Constantius Sarnanus tit. S. Petri in Monte aureo Presbyter Cardinalis.

Congregatio pro consultationibus episcoporum, & aliorum Prælatorum.

Et nos quidem ex Apostolicæ seruitutis officio omnibus Christi fidelibus ad ædificationem debitores sumus, sed tamen præcipuo charitatis affectu in Christo complectimur, veniales fratres nostros ecclesiarum præsules & pastores qui ex præcepto Apostoli vigilant, in omnibus laborant, ministeriumq; suũ implent. Quare, vt ab Apostolica Sede, a qua tanquam a matre honorem, & iurisdictionẽ acceperunt sibi cum opus erit, auxilium præsidiumque paratum esse intelligant vt greges suos tanto fructuosius pascant. Quinque itidem Cardinales præponimus episcoporum, & aliorum Prælatorum consultationibus audiendis, quorum erit facultas, vt Patriarcharum Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum Prælatorum, & ordinariorum quorumcunque etiam inferiorum, non tamen regularium, petitiones audiant, præpositisque difficultatibus, quæstionibus, ac controuersiis, aliisque super quibus consulti fuerint, etiam per literas sedulo humaniterque respondeant, dubia, rationes, & causas, ecclesiarum earumque dignitatis, iurisdictionis, exemptionis, immunitatis iurium, priuilegiorum, & laudabilium consuetudinum, conseruationem concernentes summarie cognoscant, atq; tam ex partium petitione, quam ex officio componant, prout honestum, oportunumque eis videbitur. Causas item, & controuersias, inter eosdem Prælatos de iurisdictione, aliaue de causa, exortas item inter Capitula, aut obtinentes dignitates ac inter quascunque dignitates singulares personas, ac vniuersitates aut locorum in temporalibus Dominos, præter eas quæ Concilij Trid. interpretationem exigunt, vel ordinem iudiciarium re ipsa requirant, examinent, atq; amicabiliter desuper transigere, & per alios, si ita consultum videbitur, etiam extra diœcesim curent. Ac præterea ad ecclesias visitandas vbique locorum in quibus Christiana viget Religio visitatores nobis præsentent, vt exemplo Beati Gregorij Magni, Sancti Leonis, & aliorum Summi Pontificum prædecessorum nostrorum, cum in Domino expedire videbitur, destinare valeamus. Visitationis item formam illis præscribant, vt multo cum spirituali fructu, & fidelium ædificatione munus suũ obeant, negotiorumque omnium tractationis modum assignent, ac negligentiam, si quando opus erit emendent. Insuper, vbi necessitas, vi

ros vsu,& doctrina idoneos,rectos,& timentes Deum deligant,qui nostrarum literarum authoritate suffulti ecclesias vt Vicarii Apostolici regant. Denique eosdem Cardinales immunitatis ecclesiarum defensores,ad tuendum ipsorum prę latorum personas, res, & bona quacunque ecclesiarum prædicatarum ab omnium iniuriis, atque oppressionibus aduersus quoscunque quauis authoritate præfulgentes constituimus.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Nicolaus tit.S.Praxedis presbyter Cardinalis Senonensis.
Hieronymus Simoncellus tit.S.Priscæ presb.Card.
Ioannes Baptistæ.tit.S.Marcelli presb.Card.
Iulius Cananius tit.S.Eusebij presb.Card.
Scipio Gonsaga tit.S.Mariæ de Populo presb.Cardinalis.

Congregatio pro vijs,Pontibus,& Aquis curandis.

ET quoniam Curæ, & cogitationes nostrę ita in communis boni procuratione defixę sunt,vt dum grauiora,maioraque disponimus, eorum etiam quæ minora videntur, nō obliuiscamur.Considerantes quod ad Almæ vrbis locorūque ditionis nostræ Ecclesiasticæ ornamentum,aeris salubritatem,ciuium,incolarumque vtilitatem ac ad Peregrinorum nerque agētium commoditatem,eorum præsertim,qui ad hanc Apostolicam Sedem , & Apostolorum limina,totque S. loca innumerabilium martyrum Sanguine Consecrata pie visitanda concurrunt, Permagni interest viarum,Pontium,& Aquarum Curatio, Nos idcirco huic rei consulentes Cardinales sex infra nominatos deputamus, quibus facultatem damus vias curandi,aperiendi,muniendi dirigendi factasque tuendi,coarctatas dilatandi,veteres iam occupatas iterum in publicum vsum vendicandi, & redigendi,Pontes item tuendi, & vbi opus est,nouos extruendi, veteresque ruinosos instaurandi,& iam collapsos,si ita necessitas tulerit reficiendi; Aquarum præterea curam gerendi,illarum præsertim, quas nos tanta impensa , & labore in urbem adduximus, illasque certa mensura ad publicum vsum, commoditatemque melius destribuendi,& vbi maiori Aquarum copia opus esse viderint , fontes Aquarum magis, vbi res vnde deduci possint inuestigandi deductiones,substructiones,castella,formas,Aquę ductus receptaculaque earundem, Sarta tecta conseruandi omne impedimentū tollendi,Camerę nostræ. Apostolicæ Præsides, & Ministros,quibus ea specialis cura data est dirigendi,& ab contradictoribus protegendi,aliaque in his necessaria , & opportuna exequendi: Si qua vero difficultas, aut causa tam contra Domicellos,Communitates,& vniuersitates,quam contra quoscunque alios etiam immunes,atque exemptos, super his omnibus iam exorta sit,vel in posterum inciderit, eam omnem summarie sola facti veritate inspecta,ac re primum ad nos,& successores nostros relata demum definiendi potestatem facimus. Qua facultate eosdem Cardinales, ne dum in Alma vrbe, verum in vniuersa ecclesiastica ditione temporali vti posse statuimus.

Huius

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Io. Hieronymus Albanus tit. S. Io. ante Portã Latinam presbyter Cardinalis.
Hieronymus Simoncellus tit. S. Priscæ. presb. Cardinalis.
Iulius Cananius tituli S. Eusebij presb. Cardinalis.
Philippus Spinula tit. S. Sabinæ presbyter Cardinalis.
Henricus Caetanus tit. S. Pudentianæ presbyter Cardinalis S. Romanæ Ecclesiæ Camerarius.
Franciscus Sfortia S. Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis.

Congregatio pro Typographia Vaticana.

CEterum cum ex omni antiquitatis memoria notum sit, quantum semper detrimenti attulerint hæreticorum, aliorumque veritatis, hostium insidiæ, & doli sacris libris, Sanctorumque Patrum monimentis multis modis corrumpendis, quantumque hoc potissimum sæculo animarum perniciem, importauerint eorundem librorum mendosæ impressiones atque editiones, impuro, & pestifero hæresum fermento, aliisque erroribus coinquinatæ, & corruptæ: Nos volentes pro nostra Pontificia solicitudine vt hæc præclara, & salutaris nostra hæreditas a maioribus accepta inuiolata conseruetur, nuper eius rei causa non mediocri nostra impensa Typographiam Vaticanam ereximus, nunc autẽ pro rei, & negotii grauitate infrascriptorum Cardinalium Cõgregationẽ statuimus, quibus imponimus, vt Sacra Biblia latinæ vulgatæ, Græcæ, & Hebraicæ editionis, decretales epistolas, Concilia generalia Sanctorum præcipuorum ecclesiæ Doctorum opera ceteros denique libros quibus fidei Catholicę doctrina, traditionesque ecclesiasticæ continentur, & explicantur, quã emendatissime curent imprimendos. Quare mandamus ut vetustis manuscriptis, emendatisque codicibus adhibitis præsertim, & nobili, & optimis libris referta Pontificia Vaticana bibliotheca, & adiumẽto etiam, studio atque opera doctissimorum hominum, ex omnibus Christiani Orbis nationibus per nos aut successores nostros selectorum, qui linguarum peritissimi sint, libros imprimendos, accurate, diligenterque conferant, & recognoscant, vt eorum editio, quantum fieri poterit, integra, atque incorrupta prodeat. Si quæ vero grauiores dubitationes, & difficultates in veterum codicum authoritate librorum correctione, & emendatione inciderint, rebus prius, in congregatione examinatis, ad nos referant, vt in lectionum varietate id quod orthodoxę veritati maxime consonum erit, ex speciali Dei priuilegio huic Sanctæ Sedi concesso statuamus. Demum eadem Congregatio Typographos, & librorum recognitioni præfectos in quibusuis Christiani Orbis Regnis, & prouinciis admonebit, vt diligentẽ, opportunamque operã ad sua quoque officia fideliter, atque integre exequendam præstent, in librorumque hũiusmodi editione accuratissime versentur, & ad Vaticanæ impressionis præscriptum, ac normam omnino se conforment.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Antonius Carafa tit. S. Ioãnis, & Pauli presbyter Cardinalis.
Franciscus de Gioyosa tit. S. Trinitatis in Monte Pincio presb. Card.

Frater

Frater Constantius Sarnanus tit. Sancti. Petri in Monte aureo, presbyter Cardinalis.
Benedictus Iustinianus S. Agathæ Diaconus Cardinalis.
Scipio Gonsagha tit. S. Mariæ de Populo presb. Cardinalis. Cam.

Congregatio pro consultationibus negotiorum Status ecclesiastici.

DEnique cum valde consentaneum sit, vt qui longinquos, & externos in Domino complectimur, eorumque negotia breuiter expediri curamus, domesticis, & propinquis qui sub nostra, & Apostolicæ sedis peculiari tutela sunt, hac quoque in re, propẽsius consulamus, idcirco vt fideles ecclesiæ Romanæ filii ditioni nostræ temporali subiecti, ad varia negotia, causas, necessitatesque suas proponendas perfacilem aditum inuenĩãt remediumque ex iustitiæ, & æquitatis prę scripto, opportune, celeriterque obtineant, Cardinales itidem quinque eorum cõsultationibus præficimus, ac præponimus, quorum iuris sit, consultationes dubitationes, querelas super causis ciuilibus, criminalibus, & mixtis ad forum sæculare duntaxat spectantes, audire, illasque inter se statis diebus conferre, quod æquum esse, quodque omnibus diligenter consideratis de maioris partis sententia expedire censuerint, statuere, & deliberare iustitiam expedire administrareque decreta, ac definita erunt executioni tradi curare ipsisque facultatem concedimus, vt in omnibus negotiis, & causis cuiuscunque generis illæ sint etiam inter fiscum, & priuatum & inter priuatos, Communitates, vniuersitates, collegia, eorumque Rectores, aut alios quoscunque etiam coram ditionis Ecclesiasticæ magistratibus, & Ministris introductis, & pendentibus, quod iustum, & æquum videbitur, præcipiant, causas ab eis, vbi id ius, & ratio postulauerit, authoritate nostra auocent, aliisque iudicibus committant, Gubernatoribus. Prætoribus, ceteriisque omnibus officia, ex Sedis Apostolicę authoritate gerentibus, vt iusta, & imperata eius Congregationis exequantur significent, impositas pœnas, siue multas bonorum proscriptiones, seu confiscationes, corporis pœnas, etiam capitis, vltimique supplicii (nobis tamen prius de ea re consultis) moderentur, & commutent ac eos qui in carcere erun, tde loco ad locum, vbi id ita expedire indicauerint transferri mandent, ceteraque pro iustitiæ conseruatione subditorumque nostrorum quiete, & tranquillitate deliberent, ac prouideant.

Huius Congregationis Cardinales, hi sunt.

Dominicus Pinellus tit. S. Laurentii in Pane, & Perna pres. Card.
Hieronymus de Ruere tit. S. Petri ad Vincula pres. Card.
Antonius Maria Gallas titul. S. Agnetis in Agone, presbyter Cardinalis Perusinus.
Alexander Perettus S. Eustachii Diac. Card. Montaltus.
Bened. Iustinianus S. Agathæ, Diac. Cardinalis Cam.

Denique, quo dictarũ congregationũ expeditiones ualidæ existãt, Cardinales in qualibet cõgregatione nõ sint pauciores tribus, ad iudiciorũ uero confusionẽ euitãdã uolumus, ut unaquæq; cõgregatio, qñ aliqua causa, quæstio, uel cõsultatio

ad eam delata fuerit, diligenter, perpendat, an ad ipsam proprie eius causæ cognitio & expeditio pertineat, & si ad se minime spectare cognouerit: eandem ad iudices ordinarios, vel ad propriã congregationẽ remittat. Itidẽ Cardinales dictarũ cõgregationũ proprios sigillatim habeãt secretarios, ab eisdem fideliter deputandos, & ad res quæ in dies geruntur, annotãdas, & in publicã formã, si opus fuerit redigendas, & quoniã diuinis oraculis admonemur, vbi multa consilia, ibi salutem adesse eędem Congregationes, pro earũ arbitrio viros Sacræ Theologiæ Põtificii, Cæsareique iuris peritos, & rerũ gerẽdarũ vsu pollentes in cõsultationibus aduocẽt, atque adhibeant, vt caulis, quæstionibus, & negotiis quã optime discussis, q̃ Dei gloriæ animarũ saluti, & tristitiæ, atq; æquitati cõsentanea minime erunt, decernãtur, grauiora vero quæcũque ad nos vel successores nostros deferãtur, vt quid secũdũ Deũ expediat, eius gratia adiuuante, mature statuamus, licq; & non aliter per quoscũque iudices ordinarios, & delegatos, etiã dictos Cardinales, ac causarũ Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretãdi facultate, iudicari & diffiniri, & debere, irritumque & inane quicquid secus super his à quoquã quouis authoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attẽtari decernimus. Nõ obstãtibus, & præmissis ac quibusuis cõstitutionib. ordinationibus Apostolicis Priuilegiis quoq, indultis, & literis Apostolicis quibuscunq; formulis illa sint cõcepta. Quibus omnibus ẽt si de illis eorũq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, nõ autẽ per clausulas generales idẽ importantes mentio, aut quęuis alia expressio habenda esset eorum tenores, ac si ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis atque insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, expresse, ac latissime derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Demum paternam nostram charitatem, & auctoritatem quæ nobis a Christo Domino data est admonemus, & per ipsum per quem Reges regnant, obtestamur Charissimos in Christo filios nostros in Imperatorẽ electum, omnesque Reges, ac dilectos filios nobiles viros Rerũpublicarũ, aliosque duces, ac ceteros sæculares Principes, quos deus in excelso loco cõstituit, & tẽporali potestate cõmuniuit, vt fidei Catholicæ propugnatores, ac defensores sint, de quo nõ pietate, & erga Apostolicã sedẽ obseruãtia, atq; obediẽtia magnopere in Domino cõfidimus, & quã etiã multis argumẽtis perspectã habemus, alios vero ecclesiastica dignitate prędictos per sic Apostolica scripta ac per debitę obediẽtię vinculũ statusque sui sublimẽ cõditionẽ, qua Deo arctius religati existunt obstringimus, vt his nostris conatibus ad Dei laudẽ fidei propagationẽ, fidelium commoditatem, & salutem assistant ac authoritatem, quę ecclesię præsidibus in Beati Petri persona a Christo Domino credita, & collata fuit, ad fidei Catholicæ exaltationẽ & augmẽtũ, prout ex eorum munere tenẽtur, nosque eos pie facturos speramus, tueãtur, & defendãt, ac operã dẽt studiũque demũ omne cõferãt, & eadẽ authoritas ecclesiastica omnino illæsa cõseruetur, ac ecclesiæ Dei Ministris opẽ, & auxilio, in his omnibus impẽdant, & de sede Apostolica, ex sua, maiorũque suorũ pietate, benemereri nõ desinãt, memores se in susceptione Imperialis ac Regii Diadematis, & Principatus ad id præ ceteris deuinctos esse, vt inde in hac mortali vita felicitatẽ, nostrãque & sedis eiusdẽ benignitatẽ ac gratiã vberius valeãt promereri, post exactũ vero mortalis huius uitę curriculũ a Deo æternã gloriã, & beatitudinẽ cõsequãtur. Quod si secus ab eorũ aliquo, quod minime credimus, factum erit, diuinam iram donec sub potenti manu Dei, humilientur, qui tarditatem pœnæ supplicii interdum grauitatem, compẽsat, se minime effugere posse certo sciant. Vt autem hæ nostræ literæ quam primum vbique.

loco-

locorum,& gentium innoteſcant,quas inter alias Apoſtolicas perpetuasque Cõſtitutiones, annumeramus, illas publicis in locis de more affigi,earumque exemplis, vel etiam impreſſis, ſigillo obſignatæ,alicuius perſonæ Eccleſiaſtica dignitate prædite,ac quibus Notarius publicus ſubſcripſerit, eandem fidem haberi volumus,quæ his exhibitis maxima cum reuerentia omnino eſſet adhibenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum decretorum, conſtitutionum,aſſignationis, dationis,attributionis, confirmationis corroborationis, ſtatutorum,approbationis,declarationis,delectionum,prefectionum, tributionis,permiſſionis,reſeruationis,impartitionis inſtitutionis conceſſionum, iniunctionis,impoſitionis, voluntatum mandati,præpoſitionis,derogationis,admonitionis,obteſtationis, obtrectionis, & annumerationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Milleſimo,quingenteſimo,octuageſimo. 11. Kal. Februarii Pont. noſtri anno Tertio.

Tho. Thom. Gualterius.

Regiſtrata apud eundem Thomam Secretarium.

A. de Alexijs.

Anno a natiuitate Domini milleſimo, quingenteſimo octuageſimo octauo Indictione prima. Die vero Mercurij vigeſima tertia menſis Martij. Pont. Sanctiſſimi in Chriſto Patris,& D.N.D.Sixti diuina prouidentia Pap. V.anno eius tertio. Retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ lectę & publicatæ fuerunt in valuis, ſeu portis Sancti Ioannis Lateranen.& S. Petri Principis Apoſtolorum de vrbe, nec non Cancellariæ & acie campi Floræ, & per aliquod temporis ſpacium dimiſſæ,per nos Ioannem Baptiſtam Bagni, & Heren. Lucium Sanctiſſimi D.N. Pap,Curſ. Alex.Parabiachus Curſ.S.

Romæ apud Hæredes Antonij Bladij Impreſſores Camerales 1588.

His ſubiunximus duas Conſtitutiones Sixti Diuina prouidẽtia PP.V. quarum prior ſuper noua ordinatione titulorum, & Diaconiarum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, poſterior autem de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium creandorum numero, ordine, ætate tempore, qualitate, & officio promulgata fuit, & ſunt tenoris ſequentis.

Sixtus Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

RELIGIOSA Sanctorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorũ prouidentia inſtitutum olim fuit,iam inde a veteriſſimis temporibus,& poſteris traditum, vt S.R.E.presbyteris,certę in Vrbe Romæ Eccleſiæ,tituli appellatæ,quaſi

quædã cuiusq; propriæ Diœceses, Diaconibus vero, Vrbis regiones ad Christianæ religionis propagationẽ,& cõseruationẽ assignarentur. Quæ quidẽ sancta institutio pluriũ sæculorũ continuata serie,ac pro temporũ varietate susceptis incrementis ad nostram vsque ætatem seruata, ita viget, vt præter sex Episcopos Cardinales, qui certis Cathedralibus Ecclesijs Vrbi finitimis præsunt, singulis presbyteris & Diaconis Cardinalibus propriæ in Vrbe Ecclesiæ tituli videlicet & Diaconiæ cum suis Clero & populo, ac quasi Episcopali iurisdictione in spiritualibus & temporalibus regendæ, & administrandæ committantur. Proinde nos,postquam per nostram nuper editam constitutionem,creandorum Cardinalium numerum,computatis sex Episcopis prædictis, quatuordecim Diaconis,reliquis vero presbyteris Cardinalibus,ad septuaginta præscripsimus, nunc quoque ad Dei honorem,atque ad ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesię decus & ornamentum,ac Romani Cleri & populi bonum regimen salubremque directionem, eisdem presbyteris & Diaconis Cardinalibus totidem titulos,& Diaconias,ipsorum amplitudini & dignitati maxime congruentes, duximus assignãdos. Ac licet pleræque ex antiquis Ecclesiis in titulos & Diaconias concedi solitis, aut a prædecessoribus nostris successu temporum additis, adhuc integræ,& illæsæ permaneant:tamen quia nonnullæ, tum diuturnitate & iniuria temporum, tum diuersis quæ olim contigerunt eiusdem Vrbis direptionibus, incendiis,& ruinis collapsæ sunt, Nos antiquę pietatis & religionis Christianæ monumenta conseruare cupientes, sicuti sacrosanctas Basilicas, & angustiora templa antiquitate ipsa veneranda, nedum sarta tecta custodiri, sed & ingenti nostro sumptu refici,instaurari, & ornari indies magis curamus; ita etiam primo quidem loco veteres,& nobiles Ecclesias priscis temporibus in titulos presbyterorum Cardinalium, vt prefertur, institutas, delegimus, easque omnes,quę adhuc extant,voluimus omnino in titulos pro modernis & futuris presbyteris Cardinalibus retinere. Deinde ex iis,quæ recenti memoria in titulos erectę fuerunt, prętermissis quibusdam,propter loci incommoditatem,aut alias minus idoneis, ceteras itidem retinere;ac demum ne titulorum numerus presbyteris Cardinalibus desit,exemplo nonnullorum nostrorum prædecessorum,alias partim antiquas, nondum tamen huiusmodi honore decoratas, partim uero recentiores, celebres tamen Ecclesias dignitate Præsulum maiorem in modum illustrare, & in similes titulos erigere, & instituere, ac pro numero presbyterorum Cardinalium tot titulos addere, & supplere; ex Diaconijs quoque antiquitus institutis quatuordecim magis insignes pro totidem Diaconis Cardinalibus seligere, & congrua distinctione confusionem perpetuo tollere decreuimus, eosdem nimirum titulos,& Diaconias proprios cuiusque ordinis certos, & distinctos assignando, ita vt nunquam in posterum, quod hactenus sępe factum est, presbyteris Diaconiæ, neque Diaconis tituli presbyterales perturbato ordine, aut promiscue concedantur. Quod quidem rationi consentaneum videtur, vt quemadmodum Summus Pontifex vniuersali Ecclesiæ præsidens, & omnium totius orbis Ecclesiarum solicitudinem gerens, specialiter tamen Vrbis Romæ Episcopus existit, & in ea diuina dispositione supremam Sacerdotalis potestas Cathedram tenet; pari quoque ratione Cardinalibus, quos vti speciales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ filios, in Apostolici muneris functione,atque in vniuersæ Reipublicæ Christianæ administratione, præcipuos, sibique,maxime coniunctos habet consiliarios,& cooperatores, in eadem Vrbe Roma, quæ olim Beati Petri Sede in ea constituta, ipsius & Coapostoli eius

Pauli

Pauli doctrina & martyrio consecrata,& caput Christiani orbis,& religionis effecta est,certas sedes,mansionem & locum vnicuiq; proprium assignet,cuius quidem loci concessiones,iidem Cardinales & sui officii admoneantur, & residētiæ, quam assistendo ipsi Romano Pontifici seruare debent,& vel ex hoc magis tanquā in vnum corpus compacta membra,sacro capiti connexa esse,& ab illo depēdere clarius dignoscantur. Habita igitur cū Venerabilibus fratribus nostris eiusdem S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura,de eorum consilio & assensu statuimus & ordinamus in posterum perpetuis futuris tēporibus presbyteris Cardinalibus,has tantū,quæ infra descriptæ sunt,Ecclesias, neque in titulos assignari debere, videlicet ex antiquis,Sanctæ Crucis in Hierusalem, Sanctorum Marcellini & Petri,Sanctorum Quatuor Coronatorum, Sanctorum Ioannis & Pauli,S. Anastasiæ,S. Sabinę,S. Stephani in Cœlio monte,S. Clementis, Sanctorū Nerei & Archillei,S. Susannę,S. Pudentianæ,S. Sixti, Sancti Petri ad Vincula, S. Martini in Montibus,S. Eusebij,S. Priscæ, Sancti Vitalis,S. Marci,S. Marcelli, S. Laurentij in Lucina, Basilicę xij. Apostolorum,S. Laurentij in Damaso, quę S.R.E. Vicecancellario pro tempore existenti perpetuo concessa,& assignata est. S. Balbinę,S. Cęcilię,S. Chrysogoni,S. Praxedis,S. Mariæ Transtiberim. Ex posterioribus vero Sanctorum Quirici & Iulitæ,S. Ioannis ante Portam Latinam, S. Agnetis in Agone,S. Laurentij in Palisperna,S. Thomæ in Parione,S. Syluestri in Campo Martio,S. Pancratij,S. Bartholomæi in Insula,S. Matthæi in Merulana,S. Marię de Aracœli,S. Mariæ in Via, S. Marię supra Minerua, S. Marię Angelorum in Thermis,S. Hieronymi Illyricorum: Nec non quas supradictis antiquis, & posterius institutis addimus, & ex nunc in titulos presbyterorum Cardinalium cum honoribus,insignibus, priuilegijs auctoritatibus præeminentiis debitis, & consuetis, instar aliarum Ecclesiarum, quę in similes titulos per nostros prędecessores antiquitus erectę & institutę fuerunt, sine alicuius prędicio perpetuo erigimus,& instituimus,ac titulorum nomine & dignitate insignimus & decoramus. Sancti Honuphrii in Ianiculo,mutato illius statu ex Diaconia, quę hactenus fuit,in titulum presbyteralem,Sancti Augustini, S. Marię de Populo,de Sancti Alexij in Auentino,Sancti Blasij de Annulo, Sanctæ Mariæ de Pace,Sancti Saluatoris de Lauro.Sancti Petri in Monte auro, Sanctissimę Trinitatis in monte Pincio, Sanctæ Mariæ Transpontinæ. Ex Diaconijs vero antiquis statuimus retinendas esse tantum modo quatuordecim infrascriptas, videlicet Sanctæ Mariæ in Aquiro,Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Sanctorum Cosmæ & Damiani,Sanctę Mariæ Nouę,S. Adriani,S. Mariæ in via lata,Sanctæ Mariæ in Porticu,Sancti Angeli in foro Piscario,Sancti Nicolai in carcere Tulliano,S. Mariæ in Domnica, S. Eustachij, Sācti Viti in Macello,S. Agathæ,ac S. Georgij ad Velabrum Ecclesias,quæ insigniores existunt,& præscriptum a nobis Diaconorum Cardinalium numerum exæquant,ita vt computatis Ecclesiis Cathedralibus,videlicet Ostiensi & Veliterna inuicem vnitis,Portuensi & Sanctæ Rufinæ itidē vnitis,Albanensi,Sabinensi,Tusculana,& Prænestina,quibus sex Episcopi Cardinales præsunt,& titulis presbyterorum superius designatis numerū septuaginta Ecclesiarū cōstituāt; & alter præterea titulus supra numerū additus sit,vt si quādo contingat Diaconū vel Episcopū Cardinalem Vicecancellarium esse:& ideo e undē dictæ Ecclesiæ Sancti Laurentij in Damaso,quæ Vicecancellario pro tempore existenti per literas fel.recor. Clementis Papæ VII. prædecessoris nostri perpetuo,vt præfertur,concessa & assignata fuit,præesse,alicui presbytero Cardinali proprius titulus non desit. Omnes vero illas Ecclesias, quæ per

præsentem nostram constitutionem presbyteris Cardinalibus in titulos assignatæ sunt, nunc vero a Diaconis Cardinalibus etiam forsan ex dispensatione Apostolica pro Diaconia obtinentur; itidem omnes & quascunque ex quatuordecim superius enumeratis Diaconijs, quæ presbyteris Cardinalibus in titulos forsan etiam ex simili dispensatione concessæ alias fuerunt, & ab ijs obtinentur. Demum omnes & quascunque Ecclesias superius non expressas, ipsis presbyteris, aut Diaconis Cardinalibus in titulos aut Diaconias commissas, & assignatas, ac per ipsos obtentas, volumus & decernimus per præsentes, ex nunc eo ipso vacare, & quascunque illarum assignationes, concessiones; nec non dispensationes desuper etiam Motu proprio & consistorialiter, ac de simili fratrum consilio expeditas, quæ a prædecessoribus nostris, quæque a nobismetipsis emanarunt, literasque Apostolicas desuper confectas, processusque habitos per easdem, & inde secuta quæcunque cassamus, irritamus, & annullamus, irritaque & nulla, ac nullius roboris vel momenti esse nunciamus, mox assignaturi eisdem Cardinalibus, ex quorum personis Ecclesię in titulos aut Diaconias per eos hactenus obtentæ, vigore huius nostri decreti vacant, & eorum cuilibet alios titulos aut Diaconias ex supradicto numero proprio cuiusque ordini congruentes. In alijs vero præterquam supranominatis Ecclesijs, etiam si earum aliquæ in titulos presbyterorum, aut denominationes Diaconorum Cardinalium concedi solitæ sunt, & Cardinales iis præfici consueuerunt (quarum singularum situationes, & inuocationes præsentibus haberi volumus pro expressis) nomina, insignia, denominationes, & statum huiusmodi titulorum aut Diaconiarum perpetuo supprimimus & extinguimus; ac districte etiam interdicimus, ne de cetero vnquam perpetuis futuris temporibus, alia, quam ex suprascripto numero, Ecclesia in titulũ, aut denominationem Cardinalatus, cuipiam presbytero aut Diacono Cardinali concedatur, aut assignetur; neque alijs quam supranominatis titulis aut Diaconijs presbyteri vel Diaconi Cardinales præficiantur, neue vnquam aliqua ex supradictis Diaconijs, presbytero, neque contra, vllus ex dictis titulis Diacono Cardinali quomodolibet concedatur vel assignetur; neque cum ijs, aut eorum aliquo, ex quauis causa, desuper dispensetur. Sed & decreta alias in Consistorio super hoc edita innouantes & ampliantes, pari ratione etiam perpetuo prohibemus, ne in posterum alicui presbytero, aut Diacono Cardinali, qui alterum titulum, aut Diaconiam quomodolibet assecutus fuerit; quiue ex ordine Diaconorum ad ordinem presbyterorum, vel ad Episcopalem dignitatem transierit, aut ex ordine presbyteratus in Episcopum pariter promotus fuerit, licentia, & facultas retinendi priorem Ecclesiam sui tituli, vel Diaconiæ in administrationem, aut in titulum, neue Canonicatuum & præbendarum, dignitatum, officiorum aut beneficiorum dimissi tituli, vel Diaconiæ collatio, neque palatij, domus, vineæ, hortorum, aut fructuum, redituum, & prouentuum, aut iurium quorumcunque ad huiusmodi titulos seu Diaconias pertinentium, ad tempus, seu ad vitam retẽtio, aut vlla alia reseruatio, quouis prætextu, occasione, vel causa, etiã meliorationis & sumptuũ in illarũ reparationẽ, necessitatẽ, siue vtilitatem factorum, concedantur; sed volumus vt ipsi tituli, & Diaconiæ, cum illis annexis, iuribusq; & pertinentijs suis vniuersis libere dimittatur. Insuper præcipimus & perpetuo ordinamus, vt de cetero in quibuscunq; literis Apostolicis, in quibus Cardinalũ subscriptio manu propria facienda erit, ijdẽ Cardinales etiã tituli, seu Diaconiæ, vel Episcopatus sui Cardinalatus nomine expresso se subscribant. Decernentes per huiusmodi erectionem & institutionem, decem prædictas per nos in titulos erectas

ctas Ecclesias tantummodo nouis priuilegijs & dignitate auctas, decoratas & insignitas; nihil autem omnino præiudicij cuiquam illatum, nihil alieni iuris detractum, aut imminutum censeri posse aut debere, sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Cardinales prædictos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quauis causa & instantia iudicari, & diffiniri debere; nec non irritum & inane si secus super præmissis eorumue aliquo a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum supradictarum aliarum quarumcunque, nec non ordinum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis illis, ac quibusuis personis quomodolibet cõcessis, approbatis & innouatis: Quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Sic igitur ipsi Cardinales, quibus huiusmodi Ecclesiarum regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erunt, eas in spiritualibus & temporalibus solicite, fideliter & prudenter regant, & gubernent, ac iuxta constitutionem piæ memoriæ Leonis Papæ X. prædecessoris nostri in Concilio Lateranensi nouissime celebrato editam frequenter visitent, circa cultum diuinum inuigilent, mores ac vitam cleri & populi eis subiecti diligenter explorent, eosque ad recte & honeste viuendum paterno moneant affectu, bonorum ac temporalium reddituum curam gerant, sic ad Dei gloriam & fidelis populi ædificationem pia & magnifica structura & fabrica suas quique Ecclesias instaurare studeant & exornare, & tam in vita, quam in mortis articulo, pro diuini cultus augmento, & salute animarum suarum ad congrue sustentandum aliquem presbyterum, qui inibi in diuinis deseruiat, siue alias erga ipsas Ecclesias si reparatione indigeant, vel alia subuentione, de bonis sibi a Deo collatis, prout cuique pro modo facultatum conscientia dictauerit, munificos se exhibeant, & liberales, vt earundem Ecclesiarum decora & ornamenta tantorum Præsulum respondeant dignitati, ac ipsæ Ecclesiæ tam sublimibus personis gaudeant se commissas, & eorum amplitudine illustratas; ijdemque Cardinales exinde ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cuius nobilissima membra sunt, maiestatem sua pietate, solicitudine, & prudentia in dies magis extollant, & reuerentiam omnium gentium erga illam exemplis bonorum operum insigniter augeant, ac denique præter æternæ retributionis præmia digna quoque laudum preconia a nobis & Apostolica Sede valeant promereri. Mandamus vero vt præsentes literæ in quinterno Cancellariæ Apostolicæ de more describantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum, ordinationum, erectionis, institutionis, insignitionis, decorationis, volũtatum, decretorum, cassationis, irritationis, annullationis, nunciationis, suppressionis, extinctionis, interdicti, innouationis, ampliationis, prohibitionis, præcepti, derogationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserint, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo, octuagesimo septimo Idibus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

† Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

1. Pe 2. POstquam verus ille atque æternus Pastor, & Episcopus animarum Christus Dominus ad gubernandam vniuersalem Ecclesiam, quam suo pretioso sanguine acquisiuit, Apostolorum Principi Beato Petro Cœlestis simul ac terrenæ tradidit plenitudinem potestatis, eique suas in terris vices commisit, sicut in cathedra ipsius Petri successor, & verus Christi Vicarius Romanus Pontifex diuina præordinatione, eiusdem supremæ Apostolicæ dignitatis fastigium, & locum in terris tenet: ita etiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales repræsentantes personas Sanctorum Apostolorum, dum Christo Saluatori regnum Dei prædicanti, atque humanæ salutis mysterium operanti ministrarent, eidem Pontifici in executione Sacerdotalis officij, & in dirigenda ipsa Ecclesia Catholica cui præest, consiliarii & coadiutores assistunt, quasi oculi & aures, ac nobilissimæ sacri capitis partes, & præcipua illius membra a Spiritu Sancto constituta, qui in hac ipsa Ecclesiastica Hierarchia diuina dispositione, instar illius cœlestis, cui ex altera parte respondet, ordinata, ad altissimum gradum euecti cū ipso Romano Pontifice communi patre ac pastore, ad quem ex omnibus vndique gentibus ac nationibus in grauissimis, maximeq; arduis rebus fideles omnium generū, omnium ordinum, summi, infimi quotidie confluunt, tanti ponderis molem atque onus populorum sustineant, & pro animarum salute, pro fide, pro iustitia, pro vnitate assidue inuigilent, ac laborent, qui circa ipsum vniuersali Ecclesiæ seruiendo, singularum Ecclesiarum cōmoditatibus se impendant, quorum consilio idē Pontifex agenda disponat, quorum opera & necessaria & plurimum fructuosa vniuersæ Reipublicæ Christianæ in secundis rebus ornamento & commodo, in dubiis præsidio & adiumento esse possit: qui denique pro exaltatione Catholicæ religionis, pro pace & quiete Christiani populi, pro augmento & honore sanctę Sedis Apostolicæ sanguinem, si ita referat, & spiritum constanter effundant. Cū itaque ipsi veri cardines sint & clarissima Ecclesię lumina, templi Dei bases, firmamenta & lumina Christianæ Reipublicæ singulari quadam pietate ac doctrina: nec vulgari aut mediocri, sed insigni atque eximia virtute abundare debent, vt quam gerunt personam digne & honorifice valeant sustinere. Ac quemadmodum præcipue sunt partes summi Romani Præsulis in ijs asciscendis exquisitam adhibere diligentiam, & accurata circumspectione prouidere, vt viri optimi ac lectissimi assumantur, & vel in hoc potissimum necessitati atque vtilitati totius Ecclesiæ sibi commissæ consulatur: ita etiam Prælati ceteræque personæ Ecclesiasticæ ad tantæ dignitatis sublimitatem promouendi, anteactæ vitę laude, atque excellenti quadam & rara meritorum commendatione præ ceteris fulgeant, necesse est: vt hoc amplissimo honore digni habeantur. Siquidē eorū vita ac mores ceteris exemplo esse debent, verba & respōsa pro oraculis, monita ac præcepta ab vniuersis Christianis, regulæ & norma recte viuendi, rectęq; sentiēdi existimātur ab ijs quasi sapientissimis magistris Ecclesiasticæ disciplinæ forma suscipiūt q̄ ad mores vitāq; cunctorū fidelium cōponēdos longe lateq; diffusa propagetur. Ipsi denique vere sunt sal terræ ac lucernæ positæ super cādelabrū, vt inter sanguinē, & sanguinē, causam & causam, lepram & leprā discernant, ac doctrinæ opportunitate & veritate in firma cōfirmēt, disrupta cōsolident, deprauata conuertant, luceant omnib. qui in domo Domini habitant, ac primę huic Sedi assistentes, cūctos,

c per uenerabilē q fil. sint legit. c. fundamenta. de elec. lib. 6.

Extrauag. Io. 22. Execrabilis.

Matt. 5 Deute. 17.

ctos pastores, dum in grauioribus negotiis eandē Sedem consulunt, eiusue opem implorant, suo iudicio, cōsilio & auctoritate instruere, dirigere ac docere nō cessent. Ceterum cum non solum ad eos spectet plurima, & maximi momenti negotia & causas, quæ eis indies committuntur, præclara fide & prudētia cognoscere, ac legationibus in Prouincijs gubernandis, & in grauioribus rebus, sæpius ad Reges & Imperatores perfungi: sed, quod omnium caput & summa est, ex eorū corpore, numero, & Collegio, ille ipse qui cunctis pastoribus est præficiendus, ac totius Dominici gregis curam habiturus, summus Pontifex deligatur, iidemque illū suis suffragiis creent, qui tūc demum publico bono Christiani populi, optimus sine vlla dubitatione existet, si e numero & suffragijs bonorū deligetur in hac sacra electione censendi sunt veri interpretes atque internūcij voluntatis Dei, cuius spiritu sicut vniuersū Ecclesiæ corpus sanctificatur & regitur, ita maxime hoc totū huiusmodi electionis opus eiusdē afflatu & instinctu absolui certissimū est, atq; omnibus exploratum, vt uel ex hoc ipso perspici possit, quāta in eis requiratur puritas & sinceritas ab omni carnis affectu, priuatorum commodorū cura, & factionum studijs aliena, quorum pectora & voces tēpla & organa futura sint Spiritus Sancti, & ex quibus quasi seminibus is sit proditurus, in quē totius Apostolicę potestatis plenitudo Deo annuente merito conferatur. Quapropter, vt tanti muneris amplitudo ea qua decet obseruantia & admiratione apud cūctos mortales honoretur, & in quos ob celsitudinem gradus, omnium oculi, omniū ora cōuertuntur, in eis summæ dignitati par claritas & splendor eluceat, atque in eis glorificetur Deus, honorificetur sacerdotale ministeriū, & animę fideliū lætificētur, certe sacris amplissimi huius honoris insignibus ij demū decorandi videntur, qui eximia eruditione, innocētia ac sanctitate & omni virtutum genere a vero solidorū bonorum largitore Deo supra ceteros fuerint illustrati. Proinde nos, postquam placuit diuinæ bonitati imbecillitatem nostram ad Summi Apostolatus apicē vocare, inter ceteras, quas pro bono vniuersalis Ecclesiæ his maxime turbulentis tēporibus, dies noctesque suscipimus curas, & cogitationes, hāc ipsam Pōtificia nostra solicitudine dignissimam indicauimus, vt ad communem salutē, & profectū Christiani populi nostræ curæ crediti, ac ad ipsius S. R. E. decus, & ornamentum circa Cardinalium electionem atque assumptionem, tam a prædecessoribus nostris, quam a nobis hactenus editas sanctiones & decreta expenderemus, in quibus licet pleraq; salubriter ac prudenter dispositа & ordinata fuerint: quia tamē res humanę facile in deterius prolabūtur, nisi sit, qui eas assidue tenouet atq; cōseruet, easdē illas sanctiones & decreta partim innouādo, partim declarando, partim pro rerum & temporum exigētia supplendo, & in melius reformādo, habita super his cū Venerabilibus Fratribus nostris eiusdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorundē Fratrum consilio & vnanimi consensu, hanc nostram perpetuo valituram constitutionē duximus promulgandā, qua & nosmet ipsos in re tam graui muneris admonemus, & quā nobis legem imponimus, eandē nostris successoribus indicamus, quos & sui officij nō immemores fore confidimus, & se aliquando in districto ac tremendo Dei iudicio suæ villicationis rationē esse reddituros, Apostolo dicēte: Omnes stabimus ante tribunal Christi, & vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. *Rom. 14. 2. Corint. 5.*

PRIMVM igitur, cum ita exposcente rerū ac temporum qualitate & occasione recessum fuerit a ueteri illo more admodū paucos viros in sacrum Collegiū ascribendi, iamque plures nostra ætate Cardinales quā antiquitus in ipsum Collegium cooptari consueuerint, tum ut iuxta generalis Cōcilii Tridentini decretum

cretum omnium Christianitatis Nationum ratio habeatur, tũ quia in eodẽ Collegio multi, quæ est humani corporis infirmitas, senectute, vel morbis frequenter grauati, haud commode tanto oneri assidue sustinendo sufficere queunt, vt ij hoc moderatio congrua adhibeatur, & certi limites præscribãtur, ne vel ad veterem illam paucitatem eos redigamus, vel rursus eorũ honor nimia ac superflua numerositate vilescat, quod interdũ, & nosipsi dum in minoribus essemus, vidimus, & experti sumus: Ac vt veteris Synagogæ figura Sanctæ, & Apostolicæ Ecclesiæ veritati respondeat, sequi cupientes mandatũ Domini factum ad Moysen, de congregãdis septuaginta viris, de senibus Israel, quos nosset senes populi esse, & Magistros, vt secum onus populi sustentarent, & non ipse solus grauaretur, super quos ad ostiũ tabernaculi ductos, loquente Domino, Spiritus requieuit: de prędictorũ Fratrũ nostrorum consilio perpetuo statuimus, & ordinamus, vt in posterũ connumeratis omnibus cuiusq; ordinis Episcopis, Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, qui nunc sunt, quiq; in futurum creabuntur, cuncti simul numerũ Septuaginta nullo vnquam tempore excedant, ac talis numerus quouis prætextu, occasione vel causa etiam vrgẽtissima minime augeatur. Quod si vnũ vel plures a nobis vel pro tẽpore existente Romano Pontifice in futurũ vltra dictum numerum eligi in Cardinalẽ, aut creari aut pronunciari contingeret, decernimus huiusmodi electionem, creationem, & pronunciationẽ nullam, irritã, & inanem fore, & censendam esse, nullumq; ius seu titulum ei aut nomine sic electo seu electis acquiri, neq; eorũ quenquam pro Cardinali haberi aut reputari posse aut debere, neq; dictam electionẽ, creationem, pronunciationem ab initio invalidã, & vltra numerum factã, si postea ad præscriptum numerum moriente vno vel pluribus Cardinalibus ipsum Collegium redigatur, propterea ex postfacto conualescere, sed vti a principio sic deinceps in perpetuum nullius fore roboris vel momenti.

Num c. xj.

Quoniam vero iam inde ab antiquissimis etiam Apostolorũ temporibus Diaconorum ordo ad inseruiendum & ministrandum in Ecclesia Dei ex magna, pui dẽtia dignoscitur institutus, & pro tẽporum varietate modo maior, modo minor numerus esse consueuit, ita vt aliquando septẽ, interdũ quatuordecim quandoq; vero decem, & octo Diaconi fuerint, & tamen hoc tempore tum propter eorum paruum numerum, tam propter aliquorum absentiã a Romana Curia, adeo pauci reperiuntur, vt eorum officio satisfacere nequeant, imo sæpius presbyteri Cardinales loco Diaconorum, contra patrũ instituta Pontifici assistere, & ministrare cogantur: Idcirco statuimus, vt ex prædicto numero Cardinaliũ, Diaconi quatuordecim, reliqui omnes præter sex Episcopos, presbyteri sint, & esse debeant.

Neq; posthac quispiam in Diaconũ Cardinalẽ assumi possit, nisi saltẽ in vigesimo secũdo suæ ætatis anno fuerit constitutus, ita vt omnino intra annũ ad sacrũ Diaconatus ordinẽ valeat, & debeat promoueri: alioquin si anno elapso ad ipsum Diaconatus ordinẽ promotus nõ fuerit, eo ipso tam in Consistorialibue, & oĩbus alijs actibus, & negotijs Cardinalitiis, quã etiam iuxta cõstitutionem fe. re. Pii Papæ Quarti prædecessoris nostri super reformatione Cõclauis editam, in electione Romani Pontificis voce actiua, & passiua omnino careat ac priuatus existat.

Diaconorum autem numerus sic præfinitus perpetuo retineatur, ac Diaconi in eodẽ ordine semper remaneant, & si qui eorum ex deuotionis feruore ad presbyteratus ordinẽ promoti fuerint, semper tamẽ in eodem Diaconatus ordine & officio ministrent, & suũ locum inter Diaconos Cardinales teneant, donec ex Cardinalibus de nouo creandis siue eligendis, alii Diaconi prædictum numerũ supplearit, & in eorum locum subrogẽtur, ac substituãtur. Quo casu antiquiores Diaconi

coni ad presbyteratus ordinem promoti, ad presbyteros Cardinales transire atque inter eos sedere valeant, & connumerari.

Vt vero Diaconos Cardinales, qui in sua vocatione permãserint, & in ministerio ordinis sui perseuerauerint, maioribus honoribus prosequamur, volumus vt cũ aliquã ex sex Cathedralibus Ecclesiis quibus Episcopi Cardinales prẽsunt, primo, secũdo, & tertio per obitum vel translationem, aut alias pro tempore vacare contigerit, antiquior quidẽ presbyter Cardinalis præsens, saluo cuique Episcopo Cardinali iure transeundi ad eam, dimissa priore cui præerat, vt moris est, protinus ueatur: sed vbi post tres vacationes, tres itidẽ ex ipsis presbyteris Cardinalibus in Episcopos præfecti fuerint: tunc si quarta alicuius harum Ecclesiarum vacatio cõtigerit, excluso, ea tantum vice, antiquiore presbytero, prior Diaconorũ Cardinalium, qui præsens fuerit, & in ętate legitima cõstitutus, vel si ille noluerit, aut nequiuerit assumi, sequens Diaconus eisdem qualitatibus præditus, ad eam promoueatur, & ita deinceps in huiusmodi vacationibus sex Ecclesiarum prædictarum perpetuo obseruetur, vt post tres presbyterorũ ad dictas Ecclesias promotiones, quarta occurente vacatione, prior Diaconorum aut sequens, vt præfertur, in Episcopum præficiatur.

Inter hos Septuaginta Cardinales, prẽter egregios vtriusque iuris aut Decretorum Doctores, non desint aliquot insignes viri in sacra Theologia Magistri, præsertim ex Regularibus, & Mendicantium ordinibus assumendi, saltem quatuor, non tamen pauciores.

Antiquum vero Clementis, Anacleti, Euaristi, Alexandri, & aliorum Sãctorũ Pontificum Prædecessorum nostrorũ morem, per sexcentos & amplius annos cõtinuata serie obseruatum sequi volẽtes, ac decretum alias per nos in nostro Cõsistorio editum innouantes, perpetuo sancimus tempus creandorum Cardinaliũ seu promotionis ad Cardinalatus honorem faciendæ mense Decembri duntaxat in ipsis temporibus seu diebus ieiuniorum, & non aliis esse debere.

Vt autem ipsi Cardinales in regimine vniuersalis Ecclesię nobis & pro tẽpore existenti Romano Pontifici vtiliter assistere valeãt, ac de omnibus Christianorũ Regnorum, Prouinciarumq; moribus rebus & negotiis prompte & fideliter certa ab eis notitia, pro rerum emergentium opportunitate habeatur, prędicti Cõcilii Tridentini decreto inhærentes, statuimus vt ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, idonei assumantur.

Præterea, qui Cardinales creandi erunt, legitimis, & honestis sint exorti natalibus, neque vlla prorsus labe, aut illegitimorum natalium suspicione quouis modo laborẽt, sed omni macula, & impuritate careant, alioquin ad tam eminẽtẽ dignitatis gradum, penitus inhabiles, & illius incapaces sint, & esse censeãtur. Quo circa considerantes, quod licet tanta sit vis, & efficacia Sacramenti Matrimonii, quod Apostolo teste, Magnum est in Christo, & in Ecclesia, vt qui antea geniti erant, ex soluto, & soluta, inter quos rite Matrimonium constare poterat, post illud cõtractum legitimi habeantur, in nonnullis tamen Prouincijs, & Dominiis, nobilitatis priuilegijs non gaudent, nec ad secularia officia, honores, & dignitates, neque ad nobilium feudorum, & statuum successiones admittũtur: quodq; multo magis indecorum videretur, & ab Apostolicæ sedis dignitate alienũ, si huiusmodi illegitimi per sequens Matrimonium, vt præfertur, legitimi, in Cardinales assumerentur, ac Cardinalatus celsitudo, & splendor, qui dignitati Regiæ comparatur facile deprimi, commaculari, aut quodammodo inobscurari posset: Ideo vt puriori dignitati puriores natales respondeant, quoscũque illegitime natos,

Ephes. v.

res, quorumuis,etiam Magnorum Principum,etiam Ducali,aut maiori, etiam Regio,& Imperiali auctoritate fulgentium filios quocunque gradu,dignitate,& præeminentia præditos,etiam genitos ex soluto,& soluta inter quos tunc Matrimonium constare poterat,ac postea per subsequens Matrimonium,etiam rite,& solenniter in facie Ecclesiæ cõtractum, vel alias legitimatos, & quomodolibet habilitatos,& natalibus restitutos,ac quorumuis honorum capaces effectos,etiam si cũm eis, vt hanc ipsam dignitatem obtinere valeant, super defectu natalium fuerit expressum,& in specie auctoritate Apostolica quomodolibet dispẽsatum,nihilominus prædictæ Cardinalatus dignitatis prorsus incapaces, & ad eam obtinendam perpetuo inhabiles decernimus,ac declaramus.

Sod,& insuper prohibemus,ne ii,quos propter defectus,vitia, aut impedimẽta quæcũque ad sacros ordines secũdum canonicas sanctiones promouere fas nõ est,etiã si cum dicta ipsis auctoritate Apostolica fuerit dispẽsatum, neue alicuius criminis,aut infamię nota respersi in Cardinales, vllo vnquã tẽpore assumantur.

Ceterum,vt nõ solum honore,sed etiã re ipsa cardines sint, super quibus ostia vniuersalis Ecclesiæ tuto nitantur,diuinaq;& humana ministeria sibi cõmissa vtilius exequi possint,statuimus,vt lectissimi, & præcellẽtes viri in ipsum Collegiũ ascribantur,& quorum vitę probitas,morũ candor,præstans doctrina,& eruditio,eximia pietas,& erga salutem animarum ardens studium, & zelus,in dandis cõsiliis sincera fides,& integritas,in rebus gerendis singularis prudentia,constantia,& auctoritas,& aliæ qualitates a iure requisitæ,tam ipsi Pontifici, quam vniuso Collegio cognitæ,& probatæ sint:

Ac proinde ne homines sacrarum rerum plane imperiti,& rudes,atque Ecclesiasticarum functionum ignari,quasi in Ecclesia Dei hospites,& peregrini statim huiusmodi muneri præficiantur,iuxta decretum iam pridem a nobis in prædicto Cõsistorio nostro sancitũ,quod pariter harũ serie innouamus,districte interdicimus ne quis vllatenus ad Cardinalatus honorẽ assumi queat,nisi qua antea clericali charactere insignitus,& in quatuor minoribus ordinibus constitutus,per annum saltem habitum, & tonsuram gestauerit clericalem.

Cum autem ad honorem adeo sublimem promouendi omni virtutum,& præsertim castimoniæ laude supra ceteros plurimum eminere debeant, qui vero filios,etiam legitimos,ex vxore sua, alias dignoscitur suscepisse,certum nequeat sue testimonium continentiæ exhibere, & pater erga proprios filios naturali affectu nimia quadam propensione feratur, verendumque sit, ne propterea variis propriæ domus negotiis,ac multiplici liberorum cura distractus, Ecclesiæ negotia sibi credita, aut negligenter tractet, aut minus solicite, & fideliter, quam par est, eiusdem Ecclesiæ iura tueatur, prohibemus, ne aliquis qui vtriuslibet sexus filium, seu filios, etiam ex legitimo matrimonio susceptos, vel nepotem,seu nepotes ex eis habeat,vllatenus in Cardinalem assumi,aut promoueri possit.

Insuper,vt factionum fomitem,& simultatum ansam, ex sacro hoc cœtu quantum cum Domino possumus,amputemus,decretũ piæ me. Iulii Papæ III. prædecessoris nostri in sacro olim Consistorio editum approbantes,& declarantes, Similiter perpetuo interdicimus,ne vllo vnquã tempore assumatur aliquibus post hac in eiusdem S.R.E. Cardinalem,qui frater vtroq; vel alterutro parente germanus existat alterius Cardinalis viuentis, ita vt eodem tempore duo fratres germani in eodem Collegio nullatenus esse possint. Quinimo idẽ decretũ extendentes,& ampliãtes,prohibemus quoque ne patrueli,vel amitino,aut cõsobrino Cardinale

dinale viuente, alter eius patruelis vel amitinus aut consobrinus ad Cardinalatū valeat promoueri.

Sed, & pari ratione sancimus, ne patruo aut auunculo Cardinali viuente, eius ex fratre vel sorore nepos, nec rursus nepote ex fratre vel sorore Cardinale existente, illius patruus aut auūculus, nec vllus denique alius, qui primo aut secundo tantum consanguinitatis gradu alicui Cardinali viuenti coniunctus sit, quamdiu is vixerit in Cardinalem assumi possit. Ita vt omnes, & singuli prædicti tam pater filios, aut nepotes habens, quam fratres germani, patrueles, amitini, consobrini, patruus, auunculus, nepos ex fratre vel sorore, & quiuis vt supra primo, aut secundo gradu coniunctus alter altero Cardinali viuente, ad Cardinalatum inhabiles, & illius incapaces sint, & censeantur, neque eorum aliquis Cardinalis creari valeat, neque aduersus hanc prohibitionem ex quacunque etiam vrgentissima causa cum eis liceat dispensari. Et nihilominus electio, creatio, ac pronunciatio Cardinalium huiusmodi contra præsentem prohibitionem aut interdictum facta & attentata nulla, irrita, & inanis sit eo ipso, ac cum omnibus inde secutis nullius sit roboris, vel momenti.

Postremo attendentes proprium esse eorundem Cardinalium munus assistere vt præmittitur, Christi in terris Vicario, eiq, in regēda ecclesia Catholica consiliū & operam assidue præstare, atq; cum eo Ecclesiæ necessitatibus prouidere, ipsosq; tum ad id ex ipsius officii debito, tum ex sanctorū Patrum decretis teneri, ac propterea absurdum esse Cardinales procul ab ipso Pontifice vitam agere, & locum mansionemq; suam in Ecclesia Dei adeo præcelsam contra huiusmodi officii debitum, & in suarum perniciem animarum negligere ac deserere, inhærētes decreto similiter a nobis in Consistorio nostro dudum desuper promulgato, de eorundē Fratrum consilio statuimus, & ordinamus, ne quis in posterum a Romana Curia absens Cardinalis creetur, aut pronūcietur, nisi hac adiecta cōditione, vt intra annum in Romanam Curiā venire, & Apostolorū limina visitare teneatur, nec non antequam Biretum rubrum, quod a Romano Pontifice de more benedici, ac per certum nunciū mitti solet, ei tradatur, illiusue capiti imponatur, iure in manibus personæ alicuius in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ, cui id negotij datū fuerit, se intra annū a die præstiti iuramenti numerandū omni mora postposita, & impedimento remoto ad Vrbem, vel alio, vbi Ro. Cu. eo tēpore fuerit, personaliter aduēturū, vt sistat se nobis, aut pro tēpore existenti Romano Pontifici, & sanctæ Sedi Apost. cuius obsequijs erit ascriptus, & quamdiu ipsi Pōtifici visum fuerit, muneri suo incumbat, atq; ita de legibus, moribus, consuetudinibus, ac toto statu eiusdem Sedis plene instruatur, atq; ad Ecclesiæ seu Prouinciæ, cui forsan præerit, necessitates subleuandas, abusus tollendos, mores reformandos, Ecclesiasticam disciplinam, si qua ex parte labefactata fuerit, restituendam, opportuna, & salutaria consilia ab ipsius Pontificis paterna charitate, sapientia, & vigilantia recipiat, & pro viribus exequatur. Cuius quidem iuramenti postquam per eum præstitum fuerit, publicum inde instrumentum confieiatur, & in forma authentica ad nos, vel nostrū pro tempore successorē nulla interposita mora transmittatur. Quod si forte id iurare recusauerit, volumus, vt biretum rubrum ei omnino denegetur, ac nequaquā tradatur, sed ipso facto, absque alia declaratione, vel decreto Cardinalatus honore priuatus existat: atq; habeatur in omnibus, & p omnia ac si nunquam in Cardinalē assumptus, vel promotus fuisset. Inhabilis quoq; ad eandem dignitatem postea obtinendam, & illius incapax efficiatur. Sin autē iuret, ac biretum rubrum accipiat, sed tñ postea ad Vrbem, & Romanam Curiam, vt præ-

fertur,

fertur; intra annum a die præstiti iuramenti non comparuerit, tunc pariter absq; alia declaratione Cardinalatus dignitate, officio, titulo, denominatione, atq; omnibus, & quibuscunque illius insignibus facultatibus, priuilegijs, auctoritatibus ca reat eo ipso, & perpetuo priuatus sit, & censeatur, perinde ac si nunquam inter Cardinales coopatus fuisset, nec biretum rubrum accepisset. Quod quidem biretum post id tempus confestim deponere omnino teneatur. Decernentes sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ipsos S. R. E. Cardinales, in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuiq; quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere: nec non irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstan. Apostolicis, ac in generalibus Conciliis editis constitutionibus, & ordinationibus, etiam certum alium eorundem Cardinalium numerum præscribentibus, aut alias super præmissis disponentibus, quas omnes quatenus præsenti constitutioni in aliquo aduersantur, illarum tenores pro plene, ac sufficienter expressis habentes, etiamsi de illis specialis, specifica, expressa, ac individua de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio facienda esset, omnino abrogamus, abolemus, & annullamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Ceterū, vt præsentes literæ omnibus innotescant, mādamus illas ad valuas Lateranensis, & Principis Apostolorū de Vrbe Basilicarum, atq; Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ more solito publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis spacium dimitti, eisq; detractis earū exempla eo in loco relinqui. Ac volumus, vt illarū transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra illud, vbi opus fuerit, eadē prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam nostrorum statutorum, ordinationum, decretorum, voluntatum, sanctionum, declarationum, prohibitionum, innouationum, interdictorum, approbationis, extensionis, ampliationis, abrogationis, abolitionis, annullationis, & mādati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo, octuagesimo sexto, tertio Nonas Decemb. Pontificatus nostri anno secundo.

† Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† ego A. Card. Farnesius, Episcopus Ostien. Vicecancellarius.
† ego Iac. Card. Sabellus, Episc. Portuē
† ego Io. Ant. Card. S. Georgii, Episcopus Tusculanus.
† ego Io. Franciscus Card. de Gambara, Episcopus Prænestin.
† ego Inn. Aualus Card. de Aragō, Episcopus Sabinen.

† Ego

† ego Marcus Siticus Car. ab Altaēps.
† ego Marcus Ant. Card. Columna.
†
† ego P. Card. Sanctacrucius.
† ego Gabriel Card. Paleottus.
† ego Frater Michael Bonellus, Card. Alexandrinus.
† ego Ludouicus, Card. Madrucius.
† ego Nicol. Car. Senon. tt. S. Praxedis.
† ego. Iul. Ant. Sanctorius Card. S. Seuerinæ.
†
† ego Hieronymus Card. Rusticutius.
† ego Io. Hieronymus Car. Albanus.
† ego Hieronymus Car. Simoncellus.
†
† ego P. Card. Deza.
†
† ego Antonius Card. Carafa.
†
† ego Io. Antonius Car. SS. Quatuor.
† ego Io. Baptista Card. S. Marcelli.
†
†
†
† ego Iulius Card. Cananius.
†
† ego Antonius Card. Saluiatus.
† ego Augustinus Card. Veron.
† ego Vincentius Card. Montis regalis.
† ego Philippus Card. Spinula.
† ego Georgius Card. Radiuil.
†
† ego Scipio Card. Lancellottus.
† ego Vincentius Card. Gonzaga.
†
†
† ego Io. Baptista Castruccius Signaturæ Iustitiæ Præfectus.
† ego Federicus Card. Cornelius.
† ego Hippolytus de Rubeis Card. Papiæ.
†
† ego Deus Card. Azzolinus.
† ego Hippolytus Card. Aldobrandinus. Maior Pænitent.
†
† ego Ferd. Card. Medicis.
† ego Philippus Vast. Card. Camer.
†
†
†
†

† ego

† ego Andreas Card. Battorius.
† Ego A. Card. Montaltus.

Tho. Thom. Gualterutius.

Regiſtrata apud eundem Thomam ſecretarium.

Anno a Natiuitate Domini, Milleſimo, quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimaquarta, die vero decimatertia Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, anno ſecundo. Retroſcriptæ literæ lectæ, affixę, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpacium dimiſſæ in portis, ſeu valuis Baſilicarum. S. Ioannis Lateranenſis, & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, per nos Io. Freile, & Octauium Tagliettum, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſ.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.

CONFRATERNITATES.

SCIENDVM eſt, quod ſuper modo, & forma per quoſcunque Regulares Ordines, Religiones inſtituta ſeu Archiconfraternitates, & Congregationes ſæcularium, tam Vrbis, quam aliarum Ciuitatum, & locorum, in Erectionibus, Inſtitutionibus, & Aggregationibus Confraternitatum, & Congregationum, & communicationibus Priuilegiorum, Indulgentiarum, Facultatum, aliarumque ſpiritualium gratiarum, & Indultorum eiuſdem Confraternitatibus, & Congregationibus faciendis in poſterum obſeruanda, edita fuit a Sanctiſſimo D.N.D. Clemente Diuina prouidentia Papa VIII. publicata Romæ die 24. Decembris. 1604. tenoris ſequentis.

Clem. 8. Cōgruit. de priuile. Sed de pœni. & remiſſio.

Quæcunque a Sede Apoſtolica ad promouendam Chriſti fidelium ſalutem aliquã do conceſſa ſunt, & ſi ea maturo conſilio, magnaque prudentia, & cautione ſancita, & decreta ſint; tamen cum Romanus Pontifex de animarum ſalute ſolicitus progreſſu temporis animaduertit ſenſim aliquos abuſus in eiſdem ſtatutis, & decretis obſeruandis prouenire; debet pro ſui Paſtoralis officij munere illis opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino poteſt, adhibito ſalutari remedio prouidere. Cum itaque a pluribus Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & forſan etiam a nobis nonnullis Regularibus Ordinibus, Religionibus, & inſtitutis ac etiam Chriſti fidelium ſæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diuerſarum nationum, nominum, & inſtitutorum, tam in Alma Vrbe noſtra quam in aliis Ciuitatibus, & locis Chriſtiani Orbis inſtitutis, faculas erigendi in eorum, & aliis Eccleſiis, & Collegijs, nec non etiam ſibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem Vrbe, & in alijs eis exiſtentes, eiſque priuilegia, Indulgentias, facultates, aliasque ſpirituales gratias, & indulta ſibi conceſſa reſpectiue communicandi attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præſcripta ſit, quæ in huiuſmodi erectionibus, inſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis ſeruari debeat; propterea ſiue negligentia Superiorum Ordinum Religionum, & inſtitutorum, vel officialium Archiconfraternitatum, & Congre-

Congregationũ erigentium, instituentium, aggregantium, & cõmunicãtiũ, quæ Confraternitatib. & Congregationib. erigendis instituendis & aggregandis, & quib. communicationes priuilegiorum, indulgentiarũ aliarumq; gratiarum prædictarũ fiunt, non seruant formam in huiusmodi erectionibus, institutionib. aggregationib. & communicationibus seruari debitam, neq; præscribunt modum, qua priuilegia, indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias, indulta prædicta cõsequi debeant, seu ipsarũ Confraternitatũ, & Congregationum incuria, quæ nõ inquirũt ea', quæ præstare oportet, vt illa consequantur, nonnullæ prauæ cõsuetudines irrepserũt, multaq; incommoda inde prouenerunt, quib Nos pro commisso Nobis Apostolicæ sollicitudinis officio, paternaque erga omnes Christi fideles charitate prospicere volentes, hac nostra Cõstitutione perpetuo valitura decernimus, atq; statuimus vt in posterum tã huius Almæ Vrbis nostræ, quam aliarũ Ciuitatum, & locorum totius Christiani Orbis Regulariũ Ordinum, Religionũ, & Institutorum quib in eorũ, & quibuscunque alijs Ecclesiis & Collegijs, Confraternitate seccularium erigendi, & instituendi facultas concessa est, nec non etiam Archiconfraternitatũ, & Congregationũ cuiusuis nationis, nominis, & institutĩ illæ sint, & in quibuscunq; Ecclesiis Domibus, & Oratorijs, tam seccularium, quam vt præfertur quorumcũque, etiã Mendicantium Ordinum, Religionum, & Institutorum Regularium quauis tam Ordinaria, quã Apostolica auctoritate erectæ ac institutæ existãt, seu alias quouis modo introductæ reperiantur, quibus alias Confraternitates, & Congregationes instituendi erigendi, ac sibi aggregandi illisq; priuilegia, indulgentias facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi &, communicãdi potestas a Romanis Pontificib. Prædecessorib nostris, vel a Nobis, & Apostol. Sede attributa fuit, Magistri Priores, Præpositi, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerij Prælati, Custodes, Guardiani, Præfecti, Administratores, & alij Officiales seu Superiores quouis modo nũcupati, Regulariũ siquidem Ordinũ, Religionũ, & Institutorum vnã tantũ Confraternitatẽ & Congregationem, de consensu tamen Ordinarii loci, & cũ literis eius testimonialib. quib. Cõfraternitatis, & Cõgregationis erigẽdæ, & instituẽdæ pietas, & Christianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendẽtur, in eorum, & quibuscũque alijs Ecclesiis, & Collegiis erigere, & instituere, ceterarũ vero Archicõfraternitatũ, & Cõgregationũ in singulis Ciuitatib. oppidis, vel locis vnã etiã Cõfraternitatẽ & Cõgregationẽ dũtaxat, q̃ Apostolica, vel Ordinaria auctoritate prius erecta nulli alteri Ordini, Religioni, Instituto, Archicõfraternitati, & Congegationi eiusdẽ, vel alterius nationis nominis, & instituti aggregata sit præuio similiter loci Ordinarii consensu, & cũ eius literis testimonialib. quib. eiusdẽ Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ institutum, pietas, & Christianæ charitatis officia, quæ exercere consueuit apud eos commendetur sibi adiungere, & aggregare possint: Huic vero Cõfraternitati, & Congregationi erigendæ, instituẽdæ seu aggregandæ ea tantũ priuilegio, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta, quæ ipsi Ordini Religioni, Instituto erigenti instituenti, ac cõmunicati seu Archiconfraternitati & Congregationi aggreganti nominatim, & in specie, non autem quę per extensionem, vel communicationem sibi quouis modo concessa sunt, & illa quidem nõ sub generali forma verborũ, vel ad instar, sed expresse, & in specie cõmunicare valeant. Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & institutorum erigentium, & instituentium, ac cõmunicantium, seu Archiconfraternitatum, & congregationum aggregantiam, edita confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis & quibus communicationes priuilegiorum, & aliorum prædictorum fiũt impar-

tiri non possint, nisi ea prius ab Episcopo Diœcesano examinata, & pro ratione locō approbata fuerint, quæ nihilominus eiusdem Episcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant. Insuper volumus, & ordinamus vt prædicti Ordines, Religiones, instituta erigētia, instituētia ac cōicantia, nec non Archicōfraternitates, & Cōgregationes aggregantes etiā erigendi instituendi aggregandi, & cōmunicandi formulam a Nobis nouissime approbatā diligenter obseruent, secundum quā priuilegia indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias, & indulta ipsis Ordinibus, Religionib. Institutis erigentib. instituentib. & communicantib seu Archiconfraternitatib. & Congregationib. aggregantib. nominatim, & expresse, non autem per cōmunicationem, neque ad instar, vt supra concessa ipsis Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt communicare possint, quibus Confraternitates, & Congregationes eiusdem duntaxat nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, & Instituti Archiconfraternitatis, & Congregationis cui aggregantur, tā hactenus aggregatæ quam in posterum aggregandæ vtātur potiantur, & gaudeant, ita vt dictarum Confraternitatum, & Congregationum erectarum, institutarum & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ sunt, Ministri, & officiales, & alij supradicti priuilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta huiusmodi præuia tamen recognitione Ordinarij loci, qui adhibitis duobus de eiusdem Ecclesiæ Capitulo, illa iuxta Sacri Concilij Trid. decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant, quibus etiam Ministris Officialibus, & alijs prædictis eleemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia, iuxta modum, formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mēsis, peluib. & capsis, quæ in Ecclesijs, & Oratorijs dictarum Confraternitatum, & Congregationum publice ad hoc exponi consueuerunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, Instituta erigētia, instituētia, ac communicatio, seu Archiconfraternitates, & Congregationes aggregātes tā Almæ Vrbis nostrę, quā aliarū Ciuitatū, & locorum quorumcunq; iuxta modū a Vicario Vrbis, & ab Ordinarijs locorum respectiue præscribendū, obseruare teneatur. Eleemosynas autem sic collectas in reparationē & ornatū Ecclesiarū, tā Ordinū, Religionū Institutorū erigentiū instituentiū, & cōicantiū ac Archiconfratern & Congregationum aggregantium quam Confraternitatum, & Congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum & quibus communicationes fient aut in alios earum pios vsus arbitrio eiusdem Vicarii nostri in Vrbe, nec nō Ordinariorum locorum respectiue fideliter exponere, atq; erogare procurent, vt omnes intelligant cœlestes Ecclesiæ thesauros, non quæstus, aut alicuius lucri causa, sed pietatis, & charitatis excitādæ gratia, ex Apostolicæ Sedis benignitate, Christi fidelib. aperiri Præterea volumus, vt Cōfessarii qui vigore priuilegiorū ipsis Ordinib. Religionib. Institutis erigētib. instituentib. & cōmunicantib seu Archicōfraternitatib. & Cōgregationib aggregantib. cōcessorū, ac Cōfraterninatib & Cōgregationib. aggregādis cōmunicandorū pro tempore eligi possint, & potuerunt sæculare. s. in Alma Vrbe a prædicto nostro Vicario, extra Vrbē vero a locorū Ordinarijs; Regulares autem nō solū a prædicto Vicario nostro, & a locorum Ordinariis, respectiue, sed etiam a suis superioribus approbati sint; vtque Confratres confitentes a crimimbus, casibus, & censuris, iuxta dictorum priuilegiorū (quatenus tamen sint in vsu, & sacris Concilii Tridentini decretis, ac Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostris constitutionibus non aduersentur, nec reuocata aut sub aliquibus reuocantibus comprehensa sint) formam, & tenorem duntaxat absoluere valeant.

Sess. 21. de refo. c fin.

Cōgruit tit. de pan. & remiss. & vide supra fol. 147.

Decer-

Decernimus insuper, vt ijdem Confessarij prædictos Confratres cuiuscunq; gradus, status, conditionis, & præeminentiæ ēt si speciali nota dignæ fuerint, a casib. contētis in literis, quæ die Cœnæ Domini legi consueuerunt, nec non violationis, immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum Monialium si videlicet sine necessaria, & vrgenti causa, ac sine superiorum licentia, vel ēt si causa, & licentia concessa abutentes, prædicta Monasteria ingressi fuerint, nec non violentæ manus iniectionis in Clericum & singularis certaminis seu duelli, ac ab alijs ēt casib. tam a Nobis, quam a prædicto nostro in Vrbe Vicario, & locorum Ordinarijs respectiue reseruatis & pro tempore reseruandis, & ēt a quauis excōicatione, ab homine lata absoluere, & super irregularitatib. tam ex aliquo defectu prouenientib. quam occasione delicti contractis cum aliquo dispensare prætextu dictorum priuilegiorum nullo modo possint. Demum statuimus & pariter ordinamus, vt Confraternitates, & Congregationes vbiuis locorum, quauis auctoritate, vt præfertur, erectæ, & institutæ, quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac cuicunq;, ex dictis Ordinibus, Religionib. Institutis, Archiconfraternitatib & Congregationib. vbilibet existentib hactenus aggregatæ ab eisdem respectiue Ordinib. Religionib. Institutis, Archiconfraternitatib. & Congregationib nouas erectionum institutionum, communicationum & aggregationum literas, iuxta formā a Nobis nouissime approbatā infra annum si in Europa sint, & extra Europam fuerint, infra biennium a die publicationis præsentium in Romana Curia facienda computandos impetrare teneantur: alioquin dicto tempore elapso, erectiones, institutiones, & quacūnq; communicationes priuilegiorum, facultatū indulgentiarū, aliorumq; spiritualium gratiarū & indultorum, & aggregationes illarum vigore ipsi concessa nullius sint roboris & momenti, ac reuocatæ, & abolitæ censeantur eo ipso. Erectionum aūt institutionum, communicationum, & aggregationum tam hactenus factarum, quam deinceps faciendarum literæ ab ipsis Ordinib. Religionib. Institutis, seu Archiconfraternitatib. & Congregationib. gratis omnino, ac nulla prorsus mercede, ēt a sponte dātib. accepta expediri, & concedi debeant. Quod si Ministri aliqui superiores, vel officiales quocunque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, Institutionum, seu Archiconfratern. Congregationum, & Confraternitatum huiusmodi quauis auctoritate, vel priuilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, cōtra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint. Erectiones, institutiones, & communicationes priuilegiorum, indulgentiarum facultatum, spiritualiumque gratiarum, & indultorum, aliorumque præmissorum concessiones, nec non aggregationes per ipsos faciendæ seu renouandæ nullius sint roboris, & momenti, & quilibet eorundem Ministrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum priuationis officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnam, quæ ab alio quam a Nobis, vel Rom. Pont. pro tempore existente remitti non possit, incurrat eo ipso. Decernentes præsentes literas perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, ab oīb. & singulis ad quos spectat, inuiolabiliter obseruari debere, sicque nostre mētis, & intentionis existere, & ita & non aliter per quoscunque Iudices, & c. Nō obstantib. & c. Vt autē præsentes literas ad omnium, quos concernunt, notitiam facilius deueniant, volumus illas ad valuas Basilicarum S. Io. Lateran. & Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, more solito publicari, & affigi atque iis inde amotis, earundem exēpla ēt impressa ibi affixa relinqui, factaq; publicatione huiusmodi oēs Regulares Ordines, Religiones, Instituta, & Archicō fraternitates, Congregationes, & Confraternitates sæcularīū, quæ in Vrbe quidem post mensem, quæ vero in Europa, post sex menses, quæ demū extra Europam, post

decem menſes a die publicationis huiuſmodi computandos perinde afficere, & arctare, ac ſi earū cuilibet nominatim inſinuatæ fuiſſent. Et nihilominus vt ipſæ præſentes literæ notoriæ fiant, magiſq; omnib. innoteſcant, vniuerſis & ſingulis Venerabilib fratrib Patriarchis, Primatib. Archiepiſcopis Epiſcopis, & alijs locorū Ordinarijs per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, vt per ſe, vel aliū, ſeu alios haſce noſtras literas poſtquam earum exemplum receperint ſeu earū notitiam habuerint ſemel, aut pluries, prout eis magis expedire viſum fuerit, in ſuis Cathedralibus, & maioribus reſpectiue Eccleſiis Ciuitatum, oppidorū, & locorū quorūcumq; eorū Diœceſum, dū in eis maior populi multitudo ad Diuina conuenerit, ſolēniter publicēt, & publicari auctoritate noſtra mādēt, ac faciāt Ceterum quia &c.

De confraternitatibus vide etiam in verbo precedentia.

Hodie vero huiuſmodi aggregationes & inſtitutiones fiunt cum inſerto tenore Breuis Apoſtolici & inter alias pono infraſcriptam videlicet. Nos frater Ludouicus Yſtella Valētinus S.T. Profeſſor, & totius Prædicatorum ordinis Vicarius Generalis, vniuerſis pręſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternā Religio noſtra cum inter alia priuilegia quib. a Sancta Sede Apoſt. decorata eſt facultatem habeat ſęcularium confraternitates ſub inuocatione Sanctiſs. Roſarii erigendi, eiſq; ſpirituales gratias, priuilegia, & indulgentias cōmunicandi in huiuſmodi confraternitatib. inſtituendis, ſi ad Chriſti fidelium ſalutē promouendā expedire animaduertit liberalem ſeſe præbere conſueuit. Nos igitur qui generalē totius ordinis ipſius curam gerimus, ſperantes fore vt ex hac ſpiritualiū gratiarū participatione, Chriſti fideles ad deuotionem & pietatem magis excitentur, authoritate nobis a Summi Pont. conceſſa Confraternitatē Sanctiſs. Roſarii in eccleſia N. loci N. Diœceſis N. de conſenſu loci ordinarii, qui eiuſdem confraternitatis inſtitutum, pietatem, ac religionē literis patentibus nobis nuper exhibitis cōmendauit, dummodo tamen alia ſimilis in ipſo, vel alio ad tria miliaria propinquo loco hactenus erecta non fuerit, per pręſentes noſtras literas inſtituimus, illique, & pro tempore exiſtentib. vtriuſq; ſexus confraternitatib. elargimur, & cōmunicamus Indulgentias, priuilegia, & ſpirituales gratias ſigillatim infrius deſcriptas, noſtriq; primariæ confraternitati S. Mariæ ſuper Minerua, nominatim, expreſſe, & præciſe per Breue S.D.N. Pauli Papæ V. tenoris ſequentis conceſſas. Paulus PP. V. ad perpetuam rei memoriam. Cum certas vnicuiq; confraternitati indulgentias, & gratias ſpirituales, quib. de cetero fruātur, duxerimus adſcribendas. Idcirco Nos Omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones, & pœnitentiarum relaxationes Confraternitati Sanctiſs. Roſarij in eccleſia B. Mariæ ſupra Minerua de Vrbe Ordinis Fratrū Prædicatorū, aut in quibus uis alijs eccleſiis & locis inſtitutæ, & illius confratribus, & ſororib. hactenus per quoſcunq; Rom. Pont. prædeceſſores noſtros conceſſas reuocantes, & annullantes, ac nullius roboris, & momenti in poſterum fore declarantes. De omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorū Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate cōfici omnib. vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui dictam confraternitatem de cetero ingrediuntur die primo eorū ingreſſus, ſi vere penitētes, & confeſſi Sanctiſs. Euchariſtiæ Sacramentū ſumpſerint plenariā, ac tā ipſis pro tpe deſcribēdis, q̄ iā deſcriptis in dicta cōfraternitate cōfratrib. & ſororib. ēt vere pœnitentib. & confeſſis, ac ſacra cōmunione refectis, qui Altare SS. Roſarij in eius feſto principali prima Dominica menſis Octobris celebrari ſolito, a primis veſperis, vſq; ad occaſum Solis diei eiuſdē feſti ſingulis annis deuote viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ matris eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, ēt plenariam in mortis quoq; arti-

culo eisdem confratribus, & consororibus, qui pœnitentes, & confessi, ac Sanctissima Communione refecti, Nomen IESV ore, si potuerint, sin autē corde deuote inuocauerint, & animam suam Deo commendauerint plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, qui vero similiter pœnitentes, & confessi, ac Sacra Cōmunione refecti prædictorum Altare Sanctiss. Rosarij in Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis B. Mariæ Virginis festiuitatibus singulis annis visitauerint, & orauerint, vt præfertur, quo die festiuitatum huiusmodi id egerint, decem annos & totidem quadragenas. Insuper præfatis vtriusque sexus confratrib. qui qualibet hebdomada Rosarium, aut totum insimul, vel diuisum in tribus partibus quindecim mysteria ipsius Rosarij contemplando, quindecim annos, qui vero totum Rosarium recitauerint, triginta annos & totidē quadragenas, nec non eisdem cōfratrib. & consororib. similiter pœnitentib. & confessis, ac sacra communione refectis, qui processioni in qualibet prima Dominica mensis per dictam confraternitatem fieri solitæ interfecerint, & ibi vt præfertur orauerint, triginta annos, & totidem quadragenas, iis vero, qui cōfessi non fuerint, dummodo contriti animum confitendi debito tēpore habuerint, ducentos dies, nec non qui sabathi, aut festis diebus Antiphonæ Salue Regina tempore completorij, aut Litanijs B. Mariæ quolibet sabatho, & vigilijs, & festiuitatib. eiusdem B. Mariæ ante prædictum Altare Rosarij recitari solitis ēt interfuerint, pro qualibet vice ducētos dies, quoties vero Missis in ecclesia vel Altare Rosarij, seu oratorio dictæ confraternitatis pro tēpore celebrandis, & recitandis, seu congregationibus publicis, vel priuatis eiusdē confraternitatis, vbiuis faciendis interfuerint, dictumq; Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentū, quādo tam in processionibus, quam ad infirmos, aut alias quocunq; aut quādocunq; pro tempore deferretur comitati fuerint, aut ad hoc impediti, campanæ ad hoc signo dato, semel orationē Dominicam, & toties salutationē angelicam pro infirmo dixerint, aūt processionib. extraordinarijs eiusdē confraternitatis, aut aliarū quarūuis aliarum de licentia Vicarij nostri, & ordinarij loci, respectiue faciendis, vel defunctorū exequijs interfuerint, aut infirmos visitauerint, eisq; in eorū necessitatibus auxiliati fuerint, vel pauperes hospitio susceperint, aut eleemosynas illis dederint, & opē tulerint, vel pacem cum inimicis proprijs vel alienis composuerint, vel componi fecerint, vel procurauerint, aut quinquies Orationem Dominicam & toties salutationem angelicam pro animabus defunctorū confratrum, & consororum dictæ confraternitatis recitauerint, aut impetentes ad viā salutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, & ea, quæ ad salutē sunt docuerint, aut quocūq; aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prędictorum operum piorum centum dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma ecclesiæ consuetę relaxamus, & insuper eisdem confratrib. qui legitime impediti, infirmi nimirum, nauigantes, & iter facientes ad ecclesiam accedere nequierint, concedimus, & indulgemus, vt eo die huiusmodi causa impediti, tertiam partem Rosarii recitantes, easdem indulgentias consequi possint, quas consequuntur si prædicta omnia in ecclesia adimplerent, ac dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Magistro Generali dicti ordinis Prædicatorum, & in sua absentia eius vicario in vrbe cōmoranti, vt vbiq; locorum extra vrbē cōfraternitates Rosarij erigere, & instituere, illisque oēs prędictas indulgentias, & gratias spirituales (seruata tñ forma prescripta in constitutione eiusdē Clementis pdecessoris super dictarū cōfraternitatū aggregationib. & institutionib. edita)

communicare similiter libere, & licite possit, & valeat Authoritate Apostolica, tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris Nouembris 1606. Pontificatus nostri anno secundo, quibus omnibus Indulgentiis, & spiritualibus gratiis figillatim descriptis confraternitatem ipsam nunc erectam eiusque confratres potiri, & gaudere posse decernimus, iuxta felic. rec. Clementis Papæ VIII. constitutionem sequentem.

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam, quæcunque a Sede Apostolica ad promouendam Christi fidelium salutem, & reliqua vt supra fuerunt relata in principio huius verbi confraternitates.

CONTRACTVS AD CAPVT SALVVM.

PRÆTER Summistas in verbo vsura, sciendum est Sixtum V. edidisse Constitutionem super contractibus societatum ad caput saluum, vel alia pacta illicita continentibus, & quomodo in posterum iniri debeant, vt patet ex eius Constitutione publicata Romæ die 25. Octobris 1586. fol. 154. in Bullar. incip. Detestabilis auaritiæ ingluuies & infra.

Hac nostra perpetuo valitura Constitutione damnamus, & reprobamus omnes, & quoscunque contractus, conuentiones, & pactiones, posthac ineundos seu ineundas per quos, seu quas cauebitur personis pecunias, animalia, aut quaslibet alias res societatis nomine tradentibus, vt etiam si fortuito casu quamlibet iacturam, damnum aut amissionem sequi contingat, sors ipsa seu capitale semper saluũ sit, & integrum a socio recipiente restituatur, siue vt de certa quantitate, vel summa in singulos annos, aut menses durante societate respondeatur: Statuimusque huiusmodi contractus, conuentiones, & pactiones vsurarios, & illicitos posthac censeri debere, atque in posterum non licere ijs, qui pecunias, vel animalia aut alias res in societatem tradent de certo lucro, vt præfertur, percipiendo, inter se pacisci, & concordare, neque etiam siue ad certum, siue ad incertum lucrum conuenerint socios, qui ea recipient, ad sortem seu capitale saluum, & integrum, vbi illud casu fortuito perierit, vel amissum erit reddendum quouis pacto, aut promissione sibi obligare: Ac ne de cetero societates ineantur sub huiusmodi pactis, & cõditionibus quæ vsurariam prauitatem sapiunt, districte interdicimus, & prohibemus. Sed potius cuncti nouerint societates huiusmodi, cum in posterum vnus pecuniam, animalia aut, alias res, & bona, alter vero operam, vel industriam confert, pure, sincere & bona fide, sicut decet, iustis, & æquis conditionibus, & pactis, secundum iuris dispositionem, ac sine vlla prorsus fraude palliatione, aut vsurariæ prauitatis labe, aut suspicione ineundas, seu contrahendas esse, ita vt non ad certam summam aut quantitatem, ab omni periculo & damno, vt præfertur, immunem, lucri nomine persoluendam, neque ad capitales, si casu fortuito perit, restituendum, socius accipiens teneatur. Si vero finita societate ipsum capitale extat, ei qui illud in societatem cõtulerit, restituatur, nisi socio recipienti fuerit communicatum, at aliter inter ipsos contrahentes super eo legitime conuentum sit. Ac præterea ijdem contrahentes fructus, expensas, & damna in commune conferant, & prout æquum & iustum fuerit sibi communicent, atque diuidant. Decernentes si qui contractus, conuentiones, & pactiones in futurum contra nostram huiusmodi

pra-

prohibitionem de facto initi fuerint, nullam ex eis, tanquam per hanc eandem constitutionem nostram damnatis, & reprobatis etiam si iuramento aut in forma Cameræ Apostolicæ, vel alias quomodolibet roborati fuerint, obligationem ciuilem aut naturalem oriri, nullamque actionem realem, aut personalem, nec iudicis officium, neque aliud quodcunque ius cuiquam competere, neque quo ad sortem seu capitale integrum recuperandum quod casu fortuito perierit, aut amissum erit, neq; quo ad certas summas, & quantitates in singulos annos, aut menses, lucri socialis nomine promissas. Si qui vero in posterum sub prædictis conditionibus & pactis contrahere temere præsumpserit, aut prætextu similium contractuum, conuentionum, & pactionum societatis nomine initorum, qui huc vsque durant, ad exactionem dictæ sortis, seu Capitalis, siue illius pretij, & valoris, postquam illud in toto vel in parte casu fortuito perierit, aut amissum sit, aut certæ summæ, vel quantitatis annuæ, qui menstruæ sibi promissæ in futurum procedere ausi fuerint, eos vniuersos, & singulos in pœnas contra manifestos vsurarios, & fœneratores a sacris, canonibus, & Conciliis generalibus latas, & promulgatas eo ipso incurrere, & contra illos vti manifestos vsurarios, & fœneratores, via iuris, aliisque opportunis remedijs procedi posse, & debere: sicque omnibus, &c.

CONTRACTVS CENSVALIS.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod vltra extrauag. communes Martini V. & Calixti 3. in tit. de emp. & vendi. super annuorum censuum emptione, & venditione confirmatas per Paul. 5. fol. 411. in Bullatio habemus Constitutiones Nicolai v. Pij. v. & Greg. xiij. Nicolai v. est tenoris sequenti in Bullario fol. 71.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Congruit tit. de empt. & vē ditio.

SOlicitudo Pastoralis officij nostræ prouidentiæ pulsare non desinit, vt indemnitati, ac statui prospero fidelis populi curæ nostræ cælitus commissi, iuris moderando rigorem per optimæ prouisionis remedia, quantum ex alio nobis permittitur, salubriter cōsulamus sane (sicut fide dignorū relationē audiuimus) in regno Siciliæ, ac certis alijs dominij, & terris carissimi filij nostri Alphonsi Arragoniæ, & vtriusque Siciliæ Regis Illustris, auaritiæ cęcitas, & damnandæ ambitionis improbitas, quorundam oculos adeo excæcauit, vsurariaque prauitas illis in partibus tantum excreuit, quod incolę & habitantes partium illarum pecunijs indigentes eas vix, aliter quam fœneratorum opera (quasi mandatum fœnus exercentium) cōsequi possunt, & cū eas acceperint si in tempore percepta non restituant breui eorū bona insatiabili vsurarum voragine miserabiliter consumuntur, & quod in dominijs, & terris ipsius Regis vltra montes constitutis, videlicet in Regnis Arragonię, Valentię, & Maioricarū ac principatu Cathalonię, & Comitatibus Rossilionis, & Certanię, vniuersitates, & singulares personę tam ecclesiasticę, quā seculares huiusmodi pecunijs indigentes, vt cū minori incommodo etiā habere possint, per vē ditiones annualium censualium, (quę mortua nūcupantur) super domib. possessionibus, & proprietatib. specialiter, vel etiā generaliter, super omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iurib. & rebus eorū (mediante tamen instrumento, gratia redimendi onera eorum) sibi vt plurimū prospicere, & consulere consueuerunt. Quod

in prædictis eiusdem regni partibus, & Regnis vltra montes constitutis, non solum in longam consuetudinem (de cuius contrario memoria hominum non existit,) more vtentium deductum est, sed etiam per municipalia huiusmodi Regnorum, & partium iura per Regem ipsum seu eius prædecessorem, cum consensu trium brachiorū (videlicet ecclesiastici militaris, & Regalis) promulgata specialiter cōfirmatur. Cum itaque multis incolis & habitatoribus partium & dominiorū eisdem Regnis vltra montes constitutorū indigentibus per huiusmodi cēsualium vēditiones subueniri, ipsique fœneratorū vsuris eximi possint, sed quia in hoc pecunijs abundantes dubitant vsurariā prauitatem committere, & sic eisdem indigentibus, more præmisso succurrere formidant in indigentium detrimentum, & fœneratorū quorundā euidens incrementū, pro parte eiusdē Regis asserētis se & subditos, serenitatis suæ, quam plures grauiū vsurarū voraginib. magnis hactenus pecunijs exhaustos existere, alios quoq; indies pecunijs egentes fœnore magis, atque magis opprimi & vexari Nobis fuit humiliter supplicatum, vt eis paterno compatientes affectu, in primis de opportunæ prouisionis opere succurrere, præfataque cēsualiū venditiones cū clausulis & cautionibus ad earum valetudinē inter venditores, & emptores, mutuo consensu, ineundis, absque læsione conscientiæ in Regnis Siciliæ circa, & vltra Pharū fieri posse decernere, & declarare, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur pro debito Pastoralis ministerii nobis Diuinitus iniūcti, super his salubriter prouidere ac statui, & indemnitatibus incolarū, & habitatorū Regnorū & terrarum dicti Regis citra montes constitutorū, præsentium, & futurorum, quantum cū Deo possumus subuenire cupientes, & attēdentes, quod clero terrarum, & dominiorum ipsius Regis citra montes constitutorum, in suis olim indigentijs, per venditiones prædictorum censualium, authoritate Apostolica pluries consultum & prouisum fuit; præfati Regis in hac parte supplicationibus inclinati, tam eidem Regi, quam huiusmodi Regnorum Siciliæ citra, & vltra Pharū omnibus, & singulis incolis, habitatoribus, ac locorum ciuitatum, & terrarum vniuersitatib. præsentibus & futuris huiusmodi censualia super rebus, & proprietatibus suis, ac facultatibus, & emolumentis eorundem instrumento gratiæ pro consimili pretio illa redimendi mediante (dummodo annualis census huiusmodi censualium decimā partem principalis recepti seu pretij eorundem, non excedat) inter se contrahendi, vēdendi, & emendi cum opportuna contrahentium securitate, tuitione, & indemnitate, ac cum potestate vendentes personas, eorumq; proprietates, redditus, iussa, iurisdictiones, sensus, ac omnia & singula mobilia & immobilia, bona obligādi, & obligari faciendi ac etiam quascunque alias obligationes, & submissiones cuicunque foro nec non renunciationes, promissiones, stipulationes, pœnis, iuramentis, & alijs cautionib. vallatas, & alia quacunque de quibus inter ementes & vendentes huiusmodi cēsualia conuentū & in pactum deductum fuerit, plenam licentiam, & liberā authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatē, decernentes, & declarantes eosdem incolas, & habitatores, ac ciuitatum, & terrarum vniuersitates censualia prædicta, modo præmisso in Regnis ipsis Siciliæ citra, & vltra Pharū libere & licite contrahere, ac emere & vendere posse, neque propterea vsurariam prauitatem committere (dummodo alias quā vt præmittitur, quodlibet annuum cēsuale decimam partem recepti, seu pretij vēditionis ipsius non excedat, & pēsionibus, seu annualitatibus illorum in sortem nō computatis, pro tota redemptione, præter principalem summam nihil vltra percipiat ab emptore vel exhibeatur a venditore, non obstantibus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, &c. Anno incarnationis Dominicę Millesimo, Quadringēsimo secūdo pridie Kal. Octob.

Quę

Quę etiam est impressa inter Pragmat. Regni Neap. ac eam commentauit Per. Foller. in praxi censuali, & vide Ioan. Bapt. Lup. in l. 2 C. de pact. inter empt. & vend. §. 2.

Constitutio Pii V. super forma creandi census fuit Romæ publicata die 29. Ian. 1569. fol. 1042. in Bull. incip. Cum onus, & infra.

Hac igitur nostra constitutione statuimus censum, seu annuum redditum creari, constituine nullo modo posse, nisi re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quę nominatim certis finibus designata sit. Rursum nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoq; pretio Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directe aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodū nec pactum auferens, aut restringens facultatē alienādi rē censui suppositā, quia volumus rem ipsam semper, & libere, ac sine solutione laudemij seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus Dominum census alijs omnibus præferri, eiq; denunciari conditiones, quibus vendēda sit, & per mēsem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium seu certas expensas, aut certa salaria seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Imo, & censum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectaret. Postremo census omnes in futurum creandos non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis, aut clausulis, concepta sint. Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & post denunciam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse & vbi pretium, nec voluns, intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocunque redditum extingui posse, præuia tamen semper denuncia de qua supra, & non obstantibus his de quibus supra, idq; obseruari mandamus, etiā quod pluries, ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. Pacta ēt continentia pretiū census extra casū prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus, Contractusque sub alia forma, posthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expresse, vel tacite contra hæc nostra mandata dari remitti, aut dimitti contingat, a Fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu nouiter creādo verum etiam in creato quocunque tempore, alienando modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo & in omnibus seruari volumus, Declarantes pretiū semel censui constitutum, nūquam posse ob temporum aut contrahentium qualitatem seu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui vel augeri. Et licet legē ipsam

sam ad contractus iam celebrantes non extendamus, illos tamen omnes in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in Domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant]. *Non obstantibus, &c.*

Hanc Constitutionem declarat Nauar. in man. confess. cap. 17. sub num. 234. & Io. Lup. in d. l. 2. §. 2. num. 84. C. de pact. inter empt. & vend. Redoan. de rebus eccles. non alien. a fol. 101. vsque 109. & folio. 31. num. 15. eamque exponit etiam per singulas clausulas Ludou. Molin. de contract. disput. 350. cum pluribus seq.

GREGOR. XIII. *Ad perpetuam rei memoriam, quæ a Romanis Pontificibus ad Regum supplicationem pro suorum vtilitate Regnorum maxime ad tollendam peccati occasionem matura deliberatione specialiter cõceduntur, & longo vsu recepta sunt*], *vt ea contrarijs generalibus Constitutionibus postea editis minime obstantibus, illibata seruentur, rationi valde conuenire videtur; Cum alias itaque, Nicolaus Quintus felicis recordationis Prædecessor noster supplicationibus Alphonsi Gloriosæ memoriæ tũc Arragoniæ, & Siciliæ Regis inclinatus, per suas literas, tã ipsis Regi, quã Regnorum Siciliæ citra, & vltra Pharum, omnibus & singulis incolis, & habitatoribus, ac locorum ciuitatum, & terrarum vniuersitatibus præsentibus, & futuris, Cẽsus super rebus & proprietatibus suis, & facultatibus, & emolumentis, eorundem, Instrumento gratiæ pro consimili pretio, illa redimendi, mediante*], *constituere, absque vsurariæ prauitatis incursu concesserit, dummodo annualis census, decimam partẽ pretij non excedat, & alia decreuerit, vt latius in his literis continetur quæ recepta, & per cẽtum, & vltra annos obseruata fuerunt, deinde vero recolendæ memoriæ Pius Quintus, etiã Prædecessor noster, cui suggestũ fuit, multas in venditione, & emptione censuum, fraudes cõmitti, multaq; pacta*] *illicita apponi, literas ediderit, quib illud in primis cauetur, vt census, non generaliter super omnibus bonis, sed specialiter super re certa imponatur, aliaque in eisdem ad iustitiam contractus minime necessaria constituerit, contractusque ipsos emptionis, & venditionis censuum, suarum literarum forma nõ seruata, factos, fœneratitios esse iudicauit, vt in ipsis plenius explicatur; Quas cum dilecti filij Regis Siciliæ vltra Pharum Ministri debita cum reuerentia suscepissent, easq; exequutioni*] *demandare, tanquam obedientiæ filij decreuissent, experientia compertum est, eas literas, nõ sine maxima Regni illius perturbatione, & damno obseruari posse; Quare totius Regni prædicti nomine, ad eundem Pium V. Prædecessorem nostrum accessit dilectus filius Octauius Spinula Regni ipsius Magister Portulanus*], *qui multis difficultatibus, & incommodis eidem Prædecessori propositis, nonnullas ab eo suarum literarũ declarationes, & moderationes reportauit. Quas, vt Regni necessitatibus, minime satisfacere comperiũ est; Rursus Charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Catholicus, Regni sui indemnitati prospicere volens, tam suo, quam ipsius Regni nomine venerabilem fratrem Iacobum Archiepiscopum Panormitanũ de eo negotio optime instructo ad nostram præsentiam mittere curauit, qui multis nobis repræsentatis difficultatibus, quæ in exequutione literarum Pij V. suboriuntur, & grauissimis totius Regni damnis, et illarum obseruatione prouenientibus diligenter expositis, & diligenter enarratis; Humiliter tam Regis, quam ipsius Regni nomine, nobis supplicauit, vt illorum indemnitati de benignitate Apostolica prospicere dignaremur, quod nulla commodiori ratione fieri posse videatur, quam si literæ Nicolai V. illæsæ in Regno illo conseruarentur; Nos ipsarum literarum tenoribus diligenter cõsideratis,*

ratis, & re mature discussa, cum literæ Nicolai nihil in se contineant: quod a ratione sit alienũ, diuque in Regno Siciliæ prædicto magna cum incolarum tranquillitate obseruatæ fuerunt, literas vero Pij Quinti tam primo quam secundo loco emanatas, eidem Regno minime expedire atteſtetur prædictus Rex Catholicus, cui tanquam optimo Regi & diligenti Patrifamilias, in his, præsertim, quæ suorum subditorum vtilitatem concernunt omnino credendum esse duximus, supplicationibus prædictis inclinati, vt tã Regi ipsi, quã oĩbus & singulis Regni Siciliæ vltra Pharũ incolis, & habitatoribus & locorũ ciuitatũ, & terrarum, vniuersitatib præsentib. & futuris cẽsus iuxta Nicolai V Cõstitutionẽ facere, emere, & vendere liceat, eosque sic constitutos census, validos & licitos, non autem fœneratitios esse perinde, ac si literæ Pij V. prædicti non emanassent: tenore præsentium Apostolica authoritate concedimus declaramus, & statuimus. Illud addentes, vt in censuum optione, & venditione, prius vnius vel plurium rerum certarum super qua, vel quibus, census ipse constituatur expresse, & deinde si voluerint omnium bonorum in genere mentio fiat, quẽadmodum in censualibus contractibus huiusmodi in futurum in eo Regno celebrandis, & præteritis in quibus forte prius generalis, deinde specialis bonorum mentio facta est, quo ad hoc in suo robore permanentibus retineri, & quatenus opus sit, de nouo introduci, & obseruari præcipimus. Præterea si qui abusus in contractibus prædictis faciendis irrepserint qui constitutioni Nicolai prædicti aliqua ex parte aduersantur, vel facultatem redimendi censum, tam annualem, quam perpetuum iuxta dicti Nicolai, & Pij Quinti, literas esse decernimus, quam perpetuum iuxta dicti Nicolai, & Pij Quinti literas esse decernimus, aliquo modo restringant eas omnes harum authoritate literarum quas perpetuo valere volumus, abolemus literis Pij V. & quatenus literis Nicolai V aduersantur, vel aliud præterea decernunt & aliis contrariis, quibuscunque non obstantibus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 6. Ianuarii 1574. Anno secundo.

DATA ET PROMISSA PRO IVSTITIA, VEL GRATIA obtinenda a Sede Apostolica.

Cõgruit ti. de sen. ex com.

PRAETER Summistas in uerbo excommunicatio sciendum est, qualiter per Greg. xiij. fuit facta innouatio censurarum, & pœnarum quas fel. recor. Bonifacius Papa viij. edidit contra paciscentes, seu dantes & accipientes, aut promittentes, & acceptantes pro expeditionibus gratiæ, vel iustitiæ, et ipsarum extensio, vt patet ex eius constitutione, publicata Romæ die 8. Nouembris 1574. incip.

Extrauag. 1. de sen. excõ.

Ab ipso Pontificatus nostri principio quã maxime possumus enitimur, atque contendimus, vt domus & curia nostra a sordibus expurgetur. Cui salubris consilio incumbens fel. recor. Bonifacius Papa octauus excommunicauit, & anathematizauit omnes clericos, Religiosos, & laicos vtriusque sexus, siue familiares curiæ, siue vndecunque alios qui aliquod pactum facerent seu quid paruum, vel magnũ promitterent, vel promissionem reciperent, aut ex pacto vel promissione occulta, uel manifesta siue sub uerbis generalibus, & plene nõ expressis, siue specialibus & aperte expressis facta, quicquam darent, aut reciperent pro iustitia siue gratia, siue pro se siue pro alio in causis, vel iudiciis seu alias per literas Apostolicas, & quibuscunque aliis modis

modis apud sedem Apostolicam obtinenda, & eam sententiam ad promittentes, et acceptantes, dantesque & recipientes duxit extendendam illos etiam qui sibi intra triduum non renunciarent eum, quem in culpa esse scirent, vel alicui per quem ad se fideliter referretur, simili voluit sententiæ subiacere. Ac decreuit, vt nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam, absque speciali mandato suo absolutionis beneficium valeret obtinere nisi in mortis articulo cõstitutus, sed nec quisquam admitteretur, ad absolutionis gratiam nisi prius erogatum esset pauperibus, quantum ille dedisset, vel etiã recepisset. Iustitiæ vero siue gratiæ expeditiones sic obtẽtæ nullius prorsus essent roboris vel momenti, & scienter illis vtentes simili sententia innodauit: ac reseruant sibi absolutionẽ eorum cũ prædictis ad pœnas similes in omnibus obligauit. Sed hoc scelus ita hodie in mores inductũ est, vt plerique cupiditate improbi quæstus potentiorum suffragationibus adnixi huiusmodi negotiorum expeditiones hac illac conquirentes turpissime nundinentur. Alii alios, quos gratia præstare arbitrantur, donis pollicitationibusque ambiant. Quidam etiam se talium operam atque industriam pretio & muneribus quæsisse effingant. Quæ cum pessima sint, & Curiæ prædictæ existimationem grauissime offendant; in eos qui talia agunt, animaduertendum fore arbitrari, Constitutionem prædictam cum suis cẽsuris & pœnis omnibus innouamus: easdemque omnes extendimus ad audẽtes qualecunque horum facinorum quę adscripsimus, dantesque illis & aliis supradictis auxilium, consilium uel fauorem. Quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio ecclesiastico et sæculari siue temporali, siue perpetuo, ipso iure priuamus, ac priuatos esse declaramus, & præterea infamia subiectos perpetuo an inhabiles ad illa, et alia esse volumus. A quibus etiam, prout quæque res erit, tales pœnæ exigãtur quæ ceteris sint exemplo: illis tamen qui rem adhuc incognitam, complicesque, ac fautores, et socios retexerint, impunitas concedatur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1574, nonis Nouembris, Pontificatus nostri Anno tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

Hanc extrauag. declarauit Nauar. in commentario de datis, & promissis pro iustitia, vel gratia obtinenda.

DIES FESTVS.

Cõgruit titul. de fer.

PRÆTER Summistas in hoc verbo & in ver. Dominica, sciendum est, decreto Conc. Trid. sess. 25. de regular. capit. 12. caueri, quod dies festi, quos in diœcesi sua seruandos episcopus præceperit ab exemptis omnibus etiam Regularibus, seruentur. Extat etiam constitutio Pij Quinti in Bullar. fol. 925. incip. Cum primum, & infra.

c. 1 et fi. de feriis.

Cum vero dierum festorum obseruatio ad Dei cultum maxime pertineat & in lege diuina præcipiatur, cupientes abusus prauos; qui ex eorum inobseruantia inualuerunt, omnino corrigere, & antiquorum canonum statuta renouantes mandamus, vt omnes dies Dominici, & præcipue in honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum feriati, cum omni veneratione obseruentur, & omnes in diebus præfatis ecclesias frequenter, diuinis officiis deuote intendãt ab omni illicito, & seruili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negotiationes, & iudiciorũ strepitus conquiescant. Qui vero in diebus præfatis opus aliquod nefarium fecisse deprehensus fuerit: præter diuinam vltionem, & amissionẽ

animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio nostro, seu Vicarii nostri in Vrbe. In aliis autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magistratuum, ita vt præuentioni locus sit. Quibus omnibus districte præcipimus, vt hæc diligenter obseruari procurent; illas etiam festiuitates, quæ iuxta consuetudinem locorum solenniter celebrari consueuerunt, iuxta laudabilem consuetudinem debita cum reuerentia obseruari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis.

Congregatio Concilii censuit licere diebus festis dare operam rebus ad victum necessariis, ac tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum, & messium, ac recollectionis fructuũ, vel vbi necessitas vrgeat, aut suadeat pietas. Hier. Card. Matthæius. Loc. Sigilli.

Et huic declarationi conformari videntur c. licet, & c. fin. de feriis, & dicta per Sylue. in uerbo Dominica. quæst. 7. Neapoli vero contra inobedientes, & non obseruantes diem festum exigũtur tantum tres Caroleni pro pœna cum restitutione animalium, & bonorum interceptorum, quæ pœna applicatur pijs vsibus, & si fuerint pauperes, relaxatur vti pauperibus.

Dies festus.

An & quando non obstante consuetudine Nundinæ solennes, & priuatæ possint prohiberi per Episcopos diebus festiuis tam de iure communi, quam ex decreto Sacræ Congregationis Concilii, adde S. Stephanum Gratianum in decisi. 11. Rotæ Matchiæ, Romæ impress. ubi num. 17. refert, quod quo ad nundinas priuatas Sacra Congregatio resoluit declarando licuisse Archiepiscopo Neap. prohibere nundinas, siue mercatus, quæ de consuetudine antiqua celebrabantur in ciuitate Neap. in festiuitatibus S. Mariæ Annunciatæ, & Spiritus Sancti, cum a præfato decreto facto per Archiepiscopum fuisset habitus recursus ad d. Sacram Congregationem per Præpositos, seu Magistros dictarum Ecclesiarum.

Quo uero ad nundinas publicas adest infrascriptum eiusdem Sacræ Congregationis particulare decretum, editum occasione nundinarum, quæ in ciuitate Racatanen. consueuerunt fieri ex indultis, & auctoritate SS. Pontificum ab eodem Gratiano ibid. num. 20. relatum, cuius tenor talis est. *Præceptum de Dominicis, & festiuis diebus sanctificandis, & obseruandis sub prætexto mercatuum nundinarum, & feriarum nullatenus esse violandum. Ceterum his diebus licere Agasonibus, ac alijs iumentorum vectoribus seu mercium conductoribus baiulis, & alijs huiusmodi seruientibus, ac ministris sarcinas, & onera nundinarum causa exonerare, & deponere incœptumque iter Missa tamen prius audita, transeundo prosequi, & continuare: Non autem debere sarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum; Neque mercatoribus aut alijs ciuibus, & viatoribus ijs diebus etiam clausis apothecis merces vendere, emere, aut asportare licere, nisi tantum ad victum necessaria aut alia minuscula, & modici momenti opera iam conflata, & elaborata pro transeuntium hospitum aduenarum, & exterorum vrgenti, & præsentanea necessitate, & opportunitate. In quo partes erunt Episcopi propositis dictis prouidere, vt in primis hi festi dies debita obseruatione colantur simulque populorum eo confluentum necessitatibus, quantum sine diuina offensione fieri potest, consulatus. Quo ad iudicia autem, quæ Dominicis, & festis diebus silere debent, id obseruari poterit, quod iure communi permittitur in quibusdam vrgentibus casibus, qui moram, & dilationem non patiuntur; In quibus, & alijs iurisdictionem consulum nũdinis præpositorum cõcernentibus constitutiones,*

Decretũ Sacra Cõgregationis.

&

& Summorum Pontificum, si quæ habent priuilegia, & allegatum Breue fel. rec. Pij V. seruanda esse statuit.

DISTRIBVTIONES QVOTIDIANAE.

POST dispositionem Bonifacij Papæ VIII. de qua in cap. vni. de cleri. non resid. lib. 6. vbi quotidianarum distributionũ materiæ sedes residet, fuerunt aliqua per sacrosan. Conc. Trid. circa illas ordinandas, augendas, diuidendas, & a quibus recipiendas, sancita, sess. 21. & sess. de refor. c. 3. ac sess. 24. de ref. c. 12. §. Distributiones vero, & c. 15. De Canonicis celebrantibus Missam priuatim tempore horarum, item & de associantibus suum Episcopum extra Ecclesiam, an debeant distributiones habere, quid Sacra declarauerit Congregatio memorat D. Hieron. Gonzalez in cõm. ad 8. reg. Cancel. nu. 181. & 183. vt sequitur. Qui tempore, quo cantatur vna Hora in choro, Missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione, vel obligatione, non dicitur interfuisse illi Horæ, nec illius distributiones accipere potest; Si vero iussus fuerit a Superiore, vt celebraret, tũc reciperet, Superior tamen debet cauere a tali iussione. Quod secundum declarauit sic, Nõ possunt Canonici, videlicet duo, aut plures associantes eorum Prælatum, quandoque volentem audire Missam non in Cathedrali, sed in alia Ecclesia ciuitatis participes fieri distributionum quotidianarum, quę non nisi præsentibus, & inseruientibus dantur.

Carcerato, et absoluto ã debeantur distributiones.

De Canonico iniuste ob alicuius criminis suspicionem in carcerem coniecto, veram, iurique consonam, & ab omni quæstione liberam ponimus conclusionem, quod ei denegari non debeant quotidianæ distributiones, quas lucratus fuisset, si captus non fuisset, & vna cum aliis Canonicis diuinis Officijs interfuisset. Cui conclusioni in specie se subscripserunt Philip. Prob. in addit. ad Ioan. Monach. in præd. cap. vnico, num. 22. vbi etiam Gemin. sub num. 5. Didac. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. sub num. 8. vers. Vndecimo ex his colligitur, & cet. Franc. Monal. consil. 27. num. 6 & nouissime Alex. Mon. in tract. de distrib. quotid. par. 2. quæst. 5. num. 80. Quam conclusionem ampliamus, & primo, vt si fuerit absolutus, & innocens declaratus, nedum ei debeantur veræ distributiones quotidianæ, verum etiam, & fructus certo modo certis temporibus diuidendi, qui tantum interessentibus diurnis assignantur. Nauar. in consi. 10. de cler. nõ resid. in nou. Ampliamus secũdo, vt etiam illi reddi debeant ea, quæ pro anniuersariis defunctorum largiuntur, & mortuaria, seu funerales portiones, quæ manualiter diuiduntur inter interessentes officio funeris, ista enim comprehendi appellatione quotidianarum distributionum docet Lap. & ad eum Mandos. in addit. lit. b. allegat. 42. & inter se æquiparari communiter adnotant Scribentes, in d. cap. vnico, in fine. Hinc si Capitulum inuitaretur ad funus, Canonici, qui personaliter ad illud non vadunt, cereos non habebunt, quamuis consuetudo contrarium disponeret, exciperetur vero casus iste, de quo agimus, sicut & alii excepti, in d. cap. vnico, vbi Gemin. in fin. Tertio loco ampliamus procedere etiam, si tam grandia criminis indicia præcessissent, vt sufficientia Iudici visa sint, nedum ad capiendum, sed etiam ad illum torquendum, & deinde fuerit per sententiam a crimine ei obiecto absolutus, & innocens iudicatus, ita in terminis nostris pro Præposito cuiusdam Ecclesiæ Cathedralis, contraria diluendo, respondit Nauar. consil. 9. de cler. non resid. in antiq. & consil. 11. in nou. Denique & quarto eandem conclusionem ampliari posse arbitramur, etiã si in primo iudicio

cio prolata fuerit condemnatoria sententia, quæ per legitimam appellationem interpositam, per iudicem appellationis reuocata fuerit, & per eius sententiam subsecutam Canonicus inquisitus, seu accusatus, fuerit absolutus, & ad pristinum statum, & famam restitutus, quia appellatio suspendit pronunciatum quatenus respicit futurum, & quatenus respicit præsens extinguit, l. 1. cum sibi concord. ff. ad Turpil. Bald in l. tale pactum. §. qui prouocauit, ff. de pact. & qui appellauit, non dicitur cõdemnatus, l. 2 §. fi. ff. de pœnis. Illum vero limitamus non habere locum quando huiusmodi Canonicus ante carcerationem non consueuerat alias in choro frequens esse, & corporaliter inseruire, per ea, quæ generaliter in alijs cautis iustis in iure expressis excusantibus ab omissione quotidianarum distributionum determinant Doctores in hac materia.

Item sciendum est, extare Rotæ decisionem sub die 4. Iunij 1593. & vnanimiter resolutum, quod quando pensio est imposita Auctoritate Apostolica super fructibus, & distributionibus alicuius Canonicatus, seu alterius beneficij, & propter absentiam, vel obitum Canonici, seu beneficiati, Capitulum iure accrescendi recipiat omnes fructus, vel distributiones, quod tali casu Capitulum sine difficultate tenebitur ad soluendum pensionem pensionario, nec aliquo modo se valebit excusare, quamuis dicat, quod nunquam soluerit. De qua decisione attestatur rationem assignans D. Gonzalez in præcit. comment. glos. 5. §. 5. nu. 44. & si in contrariam opinionem inclinauerint. Nauar. in cons. 49. de præb. in antiq. & in cons. 1. & 3. sub tit. de solut. in nou. Io. Gutier lib. 1. can. q. cap. 1. num. 109. & infra, ac Alex. Mon. in præf. tract. p. 3. q. 8. nu. 17 & seq.

DIVINVM MOFFICIVM.

QVONIAM plerumque contigit fieri Officium Sanctorum, qui non sunt descripti in Breuiario Romano, ideo operępretium duximus hoc loco recensere declarationes quasdam contentas in quodam Breui bonæ memoriæ Gregorij XIII. incipien. Pastoralis officij, & infra. *Greg. 13.*

Ad omnem scrupulum dimouendum motu proprio, & ex certa scientia nostra ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hæc quę sequuntur declaranda duximus, & concedenda. In primis illud nobis declarandum se offert, ex quo magna oriri poterat confusio, cum enim prædecessor prædictus indistincte concesserit, vt Ecclesiæ Hispaniæ possint celebrare officia propria Sanctorum illius Prouinciæ, illique plures sint numero, ex hoc sequebatur vt officium maioris partis feriarum anni omitteretur; & ordo Breuiarii fere subuerteretur. Nos huic incommodo occurrere volentes, & prædecessoris prædicti mentem sano modo interpretantes, declaramus vnamquãque Hispaniæ Ecclesiam eorũ tantũ Sanctorum, qui in Breuiario non sunt descripti officia propria celebrare posse, qui vel illius Diœcesis sunt naturales, vel eius Ecclesiæ, seu Diœcesis sunt Patroni, vel eorum corpora, seu notabiles reliquiæ in ea Ecclesia, seu Diœcesi requiescunt. De alijs vero Sanctis, etiam si sint naturales, vel patroni alterius Diœcesis, etiam si illorum corpora, vel notabiles reliquiæ in aliqua Ecclesia alterius Diœcesis requiescant, non celebretur officium proprium, sed seruetur ordo Breuiarii Romani, & quo die celebrabitur festiuitas Patroni vnius Diœcesis religiones omnes teneantur eodem die in suis Ecclesijs intra limites illius Diœcesis existentibus eandem

Congruit tit. de celeb. Miss. & de offi-

dem festiuitatem celebrare, & in hoc cum Ecclesia Matrice se conformet, &c.

Itē concedimus, quod quælibet Ecclesia, & Monasterium Hispanię habens aliquas reliquias insignes, puta caput, brachium, vel crus alicuius Sancti, etiam alienigenæ non existentis in Breuiario, vel de quo in dicto Breuiario fit tantum commemoratio possit illius festiuitatem celebrare, & officium duplex facere, & de alio Sancto eodem die occurrenti si fuerit simplex, fiat commemoratio: Si vero fuerit duplex, vel semiduplex transferatur in primam diem simili festo non impeditam, &c.

Cum vero in Ecclesiis, & Religionibus Hispaniæ vigeat consuetudo, quod diebus Paschalibus, & festiuitatibus maioribus celebret Missam conuentualem Antistes, vel alia persona principalis, & regula Missalis ordinet, quod omnibus Dominicis infra annum Sacerdos, qui celebrauerit Missam conuentualem exeat ante celebrationem Missæ cum pluuiali, vel cappa, & cum ministris ad incipiendum in Altari maiori Antiphonam, Asperges, & ad aspergendam aquam benedictam populo concedimus, quod Antistes, seu alia persona principalis, celebrans Missam conuentualem præmissa facere non teneatur, sed illa facere possit quilibet alius simplex Sacerdos eius loco, & quod talis Sacerdos non deferat pluuiale, sed albam, & stolam, vel superpellicium, & stolam, nec procedat associatus cum ministris, sed solum cum Acolythis, &c. Datum Romæ &c. die 30. Decembris 1573.

Breue hoc impressum in principio Officiorum propriorum Sanctorum Toletanæ Ecclesiæ.

Pius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EA quæ a prædecessoribus nostris Roman. Pontific. sua dentibus legitimis causis emanarunt libenter approbationis, & innouationis munimine solidamus. Vt eo firmius illibata perdurent quo sæpius fuerint Apost. auctoritate munita illaque de nouo statuimus, & ampliamus prout rationabiles causæ persuadent, & hoc in domino conspicimus salubriter expedire. DVDVM siquidem a fe. re. Clemente Papa VII. prædecessore nostro emanarunt literæ in quibus nōnullæ aliæ inseruntur tenorum subsequentium. Clemens Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Consueuit Roman. Pontifex ex Apostolicæ Sedis prouidentia ad reprimendum nepharios conatus peruersorum contra canonicas sanctiones, & mandata apostolica in suarum, & aliarum animarum periculum, ac dictæ sedis contemptum temere tendentium gesta prædecessorum quandoq; innouare, ac innouata confirmare, & apostolico munimine roborare prout in Domino conspicit salubriter expedire, Sane dudum fe. re. Iulius Papa II. prædecessor noster Motu proprio Duellorum, & gladiatorum vsum per suas literas damnauit, & improbauit, ac in terris Sanctæ Rom. Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis per quoscunque quauis auctoritate, & potestate, ac nobilitate fulgentes sub excōicationis latæ sententiæ pœna, ex quacunque causa etiā, a legibus permissa fieri omnino prohibuit. Quas quidem literas postmodum piæ memoriæ Leo Papa. x. prędecessor noster, & secūdum carnem frater patruelis

lis pro illarum maiori robore per suas literas cum literarum Iulii prædecessoris huiusmodi de verbo ad verbum insertione innouauit prout in eisdem literis quas præsentibus de verbo ad verbum inseri fecimus plenius continetur. Nos igitur cupientes literas prædictas pro Christi fidelium animarum, & corporum salute, ac tranquilitate inuiolabiliter obseruari. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine literas prædecessoris huiusmodi auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Decernentes illas cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis plenum firmitatis robur obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, & per executores in illis deputatos aduersus contrafacientes ad executionem pœnarum procedi debere. Non obstante constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ dicti prædecessores in dictis eorum literis voluerunt non obstare ceteriſque contrariis quibuscunque. Tenor vero literarum prædictarum sequitur, & est talis. Leo Episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam Rei memoriam. Quam Deo & hominibus abominabiles viri pugnantes in duello existant, & omnium in ore versatur, & diuina humanaque iura detestantur, nec immerito cum non solum corporum, sed etiam eorū animarū pro quib. Saluator noster Iesus Christus Dei filius mortē subiit tēporalem graue detrimentum afferre noscantur. Ad reprimendum igitur tālium nephanos ausus plurimum conferre censentes eos qui huiusmodi scelus detestabile quidem, & canonica ciuilique lege prohibitum patrare non expauescunt grauiter fore puniendos, ac ea quæ ad compescendum similes veritos conatus a Roman. Pontificibus prædecessoribus nostris statuta fuerunt vt eo firmius obseruentur quo sępius fuerint auctoritate Apostolica communita approbamus, & nouo munimine roboramus, & si qua ad perterrendum animos audaces meliora sint his addicimus prout in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem a fe. re. Iulio Papa II. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis videlicet. Iulius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam Rei memoriam. Regis pacifici qui regat in Cælis licet insufficientibus meritis vices gerentes in terris cunctorum fidelium statui prout ex susceptæ seruitutis tenemur officio indefessa solertia intendentes, ac animarum periculis obuiare cupientes ad ea per quæ vbique præsertim in terris Roman. Ecclesiæ sponsæ nostræ subiectis inter fideles eosdem cædes rixæ & contentiones cessent scandalorum tollantur fomenta pax & concordia vigeant prosperisque eorum successibus consulatur opportunæ prouisionis operam impendimus, prout in domino conspicimus salubriter expedire sane non sine maxima animi nostri perturbatione accepimus, quod nonnulli fidelium prædictorum inimico humani generis instigante, & aliquibus causis occurrentibus, & plerumque in minimis, & inhonestis, ac leuibus verbis ad contumelias contentiones, & diffidationes deuenientes, vt alter alterius sanguine satietur ad temporales Principes, & dominos maxime Ciuitatum, Terrarum, & locorum sedi Apostolicæ subiectorum confugiunt vt eis locum tutum siue campum ad Duellum seu pugnandum assignent, & quamuis principes, & domini præfati Duellum siue pugnam eis dissuadere, & prohibere deberent tamen plerumque locum aut campum tutum huiusmodi assignant maliuolumque altercantium propositum ad executionem augent, magisque vni quam alteri fauent ex quo hominum mortes repentinæ, & nisi diuina gratia præ-

ueniantur animarum perditiones mutilationes, & vulnera inter eos astantesque pugnantium amicos odia, & altercationes & ex vno inconuenienti plura oriuntur in ipsorum fidelium animarum, & corporum periculum quisque humani præfati iacturam pernicioſum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos igitur qui fidelium prædictorum tranquillitatem & pacem sinceris desideriis exoptamus saluberrimis Christianæ Religionis documentis & exemplis Deum tentandum non esse prænoniti Saluatorisque domini nostri Iesu Christi qui Petro Apostolorum principi, vt gladium mitteret in vaginam mandauit præceptis edocti attendentes hominem homini inter quem cognationem quandam natura constituit insidiari nephas & gladiatoria munera & pugnationes huiusmodi vulgares a Religionis nostræ pietate damnari euentaque spectacula a sacris canonibus, & Imperialibus legibus inhibita & improbata sicque pugnantes infamia notari, & diuersis pœnis puniri & cum omni tempore potissimum tamen in otio ciuili & domestica quiete publica detestanda esse Motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera deliberatione & ex certa scientia hac in perpetuum valitura constitutione Duellorum, & Gladiatorum huiusmodi vsum damnamus & improbamus & interris Roman. Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis per quoscunque quauis auctoritate & potestate ac nobilitate fulgentes sub excommunicationis latæ sententiæ pœna ex quacunque causa etiam a legibus permissa fieri omnino prohibemus dictosque pugiles taliter pugnantes vbique impune capi posse & puniri homicidio, vel vulnere iuxta iuris communis dispositionem nulla eis consuetudine suffragante statuimus corpora in Duello interris ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis de facto morientium in sacro sepeliri prohibentes sub simili excommunicationis pœna & interdicti ecclesiastici omnibus & singulis vtriusque sexus Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Domicellis, Baronibus, & alijs temporalibus Dominis, Vicarij communitatibus, & vniuersitatibus, Ciuitatum, Terrarum, & locorum præfatæ Roman. Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectorum mandantes ne de cetero perpetuis futuris temporibus aliquibus cuiuscunque dignitatis, & nobilitatis fuerint & ex quacunque causa etiam a legibus non improbata locum seu Campum liberum ad Duellum seu alias ad pugnandum tutum aut alias quomodolibet assignent concedant seu tradant aut assignari concedi seu tradi faciant, vel permitant sub excommunicationis latæ sententiæ & quatuor millium ducatorum Cameræ Apostolicæ applicandorum pœna pro qualibet vice incurrenda, & si huiusmodi constitutionis violatores vltra dictam primam vicem fuerint vltra dictas pœnas feudo seu Vicariatu quem a dicta Roman. Ecclesia obtinuerint priuatos fore apostolica authoritate tenore præsentium præcipimus, & mandamus atque decernimus non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus priuilegiis indultis, & concessionibus quauis authoritate editis, & quibusuis concessis ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod præsentes literæ nostræ postquam in valuis Basilicæ principis Apostolorum, & in Campo Floræ in vrbe affixæ fuerint omnes & singulos Ciues Roman. & alios in Vrbe commorantes effluxis quindecim diebus alios vero Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios temporales Dominos Vicarios Communita-

munitates, & vniuersitates præfatas Ciuitatum, Terrarum, & locorum sedi præfatæ mediate vel immediate subditorum decurso mense arctent, & contrafacientes pœnas præfatas incurrant in omnibus, & per omnia perinde ac si eis in omnibus, & singulis contrafacientibus personaliter, & particulariter intimatæ fuissent, Nulli ergo omnino hominum liceat hac paginam nostræ damnationis, improbationis, prohibitionis, statuti, præceptionis, mandati, & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominicæ Millesimo Quingentesimo octauo sexto Kl. Martii pontificatus nostri anno sexto. Cum autem sicut accepimus in eisdem literis contenta ab aliquo tempore citra non fuerint obseruata, & ex eo quam plurimi Barones, Domini temporales, & alii præsertim eidem Roman. Ecclesiæ subditi ad eo procliuiores ad pugnandum in Duello reddi sint vt passim quotidie singularia huiusmodi certamina vbique committi videantur ac domini temporales præfati, armorumque Duces eos ad id inuitare quin potius irritare non formident cum, & in eorum Territoriis, & iurisdictionibus tutum pancratium siue Arcam præparent, & alia cruenta spectacula exhibeant, & illis comitiuam præstent. Nos igitur non minus detestabilem Duello pugnantium quam Ducum, Comitum, Marchionum Baronum Domicellorum, & armorum Capitaneorum aliorumque Dominorum temporalium eis ad id auxilium consilium, & fauorem præstantium nequitiam ac improbam eorum conscientiam reprobantes qui ad ea visendi conueniunt corporum, & animarum saluti Christi fidelium opportunis remediis indefesso studio prospicere volentes literas Iulio prædecessoris præfati Motu proprio, & ex certa scientia nostra ac animi deliberatione harum serie auctoritate Apostolica approbamus, confirmamus, & innouamus ac præsentis script. patrocinio communimus adiicientes & eadem auctoritate Apostolica statuentes quod pugnantes ipsi non solum pœnis prædictis subiaceant sed eorum memoria perpetuo damnata sit ac bona præscripta sint, & Cameræ nostræ Apostolicæ confiscata eo ipso Duces quoque, Barones, Comites, Marchiones, Domini temporales, Vicarij, Feudatarii armorum Capitanei, Communitates quoque Ciuitatum Terrarum, & locorum eidem Roman. Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectorum campum ad pugnandum præstantes, ne quidem pœnas prædictas incurant sed ab omni iure quod in locis, & Territoriis suis obtinent ipso facto cadant illudque ad Cameram præfatam deuoluatur, & deuolutum esse censeatur absque ea declaratione desuper facienda, qui vero ad talia cruenta spectacula videnda conuenerint si nobiles quingentorum si mediocris fortunæ centum, si vero ignobiles vigintiquinque ducatorum nec non excommunicationis & perpetuæ maledictionis pœnam incurrant ac locus ipse ecclesiastico subiaceat interdicto, Et in super omnia, & singula tam per Iulium prædecessorem statuta, & vt præfertur per nos confirmata, & illis adiecta

perpetuæ firmitatis robur obtinere ac inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Quocirca venerabili Fratri Raphaeli Episcopo Hostien. Camerario nostro, ac dilectis filiis præsidentibus, & Clericis dictæ Cameræ pro tempore existentibus, Motu simili mandamus quatenus præsentes literas solenniter prout sibi videbitur publicari ipsaque ac omnia, & singula in eis contenta inuiolabiliter obseruari faciant contrafacientes vero prædictas censuras & pœnas damnabiliter incurrisse declarent ac summarie, & eorum Camerali more exequantur, & irremisibiliter exigant conuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis super quibus amplam eisdem concedimus facultatem, & potestatem non obstan. omnibus supradictis aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, commonitionis, adiectionis, statuti, decreti, mandati, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo decimo nono decimo kl. Augusti Pont. nostri anno septimo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo vigesimo quarto Id. Febr. pont. nostri anno secundo. Cum autem sicut nobis innotuit quamplurimi Duces, Comites, Marchiones, Domicelli, Barones, & alii in temporalibus Domini, Vicarii, Communitates, & vniuersitates Ciuitatum, Terrarum, & locorum eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectorum nonnulliquè alii singularia certamina exoptantes, & alii etiam vt præfertur subditi illa videre cupientes suorum status salutis & honoris immemores literis prædictorum huiusmodi contrauenire, & censuras, ac pœnas illis contentas paruipendere non verentur in animarum suarum perniciem, & diuinæ Maiestatis offensam ac Reipublicæ læsionem. Nos quorum est, sceleratorum insolentiis quibus aduersus Deum, & proximum ac dictæ sedis authoritatem veluti Catholicæ professionis inimici seruiunt salubriter reprimendis ne ipsorum inualescat præsumptio, & peruersitas extollatur intendere, & ne literæ prædictæ quæ prouida deliberatione ab ipsis prædecessoribus emanarunt contemptibiles reddantur, sed illarum transgressores debita animaduersione puniantur prouidere volentes. Motu proprio non ad aliquorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam.

Sed

Sed de nostra mera deliberatione & ex certa scientia singulas Iulij, Leonis & Clementis prædecessorum prædictorum literas cum statutorum ordinationum, addictionum, decretorum, declarationum, confiscationum, incorporationis, applicationis, voluntatum, & mandatorum, ac omnibus & singulis aliis in eis respectiue contentis clausulis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & innouamus, & perpetuo firmitatis robore subsistere, & singulos quos literæ ipsæ concernunt, & concernent, sub excommunicationis, anathematis, maledictionis, perpetuæ infamiæ, diffidationis, criminis læsæ Maiestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, & priuationis Statuum, & Dominiorum, ac Feudorum, & Vicariatuum, ac aliorum bonorum suorum ac depositionis illorum, nec non inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac interdicti, ac aliis censuris, & pœnis ecclesiasticis, & temporalibus, alijsque in eiusdem literis contentis quas contrauenientes eo ipso incurrant, & inteſtabiles fiant, ac vltra pœnas prædictas Carceribus mancipari, & detineri, & pœnis prædictis irremissibiliter puniri debeant perpetuo obseruari, & per Executores in dictis literis deputatos aduersus eosdem contrafacientes ad totalem executionem dictarum pœnarum procedi debere decernimus, illasque tam ad pugiles taliter pugnantes quam eos ad id tentantes, & prouocantes aut locum, seu campum ad pugnandum dantes, seu concedentes, ac in illis astantes, & interessentes, ac certantes comitantes, & comitiuam præstantes, nec non consulentes, ac adhærentes, & fautores, nec non chartas certaminis seu Duelli subscribentes, vel affigentes, aut publicantes, etiam si prædictæ seu cuiuscunque alterius dignitatis, nobilitatis, status, gradus, & ordinis, tam ecclesiasticæ quam mundanæ, existant etiam ad hoc, vt ipsi vltra pœnas prædictas excommunicationis maioris latæ sententiæ pœnam a qua non nisi a nobis seu Roman. Pont. pro tempore existente absolui possint eo ipso incurrant, & si ecclesiastici fuerint etiam omnibus, & singulis ecclesiis, Monasterijs, dignitatibus, & aliis beneficijs ecclesiasticis per eos obtentis, seu in quibus, & ad quæuis eis competit eo ipso priuati, & ad illa, ac alia in posterum obtinenda inhabiles existant, nec non illa, anquam per priuationem huiusmodi vacantia ab alijs impetrari possint extendimus, & ampliamus, & nihilominus præmissa omnia, & singula, prout per Iulium, Leonem, & Clementem prædecessores prefatos statuta, & ordinata inhibita, decreta, & mandata fuerunt in omnibus, & per omnia, de nouo statuimus, ordinamus, inhibemus, decernimus, declaramus, & mandamus, ac omnes concessiones Duellorum huiusmodi, & facultates desuper prædictis, seu alijs quibusuis per sonis per quoscunque Roman. Pont. prædecessores nostros sub quibusuis formis, & verborum expressionibus forsan concessas, approbatas, innouatas harum serie reuocamus, cassamus, & annullamus. Et insuper cupientes illa, & tam detestabilem pugnantium, & aliorum loca ad pugnandum, ac alias in præmissis fauorem præstantium, & denique tanti sceleris fautorum nequitiam non solum in tertis, & locis eidem Roman. Ecclesiæ, vt præfertur, subiectis sed alias vbiliber penitus reprimi & aboleri ac singulorum Christi fidelium animarum periculis obuiare per viscera domini nostri Iesu Christi rogamus, & obtestamur vniuersos & singulos totius orbis Imperatorem, Reges, Duces etiam armorū, Marchiones, Barones, ceterosque principes Christianos nec non dominia potentatus, communitates ciuitatum, ac in temporalibus dominos ac etiam militum tam equestrium, quam pedestrium Capitaneos & præfectos etiam temporali ditioni ipsius Roman. Ecclesiæ non subditos cuiuscunque status, gradus,

dus ordinis, conditionis, nobilitatis, ac præeminentiæ fuerint, ut diuini nominis intuitu, & pro sua in nos & hanc sanctam Sedem Apostolicam deuotione, & reuerentia, nec non fidei cultu & conseruatione ac animarum eorum qui huiusmodi Duella diabolica fraude decepti perquirunt salute dicta Duella seu alia singularia certamina in suis Regnis, Ducatibus, Marchionatibus, Baronijs, Dominijs, Terris, & locis nullatenus fieri permittãt, immo ne fiant expresse prohibeãt & dissuadeant, districtius precipientes eis ne vllo vnquam tempore huiusmodi Duella, seu certamina quouis prætextu seu quauis occasione vel causa admittere aut aliquos ad id irritare seu prouocare, vel illis interesse, aut vt fiãt pati seu permittere audeant, vel præsumant, alioquin eos ac etiam extra terras, & loca ditioni Ecclesiæ huiusmodi non subiecta Duella, seu singularia certamina huiusmodi aut diffidationes desuper facientes, & ad id irritantes seu prouocantes & auxiliũ consilium vel fauorem dantes ac illis astantes & interessentes & similiter chartas desuper subscribentes aut publicantes seu de illis se intromittentes eorumq; ac ipsorum singulos ab Imperatore, & Regibus, inferiores maioris excõicationis & vltra eam si ecclesiastici fuerint priuationis & inhabilitatis pœnis prædictis subiacere, illasque incurrere & ab eis præterquam a nobis seu dicto Roman. Pontifice pro tempore existente vt præfertur absolui aut aduersus illas restitui seu rehabilitari non posse neque debere decernimus, & declaramus. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quę dicti prędecessores in singulis eorum literis prędictis voluerunt non obstare ceterisque cõtrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę approbationis, innouationis, extensionis ampliationis, statuti, ordinationis, inhibitionis, mandati, præcepti reuocationis, cassationis, annullationis, rogationis, attestationis decretorum & declarationum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, Idibus Nouembris. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius

Barengus.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Gregorii xiij. Constitutio Romæ publicata die 24. Decemb. 1582. fol. 1319. in Bullario extenditur, & ampliatur decretum Conc. Trid. sess. 25. c. 19. de refor. generali, vt in dic. Const. incip. Ad tollendum & infra.

Auctoritate Apostolica statuimus omnes illos, qui ex condicto statuto tempore & in loco cõuento monomachiam commiserint, etiam si nulli patrini socive ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæue prouocatoriæ literæ, aut denunciationis chartulæ præcesserint censuris, & pœnis omnibus a d. Cõcilio propositis teneri prinde ac si publico, & consueto abusu singulare certamẽ iniuissent; Volentes etiam locorum dominos, si certamen ex condicto huiusmodi permiserint, aut quantum in se fuerit, non prohibuerint omnesque illud fieri mãdantes, instigantes, auxiliũ, cõsilium, vel fauorẽ dantes, equos, arma, pecuniã com-

commeatum, & alia subsidia scienter subministrantes, aut ex composito spectatores, vel socios quouis modo sese præbentes eisdem censuris, & pœnis subiacere, etiam si illi qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt, impediti pugnā non commiserint, si per ipsos non steterit, quo minus illa committatur: non obstantibus &c.

Nouissime autem adest Sanctissimi Domini Nostris. Clementis viij. Confirmatio, declaratio, & extensio Constitutionum Apostolicarum, & decreti Concilij Tridentini, contra pugnantes in duello publice vel priuatim; Necnon contra mittentes, scribentes, aut diuulgantes chartulas prouocatorias, aut scripta, quæ dicuntur manifesta, eorūque fautores, & complices. Romæ publicata die 2. Sept. 1592. tenoris seq.

Illius vices, licet immerito, gerentes, qui, vt animas suorum fidelium a peccato, & diaboli laqueis liberaret, e cælo descendens, humana carne assumpta, ne proprio quidem suo pretiosissimo sanguini pepercit, sed se ipsum in Ara crucis immaculatam hostiam æterno Patri offerre voluit, in hanc præcipue curam summo studio incumbimus, vt easdem animas inæstimabili pretio redemptas, aduersus Sathanæ fraudes, quantum in nobis est illæsas præseruemus; præsertim vero totis viribus nobis a Domino traditis exterminemus exitialia quædam, atque enormia peccata, quibus Diuina Maiestas grauius offenditur, quæque; eodem fabricante humani generis hoste inuenta, atque introducta sunt, vt ex cruenta corporum morte animarum etiam simul interitus, ac pernicies sequatur. Recte, si quidem & salubriter fel. rec. Pius Papa iiij. prædecessor noster post alios complures suos, nostrosque prædecessores, qui detestandum, diuina, naturalique lege, ac sacris canonibus damnatum duellorum abusum suis etiam Constitutionibus seuere prohibuerant, grauesque pœnas contra quoscunque temporali ditionis. S. R. E. mediate, vel immediate subiectos eius criminis quomodolibet reos, vel participes inflixerant, cupiens non solum in terris prædictis, sed alias vbilibet, animarum periculi obuiare, Principes, ac Domicellos permittentes in suis dominiis id patrari, ac etiam extra terras, & loca ditioni ecclesiasticæ subiecta, huiusmodi duella, seu singularia certamina, aut diffidationes desuper facientes, ac ad inuitantes, prouocantes, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, illisque astantes, & interessentes, nec non chartas desuper subscribentes, aut publicantes, seu de illis se intromittentes, singulos Imperatore, ac Regibus inferiores, maioris excommunicationis, ac si (ecclesiastici fuerint) vltra eam, etiam priuationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinēda, pœnis subiacere, easque incurrere voluit, a quibus non nisi a Rom. Pont. absolui possint. Sed & postmodum Generalis Tridentina Synodus ad exterminādum penitus ex Christiano orbe hoc malum statuit, vt Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac iurisdictione, & dominio Ciuitatis, Castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab ecclesia obtinent, priuati intelligantur, & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ, iuxta sacros canones, puniri debeant: Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam qui consilium in causa duelli, tam in iure, quam facto, dede-

rint, aut alia quacunque ratione ad id quenquam suaserint nec non spectatores, excommunicationis, & perpetuæ maledictionis vinculo teneantur. Quas pœnas nouissime pię mem. Gregorius Papa xiij. pariter prædecessor noster extendit aduersus illos etiam omnes, qui non publice, sed priuatim ex condicto, statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commisissent, etiam patrinis, socijsve non vocatis, & loci, securitate non habita, & prouocatorijs literis minime præcedentibus, etiam contra locorũ Dominos, si id (quantum in se fuerit) non prohibuissent, ceterosque supradictos criminis socios, & ex compositio spectatores, etiam si pugnam ob aliquod impedimentum non commisissent, si ad locum accessissent pugnaturi, & per eos non stetisset quo minus pugnarent. Verum quia cum magna animi nostri molestia intelleximus adhuc in quibusdam, præsertim transalpinis ac remotis regionibus, & potissimum vbi bella vigent, ca strensi quadam, & militari licentia, seu verius audacia pernicioſum hoc scelus inter fideles exerceri, quasi fas sit in solo hostili, vbi Christiani nominis, seu Catholicæ fidei hostes tyrannidem exercent, siue hæreses, & schismata impune grassantur, siue inter signa & castra militaria in caput suorum fratrum impios conuerte remucrones, quos multo salubrius contra Christi aduersarios stringi par esset. Nos nefaria diaboli arma salutari ecclesiæ gladio ad continendos in officio fideles nobis præcipue ipsius Domini authoritate traditos retundere, atque a cerui cibus gregis Domini nostri curæ crediti, quantũ (eodem Deo adiutore) eniti possumus, propulsare cupientes prædictas omnes Constitutiones ac Decretum Cõcilij Tridentini cum omnibus & singulis in eis contentis censuris & pœnis, decretis extensionibus, quarum, & quorum omnium tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, & ad verbum insertis, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo approbamus, confirmamus, & innouamus. Ac insuper auctoritate, & tenore præmissis decernimus, & declaramus eadem Constitutiones ac decretum locum habere vbique gentium & terrarum, inter quascũque personas, etiã armatus, & in castris seu propugnaculis militantes, etiã vbi nostrorum & S. R. E aut Catholicæ fidei hostium furor impune grauatur, vel sit Dominijs per eos occupatis, & detentis. Idem quoq; iuris censendum esse, si publico, & forsan iusto bello indicto miles aliquis cõtra alterum in aduersariorum exercitu militãtem, siue alias in hostium castris, præsidijs, aut terris degentẽ, priuatas simultates atq; inimicitias publicæ causæ intermiscendũ, etiã ducũ permissu ex condicto ad singulare certamen descendat, aut illum prouocet. Nec non ijsdem pœnis, decreto, & constitutionibus teneri eos, inter quos pactiones initæ sint de dirimẽdo certamine cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem effuderit, aut certus ictuum numerus vtrinque illatus fuerit, vel si conuenerint, vt non singuli cum singulis, sed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent. Et non solum locorũ Dominos, sed etiã magistratus, præsides, Locum tenentes, aut etiam militũ Duces, & Capitaneos in Castris, vel extra ea, in alieno, vel hostili solo, vel cum militibus exercitus aduersariorum monomachiam in quocumque casu per præsentem, vel alias Cõstitutiones huiusmodi prohibitis permittẽtes: vel quamtũ in ipsis est non prohibentes, aut post admissum crimen, veniã, & impunitatẽ concedẽtes. Præterea pari ratione prohibemus oia, & singula eius generis scripta manifesta, seu fides vulgo appellata, quę etiã sine expressa prouocatione ad certamẽ tamẽ quasi preparatoria quędã ad chartulas, seu libellos prouocatorios, & ad duella, illorumque veluti radices, aut semina, vt plurimum lacessendi aliquem ad pugnam, & suscitandæ simultatis, atque inimicitiæ materiam, & occasionem

præbent,

præbent. Dum scilicet in illis per modum epistolæ, libelli, aut publicæ attestationis, & intimationis, siue per authẽtica documẽta, siue per vnius, pluriumue chirographum, subscriptiones, aut relationes sub prætextu, proprij, vel alieni honoris, & famæ, more militari, atque vt vulgo dicitur cauallerescо tuendi, aut lædendi, siue ad illatæ, propulsatæue contumeliæ, aut iniuriæ probationem, seu tollendam illius suspicionem rei alicuius gestæ ad id pertinentis, vel verborum, aut responsionum series, & ordo, narratur. Vel ex simili abusu hac de causa aliquid tale adeo firmiter asseritur, aut negatur, vt qui contradixerit, is, siue nominatim siue in genere mendacii arguatur, aut mentiri dicatur. Aut ad hunc effectum ex militari etiam consuetudine quæritur, declaratur, aut respondetur, qua mente, aut quo sensu quippiam eiusmodi, quod ad superius expressa spectet, gestum dictumue sit. Vel denique offert se quispiam contra certam, vel incertam personam, vel generatim contra quemcunque ad probandum armis, & verificandum etiam initio certamine aliquid ita esse, vel fuisse, vel non fuisse. Nec non quascunque etiam sine scripto factas talium rerum supradicta quoquomodo concernentium, & huiusmodi causas in locis publicis, vel priuatis, vbi hominũ multitudo cõuenire soleat, de nũciationes, narrationes, declarationes, & testificationes. Volẽtes eos omnes, & singulos, qui suo, vel alieno nomine, ad effectum, de superius dictum est, prædicta, vel his similia, multoque magis ad certandum prouocatoria scripta, libellos, epistolas, earumue exempla dictauerint, composuerint, scripserint, miserint, detulerint, diuulgauerint, affixerint, exemplauerint, typis impresserint, subscripserint, intimauerint, vel etiam verbo denunciauerint, siue attestati. Quiue aliis ad singulare certamen, publice vel occulte ineundum, vel ad prouocandum aliquem ad pugnam, siue ad huius generis scripta, quæ manifesta, quæque chartulæ prouocatoriæ appellantur, scribenda, dictanda, mittenda, deferenda, diuulganda, auxilium, consilium, operam vel fauorem præstiterint, siue id suaserint, aut mandauerint, quiue in præmissis, vel eorũ aliquo se quomodolibet immiscuerint, etiam si neque pugna aliqua, nec certamen aut effectus, nec accessus, aut actus ad pugnam proximus, neque expressa, & aperta prouocatio subsecuta fuerit, neque scriptiones prædictæ, quæ manifestæ dicuntur, in publicum prodierint, aut cuiquam intimatæ extiterint, si per eos non steterit, quominus publicatio, aut denunciatio fieret, Nihilominus censuris, & pœnis omnibus in præsenti, & aliis prædictis Constitutionibus, & Decreto contentis subiacere tam si superius enumeratis, quam si aliis etiam maioribus ecclesiasticis vel inundantis digoritatibus, gradibus, & præeminentiis excellant. Quinimo de nouo etiam per præsentes ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, excommunicamus, & anathematizamus, maledicimus, & execramur omnes, & quoscunque publice vel priuatim, palam, vel occulte, in quibuscunque locis, modis, & formis, ac casibus sub præsenti nostra, vel aliis prædictis constitutionibus, ac Decreto comprehensis, singulare certamen (quod duellum vulgo dicitur) ex composito ineuntes, nec non id scelus suadentes, aut prouocantes, opem, consilium, vel fauorem præstantes, equos, arma, & commeatus præbentes, aut comitantes, vel circa chartulas, seu libellos, literas, nuncios, aut quæcumque alia scripta huiusmodi quomodolibet peccantes, huiusque delicti socios, de industria spectatores, patrinos, fautores, defensores, quacumque tam superius expressa, quam alia ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate, ita vt singulares etiam personæ cuiuslibet communitatis, vniuersitatis, collegii, aut Reip. quæ huius criminis participes quoquomodo fuerint nequaquam excusentur, sed prædictos omnes, eorumque singulos.

gulos ipso facto, absque vlla monitione, iudicis decreto, aut ministerio perpetui anathematis, excommunicationis maioris, & maledictionis æternæ mucrone percussos, & damnatos harum serie declaramus, & si in ipso conflictu obierint sepultura ecclesiastica perpetuo priuatos esse volumus: Ipsas vero Ciuitates, Terras, Oppida, vel Castra, & loca, in quorum territoriis id facinus scientibus, & tacite, vel expresse permittentibus, aut tolerantibus Dominis, aut Magistratibus, vel Senatu, aut Populo, admissum fuerit, ecclesiastico supponimus interdicto, cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis absolutionem, ab alio, quam a nobis aut pro tempore existente Romano Pontifice pœnitentia, & satisfactione congrue peracta, nisi in mortis articulo constituti nequeant obtinere, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibus suis personis tam ecclesiasticis cuiuscumq; ordinis, aut militiæ status, gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis, etiam Imperiali, Regali, vel alia mundana præeminentia insignitis, per Sedem Apostolicam in genere, vel in specie concessorum. Quæ omnia, quo ad præmissa, nolumus cuiquam in aliquo suffragari. Pœnis aliis tam spiritualibus, quam temporalibus contra eos inflictis, nihilominus in suo robore permansuris; Vniuersos autem, & singulos charissimos in Christo filios nostros Imperatorem, Reges, ac dilectos filios nob. viros Duces, etiam armorum, & exercituum, Marchiones, ceterosq; Principes Christianos, nec non Dominja, Potentatus, Communitates, & Vniuersitates Ciuitatum, Oppidorum, & Castrorum, illorumq; Domicellos, & Dominos temporales, ac etiam Militum, & copiarum tam equestrium, quam pedestrium Ductores, Tribunos, Præfectos, Capitaneos in quibuscunq; etiam nobis, & S. R. E. temporali iurisdictioni non subiectis locis constitutos, cuiuscunq; gradus, præeminentiæ, & nobilitatis existentes, hortamur, rogamus, & obtestamur per viscera D. N. Iesu Christi, & eius diuini nominis intuitu pro sua erga eundem Deum, per quem regnant reges, & a quo principatus acceperunt, pietate, atque erga nos, & sanctam hanc sedem reuerentia, & deuotione, non modo nihil tale in suis Dominiis fieri permittant, nec vllo modo cõniueant, sed hoc malum omni studio, diligentia, & auctoritate exterminare totis viribus procurent, & contra quoscunque delinquentes, & (vt præfertur) quomodolibet complices, & participes etiam temporalib. pœnis grauissimis animaduertant, & per suos officiales, & Curiæ ministros procedi curent: scituri se obsequium Deo pergratum, perque acceptum præstituros, si quo gladio ad tutelã bonorum, & ad propulsandos perditorum conatus sunt accincti, eundem ad vindictam huius peccati, & ad summendas de huiusmodi criminis rei debitas pœnas exercuerint: contra vero memores, si in re tam graui male se gesserint, se in districto Dei iudicio rationem in nouissimo die reddituros, volumus autem vt præsentium transumptis &c.

ADDITIO. Adest etiam in Regno Neap. Pragmatica sanctio incip Nouis occurentibus morbis statuens pœnam mortis naturalis ipso iure incurrendam non solum per ipsos principales audentes prouocare alios ad duellum, etiam si nullum certamen sequeretur verũ etiam per nuncios intermedios, & assistentes similibus pugnis, & duellis excipiũtur vero duo casus, in quibus dicta pœna minoratur vt in d. Pragmat super qua extant commẽtaria Petri Follerij & Io. Francisci Scaglioni.

ELE-

ELECTIO.

PRæter Summistas sciendum est, qualiter quantum ad electionem Summi Pontificis attinet, vlra disposita in cap. licet de vitanda. de electio. & cap. vbi periculum. eod. tit. in 6. & clem. ne Romani. d. titul. extat constitutio Pij 4. super reformatione conclauis in electione Summi Pontificis fol. 767. in Bullario incip. in elegendis. & est tenoris, sequentis.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN Eligendis Ecclesiarum Prælatis, quibus & humana & diuina ministeria cõmittuntur, quantam adhiberi curam oporteat, testantur patrum nostrorum sacratissimæ constitutiones, quas illi magna seueritate de Episcoporum, & aliorum Prælatorum qualitate ediderunt, proprerea quod a bonis bona omnia v3. charitas vigilantia ecclesiastica disciplina denique animarum eis commissarum salus proficisceretur, A malis vero contra non nisi mala, nempe auaritia negligẽtia fastus, & animarum periculum possit expectari. Quod si in quibuslibet ecclesiarum Pastoribus tantopere prouidendum est, ne quis assumatur indignus, maiorem certe, & perspicaciorem diligentiam in Roman. Pontifice eligendo qui ceteris Pastoribus est præfuturus, & totius Dominici gregis curam habiturus oportet adhiberi. Hac sancta meditatione permoti prædecessores nostri, & præsertim fel. record. Alexander iij. Gregorius x. Clemens v. Clemens vj. & Iulius ij. nonnullas Constitutiones sanxerunt ad prouidendum, vt summorum põtificum electiones libere & recte & mature fierent. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur nisi sit, qui eas assidue retineat & conseruet verendumque sit ne aliquando propter earum constitutionum transgressionem suborti abusus longius serpant, & progrediantur. Nos quantum cum Deo possumus futuris casibus & periculis occurrere, Volentes eorundem prædecessorum nostrorum constitutiones tum innouando tum declarando, & pro rerum & temporum necessitate supplendo de fratrum nostrorum vnanimi consilio atque assensu definimus, statuimus & declaramus, vt cum pontificem de hac vita migrare contigerit, Cardinales præsentes decem tantummodo diebus iuxta dicti Gregorij prædecessoris constitutionem in concilio Lugdunen editam Cardinales absentes expectare teneantur, & interim solitas nouem continuorum dierum exequias omnino peragant, nec vllo prætextu vlterius differãt. Et ne quid impedimẽto esse possit, quominus exequiæ ipsæ nono die absoluantur, si quando per obseruantiam alicuius magni, & præcipui festi Cardinalibus videretur officium exequiarum intermitti debere, dies illi sic intermissi in numerum nouẽ dierum nihilominus computari debeant, & impensa quæ in eis pro exequiis facienda esset, inter pauperes Christi distribuatur. Ac vt superfluis quodque sumptibus, qui iam in immensum excreuerunt, modus imponatur, funus simplicius quam cõsueuerit fiat: ita vt illius ratione (præter regalia populo Romano præstari solita) decem Millium ducatorum summam pannis lugubribus, & regalibus tam Camerarii, & Clericorum, ac aliarum Cameralium, quam aliorum quorumcunque ministrorum & officialium ac aliis omnibus omnino computatis impensa nõ excedat. Summa autem.

tem decem Millium huiusmodi vel si collegio visum fuerit etiam minor, ac nullo modo maior, per tres Cardinales antiquiores vnum videlicet de quolibet ordine & Camerarium proportionabiliter pro rata distributionis alias fieri solitæ inter prędictos omnes, & singulos diuidatur. Lapsis vero decem diebus a die obitus pontificis ingressus Conclauis nullatenus prorogetur aut differatur, sed sequenti die missa de Spiritu Sancto celebrata siue Cardinales absentes venerint, siue nō, qui fuerint præsentes statim Conclaue ingredi teneantur, & ingredientes ipsi absque mora aliqua omissa omnino Capitulorum confectione primis diebus fieri solitorum, in electionis negotio procedant, & singulis diebus scrutinium fiat, & in primo scrutinio etiam accedere liceat. Si qui vero forte intrare noluerint vel ingressi absque manifesta infirmitatis causa iuramēto Medicorum, & a maiori parte Cardinalium per secreta suffragia approbata exiuerint, dictæ constitutionis Gregorij x. pœnam incurrant. Declarantes nihilominus quod postquam Card. presentes alijs Cardinalibus etiam de latere Legatis, aut ex alia quacunque etiam publica causa etiam cum licentia Summi Pontificis absentibus vlterius non expectatis, post tamen lapsum dictorum decem dierum a morte Pontificis electionem siue intra, siue extra Conclaue fecerit, electio sic facta ex itineris aut alterius etiam probabilis, & Notarij ipsorum Cardinalium absentium impedimenti prætextu impugnari minime valeat, quū publica vtilitas ex natura electionis proueniens cuius alteri rationi præferri debeat. Sedis autem vacatione durante collegium Cardinalium in iis quæ ad Pontificem Maximū dum viueret, pertinebāt nullam omnino potestatem aut iuridictionē habeat, neque gratiam neque iustitiam faciendi aut factam per pontificem mortuum executioni demandandi, sed ea omnia futuro pontifici reseruare teneatur, Neque de statu temporali Roman. Ecclesiæ neque de pecunijs Cameræ Apostolicæ aut datarij, vel pro solutione debitorum ante obitum pontificis quomodolibet contractorum aut alias ex quauis causa (casibus infrascriptis duntaxat exceptis) quicquam disponere, nec contra dictam Gregorij constitutionem pro seipsis aliquid percipere, nec æs alienum vltra necessarios sumptus præsentibus, comprehensos contrahere debeat, neque Camerarius Thesaurarius, Datarius Depositarius Castellanus arcis Sancti Angeli aut alij officiales contra harum constitutionum tenorem Collegio obedire teneantur siue debeant, quinimo si eis in talibus obtemperauerint aut ipsi Cardinales vel officiales ex eorum officijs contra præmissa aliquid attentare præsumpserint de suo proprio Cameræ Apostolicæ plenarie satisfacere, & pecunias erogatas restituere, ac quæuis damna ad eligendi pontificis arbitrium resarcire cogātur. Quod autem expendi possit erit prefata decem Millium ducatorum summa. Illud item quod pro victu familiæ pontificiæ ante Conclauis ingressum, ac post ingressum pro pauperum officialium palatij tantum per Camerarium, & priores ordinum describendorum victu, ac etiam pro eleemosynis sede vacante fieri consuetis. Itemque pro defensione terrarum Ecclesiæ, vel partis earum, Nec non pro regalibus, populo Roman. & illius Magistratibus ac custodia vrbis, & Conclauis, illiusque prouisionibus opportunis necessarium erit. Quæ veto impensa pro defensione terrarum, & locorum Ecclesiæ & securitate ac prouisionibus Cōclauis facienda sit. Cardinales præsentes per secreta suffragia ordinare debeant, ita ut maioris partis sententia obtineat id, quod obseruandum erit etiam in gubernatoribus vrbis tam vltra pontem, quam citra & aliis officialibus etiam pro statu Ecclesiastici regimine si opus fuerit eligendis. Si uero ultra prædicta aliquod grande periculum immineret cui omnibus, & singulis Cardinalibus præ-

sentibus

sentibus iuxta ordinationem Gregorii x, aut saltem duabus illorum tertiis partibus per secreta suffragia viderentur celeriter occurendum, tunc collegium iuxta maioris partis sententiam similiter per secreta suffragia de remedio opportuno ac prouide de necessaria impensa prouidere possit & debeat. Statuimus etiam quod tres Cardinales antiquiores vnus videlicet ex quolibet ordine vna cũ Camerario post Pontificis obitum reliquos Cardinales congregandi, & occurrentes necessitates in congregationibus generalibus proponendi, & vt cõclaue bene vndique claudatur curandi ius habeant. Ipsorum autem officium tertia die post cõclauis ingressum omnino expiret, eorumque loco tres alii sequentes in ordine quolibet tertio quoque die cum eodem Camerario in eadem potestate succedant. Camerarii quoque, & maioris Pœnitentiarii officia quæ etiam Sede uacante durãte ita durare decernimus, & declaramus, & non solum ea, quæ præsenti constitutione prohibentur, & quę pontifice uiuente exercere non consueuerunt, seu a quibus pro eiusdem Pontificis reuerentia aut alias quomodolibet abstinebant, minime usurpent, sed Camerarius ac præsidentes, & clerici aliique Ministri, & officiales Camerę Apostolicę exactioni pecuniarum eidem Cameræ debitarum ac prouisionibus ratione Sedis uacantis iuxta præmissa necessario faciendis duntaxat incumbere, & propterea a solutione debitorum ante Pontificis obitum contractorum, aut illorum declaratione, rationum solidatione, extractionibus frumentorum, remissionibus delictorum, assecurationibus delinquẽtium, & quibuscũque aliis expeditionibus tam gratiam quam iustitiam, aut illarum executionem quomodolibet concernentibus omnino abstinere debeant. Pœnitentiarius uero, & eius officiales ea tantum facere, & expedire ualeant, quę ad forum conscientię pertinent, in reliquis officium eorum conquiescat. Itaque a quibuscunque matrimonialibus, & aliis dispensationibus ac absolutionibus, & declarationibus nec non quibusuis aliis expeditionibus forum (quod aiunt) fori mixtim, uel separatim quomodolibet respicientibus omnino abstineant. Alioquin in quibus tam Camerarius quam Pœnitentiarius, & alii prædicti etiam de licentia aut mandato totius collegii cõtra fecerint, ea nulla, & irrita sint, ac nemini suffragentur. Et nihilominus eorum excessus & inobedientię rationem Pontificis arbitrio quandocunque reddere teneantur. Literis etiam nostris super reformatione Cameræ, & Pœnitentiariæ huiusmodi editis in suo robore permansuris. Datarii vero ministerium per eiusdem Pontificis obitum omnino expiret, ita vt non solum datas per eum antea notatas extendi potestatem minime habeat, sed quascunque supplicationes gratiarum, & iustitiæ pœnes eum, aut eius ministros adhuc existentes etiam si datatæ fuerint Collegio Cardinalium statim sub sigillo clausas præsentare tenẽatur futuro Pontifici reseruandas. Quod si contra præmissa quicquam ad cuiusuis etiam Cardinalis instantiam attentare præsumpserit, irritum, & inane existat, & nihilominus falsi crimen incurrat illius rationem futuro Põtifici redditurus. Prohibentes insuper ne Cardinales, & prælati, signaturæ gratiarum, & iustitiæ præfecti Sede vacante supplicationes, & commissiones aliquas etiam si supplicãtes paruas datas, vt moris est, antea obtinuerit, signare ualeant, sed officia eorum omnino cessare intelligantur. Quod si aliter fecerint pro excessibus huiusmodi futuri Pontificis arbitrio puniantur. Mandamus quoque quod Cellæ cõclauis Cardinalibus sorte distribuantur, nec liceat eas etiam infirmitatis prætextu mutare aut desuper ædificare, uel illas dilatare, sed quilibet, etiam Decanus, sit sua sorte contentus. Post Conclauis uero ingressum interdicimus, & expresse prohibemus sub officiorum, & beneficiorum priuationis pœna atque etiam sub alia arbitrio

bitrio gubernatoris ad custodiam conclauis deputari soliti infligenda, ne quis imm ediate supra aut infra conclaue seu a lateribus habitare, vel morari possit. Quæ loca muris claudi,& a prælidentibus custodię conclauis ac a dicto Gubernatore sæpius visitari debeant. Et si qua fraus commissa fuerit, teneatur ipse Gubernator sub periurii pœna eo ipso incurrenda & alia arbitrio futuri Pontificis infligenda,delinquentes huiusmodi Cardinalibus pro tempore deputatis reuelare curareque, vt delinquentes ipsi carcerentur,& acriter puniantur. Teneantur quoque Cardinales pro tempore deputati Cellas Cardinalium,& alia conclauis loca sæpius visitare & diligenter perquirere ne in ipsius conclauis muris aut laquearibus,seu pauimentis vetita foramina fiant. Et si quid tale deprehensum fuerit, auctores priuationis officiorum,& beneficiorum ac aliis etiam corporalibus, & sæuerissimis eisdem pœnis teneantur, nisi statim, si intra conclaue fuerint eisdem Cardinalibus deputatis, si vero extra conclaue Gubernatori,& prælatis præpositis reuelauerint. Quiquidem Gubernator,& Prælati sub periurii pœna in hoc inuigilare,& opportune prouidere debeant. Quilibet autem Cardinalis in coclaui duobus seruientibus Clericis,vel Laicis contentus sit. Infirmis autem,& grauiter affectis a maiori parte Collegii per secreta suffragia tertius ad summum indulgeri possit. Qui seruientes familiares domestici,& continui commensales ipsius Cardinalis, & ab anno ante fuisse & tunc esse debeant, & non mercatores, ministri principum,domini temporales,& iurisdictionem habentes,neque fratres aut nepotes Cardinalium,etiam si expensis eorum viuerent. Et de qualitatibus conclamistarum Cardinales deputati ante conclauis ingressum diligenter inquisitionē habere,& eos approbare,ac post ingressum denuo diligenter prouidere debeant Sacrista quoque cum vno clerico coadiutore in officio Sacristiæ, duo quoque magistri ceremoniarum conclaue ingrediantur Missis celebrandis,& alijs quę ad ipsos pertinent vacaturi. Ad sit præterea vnus religiosus pro confessionibus audiendis a maiori parte Cardinalium per secreta suffragia eligendis vnus collegii Secretarius tātum,duo Medici,vnus Chirurgus,vnus Aromatarius cum vno,aut duobus seruientibus,vnus faber lignarius, vnus Cementarius,duo Barbitonsores,cū vno aut duobus seruientibus. Item octo aut decem seruientes publicæ vtilitati,& commoditati omnium,veluti pro lignis portandis,pro verendo conclaue, & similibus necessariis ministrandis,qui omnes a collegio Cardinalium, non tamen ex familia alicuius Cardinalis,per fabas secretas eligantur:ita tamen vt is obtineat, qui plura vota tulerit, & eis salaria de publico persoluantur. Quod si vltra præfatas personas, in conclaui aliquis inuentus fuerit, expelli statim debeat, Et si quis vspiam se occultasse deprehendatur, ignominiosa expellatur,& infamia notetur,& officijs atque beneficijs priuetur,conscij vero subeadem pœna illos collegio reuelare teneantur,præmium reportaturi si indicauerint. Clauso conclaui nulli ad colloquium etiam extra portam conclauis etiam principum oratores, nisi ex magna,& vrgenti causa a maiori parte collegij approbanda admittantur. Et si quis forte (quod absit) clam ipsum conclaue, & aliunde quam per ostium ingrediatur,omni honore,gradu,ac officio,& beneficio ipso facto priuatus generis scripta ad eos; qui in conclauerunt, seu nuncium vel notam,aut signum mittere,seu recipere,aut contra,e conclaui ad eos,qui foris erūt, vllo modo liceat, qui contrafecerint quacunque dignitate etiam si Cardinalatus honore præfulgeant pœnæ excommunicationis latæ sententiæ subiaceant, absoluendi facultate,præterquam in mortis articulo,soli pontifici maximo reseruata, a quo nihilominus pro qualitate delicti vltra dictam excommunicationis pœnam

nam puniendi erunt. Prohibentes etiam super futura electione Pontificis sponsiones, quas excommissas vocant, fieri, & si forte contra præsentium tenorem factæ fuerint, illas nullas, & irritas in iudicio, & extra fore, & omnino censeri, & cõtrafacientes ac proxenetas arbitrio Gubernatoris, & futuri Pontificis puniri debere decernimus. Cardinales autem primo ipso die quo conclaue ingressi fuerint tam in prandio, quam in cœna vno solo ferculo vnius speciei tantum eoque moderato, & alias iuxta constitutionẽ præfati Clementis vi. qualificato contenti sint, & esse debeant, nec quisquam in alterius cella vel de alterius ferculo vescatur. Prælati quoque ad custodiam conclauis deputati sub pœna periurij, & suspensionis a diuinis maxima, & exquisita diligentia vtantur in inspiciendis ac perscrutãdis cpulis, & alijs rebus ac personis conclaue intrantibus, & de eo exeuntibus, ne sub earum rerum velamine literæ aut notæ vel signa aliqua transmittantur. Quod si tale quid inuentum fuerit, familiares Cardinalium aut alij delinquentes pœnã priuationis officiorũ, & beneficiorũ, ac inhabilitatis ad obtẽta, & obtinẽda incurrãt, Et vlterius per Gubernatorẽ carceribus mãcipentur, exinde nisi de mãdato noui Põtificis minime relaxãdi, sed eius arbitrio acrius puniẽdi omni facultate collegio Cardinalũ in fauorẽ quorũcunq; q in præmissis vel eorũ aliquo deliquerint omnino interdicta. Cõclauistæ vero, & quicunq; alii seruiẽtes conclaue ex causa infirmitatis manifestæ, & notabilis a Medicis medio iuramento probatæ, & de consensu deputatorum, quorum etiam conscientiam desuper oneramus, & non aliter exituri, nullo modo reuerti possint, sed eorum loco alii eodem prorsus tempore, quo infirmi exibunt, ingrediantur. Statuimus etiã, & declaramus, quod si forte aliquis Cardinalis saltem in Diaconatus ordine cõstitutus non fuerit, is nullatenus ad eligendum admitti debeat. Cardinales autẽ per viscera misericordiæ Domini Nostri Iesu Christi enixe rogamus, & hortamur, ac eis nihilominus sub diuini interminatione Iudicij præcipimus, & mandamus, vt attendentes magnitudinem ministerij, quod per eos tractatur in dandis suffragiis, ac alijs omnibus, & singulis electionem quomodolibet concernẽtibus omni dolo ac fraude, factionibus, & animorum passionibus remotis, ac principum sæcularium intercessionibus, ceteris que mundanis respectibus minime attentis, sed solum Deum præ oculis habentes, sese pure, libere, sincere quiete, & pacifice gerere, & habere debeant, Nec pro ipsius pontificis electione conspirationes, cõdictas pactiones, & alios illicitos tractatus inire, signa, aut contra signa votorum suorum alteri dare, minas sue aliquibus inferre, tumultus excitare, aut alia facere per quæ electio retardetur, vel minus libere suffragia præstentur per se, vel alium directe, vel indirecte, quouis colore, vel ingenio audeant vel præsumant. Quod si secus fecerint aut cõtra prohibita in præsenti cõstitutione, aliquid admiserint, vltra diuinam vltionẽ futuri Pontificis pro modo culpæ in eos quãdocunque animaduerti possit. Quia vero parũ esset iura cõdere, nisi foret qui executioni ea demãdarẽt, statuimus, & ordinamus, vt Prælati Rectores officiales vrbis ac Principũ Oratores, illustres viri, quos oẽs a collegio p custodia cõclauis eligi cõtinget, eligere aũt collegiũ debebit eos q ad id magis idonei videbũtur pmissa oia plene, & inuiolabiliter ac ti ne fraude, & dolo aliquo obseruari faciant, de quo corporale iuramentum coram ipso collegio ante ingressum conclauis, & quoties opus fuerit, præstare teneantur: quæ quidem nisi fecerint, vel si in eis dolum, & fraudem commiserint, prædictas pœnas, & ceteras in dicta constitutionem Gregorij x. contentas incurrant. Volumus autem neque per Prælatos neque, per Rectores aut officiales præfatos vltra, quam præmittitur, Cardinales arctari, neque præ-

sentes

sentes has nostras constitutiones per collegium Cardinalium vllo modo alterari corrigi, aut immutari posse, sed illas coram omnibus de verbo ad verbum in prima congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deinde post conclauis ingressum legi, & iurari eo modo quo leguntur, & iurantur constitutiones Iulij II. & aliorum prædecessorum nostrorum, quorum constitutionibus, & pœnis in eis contentis vltra præmissa per hanc nostram constitutionem derogare non intendimus, sed magis eas confirmare, innouare, & comprobare. Et ne dissensionis occasio aut schismatis oriatur, volumus cēsurarum, & excommunicationum præfatarum, & aliarum quarumcunque prætextu Cardinales a Pontificis electione actiue, vel passiue excludi nullo modo posse: quas quidem excommunicationes, & censuras ad electionis effectum tantum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus, & suspensas esse volumus, & declaramus. Decernentes quoque excommunicationes, & censuras ipsas eum solum afficere, qui deliquerit, non autem alios conclaui durante cum eo conuersantes, ac præsentes nostras vbicunque electionem Summi Pontificis etiam extra vrbem fieri contigerit locum habere, & obseruari debere. Ac insuper illas in valuis Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ apostolicæ, ac in acie campi Floræ aliquos cursores nostros legi, & publicari, ac illorum copiam ibidem affixam dimitti, & deinceps omnes, & singulos Cardinales etiam absentes, præsentes, & futuros, & alios quoscunque quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullumque earum ignorantiam prætendere posse ac si eis personaliter intimatæ forent, præmissis ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum definitionis statutorum declarationum decretorum prohibitionum mandatorum interdicti, præcepti rogationis, hortationis, & voluntatum infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo. Septimo Id. Octobris Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego R. Card. de Carpo episcopus Hostien.
† Ego F Card. Pisanus episcopus Port. manu propria
† Ego Fed. Card. Cæsius episcopus Tusculanus
† Ego Io. Card. Moronus episcopus Prænestinus. ſſ.
†
† Otho Truchses de Vualdburg. Episcopus Card. Albanen,
† Ego Ti. Card. Crispus.
† Ego Io. Card. Saracenus.
† Ego Io. Card. Sancti Vitalis.
† Ego Iac. Card. Puteus.
† Ego Io. B. Cicada. S Clemen.
† Ego B. Card. Tranen.
† Ego Scipio Card. Pisarum.

† Ego

† Ego Io. Card. Reumanus.
† Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
† Ego F. M. Card. Alexandrinus.
† Ego Clemens Card. Aracæli.
† Ego Io. Ant. Card. Sanct. Georgii.
† Ego Aloysius Card. Cornelius.
† Ego Bernardus Card. Saluiatus.
† Ego Ph. Card. Aburd.
†
† Ego M. Ant. Card. Amulius.
† Ego R. Cardin. Nauagerius.
†
† Ego A. Card. Farnesius Vicecance.
† Ego G. Asc. Card. Cam.
† Ego Iul. Card. Vrbin.
† Ego Hier. Card. Simoncellus.
† Ego Vitellotius Card. Vitellius.
† Ego Carolus Card. Borromeus.
† Ego Franciscus Card. Gonzaga.
† Ego Ind. Aualos Card. Arag.
†
†
†

Cæ. Glorierius
Francis. De lyon.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo secundo Indictione quinta die vero 21. mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti Anno tertio, suprascriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis suprascriptis, vt est moris, inibi earundem copijs dimissis affixis per nos Andream de Curia, & Franciscum Fayæ eiusdem S. D. N. Papæ Cursores.

Pro Magistro Cursorum Franciscus Rogerius Curs.

Contra ineuntes sponsiones super vita, & morte, & futura electione Summi Pontificis, ac promotione S. R. E. Cardinalium extat Gregorii xiiij. Constitutio Romæ publicata die 28. Martii 1591. incip. Cogit nos deprauata. *Grego. xiiij contra inuentes spõsiones.*

Cogit nos deprauata miseri huius sæculi corruptela, vt vel in ipso nostri Pontificatus ingressu seueritoribus pœnis illorum coerceamus audaciam, qui cœca ducti cupiditate, grauioribus peccatis diuinam Maiestatem lædere, ac sacrosanctæ Ecclesiæ Dei mala, & scandala pernicioſa inferre non perhorrescunt. Qualia multa cum ingenti animi nostri dolore sensimus manere ex frequenti sponsionum illarũ vsu, quæ ex commissæ vulgo dictæ super futura electione, aut vita, & morte Romani Pontificis, aut promotionibus S. R. E. Cardinalium fieri consueuerunt: Nam siue rem ipsam, quæ nedum ecclesiastica, & sed & sacra, & mente spiritualis est, spectemus, profanatio quædam rei sacræ, & sacrilegium quoddã inde propterea committi videtur, dũ electionibus, & promotionibus sacris, ac

plene spiritualibus sors pecuniarum immiscetur, & turpissimæ nundinationis genus cohæret, siue grauissima peccata earum occasione perpetrari solita, & detrimenta inde prouenientia, sponsione huiusmodi, quæ super prædictis fiunt omnino damnandas, & prohibendas, atque a Christi fidelium commercio prorsus exterminandas arbitramur. Multi siquidem lucri cupiditate, aut metu iacturæ pecuniarum, illicitis modis directe, vel indirecte, per se, vel alium, electiones, seu promotiones impedire, aut retardare conantur: Alii eligendorum, aut promouendorum honorem famam, & existimationem impiis fallis, ac prorsus iniquis detractionibus aut diffamationibus lædere, ac dilacerare non erubescent; Orationes vero, & vota, ac pias preces Christiani populi, quas eo potissimum tempore summo deuotionis feruore ex intimo cordis affectu ab vniuerso fidelium cœtu Deo omnipotenti offerri par esset, vt huiusmodi electionibus ac promotionibus Spiritus Sanctus assisteret; non mediocriter hac de causa impediri, perturbari, ac refrigescere necesse est, dum multi temporibus lucris intenti, aut obliuiscuntur, quæ Dei sunt, aut certe desiderant sæpenumero, & procurant, vt eligantur non ii, qui optimi sunt, sed ex quorum electione plurimum lucri se consecuturos animaduertunt; Nec desunt, qui innumerabiles fraudes, ac pernicioſa mendacia, dolos & fallacias comminiscuntur, dum sponsionum pretia augere, aut imminuere callide, & versute satagunt: Nonnulli quoque manifesta iniustitia peccant, dum fere certi eorum, qui eligendi, aut promouendi sunt, conuentiones, seu sispensiones ineundo ab aliis id ignorantibus pecunias per fraudem extorquent. Multi præterea dum vana spe vniuersum patrimonium suum in discrimen temere deducunt, repente, & ex improuiso ad inopiam rediguntur; ex quo & abominabiles contra Deum blasphemiæ, & plurima scandala, & peccata atrocia consequuntur; quod autem deterius est, miseri quidam ad nefandas Dæmonum inuocationes, ad prohibita sortilegia, damnataque diuinandi genera confugiũt, vt futura (si id fieri posset) prænoscendo, minori cum periculo, aut quemadmodum ipsi vana spe decepti sibi persuadent, certiore euentu sponsiones ineant: Illud denique omnibus notissimum est, magnum hoc esse auaritiæ fomentum, & ex eo vehementem quæstus cupiditatem, quandoque etiam in Ecclesiasticis, & Religiosis personis excitari. Nos igitur qui hoc præcipuum munus ad Pastoralem nostram solicitudinem maxime pertinere existimamus, vt gregem Dominicum fidei nostræ creditum ab omni offensione, atque æternæ vitæ periculo securũ in viam salutis, diuina fauente gratia, dirigamus; pestiferi huius morbi contaginem, priusquam in communem fidelium perniciem latius serpat (quantum in nobis est) tollere, nec non delicti, & scandali inde, vt plurimum prouenientis occasionem penitus, & vbique submouere cupientes, ac simul æquum censentes, in quo frequenter, & grauiter peccatur, id ad tollendum scandali periculum generatim, & peræq. omnibus interdicatur: fel. rec. Pii Papæ Quarti prædecessoris nostri, qui pariter hoc ipsum super futura Pontificis electione fieri prohibuit, vestigiis inhærentes, de tributæ nobis a Domino potestatis Apostolicæ plenitudine, hac nostra in perpetuum valitura constitutione damnamus, & reprobamus omnes, & quascunque sponsiones, promissiones, stipulationes, conuentiones, aut pacta, Excommissas vulgo dictas, quouis nomine, aut vocabulo appellatas. Quas, siue per cedulas (vt aiunt) vel apochas, aut alio quocunque publicæ, aut priuatæ scripturæ, aut chirographi genere, vel per Mensariorum, aut Mercatorum libros, aut partitas crediti (vt dicunt) seu verbo tantum data fide, aut facto deposito certæ pecuniarum summæ, vel cuiusuis alterius rei pre-

rei pretio æstimabilis, aut alias quoquomodo, vel sub quauis nominati, aut innominati contractus forma, aut conditione, in euentum vitæ, aut mortis, vel futuræ creationis Romani Pontificis, tam eo viuente, quam Apostolica Sede vacante, aut in euētum promotionum S.R.E. Cardinalium, posthac in quibusuis Christiani Orbis Regnis, Dominijs, Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis vbilibet gentium, aut locorum initi quandocunque contigerit, ipsosque contractus, sponsiones, aut pacta, si quæ post hanc nostram prohibitionem inita fuerint, vel etiam antea, quarum tamen, vel quorum exitus adhuc expectantur, damnata prorsus, illicita, & inualida decernimus, & declaramus, illaque ex nunc, prout ex tunc, & e contra harum serie rescindimus, & annullamus, ac ne de cetero fiat districte interdicimus, & prohibemus. Decernentes ex eis tanquam damnatis, & reprobatis, etiam si iuramento, quod pariter illicitum, & tanquam contra bonos mores præstitum nihil operari, in hoc, declaramus, aut instrumento in forma Cameræ Apostolicæ, vel alias quomodolibet roborata fuerint: nullam prorsus obligationem oriri, nullamque actionem realem, aut personalem, aut Iudicis officium in foro exteriori, neque extra illud; nec etiam quo ad forum conscientiæ, prouenire, neque exceptionem, aut aliud quocunque ius cuiquam competere. Quinimo statuimus, & declaramus ex prædictis damnatis sponsionibus nullum talium pecuniarium dominium, etiam si solutæ, aut datæ, seu remissæ, vel condonatæ hac de causa fuerint, cuiquam acquiri: sed quicquid pecuniarum, aut cuiusuis alterius rei in contractus, seu sponsiones huiusmodi deductum fuerit, siue datum, & acceptum, siue tantummodo promissum, vel vt præfertur condonatum, aut etiam, vt ab alijs soluatur mandatum existat, eo ipso pijs locis eius Ciuitatis, aut oppidi, vbi sponsiones ipsæ initæ, vel vbi primum defectæ fuerint, etiamsi prius alibi initæ sint, acquisitum censeri, & ipsos contrahentes ad restitutionem siue elargitionem eisdem pijs locis in vtroque foro teneri, & in foro exteriori ad id per Episcopum (cuius conscientiam super hoc oneramus) opportunis iuris, & facti remedijs, etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis cogi, & compelli debere, & non solum Procuratoribus, seu administratoribus, seu cuilibet personæ, actionem popularem nomine eorundem priorum locorum pro ipsis pecunijs cōsequendis competere: Ita tamen, vt si plura loca pia in Oppido, seu Ciuitate huiusmodi existant, inter ipsa loca pia is præferatur, & pecunias integre lucretur, qui prior agere cœperit: nec componere, transigere aut concordare cum ipsis delinquentibus, aut illis partem aliquam pœnæ remittere, aut concordare quoquomodo liceat, sed integre ab ipsis locis pijs exigatur: quod si de facto concordatum fuerit, tunc eo ipso concordia, compositio, aut transactio irrita sit, & nulla, & actio pro reliqua summa non exacta ad alia loca pia deuoluta censeatur, donec pœna prædicta integre ab ipsis transgressoribus fuerit persoluta. Personas vero ecclesiasticas, si quæ forsan (quod non credimus) tale aliquod pactum, aut sponsionem contra hanc nostram prohibitionem inire præsumpserit, tam sæculares, quam cuiusuis ordinis, aut militiæ regulares, cuiuscunque status, gradus, vel conditionis fuerint, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Primitiali, Patriarchali, aut alia quacunque, etiam S.R.E. Cardinalatus præfulgeant dignitate (præter supradictam, & alias in præsenti constitutione contentas pœnas) omnibus, & quibuscunque per eas obtentis beneficijs cum cura, & sine cura, sæcularibus, & quorumuis ordinum, aut militiarum regularibus ex nunc eo ipso per præsentes in vtroque foro priuamus, & priuatas, ac ad illa, & alia quæcunque in posterum obtinenda, perpetuo inhabiles, & incapaces declaramus, eaque

omnia iuxta præsentem Constitutionem ipso facto vacare, deque illis libere per Sedem Apostolicam, vel per ordinarios Collatores illis prouideri posse; ac etiam si alioquin nostræ, & Sedis Apostolicæ, seu Ro. Pontificis tantum, dispositioni ex quauis reseruatione generali, etiam in corpore iuris clausa, seu alias quomdolibet reseruata, seu affecta fuerint, nihilominus per Ordinarios Collatores, ad quos eisdē reseruationibus, seu affectionibus Apostolicis cessantibus, pertineret, libere, & licite conferri, & de eis perinde, ac si reseruata, aut affecta non essent, disponi posse volumus, & declaramus. Vlterius etiam in eos, qui talia patrare, & huic nostræ Constitutioni contrauenire præsumpserint, tam si prædictis, quæ hic pro expressis habeantur, quam si quibus uis mundanis etiam Ducalibus, Regijs, Imperialibus dignitatibus fungantur, ac etiam in eosdem, vel alios, qui id in Terris, locis, Ciuitatibus, ac Dominijs, sibi subiectis tacite, expresse fieri permiserint, eorumque Consiliarios, Magistratus, Potestates, Gubernatores, Præfectos, aut Loca tenentes, eorumque singulos, qui pariter consensum, auxilium, consilium, vel fauorem in præmissis præstiterint, ac in quoscunque Proxenetas, vel mediatores: excommunicationis sententiam per easdem præsentes ferimus, & promulgamus, eosque ipso facto absque alia monitione, aut declaratione, Iudicis decreto, aut ministerio excommunicationis sententiam incurrere volumus, a qua eorum nullus ab alio, quam a Romano Pontifice, pro tempore existente (nisi in mortis articulo) quo ad eos, qui pecunias, vel aliud quidpiā præmissorum occasione perceperint, euā præuia restitutione integre pecunia eiusmodi occasione perceptarum, absolui possit aut debeat.

Sicque in omnibus, & singulis superius expressis per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem S. R. E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi faculate, & auctoriiate, in quauis causa, & instantia, iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuersis locorum ordinariis vbilibet constitutis, per Apostolica scripta mandamus, vt præsentes literas in suis quisque ecclesiis, Ciuitatibus, diœcesibus, & locis, ab omnibus inuiolate obseruari curent, & contra quoscunque præsentis Constitutionis transgressores ad declarationem censurarum, & pœnarum huiusmodi procedent, inuocato etiamad hoc si opus fuerit, auxilio bracchii sæcularis. Non obstantibus &c.

ADDITIO. De huiusmodi sponsionibus seu conuentionibus factis sub aliquo futuro euentu, vide Dec. cons. 115. Couar in reg. peccatum par. 2. §. 4. num. 2. Lud. Molin. de contract. disput. 508. & in terminis Vincent. de Franch. decis. 113. & in Regno Neap. etiam adsunt Pragmaticæ sanctiones, similiter fieri prohibentes excō missas sede vacante, & super creatione Summi Pontificis, necnon, & excommissas super pueris mulierum prægnantium sub pœnis ibi contentis sub tit. de sponsionibus mercatorum.

Quantum vero attinet ad electionem cathedralium sequitur eiusdem Pontificis constitutio de forma faciendi processus, & inquisitiones ex præscripto Concilii Tridentini, super promouendis ad regimina ecclesiarum Cathedralium, & aliarum Superiorum, seu Monasteriorum, atque ad ceteras dignitates, de quibus in Consistorio prouidetur.

Onus

Onus Apostolicæ seruitutis,ad quod nuper nos dignatio diuina prouexit assi- *Greg. xiiij.*
due admonet, in eam potissimum curam nobis esse pastorali solicitudine incumbendum, vt quæ a sacris, œcumenicisque Concilijs pro communi totius Christiani populi salute pie,prudenterque statuta sunt, nulla aut temeritate violentur,aut negligentia deserantur;ea præsertim,quæ ad bonos,idoneosque pastores Cathedralibus,ac Superioribus ecclesijs gubernandis præficiendos pertinet,nam si in quibusuis ecclesiæ gradibus,& ministris curandum est tales eligi, qui Religione, & sanctitate fideles ædificent, multo certe magis elaborandum est,ne in eius electione erretur,qui supra omnes gradus constituitur, cui tanquã seruo fideli,& prudenti totius familiæ cura traditur,qui ad omnem virtutem,& mandatorum Dei obseruantiam aliorum forma esse debet; cum certum sit gregis salutem magnopere pendere ex boni pastoris præstanti vita,& doctrina.Sane venerabiles patres, qui ex toto terrarum Orbe ad Sacrum generale Tridentinum Concilium a Summis Pontificibus prædecessoribus nostris euocati magna frequentia conuenerunt, cum in aliis rebus multis præclarum studium ad *Sess 24. de ref.* corrigendos deprauatos mores, & collapsam ecclesiasticam disciplinam restituendam ostenderunt, tum in eo potissimum insigni zelo, magnaq. cum laude *gen. c.1.* laborarunt,vt rationem inuenirent,qua viri doctrina,pietate, prudentiaque excellentes,& in ecclesiasticis functionibus,diu multumque versati, ecclesiis Cathedralibus præficerentur.Nos igitur,qui cum in minoribus constituti Cremonen. ecclesiam regeremus,in eodem Concilio cum sanctis,& egregiis illis Patribus interfuimus,& Concilio absoluto ad Ecclesiam nostrã reuersi magno semper desiderio flagrauimus,vt tam salubria generalis Concilij decreta executioni debitæ mandarentur,atque vt id fieret pro virili parte curauimus: Multo nunc magis, cum disponente Domino omnium ecclesiarum cura, & solicitudo nos premit, summo desiderio tenemur, vt Pastores ii præficiantur Ecclesiis qui opus suum, & ministerium impleant,& de ouium salute nos in Domino lætificent. Illud autem in hac saluberrimo, & perneceſſario negotio,quod est de Episcopis eligendis,& præficiendis videtur esse præcipuum, vt institutio,examen, & inquisitio de fide,vita,moribus, doctrina, & prudentia promouendorum tam accurate fideliter, ac serio instituatur,vt omnis fallacia fuco semoto certo cõfidere valea *Sess. 6. de ref.* mus,tales a nobis Christi gregi pascendo esse propositos, quales tantum onus, *cap. 1.* Angelicis videlicet humeris formidandum, exigit, & quales ille expetit, qui pro ijsdem ouibus redimendis propriæ vitæ, ac sanguini non pepercit, & quidem in hac parte prouidentia dicti Concilij Tridentini minime defuit,cum statuerit, ac mandauerit,vt in Prouinciali Synodo per Metropolitanũ habenda præscribetur quibusque locis, & Prouincijs, propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma Rom. Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis vtilius atque opportuna esse videretur. Verum neque id hactenus nisi a paucissimis factum est, neque spes est nisi longissimo temporis spacio, vt ab *Supra Sess. eodem c.1.§. quoniam.* omnibus fiat,atque interim,dum certa examinis,siue inquisitionis ratio a Prouincialibus Concilijs expectatur,perit vber ille fructus, qui ex tam vtilibus Concilij generalis decretis sperari posse videbatur, & experientia ipsa docuit per tot annos a publicatione Concilij prædicti elapsos,quid in vnaquaque Prouincia opus sit, quidue possit fieri. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris Sãcta Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,matura deliberatione, ac deorum vnanimi consilio, & assensu præsenti nostra perpetuo valitura cõstitutione decernimus, vt cum extra Roman. Curiam examen,instructio siue inquisi-

tio facienda erit, nemo omnino cuiuscumque status, gradus, conditionisue fuerit inquisitionē prædictam sibi arrogare præsumat, sed integrum hoc negotium ijs, qui a prædicto Tridentino Concilio, designantur, Apostolicæ, videlicet, Sedis Legatis, seu Nuncijs Prouinciarum, aut eius, de quo inquisitio fit. Ordinario, eo quē deficiente Ordinarijs vicinioribus relinquatur, nisi iustis de causis nobis, aut pro tempore existenti Roman. Pontifici per speciale mandatum alicui alteri hoc munus quandoque committendum esse visum fuerit. Quod si forte aliquis prædictorum consanginitate, aut affinitate vsque ad tertium gradum inclusiue promouendum contingeret, vt omnibus suspicio carnalis affectus a tam sancto negotio repellatur, ille quidem eo casu censeatur excluſus, atque ad eum qui proxime sequitur hoc est, si Legatus excludendus erit, ad Nunciū, si Nuncius ad ordinarium, si ordinarius ad vicinorem ordinarium inquisitionis officium deferatur. In Curia vero hæc functio spectet, vel ad eos Cardinales, qui a nobis, vel pro tempore existente Rom. Pontifice deligentur, vel ad Cardinales earum Prouinciarum, seu Regnorum apud nos, & Sedem Apostolicam Protectores, in quibus Ecclesiæ ipsæ consistunt, si tamen ad ipsos huiusmodi vacantium Ecclesiarum relatio pertinebit. Quod si de Episcopo, vel Metropolitano extra Ro. Curiam degēte ab vna Ecclesia ad aliam ex aliqua graui, & iusta causa transferendo agetur, hoc munus deficientibus Legato, vel Nuncio Apostolico eius Prouinciæ, aut Regni vbi Ecclesia ipsa a qua transfertur sita erit, ad Metropolitanum, si Episcopus, ad suffraganeum vero antiquiorem residentem, si Metropolitanus transferendus erit, pertinere declaramus. Deinde quia Sacrum Tridentinum Concilū, non sine magna ratione eminentes personas, & quæ negotij magnitudinē probe intelligerent, ad hoc officium nominauit, Declaramus, & statuimus tā Legatos, siue Nuncios, quam Ordinarios, vel alios ab hac facta Sede forte delegādos non per Auditores, aut Vicarios, aliosue Ministros, sed per seipsos inquirendi munus exercere debere; quamuis ab huiusmodi personis alijsq. viris peritis adiuuari possint, & si Prælatus inquirens per se nō posset ob locorum distantiam testes examinare circa articulum aliquē, vt legitimos natales, vel ætatem, aut aliquid eiusmodi, licebit ei articulum illū alteri personæ in dignitate ecclesiastica cōstitutæ subdelegare, non autem vniuersam inquisitionē. Quod si forte cōtingat aliquem supradictorum legitime impediri, vt per se hoc munus præstare nonpossit, ad alios ea cura transferetur, qui sunt ab eodem Concilio Tridentino ad hoc officium designati, vt supra dictum est, de ijs qui ob consanguinitatē, vel affinitatem ab hoc munere excluduntur. Ad hæc, vt mens eiusdem sacri Conci. recte, ac fideliter debitæ executioni mandetur, & tale sit examen, quale requiritur in negotio tanti ponderis, declaramus, ac statuimus, non esse in vita, ac doctrina promouendi inuestiganda eam rationem adhibendam, vt ab ipso promouendo articuli offerantur, ac testes producantur, sed oportere, vt Prælatus, qui munus inquirendi suscepit, articulos conscribat, atque ipse ex officio suo illos testes vocet, atque examinet, quos de rebus inquirendis sincerum, ac fidele testimonium daturos esse existimet. Verum, vt inquisitio prædicta facilius, ac plenius perfici, atque expediri queat, vtile erit, si Prælatus qui inquisitionem facturus est, vel a promouendo, vel ab aliquo alio confici curet schedulam, in quæ qua sint ordine descripta nomē promouendi, cognomen, patria, parentes ætas, ordo, gradus, professio, functio si quā is forte exercuit, loca in quib. aut Theologiæ, vel iuri Canoni eo operam dederit, aut longo tēpore versatus fuerit, deniq, amici, ac familiares, qui tā ipsū, quā parentes eius intime norit. Quod si promouēdus documētū aliq.

exhi-

exhibere voluerit, vnde ipsis ætas, gradus, dignitas, sacri ordines, functio, officia, muneraque, aut aliquod eiusmodi comprobetur, admittendum, ac processui inferendum erit, modo documentum publicum seu authenticum fuerit. Illud quoque prohibendum censuimus, ac expresse prohibemus, ne ad testimonium dicendum de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, atque aptitudine ad regendam Ecclesiam, quilibet homines admittantur, sed viri tantum graues, pij, prudentes docti, qui qualitatibus promouendorum rectum iudicium ferre valeant, ac vt supra diximus sincerum, ac fidele testimonium dare velint. Proinde tam cognati, ac nimium familiares, quam inimici, atq; æmuli excludendi erunt. Porro testes eiusmodi, Prælatus, qui examen, seu inquisitionem habiturus erit, seorsum, ac sigillatim examinabit, & si quando iudicauerit expedire, eis ad memoriam reducet, tũ iuramenti vim, tum periurij grauitatem; eosdem etiam serio, & grauiter admonebit ipsos reos futuros apud omnipotentem Deum eorum omnium, quotum, vel committendo vel omittendo rei erunt, qui promouebuntur, si vel falsa narrãdo, vel retinendo vera, in causa erunt, vt homines indigni, vel minus idonei eiusmodi Ecclesijs præficiantur. Diligenter etiam testium qualitates cognoscere studebit, ac potissimum quam sint ad promouendos affecti, vt inde conijciat vtrum ex affectu, an ex veritate testimonium dicant. Denique cum testes de qualitatibus promouendi interrogabit, dabit operam, vt quo ad eius fieri poterit omnia, & singula, quæ ad prædictam inquisitionem facere videbuntur per ipsas exprimantur. Quamuis autem qualitates omnes promouendorum, quæ in generalium Synodorum decretis, aliisque Canonicis sanctionibus continentur, probe cognitæ esse debeant, iis quibus, inquisitiones officium demandatum est, quales sunt natum esse ex legitimo matrimonio, atque parentibus Catholicis, annum trigesimũ iam expleuisse, sacris ordinibus saltem ante sex menses initiatum esse, gradũ Doctoratus, aut licẽtiæ in Theologia, vel iure Canonico, aut certe publicum alicuius Academiæ testimonium obtinuisse, quo ad alios docendos idoneus esse declaretur, ad hęc in Ecclesiasticis functionibus diu esse versatum, item fide putitate, innocentia vitæ, prudentia, vsu rerum, integra fama, doctrina præditum esse; tamen quia circa doctrinam plures fraudes committi solent, & sæpe contingit, vt nonnulli scientia vacui de solo Doctoris titulo, aut priuilegio glorientur, vt de eorum etiam doctrina diligenter inquiratur, qui vel Doctoratus, aut licentiæ titulis, & priuilegijs gaudent, vel etiam a publicis Academiis testimonium habuerunt, quod idonei essent ad alios docendos, nisi forte aliquorum insignis doctrina, ex publica ipsorum functione notoria esset. Ita vero inquisitio facienda erit, vt quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologiæ, vel iuri Canonico promouendus operam dederit cognoscatur, & quoniam in quibusdam prouincijs nulla sunt studia generalia, neque vllæ publicæ scholæ, neque vsus habet, vt q studijs operam nauant, vllis Doctoratus, aut licentiæ insignibus decorentur, declaramus in eiusmodi locis sufficere, si testimonio virorum grauium, & Sacræ Theologiæ, vel iuris Canonici peritorum constet, promouendos ea scientia Theologiæ, vel Canonum vere pollere, vt idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianum scire oportet, ac muneris sibi iniungendi necessitati valeant satisfacere. Testes præterea deponant se de scientia promouendorum certos redditos esse ex eo, quod prædictos promouendos specimen suæ doctrinæ publice, vel priuatim dedisse cognouerint. Quod autem ad regulares pertinet cum ad Ecclesias Cathedrales promouendi fuerint: ne fraus vlla subrepere possit in eo, quod idem Tridentinum Concilium statuit, vt regulares a

suis Superioribus sufficientis doctrinæ testimonium habeant. Declaramus nomine superiorum eos dumtaxat intelligendos esse, qui nullum sui ordinis superiorem agnoscunt, siue ij cuiusuis ordinis Abbates, Magistri, aut Ministri, aut Præpositi generales, aut quarumlibet Congregationum præsidentes siue definitores, aut visitatores Capitulum generale repræsentantes, siue alij quocumque vocabulo nominentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij, seu Commissarij generales, vel in Rom. Curia Procuratores Ordinum, aut Congregationum generales in hac parte succedant, & nihilominus præter superiorum testimonium, quia fidem facient eiusmodi regulares ad alios docendo idoneos esse volumus ea seruari, quæ de iis diximus, publicum doctrinæ ab aliqua Academia testimonium habent, vt videlicet serio inquiratur, an regulares ad Cathedrales Ecclesias promouendi eos progressus in studiis fecerint, qui in futuro Antistite requiruntur. Post inquisitionem vero de fide, vita moribus, doctrina, & promouendi, nec non informationem de statu Ecclesiæ, aliisque necessariis rebus quæ pariter coram superius expressis Prælatis iuxta eiusdem Concilii decreta fieri debet, professio fidei Catholicæ a promouendo facienda erit, quam quidem ab eo dumtaxat recipiendam esse declaramus, ad quem inquisitio pertinebit; nisi forte qui professionem emissurus est a Prælato inquirente longe distet: tunc enim is prælatus ex subdelegatione inquirentis professionem admittere debebit, cui promouēdus vicinior erit, quod idem intelligatur, de informatione de statu Ecclesiæ, accipienda; si quando contingeret, vt in alia Prouincia, siue Regno esset Ecclesia, in alio promouendus. Recipiet autem Prælatus professionem promouendi præsente Notario publico, ac testibus, atque eam a se admissam, ac receptam propriæ manus subscriptione testabitur. Is quoque qui professionem eiusmodi fecerit, in eo loco vbi proprium nomen profitentis exprimi solet, nomen suum manu propria adscribet. Denique his peractis Notarius publico instrumento fidem faciet de professione prædicta adhibitis testibus, vt præfertur; Vbi vero totum examen, seu inquisitio de persona promouenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta cum toto testimonio, ac professione fidei emissa ad hanc sanctam Sedem, vt Concilium statuit, quam primum clausa, & obsignata in forma authentica transmittenda erit. In qua obseruari volumus, vt professio fidei iisdem omnino verbis descripta sit, quæ in ea forma continentur quam felicis record. Pius Papa IIII. prædecessor noster statuit obseruandam, & vt Prælatus qui instructionem, examen, & inquisitionem fecit, vel per literas separatas simul tamen cū processu mittēdas, vel per subscriptionem dicti processus significet, quanta fides testibus examinatis eorumque dictis, & scripturis productis suo iudicio habenda sit; simul etiam quid de promouendo ipse sentiat, processus autem sic formati, & ad Curiam transmissi, a Cardinale, cui promouēdi munus incumbet, & a tribus Prioribus Ordinum Cardinalibus, vt moris est, iuxta formam Concilii prædicti subscribentur, & expedientur. Volumus autem, vt Cardinalis relator moneat promouendum si præsens in Curia fuerit, vt iuxta Concilium Lateranen. nouissime celebratum omnes Cardinales, siue maiorem partem Collegii adeant, antequam Ecclesiam proponat; vt quæ a referente Collega sint audituri occulta fide quantum ad personam promouendi attinet, cognoscere possint. Hæc porro omnia, quæ de promouendis ad Ecclesias Cathedrales dicta sunt, ad eos etiam pertinere, atque in eorum promotione seruanda esse declaramus, & decernimus qui nominati, præsentati, aut electi fuerint, ad dignitates Abbatiales; ac Prioratus seu Præpositatus, Monasteriorum regimina, aut alias

regula-

regularium cuiusuis Ordini, aut etiam sæcularium præfecturas de quibus consistorialiter prouideri contigerit, atque eos præsertim, quibus præter curam, & regimen Monachorum, aut Canonicorum, Clericorumque regularium, vel sæcularium annexa est in populum iurisdictio spiritualis, vel temporalis, excepta tamē ætate circa quam nihil innouamus. Quo vero ad doctrinam, cum generalia Cōcilia non statuant, vt personæ promouendæ ad regulares dignitates Doctoratus siue licentiæ gradum suspicere, vel publicum testimonium ab Academia aliqua habere teneantur, & tamen æquum sit, vt ea doctrina polleant, qua onus sibi imponendum sustinere valeant, declaramus, & statuimus, vt Prælati, qui inquirendi munus susceperunt, studiose, ac diligēter inquirant super doctrina eiusmodi personarum iuxta modum, & formam superius præscriptam, vt nos, & pro tempore futuri Romani Pontifices habita de illis vera informatione per processum, qui ab inquirente transmittetur, certo statuere, ac iudicare possimus an persona promouenda vere sit talis, qualem dignitas illa ad quam prouehenda est exigit, & requirit. Hortamur vero in visceribus Domini nostri Iesu Christi, ac paterna charitate monemus eos omnes, qui ab hac Sancta Sede nominandi, præsentandi, vel etiam eligendi futuros Episcopos, vel Abbates ius habent, vt serio apud se cogitent, quanti momenti sit hoc negotium, ex quo salus animarum, trāquilitas Reipublicę, incolumitas Religionis, propagatio fidei, aliaque permulta, & maxima bona dependent. Illud etiam sæpe, & sæpius ad mentem reuocent, quod sancta Tridentina Synodus admonet, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant, eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium cupiditatibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint. De nominandis vero præsentādis, vel eligendis ad regulares dignitates præter ea, quæ superius obseruanda esse declarauimus, illud quoque paternis his nostris hortationibus, & monitionibus adijciendum censuimus, vt nominationibus, præsentationis, vel electionis ius habentes eos deligere studeant, atque omnino conentur, qui non modo eūdem Ordinem sint ante professi: sed in eodem etiam satis diu laudabiliter versati, neque enim decet, vt Magistri aliorum esse incipiant, qui non fuerint ante discipuli, & subditis imperare præsumant, qui prius non didicerint superioribus obedire. Eos denique, qui vel examinando, & inquirendo, vel testimonium ferendo operam suam in hac re præstabunt serio admonemus, vt ad fide, ac diligentia in negotio tanti momenti versentur, vt a Deo, & a nobis laudem pro bono opere expectare valeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, voluntatis, declarationis, decreti, statuti, hortationis, & monitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationē omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ in Monte Quirinali, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo, primo Maij, Pontificatus nostri anno primo.

Gre-

Gregorii XI. prohibitio dandi aliquid, vel promittendi nunciantibus prouisiones beneficiorum.

GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Solicite debet vitari, quod noxium esse dignoscitur, & ex cupiditatis auiditate, etiam in honoris Apostolicæ Sedis depressionem, ortum habere videtur. Sane nuper ad nostrum peruenit auditum, quod nõnulli inhonesta lucra quærentes, dum per Sedem prædictam de personis aliquorum apud Sedem constitutis eandem, Patriarchalibus, Metropolitanis, & alijs cathedralibus ecclesiis, siue monasteriis vacantibus prouidetur, vel personæ ipsæ ad huiusmodi, per dictam sedem de alijs ecclesijs transferuntur, aut allas ipsorum gubernationi committuntur, huiusmodi prouisiones, translationes, commendas, siue commissiones, prædictis personis sic apud Sedem prędictam constitutis, vt aliquod munus ab ipsis recipiant, denunciare festinent. Nos igitur in præmissis (prout ex debito tenemur pastoralis officij) prouidere volentes, vniuersis, & singulis personis ecclesiasticis, sæcularibus, & Regularibus, cuiuscunque status, gradus, sexus, ordinis, vel conditionis existant, etiam si pontificali vel alia quauis ecclesiastica præfulgeant dignitate, auctoritate Apostolica tenore præsentium districtius inhibemus, ne de cetero illis, qui ipsis huiusmodi prouisiones, trãslationes, commendas, siue commissiones earundem, siue de Romani Pontificis pro tempore existentis, siue de alicuius, vel aliquorum ex venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Rom. Eccles. Cardinalibus, aut alterius cuiuscunque mandato, seu alias qualitercunque apud dictam sedem nunciabunt, seu nunciari facient, siue dici, vel super hoc noua portari, aliquod directe, vel indirecte per se, vel per alium donent, seu promittant, neque per alium datum, seu promissum persoluant. Nos enim quoscunque præsumentes contrarium quoquo modo, excommunicationis sententiæ subiacere volumus, & decernimus ipso facto, a qua nullus ab alio quam a Rom. Pontifice possit, nisi duntaxat in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere. Non obstantibus &c. Dat. Auinioni VI. Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno quinto.

Paul. 4. Quantum vero attinet ad electionem superiorum regularium vltra disposita per Concil. Trid. sess. 25. de regula. cap. 6. Sciendum est, quod Archiepiscopi, & episcopi cuiuscunq; ordinis professores a clausura suorum ordinum redeuntes ad officia, & dignitates, assumi non possunt per Constitutionem Pauli 4. Romæ publicatam die 22. Iulij. 1559. fol. 634. in Bulla. incip. in Sacra Beati Petri Sede, & infra. Motu proprio, & ex certa nostra scientia volumus, & Apostolica auctoritate mandamus, & ordinamus, quod nullus cuiusuis ordinis, seu religionis professos, episcopus, seu Archiepiscopus, post quam manus consecrationis huiusmodi susceperit (etiam si a vinculo ecclesiæ cui præfuerat, per sedem eandem absolutus, eique quod in suo ordine permanere, & ad dignitates, ac officia, & superioritates huiusmodi assumi, eaque obtinere posset per sedem eandem, seu illius auctoritate concessum foret) ad dignitates, aut officia, seu superioritates huiusmodi cuiuscumque qualitatis existant, & quouis nomine nuncupentur eligi, seu assequi, aut obtinere nullatenus possit, & ineligibilis, ac ad ea obtinenda perpetuo inhabilis existat: Ac quæuis indulta, concessiones, dispensationes, & facultates, ac

aliæ

aliæ gratiæ, tam a Nobis, & Sede prædicta, etiam per literas Apostolicas, etiam in forma Breuis, vel alias ab eius legatis, seu Nuncijs, aut maioti pœnitentiario nostro, quam a superioribus dictorum ordinum, ac quibusuis aliis etiam ad id potestatem, & auctoritatem habentibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscunque, etiam derogatoriarum, derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & alijs decretis, etiam motu, & scientia similibus, & desuper hactenus concessa, & in posterum concedenda, nulla, & inualida, nullinsque roboris, vel momenti sint, & esse censeantur. Et si quis eum de cetero ad dignitates, seu officia, aut superioritates huiusmodi scienter elegerit, iure eligendi perpetuo careat, ac voce actiua, & passiua eo ipso priuatus existat, Reuocantes, Cassantes, & Annullantes omnia, & singula indulta, concessiones, dispensationes, facultates, & gratias huiusmodi, quorum tenores, ac si diuerso ad verbum insererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, ac decernentes irritum, & inane quicquid super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus, &c. et.

Quantum vero attinet ad electionem parochialium ecclesiarum, vltra disposita per Sacros Canones, & Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de reformat. generali, extat Constitutio Pii V. incip. in conferendis, quam habes supra in verbo Beneficii Parochialis collatio.

Quando eligens indignum ad officium ecclesiasticum ad effectum vt eligendi facultate priuetur, præsumatur in dubio scienter, vel ignoranter elegisse, vide Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. in addit. ad casum 511. num. 9. vsque in finem.

EXCOMMVNICATIO AD FINEM REVELATIONIS.

PRæter Summistas sciendum est, Decreto Conc. Trid. sess. 25. de reform. generali c. 3. Salutiferam in his monitoriis formam seruandam præscribi in hæc verba. Quamuis excommunicationis glaudius, neruus sit ecclesiasticæ disciplinę, & ad continendos in officio populos valde salutaris sobrie tamen, magnaque circumspectione exercendus est, cum experientia doceat, si temere, aut leuibus in rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, a nemine prorsus, præterquam ab episcopo decernantur, & tunc non alius, quam ex re non vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per episcopū examinata, quæ eius animum moueat, nec ad eas concedendas cuiusuis sæcularis, etiam Magistratus auctoritate adducatur, sed totum hoc in eius arbitrio, & conscientia sit positum, quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicauerit.

Pro cuius Concilij Trid. executione extat Pii V. ordinatio incip. Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Pius Diuina prouidentia Papa V. volens super expeditione mandatorum quæ fiunt in forma significauit pro rerum subtractarum, aut deperditarum restitutione, seu illarum, & illas subtrahentium reuelatione, modum, & formam statuere (manente in aliis reformatione officii correctoris literarum contradictarum a Sanctitate sua edita) præsenti quod perpetuo obseruari vult scripto ordinat, vt mandata pro restitutione, seu reuelatione huiusmodi dentur. Modo super illis supplicationes in præsentia suæ Sanctitatis signatæ fuerint ad earum duntaxat instantiam, quorum ciuiliter interest, quæ supplicationes *Pij V.*

plicationes rem ipsam, de qua agitur, reique valorem nominatim, & specifice exprimant, nisi forte sint pro ecclesijs, locis pijs, Communitatibus, Vniuersitatibus Collegijs, aut vniuersalibus successoribus, quos verisimile est certam rerum notitiam non habere, tunc etenim hac ipsa qualitate personarum expressa, ita demum ferri poterit quædam in genere designatio rerum, si designatio neque nimis vaga, & incerta, atque adeo inuerisimilis sit, & tamen ostendat res ipsas (id quod præcipue in omnibus attendendum est) minime vulgares existere. Committuntur autem episcopo ordinario loci, vel eius vicario in spiritualibus generali, sub hac forma verborum, quæ est ex Concilio Tridentino videlicet si causa diligenter, & magna maturitate examinata per ipsum pro rei, loci, temporis, & personæ qualitatibus sibi pro sua conscientia videbitur expedire, decernés irritum, &c. Solent autem expediri huiusmodi sub tenore. Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Episcopo N seu eius in spirituali Generali Vicario salutem, & Apostolicam benedictionem. Significauit nobis dilectus filius N. quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorat, Census, Terras, Domos, Possessiones, bona mobilia, & immobilia, scripturas publicas, & priuatas, fidem tamen facientes, ac iura, nec non pecuniarum summas, auri, & argenti, ferri, lignorum, vini, olei, hordei, frumenti, ac aliarum frugum, quantitatum, localias, Gemmas, pannos lineos, laneos, sericos, Domusque supellectilia magni momenti, ad dictum significantem ratione successionis, hæreditatis paterum, & consanguineorum suorum defunctorum, & alias legitime spectantia, subtraxerunt, & temere occuparunt, eaque malitiose occultare, atque occulte, & indebite detinere præsumpserunt, & præsumunt, ex quo dicto significanti grauia damna, valorem quinquaginta ducatorum excedentia, nequiter intulerunt, in animarum suarum periculum, & dicti significantis non modicum detrimẽtum, super quo ipse significãs Apostol. Sedis remedium implorauit, quocirca fraternitati tiæ Episcope, & discretioni tuæ fili Vicarie per Apostolica scripta mandamus, quatenus quilibet vestrum diligenter, & magna maturitate, causa diligenter examinata, pro rei, loci, temporis, & personarum qualitatibus, vobis pro vestra conscientia videbitur expedire, omnes huiusmodi bonorum detentores, & illorum celatores, aut alias scientiam habentes, ac damnorum illatores occultos, ex parte nostra publice in ecclesiis corã populo per vos, vel alĩ, seu alios moneatis, vt infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, ea dicto significanti debita detentores quidem, & occupatores restituant, occultatores vero, a illa scientes reuelẽt, & si non adimpleuerint, infra alĩ competentẽ terminum, quẽ eis ad hoc duxeritis perẽptorie præfigendũ, ex tunc in eos generalẽ excõicationis sententiã proferatis, & faciatis, vbi, quando, & quoties opus fuerit, & videbitur expedire, vsq, ad satisfactionem condignam, & reuelationem debitã solenniter publicari. Volumus autem quod ex reuelatione huiusmodi, si eam fieri contingat, non possit, nisi pro ciuili interesse, & ciuiliter tantum agi, & aliter reuelatio ipsa neque in iudicio, neque extra iudicium fidem faciat. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum &cet.

Notandum quod quando impetratur a Papa tale rescriptum in forma significauit, non potest pars, ad cuius instantiam est expeditum rescriptum, formare alia capita vltra expressa in rescripto, nisi in eo adsit clausula, latius arbitrio tuo, vel significãtius, quæ si desit, rescriptum est publicandum de verbo ad verbum, non alterando sensum, sermonem, nec verba dicti rescripti, sed pro idiotis potest publicari materna lingua, seu vulgari, vt rescripsit Sacra Congregatio Archiepi-

chiepiscopo Neapolitano his verbis videlicet, Molto Illustre & Reuerendissimo Signore come fratello, Altre volte si è Scritto al Vicario di. V. S. che in esecutione di monitorii de scommuniche in forma significauit, non si deueno specificare capi di sorte alcuna, ma solo publicare il contenuto dell'istesso monitorio tradotto di latino in volgare, per diuersi inconuenienti successi con la prattica in contrario, & lamentandosi hora la Signora N. che cio se le deneghi sopra vn simile monitorio per essa vltimamente ottenuto. De ordine de questi mei Signori Illustrissimi ne dò auiso a V. S. a fin che le piaccia di comandare, che non essendoui cosa releuante per contra, se proceda all'esecutione del præfato monitorio nella manera che l'ho detto, & Nostro Signor la præserui. Di roma li 20. di Settembre 1593. Di Vostra Signoria Molto Illustre & Reuerendissima Come fratello affettionatissimo il Cardinale Alexandrino.

Quæ clausula latius arbitrio tuo, vel significantis, hodie non ponitur in rescriptis, & quando apponeretur in formādis aliis capitibus, erunt concedenda iuxta decretum Concilij. Tr d. consideratis considerandis, secundum etiam dispositionem iuris, vt per Doctores infra allegandos forma monitorijs quando auctoritate ordinaria conceditur a Curia Archiepiscopali Neapolitana, est tenoris sequentis videlicet. Præmisso prius nomine Archiepiscopi. Vobis Nuncijs nostræ Curiæ, & vestrum cuilibet in solidum requirens tenore præsentium in virtute Sãctæ obedientiæ committimus, & mandamus, quatenus quoties pro parte infra script. instant. fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, publice alta, & intelligibili voce, nostri parte, vt moris est in locis publicis, solitis, & consuetis in genere moneatis omnes, & singulos vtriusque sexus homines mares, & feminas, quos dictus instans prorsus ignorat, & de contentis in capitibus in pede præsentium descriptis, conscios, Culpabiles, siue aliquid scientes, quatenus infra sex dierum spacium, quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos pro tertio, & vltimo peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus. ijdem conscij, & scientes reuelasse, culpabiles vero, & fautores restituisse, & satisfecisse debeant, prout in infrascriptis capitibus continetur, alioquin dicto termino elapso, & monitioni eiusmodi non parito, illos, &, eorum quemlibet in ecclesiis, alijsque locis publicis solitis, singulis dominicis & festiuis alijs diebus, campanis pulsatis, & Candelis accensis, ac demum extinctis, & in terram proiectis, pro excommunicatis publice denuncietis, prout nos præsentium tenore excommunicamus, denunciamus, & declaramus, id tamdiu facientes donec, & quousque ad gremium Sanctæ matris ecclesiæ, mandatis nostris huiusmodi obedien. humiliter redierint, & præuia condigna satisfactione, & reuelatione, a nobis absolutionis beneficium meruerint obtinere, Datum Neap. in Palatio Archiepiscopali, &c.

Practica monendi generaliter malefactores, & scientes, vt infra certum terminum satisfaciant, vel reuelent, alias excommunicationem incurrant, nec non, & modus ipsius excommunicationis publicandæ habetur optime, in extrauag. comm. vnica Ioannis 22. sub titulo de furtis, & ad materiam literarum monitorialium generalium ad finem reuelationis sub excommunicationis pœna, vide Zabar. Imol. & alios in Clement. dispendiosam. de iudic. vbi præfatarum literarum formam notant. Luculentissime scripserunt Ioannes de Neuizan. in sua sylua nuptiali, lib. 3. in verbo monitoriæ. Philip. Prob. ad Ioann. Monac. in cap. 2. de constitut. in 6. Nauar. in repetit. cap. inter verba. concluſ. 6. Corrolar. 66. 11. quæst. 3. licet etiam aliqua pauca sparsim tangat in manual. & in cons. 7. de sentent.

excom.

excom. in Antiq. Ioannes Guttierez. lib. 1. canon. quæst. c. 11. per totum Henriquez. in summ. lib. 3. excom. cap. 18. quædam etiam ad propositum huius materiæ reperiuntur annotata per Rip. in Tract. de pest. in fin. a num. 121. vsque 128. & nouissime scripsit Reuerendissimus episcopus Montis Marani in sua praxi c. 1. & 2. per quos traduntur regulæ obseruandæ in dictis literis concedendis, explicantur causæ ex quibus quis excusatur a reuelãdo. Numerantur personæ quæ ab huiusmodi literis eximuntur, & præsertim declarantur quæstio illa, an, & quando principalis teneatur se ipsum propalare, & denique traditur communis praxis eius, quod agendum est receptis reuelationibus. An autem quis compelli possit censuris ad exhibendas scripturas contra se, & quando ad id teneatur, præter Doctores in c. 1. de probat. vide Sot. in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 2. casu 3. Nauar. in cons. 3. de cen. lib. in antiq. Henriquez. distincte, & notabiliter in præal leg. c. 18. nu. 1. & 2.

Contingit sæpe sub clypeo harum monitorialium falsitates committi, ideo episcopus, seu eius vicarius, antequam eas concedat, tam authoritate ordinaria, quam Apostolica delegata, semper præ oculis habere debet decretum prædictum Conc. Trid. considerando illa verba ex re non vulgari, causaque diligẽter, ac magna maturitate examinata, pro re, loco, persona, aut tempore, & alia secũdum iuris dispositionem recollecta per præallegatos Doctores.

Pro tutiori debere principalem cum iuramento prius interrogare de rei valore, eius interesse, & an competat actio, an habeat testes certas scripturas, vel alias probationes, ad quem finem, an pendeat lis, in quo termino reperiatur, nã quãdo petuntur pro habẽdis testibus, & illis postea examinandis, seu repetendis coram iudice laico, debet procedi cum magna circumspectione, ob suspicionem facultatis, cum principales, qui non producunt, prætendunt excusari ab ea, & sub hoc clypeo excusationis, possent etiam testes euadere pœnam falsitatis, allegando se non venisse sponte, sed coactos, ne inciderent in excommunicationem contentam in monitorialibus. Item an resultent in alicuius infamiam, vel si diri gi possunt in causam criminalem, & quamdiu habet, quod ipse principalis passus est damnum, nam pro rebus multo tempore citra deperditis, ego regulariter non concederem, si a die quo sciuit, & recurrere potuit, esset elapsum longum tẽpus, & ne contra coniunctos, qui in eadem domo habitant, & personas in eius potestate constitutas; Interdum etiam illud exigatur, vt constet aliqualiter de damno, prius quam concedantur ob frequentes calumnias, item quotiescunque in capitibus monitionum, nominatur aliqua persona viuẽs, vel si facile colligi potest contra quem, vel nominatur persona mortua, etiam si capita non cõcernant infamiam, & esset casus concedendi, nõ publicentur, antequam notificentur personæ nominatæ viuenti, vel hęredi defuncti. Itẽ si principalis qui pætit monitoria est absens, non concedantur absque speciali mandato procuratoris, item bonũ esset ex officio interuenire in receptione testiũ, ipse episcopus, vel vicarius, vel eo impedito, committere receptionem testiũ personæ idoneæ, & timoratæ, faciẽdo eis interrogatoria opportuna in recipiendis reuelationibus prę cipiat episcopus, vt nihil recipiatur nomine ipsius, vel eius vicarij, etiam nomine decreti, vt in Concilio prouinciali Mediolanensi fuit statutum; De hac materia, ad meam, & aliorum instructionẽ, dum essem cõsultor ordinarius in Curia Archiepiscopali Neapolitana, aliqua scripsi, antequam ederetur praxis prædicta, & Ioann. Guttierez in loco præallegato.

EX-

EXCOMMVNICATORVM VITATIO.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod quantum ad euitationem excommunicatorum attinet, extat constitutio Leonis X. in Conc. Lateranensi vltimo sess. 11. fol. 179. ter. in antiquis, & in Bullar. fol. 212. tenoris sequentis.

Statuimus insuper, quod ad euitandum scandala, & multa pericula, subuenientibusque conscientiis timoratis, quod nemo deinceps a communicatione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscunque diuinis, vel extra prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel a iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura, huiusmodi fuerit vel contra personam, collegium, vniuersitatem ecclesiasticam, aut locum certum, aut certam a iudice publicata, & denunciata specialiter, & expresse, aut si notorie in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, cum a communione illius abstinere volumus iuxta Canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari.

Hanc extrauag. inter alios recitant, & declarant Nauar. in man confess. c. 27. nu. 35. Couar in c. Alma mater. par. 1. §. 2 nu. 7. de sent. excom. in 6 Henriquez in summa lib. 13. de excom cap. 5. latissime Ioan. Gutier lib. 1. canon q. c. 1.

EXCOMMVNICATORVM ABSOLVTTIO.

PRÆTER Summistas in hoc verbo, sciendum est, quod Regulares a sententia excommunicationis ab homine lata nullatenus absoluere possunt laicos, & clericos sæculares. Leonis X. Constitutione cauetur in generali Concil. Lateranen. vt infra in verb. priuilegia Regularium in quo etiam fuit prouisum, quod excommunicatio ordinem Mendicantium profiteri volentes vbi de interesse tertii ageretur, absolui non possint, nisi præuia satisfactione. Procuratores quoque & negotiorum gestores, ac operarii eorundem fratrum seruitijs insistentes sententiis excommunicationis promulgatis illaqueati sint, & esse censeantur, si illis causam dederint, aut dantibus consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint. Et scias quod excommunicatio lata ab homine non prouenit nisi ratione contumaciæ, a iure vero prouenit ratione delicti Abb. in rub. de sent. excomm. in c. qua fronte. nu. 10. de appell. & de absolutione casuum reseruatorum. vide infra in verbo casus reseruati. *Leo X.*

Annectere visum fuit Ioan. 22. declarationem, quæ sit atrox iniuria, vel damnabilis violentia, quam recitat per extensum Ioan. Bapt. Confect. in collect. priuileg. Ordin. Mendic. & non Mend. fol. 22. mouit nos ad hoc agendum, præsertim, quia Nauar. in Man. cap. 27. sub num. 91. Io. Guttier. lib. 1. cano. q. c. 5. nu. 15. & Sayr. in Thesauro cas. conse. lib. 3. cap. 18. nu. 8. diminutam illam referūt, & vt tutius iudicium fieri possit, an Ordinarii absoluere valeant. Præd. extrauag. tenor talis est.

Perle-

Perlectis literis vestris circa absolutionem excommunicatorum, vos in eis dubitare perspeximus, quæ esset modica, aut leuis iniuria, circa quam, sicut talis loquitur, absoluendi vobis contulimus potestatem; Ad quod, cum sit facti potius quam iuris quæstio, vobis prout possumus respondemus: illam videlicet modicam percussionem, aut impulsionem, pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ ad liuorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, vel effusionem sanguinis non excedit, nec si tam leuissimi ictus, aut pugni percussiones sanguis exiret, transire in atrocem iniuriam profitemur, vt propter hoc sit ab absolutione talium abstinendū, vt tamen non solum ipsum factum, imo etiam facti qualitas, percutiendi modus, aut iniuriandi circa hoc diligentius attendatur; & ipsius facti circumstantia loci videlicet, & etiam personæ, quæ sit leuis, vel modica, grauis aut enormis iniuria manifestius cognoscatur: loci quidem vt in theatro, vel in foro, coram Rege, Prælato, vel Iudice, in Ecclesia coram multis, in alio loco publico alicui iniuria conferatur. Personæ, veluti si Magister, vel Iudex, aut etiam Magistratus, aut Prælatus, Pater aut Patruus, vel aliquis in dignitate, vel personatu constitutus ab inferiori, vel humili contra naturam iuris patiatur: per hæc quidem graues videantur iniuriæ, & quæ sint tales, aut modicæ tanquam ex oppositio cognoscantur. Sane quia negotij natura non patitur, vt ad plenum omnia differantur, iudicium autem talis enormis iniuriæ vestro duximus arbitrio committendum, vt potestatem vestram, cum ad hæc processeritis, temperetis, vt citra metas huiusmodi potius, quam vltra eas circa absolutionem talium procedatur, ne iniuriantes de vicina absolutione confisi, de facili in atroces prorumpant percussiones, vel iniurias, & sententias canonis iam periculosis contemnentes, in excommunicationis sententias procliuius prolabantur. Tolerabilius est enim, aliquos, qui per vos etiam possunt absolui, nobis, vel superiori absoluendos relinquere, quam contra statuta Canonum imagine quadam absolutionis, (quod non fit sine grandi periculo,) quamquam relinquere innodatum, cum vmbra quædam videatur in opere, veritas autem non subeat in effectu.

Hactenus verba literarum Ioan. xxij. Quarum literarum terminos, scilicet, quando percussio, seu lesio iudicetur leuis, mediocris, vel enormis præter Nauar, & Sayr. vbi supra declarant Tolet. in sum. lib. 1. cap. 32. & latius Suarez de censuris disput. 22. sect. 1. pag. 408. col. 2.

EXCOMMVNICATIONES IN BVLLA DIE CAENAE DOMINI.

PRÆTER Summistas in verbo, excommunicatio, sciendum est; quod excōmunicationum quarum absolutio est reseruata Summo Pontifici quædam sunt extra dictam Bullam, quædam uero continentur in ea; quæ enumerantur, & declarantur per Summistas præsertim per Nauar. in manuali confessorum c. 27. tenor uero dictæ Bullæ est tenoris sequentis.

IN NOMINE SANCVÆ ET INDIVIDVÆ TRINIT. Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Nouerint Vniuersi hoc præsens publicum transumptum inspecturi, quod Nos Marcellus Lantes Protonotarius Apostolicus, utriusque Signaturæ S. D. N. Papæ Referendarius, ac Curiæ Causarum Cameræ Apost. generalis Auditor,

ditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, sententiarumque & censuratum in eadem Rom. Curia latarum, ac quarumcunque literarum Apostolicarum vniuersalis executor ab eodem S. D. N. Papa deputatus, vidimus, & diligenter inspeximus literas Apost. S. D. N. Pauli Diuina prouidentia Papæ V. hodie, quæ fuit dies ferię quintæ, & Cænæ Domini, solenniter more solito lectas, & publicatas, eiusque Bulla plumbea cum cordula rubei, croceique colorum more Romanæ Curiæ pendente, bullatas, & omni suspicione carentes, subsequentis tenoris.

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

PROOEMIVM BVLLAE.

PAstoralis Romani Pontificis vigilantia, & solicitudo cum in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda, pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo vnitate, atque integritate retinenda & conseruanda, maxime elucet: Nimirum vt fideles Christi non sint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumuentionem erroris, sed omnes occurrant in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, neque se in huius vitæ societate, & communione lædant, aut inter se alter alteri offensioné præbeat, sed potius in vinculo charitatis coniuncti tanquam vnius corporis membra sub Christo capite, eiusque in terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri successore a quo totius Ecclesiæ vnitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita diuina gratia adiutrice sic præsentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoque Beatitudine perfruantur Ob quas sane causas Rom. Pontifices Prædecessores nostri hodierna die, quæ, anniuersaria Dominicæ Cænæ commemoratione, solennis est, spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gaudium, & salutaria iustitiæ arma per ministerium summi Apostolatus, ad Dei gloriam, & animarum salutem solenniter exercere consueuerunt.

Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam fidei inuiolatam integritatem, publicam pacem, & iustitiam Deo auctore tueri, & solennem hunc morem sequentes.

1. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij & Spiritus Sancti, Auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra; quoscunque Hussitas, VVicleffistas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios & ja Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros Hæresim continẽtes, vel de religione tractãtes, sine auctoritate Nostra, & Sedis Apostolicæ sciẽter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quauis causa publice vel occulte, quouis ingenio vel colore, nec non Schismaticos, & eos qui se a Nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis, obedientia, pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

2. Item excommunicamus,& anathemazamus omnes, & singulos cuiuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint: Vniuersitates vero, Collegia,& Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, seu mandatis nostris,ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes: nec non eos quorum auxilio, vel fauore, appellatum fuerit.

3. Item excommunicamus, anathematizamus omnes Piratas,Cursarios,ac Latrunculos Maritimos, discurrentes Mare nostrum, præcipue a Monte Argentario vsque ad Terracinam: ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

4. Item excommunicamus,& anathematizamus omnes,& singulos, qui Christianorum quorumcunque Nauibus, tempestate seu in transuersum (vt dici solet) iactatis, vel quomodo naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eiusdem electa in mari, vel in litore inuenta, cuiuscumque generis bona, tam in nostris Tyrrheni,& Adriatici, quam in ceteris cuiusque Maris Regionibus,& litoribus surripuerint. Ita vt nec ob quodcumque priuilegium, cõsuetudinem, aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quẽcumque prætextum excusari possint.

5. Item excommunicamus,& anathematizamus omnes, qui in terris suis noua Pedagia, seu Gabellas, præterquam in casibus sibi a iure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia, permissis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

6. Item excommunicamus, & anathematizamus, omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam, in forma Breuis ac supplicationum, gratiam vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S R. E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontificis signatarum, nec non falso fabricantes literas Apostolicas, etiam in forma Breuis,& etiam falso signantes Supplicationes huiusmodi, sub nomina Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum.

7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas,& alios Christiani nominis hostes,& inimicos, vel Hæreticos, per nostras, siue huius Sanctæ Sedis, sententias expresse,& nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quã alia quacumque materia,& ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus Christianos,& Catholicos impugnant, nec non illos, qui per se, vel alios de rebus, statum Christianæ Reip. concernentibus, in Christianorum perniciem,& damnum, ipsos Turcas,& Christianę Religionis inimicos, nec non hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consiliũ, vel fauorem quomodolibet præstant. Nõ obstantibus quibuscumque priuilegijs, quibusuis personis Principibus, Rebuspublicis, per nos,& Sedem prædictam, hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione, expressam mentionem non facientibus.

8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seu inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria dicunt, ac etiam eos, qui ne ad Roman. Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt, per se vel alios cuiuscunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis,& status, etiam si Pontificali, seu

Regali,

Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem sua, vel aliorum opera, interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, nec non illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam a nobis, vel nostris iudicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes Rompetas, seu peregrinos, ad Vrbem causa deuotionis seu peregrinationis, accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his, dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilãtes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos a suis diœcesibus, territoriis, seu dominiis, eiicientes. Nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium, vel fauorem.

12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas quascunque, vel sæculares, ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequẽtes, aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos, procuratores, & agẽtes, seu etiam Auditores, vel Iudices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi, occidunt, seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se, vel per alios directe, vel indirecte delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauore præstarem non verentur, cuiuscumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, tam Ecclesiasticos, quam sæculares, cuiuscunque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem a grauamine, vel futura executione literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium; nec non citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum executorialium, & aliorum decretorum, a Nobis, & a Sede prædicta, seu Legatis, Nunciis, Præsidentibus Palatii nostri, & Cameræ Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Iudicibus, & delegatis Apostolicis, emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad Curias, sæculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci procuratore, vel aduocato, appellationes huiusmodi admitti, ac literas citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quiue illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine, executioni demãdari, aut ne Tabelliones, & Notarii super huiusmodi literarum, & processuum executione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta, parti cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent; ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, Notarios, executores, literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eiiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, per se, uel alium, seu alios, publice, vel occulte, quiue alias quibuscumque per-

sonis, in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel literis impetrandis, ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas a dicta Sede impetrent, seu impetratis vtantur directe, vel indirecte prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet, retinere præsumunt.

14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel alios, auctoritate propria, ac de facto quatumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum prætextu, beneficiales, decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissarijs nostris, alijsq; Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illarumue causas ipsas prosequi volentes, impediunt, ac se de illarum cognitione, tanquam iudices interponũt. Quiue partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum, citationes vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & faciendum, vel consentiendum, eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, a censuris, & pœnis in illis contentis, absolui, per statutum, vel alias compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum, seu executorialium processuũ ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos, vt dicunt supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia committentes, fuerint Præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarij, Consilarij, Ordinarij, vel extraordinarii quorumcunque Principum sæcularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

15. Quiue ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliquorum quorumcunque personas Ecclesiasticas, Capitula, cõuentus, collegia Ecclesiarum quarumcũq; coram se ad suum tribunal, Audientiam, Cancellariã, consilium, vel parlamentum, præter iuris dispositionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, uel indirecte, quouis quæsito colore, nec non qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegii, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint vel factis, & ordinatis, vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris, & dictæ Sedis, ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus, quomodolibet directe, vel indirecte, tacite, vel expresse præiudicatur.

16. Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, alioſque superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directe, vel indirecte carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, vel familiares, nec non consanguineos, & affines impediunt quo minus, sua iurisdictione Ecclesiastica, contra quoscunque vtantur secundum quod canones, & sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcunque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias

Curias.

Curias seculares recurrunt,& ab illis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia Ordinariis,aut delegatis prædictis,decerni,& contra illos exequi,procurant,eos quoque qui hæc decernunt,& exequuntur seu dant auxilium,consilium,patrocinium,& fauorem in eisdem.

17. Quine iurisdictiones,seu fructus,redditus,& prouentus, ad nos,& Sedem Apostolicam,& quascunque Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum,& aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, pertinentes vsurpant, vel etiam quis occasione,vel causa, sine Romani Pontificis,vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium,expressa licentia sequestrant.

18. Quiue,Collectas,Decimas,Talleas,Præstantia,& alia onera,clericis,prælatis,& aliis personis Ecclesiasticis,ac eorum,& Ecclesiarum,Monasteriorum,& aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis,illorumque fructibus,redditibus, & prouentibus huiusmodi,absque simili Romani Pontificis speciali,& expressa licentia,imponunt,& diuersis etiam exquisitis modis exigunt,aut sic imposita,etiam a sponte dantib.& concedentibus,recipiunt,Nec non qui per se,vel alios directe,vel indirecte,prædicta,facere,exequi,vel procurare,aut in eiusdem auxiliū, consilium,vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis,ordinis,conditionis,aut status, etiam si Imperiali,aut Regali præfulgeant dignitate,seu Principes,Duces,Comites,Barones,& alij Potentatus quicūque etiam Regnis,Prouinciis, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo præsidentes, & Consiliarii,& Senatores,aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti,Innouantes decreta super his,per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissime celebrato,quam aliis Conciliis generalibus,edita, etiam cum censuris,& pœnis, in eis contentis.

19. Item excommunicamus,& anathematizamus omnes, & quoscunque Magistratus,& Iudices,Notarius,Scribas,Executores,& Subexecutores,quomodolibet se interponentes in causis capitalibus,seu criminalibus,contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo,vel exequendo,sine speciali,specifica,& expressa huius Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia quique eiusmodi licentiam ad personas,& casus non expressos extendunt, vel alias illas perperam abutuntur ,etiam si talia committentes, Consiliarij,Senatores, Præsidentes,Cancellarii, Vicecancellarii, aut quouis alio nomine nuncupati,

20. Item excommunicamus,& anathematizamus omnes illos,qui per se,seu alios directe,vel indirecte sub quocunque titulo,vel colore, inuadere, destruere, occupare,ac detinere præsumpserint in totum,vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ,Insulas Sardiniæ,Corsicæ,Terras citra Pharum,Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum,Comitatum Venaysinum,Sabinēsem, Marchiæ Anconitanæ,Massæ Trebariæ,Romandiolæ,Campanię,& Maritimas Prouincias,illarumque Terras,& Loca,ac Terras specialis commissionis Arnulforum,Ciuitatesque nostras,Bononiam Cæsenam,Ariminum,Beneuentum,Perusium,Auinionem,Ciuitatem Castelli,Tudertum,Ferrariam,Comalum, & alias Ciuitates,Terras,& Loca,vel iura,ad ipsam Romanam Ecclesiam, pertinentia,dictaque Romanæ Ecclesiæ mediate,vel immediate subiecta, nec non supremam iurisdictionem in illis,nobis,& eidem Romanæ Ecclesiæ competentem,de facto vsurpare,perturbare,retinere,& vexare variis modis præsumunt, nec non adhærentes fautores,& defensores eorum,seu illis auxilium,consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.

Absolutio soli Pontifici reseruatur.

Volentes præsentes nostros processus, ac omnia, & quæcunque his literis, contenta, quousque alij huiusmodi processus a nobis, aut Rom. Pontifice pro tempore existente, fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri.

Absoluere præsumentes excommunicantur.

Ceterum a prædictis sententijs, nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo, cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum, quibuscumque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militarium, regularibus etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate prædictis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Colegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alis mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque scriptura, in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.

Quod si forte aliquid contra tenorem præsentium, talibus, excommunicatione, & anathemate laqueati, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, processuri.

Papæ absolutio non comprehendit eos qui a præmissis non destiterint.

Declarantes, ac protestantes quamcumque absolutionem, etiam solenniter per vos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos; nisi prius a præmissis, cum vero proposito vlterius similia non committendi, destiterint, ac quo ad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, vt præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi, publice reuocauerint, & ex Archiuis, seu capitularibus locis, aut liberis, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostrã, vel successorum nostrorum, quantumcunque tempore continuatam, in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscunque iuribus Sedis Apostolicę, ac S.R.E. vndecunque, & quandocunque quæsitis, vel quærẽdis, nullatenus prędiudicari posse, aut debere.

Non obstantibus priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis, generalib. vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis, cuiuscunque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiam si, vt præmittitur Põtificali, Imperiali, Regali, seu quauis Ecclesiastica, & mundana prędulgeãt dignitate, vel eorũ Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, seu locis a prædicta Sede ex-

quauis.

quauis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibusuis clausulis, & derogatoriarum derogatoris, concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum, mentionem, necnon consuetudinibus, etiam immemorabilibus, præscriptionibns quantumcunq; longissimis, & aliis quibuslibet obseruantiis, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sentẽtias quo minus includantur, in eis iuuare valeant, vel tueri. Quæ omnia, quo ad hoc eorum omnium tenores, ac si de verbo, ad verbum, nihil penitus omisso, inserentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Vt vero præsentes nostri processus ad publicã omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas Processus ipsos continentes Valuis Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, appẽdi faciemus. Vt ij, quod processus huiusmodi concernunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Insuper, vt processus ipsi, & præsentes literæ, ac omnia, & singula in eis contenta eo fiant notiora, quo in plerisque Ciuitatibus, & locis fuerint publicata: Vniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prælatibus vbilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solenniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Quicunque audigunt confessiones apud se has literas habeant.

Ceterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prelati, necnon Rectores, ceteriq; curam animarum exercentes, ac presbyteri sæculares, & quorumuis ordinum regulares ad audiendas peccatorum cõfessiones, quauis auctoritate deputati, transumptum præsentium literarum penes se habeant easque diligentes legere, & percipere studeant.

Volentes earundem presentium transumptis, etiam impressis Not. publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis ordinarii Rom. Cur. vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in illud, vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere; vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum

eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1605. Decimo Kal. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno primo.

P. Card. Prodat.

M. Vestrius Barbianus.

S. de Vrsinis.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

Anno a Natiuitate D. N. Iesu Christi Millesimo sexcentesimo sexto, Indict. quarta die vero vigesima tertia mensis Martij Pont. Sanctissi. in Christo Patris, & D. N. D. Pauli Papæ V. Anno eius primo, supradictæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Principis Apostolorum, S. Ioannis Lateranen. & in acie Campi Floræ per nos Bernabeum Politum, & Bernardinum Mazzatellum S. D. N. Papæ Curs.

Io. B. Bagni. Mag. Curs.

Quibus quidem literis diligenter inspectis, illas ad requisitionem, & instantiam Mag. D. Prosperi Farinacij S. D. N. Papæ, & Cam. Apost. Procuratoris Fiscalis, per D. Hieron. Fabrium nostrum, & de Curia Not. publicum infrascriptum transumi, & exemplari, ac in hanc publicam transumpti formam redigi mandauimus, decernentes, & volentes, vt huic præsenti transumpto, iuxta earundem Literarum, & decreti in eis appositi formam, continentiam, & tenorem, de cetero plene, & indubitata fides adhibeatur vbique locorum, ac si ipsæ Literæ originales exhibitæ, vel ostensæ forent. Quibus omnibus, & singulis auctoritatem nostram ordinariam, ac decretum interposuimus, & interponimus per præsentes. In quorum fidem presentes Literas, atque presens publicum Instrumentum transumpti exinde fieri, & per Impressores Camerales imprimi, ac per dictum nostrũ, & Curiæ nostræ Not. infrascriptum subscribi, & publicari mandauimus, nostrique soliti sigilli impressione muniri iussimus, & fecimus. Dat. Romę in ædibus nostris, anno a Natiuitate D. N. Iesu Christi, 1606. Indictione quarta, die vero 23. Mensis Martij, Pont. autem S. D. N. D. Pauli Diuina prouidentia PP. V. Anno eius primo. Præsentibus ibidem DD. Laureto Persico, & P. Ant. Catalono d. Cu. nostræ Not. & coram nobis scribis testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, specialiter atque rogatis.

Locus † sigilli.

Marcellus Lantes Auditor.

Hieronymus Fabrius Cu. Caus. Cam. Ap. Not. & Mens.

De casibus in hac Bulla Cœnæ contentis. vide Extrauag. commu. Pauli II. & Sixti IIII. incipien. etsi Dominici de pœniten. & remissi. ac constitutiones Innoc. VIII. incip. officij nostri. fol. 131, in Bulla Leonis X. incipien. in supremo. fol. 229.

229. in Bulla Clem. VII. incip. Romanus Pontifex. fol. 347. loquentes de impedientibus exequutionem literarum Apostolicarum.

Item Pij II. incip. execrabilis. fol. 75. & Iulij II. incip. suscepti. fol. 156. contra appellantes ad futurum Concilium.

Item Vrbani VI. incip. quia sicut. fol. 47, contra bannientes seu relegantes aut præscribentes personas ecclesiasticas.

Item Leonis X. contra inuadentes, vel occupantes ciuitates, & loca S.R.E. eorumque fautores incip. inter graues. fol. 195. in Bulla.

Item Pauli III. contrahentes bona naufragantia. fol. 442. incip. accepimus, nuper cum similibus ibi notatis per Dominum Laertium Cherubinum.

Item Leonis X. in Concil. Lateranen. contra occupantes fructus beneficiorum &c. & de impedientibus libertatem ecclesiasticam. fol. 194. in Bulla. §. & cũ fructuum.

Item Alex. 6. contra offendentes litigantes in Romana curia, eorumque aduocatos, procuratores, vel iudices testes, vel Notarios. fol. 146. incip. in eminenti.

EXEMPTIO.

PRÆTER Summistas sciendum est. Pium 4. Episcopis residentibus concessisse, vt iurisdictionem habeant contra clericos sæculares, & etiam Regulares extra claustra degentes quomodolibet exemptos, vt in eius constitutione incip. De salute. §. insuper fol..... in Bullar. & infra in verbo Residentia, quæ facultas postea per Concilium Trid. fuit in pluribus ampliata. siquidem dicti Concilij vigore possunt episcopi seu Archiepiscopi contra exemptos procedere tanquam Apostolicæ Sedis delegati in infrascriptis.

Et primo Compellere opportunis remediis, vt lectio sacræ Scripturæ habeatur in monasteriis monachorum, vbi commode fieri potest, si Abbates in hoc negligentes fuerint. sess. 5. de ref. cap. 1.

2. Prouidere vt Plebani, Parochi, & alij curam animarum habentes, per se, vel per alios, plebes sibi commissas, pro sua, & earum capacitate pascant salutaribus verbis diebus saltem Dominicis, & festis solennibus, & si ipsæ ecclesiæ essent nullius diœcesis, Archiepiscopi id præstare debent, vt delegati. d. sess. 5. cap. 2. post princ.

3. Procedere contra prædicatores etiam speciali priuilegio exemptos, qui hæreses prædicarent. d. c. 2. circa finem.

4. Deputare vicarios, & prouidere, ne animarum cura negligatur in ecclesiis etiam exemptis eorum, qui priuilegia, indulta, aut dispensationes habent de nõ residendo. sess. 6. c. 2.

5. Visitare, punire, & corrigere clericos sæculares priuilegiatos, vel regulares extra monasteria degente, si deliquerint. d. sess. 6. c. 3.

6. Visitare, corrigere, & emendare toties, quoties opus fuerit, capitula exempta. ead. sess. 6. c. 4. etiam quando extra visitationem procedit iuxta præscriptum cap. 6. sess. 25. de refor.

7. Examinare vniones a 40. annis citra factas. sess. 7. c. 6.

8. Visitare quascunqde ecclesias, quomodolibet exemptas, & prouidere, vt reparentur. d. sess. 7. cap. 8.

9. Cognoscere causas mercedum, & miserabilium personarum ead. sess. 6. c. 14.

10. Vi-

10. Visitare hospitalia iux. formā clem. quia contingit de relig dom. ead. sess. cap. 15.

11. Cognoscere de surreptione, & obreptione, absolutionū concessarum alicuius publici criminis, uel delicti, de quo ipse inquirere ceperat, aut remissione pœnæ, ad quam criminosus per eum condemnatus fuerat. sess. 23. c. 5.

12. Cognoscere, & punire excessus clericorum sæcularium exemptorum, qui alias suæ iurisdictioni subessent, tam in uisitatione, quam extra uisitationem, dū modo in suis ecclesijs resident. sess. 14. cap. 4.

13. Conuertere in distributiones quotidianas tertiam partem fructuum etiā dignitatum, canonicatuum, personatuum, portionum, & officium Cathedralū, & collegiatarum ecclesiarum, in quibus nullæ sunt distributiones, uel ita tenues vt verisimiliter negligantur. sess. 21. & 22. c. 3.

14. Præscribere Dignitatibus, personatibus, & of. cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum competens seruitium ab eis personaliter adimplendum pro distributionibus lucrandis. d. c. 3. sess. 22

15. Nouas parochias erigere, & in erectis ministrorum numerum, prout opus fuerit, augere, sess. 21. c. 4. & vniones facere ead. sess. c. 5. illasque quæ a 50. annis citra factę sunt, reuidere, & examinare. sess. 7 cap. 6.

16. Coadiutores dare Parochis minus idoneis. sess. 21. c. 6.

17. Transferre beneficia, & ecclesiarum refectionem procurare. d. sess. 22. cap. 7.

18. Commendata monasteria, in quibus non viget regularis obseruantia, & beneficia quæcumque qualitercunque commendata visitare, & curare vt reficiātur, quę restauratione indigent, vt animarum cura, & alia debita obsequia recte exerceantur. sess. 21. c. 8.

19. Visitare, & corrigere Regulares in commendatis monasteriis, in quibus regularis obseruantia viget, residentes, qui secundum eorum instituta non viuunt, cum superiores admoniti intra sex menses non fecerint, & correxerint. id. cap. 8. sess. 21.

20. Cognoscere in dispensationibus, qua a Sede Apostolica conceduntur, & in commutationibus vltimarum voluntatum preces veritati nitantur. sess. 22. c. 5. & 6.

21. Exequi omnes pias voluntates. sess. 22. c. 8.

22. Visitare hospitalia Collegia, Confraternitates laicorum, etiam quas scholas vocant, non tamen, quæ sub regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia, Montes Pietatis, ac omnia loca pia. d. c. 8. sess. 22.

23. Notarios examinare, & suspendere. sess. 22. c. 10.

24. Visitare ecclesias exemptas, & quæ in nullius diœcesi esse dicuntur. sess. 24. cap. 9.

25. In omnibus, quæ ad visitationem, & morum correctionem spectant, procedere. sess. 24. c. 10.

26. Procedere contra Cappellanos regios, & habentes titulum Protonotariatus, & contra oblatos Militiarum, & hospitalium, prętercquam eos, qui actu inseruiunt. sess. 24. cap. 11.

27. Prohibere ne in consequutione possessionis beneficiorum, canonicatuum & c. intercueniant solutiones, promissiones, & alia sapientia simoniam, & turnorum lucra, quæ in vsus pios non conuertuntur. sess. 24. c. 14.

28. Redigere in Congregationes Monasteria Sedi Apostolicæ immediate subiecta,

biecta, si ipsi Religiosi negligentes fuerint, & hoc faciant Archiepiscopi in prouincia, & si nec ad Metropolitani instantiam se redegerint, episcopis subiaceāt, in quorum diœcesi sunt. sess. 25 de regular. cap. 8.

29. Monasteriis monialium Sedi Apostolicæ immediate subiectis præsse. d. sess. 25. cap. 9.

30. Procuratore in monasteriis sibi non subiectis vt Monialium clausura restituatur, vbi violata est conseruetur iux. c. periculoso. de stat. regular. in 6. renouatum. sess. 15. de regular. cap. 5.

31. Rescindere concessiones iuris patronatus ex augmento dotis, vel alia simili causa a 40. annis circa acquisitas, & in posterum acquirendas. sess. 25. de reform. cap. 9.

32. Procedere & punire Concubinarios, post quam admoniti non resipuerint iux. formam traditam. sess. 25. de refor. c. 14.

Quibus sic in vnum recollectis sciendum est præterea extare constitutionem S. D. N. D. Clementis VIII. super executione decreti Concil. Triden. sess. 25. cap. 14. contra regulares non subditos episcopo, intra claustra degentes, & extra ea ita notorie delinquentes, vt populo scandalo sint, ac contra eorum superiores illos punire negligentes, aut impunitos ad alia suorum ordinum loca transmittentes, vel transmissos ad locum, in quo deliquerunt, non reuocantes, Romę publicatam die 18. Martij 1596. tenoris sequentis. *cle. 8.*

Suscepti muneris ratio postulat, vt ea, quæ in Sac. Trid. Conc. prouide constituta sunt, ab ijs: ad quos spectet, inuiolate obseruari curemus. Maturo sane consilio ipsius Concilij decreto prouisum est, vt quicunque regularis non subditus episcopo, intra claustra degens, extra ea ita notorie deliquerit; vt populo scandalo sit, Episcopo instante; a suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendū; seuere puniatur, & superior de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus, ipse a suo item superiore officio priuetur, & delinquens ab episc. puniri possit. Verum quia experientia compertū est interdum in huiusmodi decreti executione nimis remisse procedi, cum enim episcopus instat, aliquem regularem, eo, quo supradictum est, modo, delinquentem, a suo superiore puniri, sæpe fit, vt superior regularem delinquentem ad alia suorum ordinum loca, extra episcopi diœcesim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias prouincias se conferat, nec vlterius super delinquentis excessibus inquirat, & de eius punitione Episc. certiorem reddat. Vnde nec Regularis delinquens tūc ab episcopo puniri potest, cum extra ipsius diœcesim existens, nec superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio priuatur: Nos pro Pastorali nostra solicitudine, præfati decre. executioni, quantum cum Domino possumus, facere, & præmissis malis, (vt par est) opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Concilij interpretum sententia; Motu proprio, & ex certa scientia nostris ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione omnibus, & singulis cuiuscunque ordinis, & instituti regularium, etiam mendicantium superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrendis pœnis, præcipimus, & mandamus, vt iuxta prædictum decretum, quilibet ipsorum, regularem non subditum episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notorie delinquētem, vt populo scandalo sit episcopo instante, intra tempus ab episcopo præfigendum, seuere puniat, ac de punitione episcopum certiorem faciat, *Congruit tit. de regul.*

& alias decretum ipsum in omnibus, & per omnia exequatur. Cæterum si superior in regularem deliquentem non animaduerterit, quinimo si illum impunitum ad alia suorum ordinum loca, extra episco. diœcesim, vt præfertur, transmiserit volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, vt superior instante episcopo, intra terminum, ab episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, nec nō & sub inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac vlterius priuationis actiuæ & passiuæ vocis, ad quas a nemine præterquam a nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existente restitui possit, ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum regulatem delinquentem a loco, ad quem transmissus fuit reuocare, & in quo deliquit, constituere seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per presentes similiter statuimus, vt ordinarius loci ad quem regularis deliquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso ordinario loci, ad quem regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso ordinario loci, in quo deliquit, similiter requisitus, vel alias de illius delicto informatus, vt præfertur, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus prædictū Concilij decretum omnino exequi, & in regularem delinquentem seuere animaduertere possit, & debeat. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque iudices, & Comissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Rom. Ecclesiæ Cardinales, & Causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, &c.

Iurisdictio ordinariorum est fundata in iure commun cap. omnes basilicæ. 16.q.7.cap.cum personæ de priuileg.in.6.super omnes de diœcesi exceptis exemptis.cap.sane, & ibi gl.de excess.prælat.& proprie Sedis Apostolicæ est eximere gl. in c.1. ver.exemptionis de priuileg.in 6.qui exempti in multis casib. iurisdictioni episcoporum subijciuntur.glos.in d.c.1 in ver. instituta, & in clem.2.§. fin.in ver.puniri de pœnit.& remiss.& quando priuilegium non extendatur contra ordinarium est tex.in c.Ne aliqui de priuileg.in 6. & quādo ex verbis priuilegiorū discerni possit, si ordinariorum iurisdictioni sit derogatum, vide text.in c.ex parte. de priuileg.& in c.Si Papa.eod.tit.lib.6.Mascard.de probat.conclus.713. An autem pendente lite inter episcopum, & aliquem ex suis clericis, exemptus existat clericus ab ipsius episcopi iurisdictione, notabiliter declaratur per Guliel.Cassad. decis.5.sub tit.de priuileg.

FABRICA SANCTI PETRI DE VRBE.

Congruit tit. de testam.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod licet Episcopi de iure sint executores piarum voluntatum c.3.& cap.tua nobis, & ibi Doct. prælertim Complures explicans assertiones de testam. etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, Concil.Trid.sess.22.de ref.cap.8.in princ. id etiam agere valet Officium Reuerendæ Fabricæ S.Petri, & extat Pij.V. Bulla applicationis Fabricæ medietatis relictorum piorum non exactorum per triennium, sub Dat. Romæ XI. kal. Ianuarij, 1569. folio. 1605. in Bullario incip. Exigit, & infra.

Pij V.

Hinc est, quod nos, qui nuper accepimus, quod tam in alma Vrbe nostra, alijs Ciuitatibus, Terris, Dominijs, locis, & Regnis reperiuntur multa legata a pijs testatoribus facta ad effectum celebrationis Missarum, & recitationis Diuinorū officio-

Officiorum, nec non erogationis eleemosynarum diuersis Ecclesijs, Monasteriis, Hospitalibus, & alijs pijs locis, ipsaque legata hæredum auaritia, seu alias per triẽnium retroactũ executioni debitæ demandata nõ fuerint, volẽtesque &c. De Apostolicæ potestatis plenitudine Deputatis, & Collegio huiusmodi, si & postquam iuxta tenorem priuilegiorum, & facultatum sibi concessarum legata huiusmodi executioni debitæ demandari fecerint, vnam illorum medietatẽ, reliquam vero loco, cui legata fuerint, applicamus, & appropriamus. Decernentes &c. Sicque per quoscunque iudices &c. (Super qua Bulla, & alijs dubijs editæ fuerunt declarationes sequentes.

Declarationes facultatum Reuerendæ fabricæ Sancti Petri de Vrbe factæ ab Illustrissimis Deputatis dictæ Fabricæ in Vrbe residentibus, super interpretatione eis concessa dubiorum occurentium circa priuilegia directæ Fabricę, ad tollendas difficultates, quæ sæpe in controuersiis iudiciorum coram eius Commissarijs, & iudicibus oriuntur, ac pro faciliori litium expeditione infrascripta declarãda, & interpretanda duxerunt, videlicet.

Quoniam iuxta priuilegia eidem Reuerendæ Fabricæ concessa delegatis, hæreditatibus, & piis dispositionibus certis, ad fauorem piorum locorum, Ecclesiatũ, & Ecclesiasticarum personarum, pro vna vice, & sine onere, aut cum eo relict s, & factis, quæ intra annum ab hæredibus, seu alias grauatis realiter adimpleta, non fuerunt vsque ad triennium computandum a die mortis, quinta pars, tantum ad ipsam fabricam spectat, lapso vero triennio, si adhuc ad impleta non sint, eidem Fabricæ medietas debetur. Declaramus medietatem huiusmodi pariter die mortis dictorum testatorum, & disponentium ipsi Fabricæ debitam esse, seruandãq; fore in his Bullam fel. rec. Pij Papæ V. sub Datum 11. kal. Ianuarii. 1569. quam generaliter de omnibus piis relictis intelligendam esse significamus, & interpretamur, & prædicta etiam locum habere in relictis similibus, quæ intra statutum a testatore, & disponente tempus satisfacta non sunt, vt eo lapso triennium intelligatur cucurisse a die mortis.

Annua vero pia legata, & dispositi piis locis Eccclesiis, & Ecclesiasticis personis certis, & nominatis cum onere celebrationis Missarum Diuinorum Officiorũ, erogatione eleemosynarum, aut similium in perpetuum, aut ad certum tempus, seu statutis quibusdam diebus in anno, vel hebdomada, pro quorum adimplemẽto bona, seu etiam redditus perpetui, aut ad tempus relinquuntur: & hæredum, seu aliorum, qui ad id quomodolibet obligati erant, aut tenebantur, auaritia, pro præterito adimpleta cum effectu non sunt tunc redditus, & relicta huiusmodi hucusque decursa, & realiter non solata, fabricæ debeantur: In futurum vero decurrenda ipsis legatarijs cum onere iniuncto applicentur, vt hactenus obseruatum est.

Quando vero bona, seu annui redditus, & introitus a monasteriis, Capitulis, Cappellanis, seu aliis legatarijs percepti, & exacti sunt, ac percipiuntur, & exigũtur pro dicta celebratione Missarum, & diuinorum Off. in perpetuum, aut ad tempus vt supra, & Missæ huiusmodi, aut diuina off. in toto, vel in parte ab ipsis legatarijs celebratæ nõ fuerunt, vel celebrari desierũt, aut etiã minime celebrãtur propter ipsorum legatariorũ negligentiã, seu impotentiã nempe, quod maior sit numerus Missarum, quam Sacerdotum, huiusmodi relicta pro rata Missarum, & diuinorum Officiorũ, sic per negligentiam, seu impotentiam omissarum ad Fabricam ipsam deuoluta esse declaramus. Dantes facultatem ministris a nobis deputatis, seu ab alijs ad hæc specialiter substitutis, vt cum legatarijs, aut

alias

alias obligatis, ad quos spectat, si eis melius expedire videbitur, pro præterito tantum desuper componere valeant.

Si autem ipsi legatarii, quibus a principio redditus, & bona huiusmodi relicta sunt ex instituto, & obseruantia regulæ, talium relictorum incapaces erant, aut a principio quidem capaces existebant, sed propter regulæ mutationem incapaces effecti sunt, inhærendo dictæ Fabricæ priuilegijs, aut declarationibus alias factis, præsertim sub die 18. Martij 1589. Declaramus huiusmodi, quæ a principio personis incapacibus facta sunt, siue ex post facto incapaces sunt redditi, non ad hæredes grauatos, seu alias obligatos spectare, seu vti caduca ab eis vindicari posse, sed Fabricam ipsam nedum in vim institutionis, sed etiam substitutionis, & fideicommissi, tanquam incerta effecta spectauisse, & spectare, & sub priuilegijs ipsius Fabricæ comprehendi, prout etiam quæ forte ex quacunq; causa a legatarijs ipsis etiam capacibus recusata, & non acceptata fuerunt, acrecusantur, & non acceptantur.

Similiter annua pia legata pro pauperibus puellis nuptui tradēdis, quæ amore Dei, seu alias ratione animæ, non autem affectu sanguinis, aut remunerationis seruitiorum facta erunt, si per aliquot annos ab hæredibus, aut alijs grauatis neglecta fuerint, nec effectualiter, persoluta, seu deposita, etiam si forte per dictos hæredes, aut grauatos huiusmodi puellarum electio facta foret pro annis, & temporibus decursis, ad Fabricam ipsam pertinere declaramus. Decurrenda vero in futurum pro pauperibus huiusmodi puellis maritandis etiam antea electis, vt præfertur, integra cōcedantur, nisi in totum incerta essent, ita ad Fabricā, iuxta priuilegia, omnino spectarent, prout etiam eidem Fabricæ competunt omnia alia pia legata incerta, & maxime pro male ablatis relicta, ita vt etiam ab Ordinarijs locorum si forte ad eos peruenerint, vindicari valeant iuxta priuilegia prædicta.

Insuper quia, vt accepimus, sæpe huiusmodi legata, & piæ dispositiones pro constructione Monasteriorum, Hospitalium, Cappellarum, aut pro sustentatione ecclesiasticarum personarum sæcularium, seu regularium, tam virorum, quam mulierum, & similium, nec intra, vel post triennium, hæredes ea adimplere curant, ex quibus si quinta, aut medietas respectiue pro Fabrica detrahatur, opera ipsa aut in totum negliguntur, aut sine debita perfectione inchoata remanent, nec defunctorum voluntas, vt par est, obseruatur. Quo vt huic incommodo, quantum fieri potest, occurramus, & hæredibus, ac alijs obligatis omnis fraudis occasio auferatur, dum huiusmodi legatorum solutionem, & executionem procrastinare solēt, vt interim dictorū piorū relictorū fructus percipiant, ad quorū restitutionem non teneri prætendunt, & per capitalis solutionē satisfecisse testatorum voluntati contendunt. Idcirco declaramus dictos hæredes, seu alios grauatos existere ad fructus huiusmodi legatorum persoluendos, a die mortis, quos realiter ex re legata, seu alias relicta perceperunt, aut percipere potuerunt, si res huiusmodi sui natura, aut alias fructifera sit ita tamen, vt in posterum fabricæ non quinta, aut medietas relicti, sed fructus ipsi talis relicti persoluantur, legatum vero ipsum integrum pro perfectione dicti pii relicti consignetur, & reseruetur.

Præterea, quia sæpe contingit pia huiusmodi legata, & dispositiones pro constitutione Monasteriorum, Hospitalium, seu Ecclesiarum, & similium relictorum, debitæ executioni demandari non posse propter aliquod facti, seu iuris impedimentum; quia nempe pecunia relicta ad construendum Monasteriū non

sufficit,

sufficit, aut in loco a testatore designato ædificari non potest, seu etiam licentia ab Episcopo, aut alio Superiore obtineri nequit: cum æquum non sit, vt pium opus huiusmodi propterea deseratur, sed potius in aliud de iure commutandum veniat, declaramus, vt granatis certus competens terminus præfigatur, arbitrio Iudicum pro impedimentis huiusmodi realiter, & cum effectu remouendis, aut pro obtinenda a Sede Apostolica commutatione talis pii relicti, & dispositionis. Quod si terminus elapsus, & impedimenta remota non fuerint, aut commutatio obtenta non sit, tunc legatum ipsum integraliter a Fabrica exigatur, proinde ac si ad Fabricæ vtilitatem deuolutio facta fuisset.

Cum vero interdum eo vsque habendi cupiditas accrescat, vt non vereantur multi hæredes, & legatarii scripturas falsas fabricare, priores datas cõfringere, aut alias Fabricam ipsam defraudare: Declaramus contra huiusmodi falsarios, complices aut quouis modo culpabiles, omnibus iuris, & facti remediis procedi debere, etiam declarando eos in censuras Ecclesiasticas, & pœnas incidisse, mulctas, & pœnas ad fabricæ vtilitatem conuertendas fore, iuxta eiusdem fabricæ priuilegia.

Tandem teneri hæredes, qui intra statuta a iure tempora, bonorum hæreditariorum legitima inuentaria non confecerunt, ad integram solutionem faciendam legatorum, & piorum relictorum, quoties iuxta eiusdem fabricæ priuilegia, in foro iudiciali conuenti fuerint, neque sub prætextu, quod hæreditas soluẽdo non sit, excusare posse, quo minus etiam vltra vires hæreditarias teneantur. Cum enim sine inuentarii confectione hereditates adeundo, aut in eis seipsos immiscendo, cum legatarijs quasi contraxisse videantur, non debent beneficio legis perfrui, quam contemnendam esse censuerunt, nisi a S. D. N. restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis ad inuentarii confectionem concessi forsan obtinuerit.

Ne autem de prædictis vllo vnquam tempore dubitari contingat, & vt iustitiam indifferenter omnibus cuiuscunque gradus, & conditionis exhibeatur, ministretur, iussimus, & mandauimus hanc nostram declarationem etiam per Secretarium nostrum in membranis redigi, solitoq. sigillo subsignari. Datum Romæ die vigesima septima mensis Martii Millesimo quingentesimo nonagesimo octauo. Pontificatus S. D. N. Clementis Papæ Octaui. Anno eius septimo.

Ad fauorem etiam prædicti Officii Fabricæ adest Motus proprius Pii Papæ IIII per quem datur facultas Collegio, & Deputatis Fabricæ S. Petri de Vrbe, cogendi quoscunque Notarios ad aperiendum, & ostendendum testamenta, post annum a die obitus testatoris fol. 728. in Bullar. incip. Etsi per diuersos, & infra.

De Apostolicę potestatis plenitudine, prędictis Collegio, & eius Commissarijs, vt sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ac alias iuxta formam facultatum, priuilegiorum, & indultorum prædictorum, omnes, & singulos Notarios, penes quos huiusmodi testamenta clausa, ut præfertur, vel alias reperiuntur, vel in futurum reperientur, post annum a die obitus testatorum ad illa aperienda, & ipsis Commissariis ostendenda, solutaque ipsis Notariis debita mercede, iuxta formam priuilegiorum prædictorum ad tradendum sibi exemplar ipsorum Testamentorum in forma probanti, & authentica, etiam cum inuocatione brachii sæcularis, si opus fuerit, quacunque appellatione remota cogere possint tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Sicque in præmissis &c. Non obstantibus &c.

Item.

Item ad fauorem prædicti Officij Fabricæ per Pium V. fuit prouisum, quod duæ sententiæ diffinitiuæ in causis Fabricæ Sancti Petri faciant rem iudicatam in ea parte, in qua sunt conformes, & commissiones appellationum, quæ concederentur, intelligantur cum clausula, sine præiudicio executionis duarum conformium, vt in eius Bulla incip. Et si omnium litium &c. fol. 1066. in Bullar.

De erectione Collegij Fabricæ Basilicæ S. Petri de Vrbe, eiusque. Officialibus, facultatibus, iurisdictione, indultis, exemptionibus, vide constitutionem Clem. VII. incip. Admonet nos &c. fol. 292. in Bullar.

FIDEI PROFESSIO.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod publicam fidei professionem facere tenentur prouisi de cathedralibus, canonicatibus dignitatibus, & alijs quibuscunque beneficijs ecclesiasticis, curam animarum habentibus ex Concil. Triden. decreto sess. 24. c. 1. & 12. de refor. gener.

In Concilio Prouinciali, & Synodo diœcesana emittitur etiam ab his qui de iure, vel consuetudine interesse debent ob decretum Conc. Trid. sess. 25. c. 2 de refor. gene. Quicunque de monasteriis, conuentibus, domibus, & alijs quibuscunque locjs regularium quorumcunque ordinum, etiam militiarum quocunque nomine vel titulo prouidentur ex Pii. 4 Constitutione de anno 1564. Idibus Nouembris Incip. Iniunctum. Videlicet.

Iniunctum nobis Apostolicæ seruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus Omnipotens, ad prouidam Ecclesiæ suę directionem, Sanctis Patribus, in nomine suo cõgregatis diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaq; iuxta Concilii Trid. dispositionem, omnes, quos deinceps Cathedralibus, & Superioribus Ecclesiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus Canonicatibus, & aliis quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam Orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros, spondere, & iurare teneantur: Nos volentes etiam per quoscunque quibus de monasteriis, Conuentibus Domibus, & aliis quibuscunque locis, Regularũ quorumcunque Ordinum, etiam Militiarum, quocunque nomine, vel titulo prouidebitur, idem seruari, & ad hoc, vt vnius eiusdem fidei professio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque, & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ solicitudinis partes in hoc alicui minime deesse rari, formam ipsam præsentibus annotatam, publicari, & vbique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilii, & alios prædictos spectant, recipi, & obseruari, ac sub pœnis per Concilium ipsum in contrauenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam, professionem prædictam solenniter fieri auctoritate Apostolica tenore præsentium districte precipiendo mandamus, huiusmodi sub tenore.

Qui Summus Pont. de ea emittẽda in ordinatione, & promotione Doctorum, & per alios cuiusuis artis, & facultatis professores altera eius Consti. prouidit eodem die, & anno, incip. In sacrosancta. fol. 829. in Bullario. Videlicet.

In sacrosancta Beati Petri Principis Apostolorum Cathedra, meritis licet imparibus, hisce procellosis militantis Ecclesiæ tempestatibus constitutos, plurimum nos oportet esse solicitos, vt Domini gregem curæ nostræ commissum non

solum

solum ab apertis rapacium luporum vndecunque caulis obstrepentium insultibus, sed etiam a magis formidolosis pestiferum vulpecularum domi latitantium insidiis, per prouidum pastoralis officii ministerium, ipso Domino cooperante præseruemus, ac illis omnes nocendi occasiones, quantum cum Deo possumus, vbilibet auferamus. Cum itaque iuxta notum Sanctissimi vatis oraculum, timor Domini, sine quo vera Religio, & Catholicę fidei puritas nullibi reperitur, sapientiæ sit initium, & qui, vel in scientis proficere, vel eas alios docere parant, supremũ illum sapientiæ parentẽ, benignumque largitorem deuoto sanæ fidei obsequi demereri, vtraque sinceræ Religionis pietate sibi conciliare debeãt. Idcirco hanc fidei puritatem scientiis, doctrinisque quibuslibet tũ tradẽdis, tũ addiscendis, tanquã necessariam basim, constituere, & ne simplicia nonnullorũ adolescentiũ res nouas audiẽdi cupidorũ ingenia, in naufragos blandientiũ hæresũ scopulos imprudẽter impingant, occurrere cupiẽtes; Motu proprio, & ex certa scientia nostra ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; quod deinceps nullus Doctor, Magister, Regens, vel alius cuiuscunque artis, & facultatis professor, siue Clericus, siue Laicus, ac Secularis, vel cuiusuis Ordinis Regularis sit, in quibusuis studiorum generalium Vniuersitatibus, aut Gymnasijs publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam Lectoris Cathedram assequi, vel iam obtentam retinere, seu alias Theologiam, Canonicam, vel Ciuilem censuram, Medicinam, Philosophiam, Grãmaticam, vel alias liberales artes, in quibuscunque Ciuitatibus, Terris, oppidis, ac locis, etiã in Ecclesiis, Monasterijs, aut Conuentibus Regularium quorumcunque, publice, vel priuatim quoquomodo profiteri, seu lectione reliquas in facultatibus huiusmodi habere, vel exercere. Neque Doctores ipsi, aut Vniuersitatum, seu Gymnasiorum eorundem Rectores, Cancellarii, vel alii Superiores, sed nec etiam Palatini Comites aut alii particulares facultatem eruditos viros ad eosdem gradus promouendi, etiam a Nobis, & Apostolica Sede, vel alias vndecunque habentes Scholares, tã Laicos, quam Clericos, & cuiusuis ordinis regulares, vel alios quoscunque quantalibet eruditione praditos ad villũ gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere, & admittere. Neque Doctores, Magistri, & Scholares ad electionem alicuius in Rectorem, vel Cancellarium Vniuersitatis, aut Gymnasii procedere. Nec ipsi Scholares, vel alii quamtumlibet docti, & alioqui habiles, gradus huiusmodi, vel eorum aliquem, palam, uel priuatim recipere valeant, Nisi Doctores videlicet, ac Regentes, Magistri, & alii professores iam ad Cathedras, & lecturas recepti, in Italia infra tres, extra vero illam infra sex menses a die publicationis præsentium computandos reliqui vero ad Cathedras, & alias lecturas ibidem in posterum assumendi ante illorum receptionẽ in Rectoris, vel aliorum Superiorum, Eligendi autem in Rectores, vel Canc. ante illorum electionem, vel saltem admissionem ordinarii loci, vel eius in spiritualib. Vicarii, Ac promouendi Scholares, & alii præfati, ante illorum promotionem in eiusdẽ Ordinarii, seu eius Vicarii, aut Doctorum aliorumue promouentium manibus, præuio etiam processu, vel debita informatione, quantum eis sufficere videbitur super Religione, fideq. Catholica, Rectorum, Cancellariorum, Doctorũ Lectorum, & promouendorum eorundem per ipsos locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios rite facta præcedente, eandem Catholicam fidem, verbis, iuxta formæ infrascriptæ tenorem conceptis palam, & solenniter profiteri teneantur. Et desuper instrumentum publicum cõfici, ac de processu seu informatione, & fidei professione in Priuilegio Doctoratus, vel alterius gradus huiusmodi specialis, ac de verbo ad verbum mẽtio, & relatio fidei debeat authoritate Apostolica tenore

præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus. Ac omnibus, & singulis earundem Vniuersitatum, & Gymnasiorum Rectoribus, Doctoribus, & aliis Superioribus, ac alias facultatem Doctorandi habentibus, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel maiori dignitate, etiam Cardinalatus honore, ac Ducali, vel alia etiam Regia, & Imperiali auctoritate præfulgeant, ne quam in Vniuersitatibus, Ciuitatibus, Oppidis, vel aliis locis sibi in spiritualibus, vel temporalibus subiectis, aliter Cathedras, aut alias lectiones retinere, consequi, vel ad gradus promoueri respectiue patiantur in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interdicto ab ingressu Ecclesiæ, quo ad Antistites, quo vero ad inferiores sub excommunicationis lata sententia, nec non priuatione omnium, & singulorum dignitatum, beneficiorum, officiorum, & feudorum Ecclesiasticorum per eos quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, eo ipso per contrafacientes incurrendis pœnis districtius inhibemus, Ac quascunque receptiones, promotiones, electiones, & admissiones absque processu, certeque de Religione, & fide Catholica notitia, ac dicta fidei professione sic (vt prefertur) precedente, pro tempore factas, nullas, inualidas, nulliusque roboris, vel momenti esse, neque cuiquam in iudicio, vel extra suffragari posse, sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, et diffiniri debere, ac quicquid secus a quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus &c.

Forma autem dictę professionis Fidei hęc est.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quę continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet; Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cęli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium, & in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula Deum de Deo, lumen de lumine Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis, & in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas, & vnam sanctam catholicam, & Apostolicam ecclesiam, confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam vẽturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem ecclesiæ observationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector.

Item sacram scripturam, iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum admitto; neceam vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere, & proprie sacramenta nouæ legis a Iesu

su Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, confirmationem, & ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoq; & approbatos Ecclesię Catholicæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solenni administratione recipio, & admitto.

Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propiciatorium sacrificium pro viuis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse vere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem catholica ecclesia transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sua altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuuari.

Similiter, & Sanctos, vna cum Christo regnantes, venerandos, atque inuocandos esse eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac veneration em impartiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium ecclesiarum matrem, & magistram agnosco.

Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro.

Cetera item omnia a sacris canonibus, & œcumenicis concilijs, ac præcipue a Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, simulque cõtraria omnia, atque hæreses quascunque ab ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo.

Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, vsque ad extremum vitæ spiritum constantissime, Deo adiuuante retinere, & confiteri, atque a meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari quantum in me erit curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro: sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

PROFESSIO ORTHODOXAE FIDEI A GRAECIS FACIENDA, iußu fe. re. Greg. Papæ xiij. edita.

EGo firma fide credo,& profiteor omnia,& singula,quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur,videlicet.

Credo in vnum Deum,Patrem omnipotentem,factorem cæli,& terræ, visibilium omnium,& inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen, de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines,& propter nostram salutē descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine,& homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus,& sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cælum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos,& mortuos,cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre,& Filio simul adoratur,& conglorificatur: qui loquutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Credo etiam, suspicio, atque profiteor ea omnia, quæ sacra œcumenica Synodus Florentina super vnione Occidentalis,& Orientalis, Ecclesiæ diffinuit,& declarauit, videlicet; quod Spiritus Sanctus a Patre, & Filio æternaliter est; essentiam suam, suumq; esse subsistens habet ex Patre simul, & Filio; & ex vtroque æternaliter, tanquam ab vno principio,& vnica Spiratione procedit. Cum id quod Sancti Doctores, & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum, Sanctum, ad hāc intelligentiā tendat; vt per hoc significetur Filium, quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero, principium subsistentiæ Spiritus Sancti, sicut & Patrem. Cumque omnia quæ Patris sunt, ipse Pater vnigenito Filio suo gignendo dederit, præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiam genitus est. Illamque verborum illorum, Filioq; explicationem, veritatis declarandæ gratia,& imminente tunc necessitate, licite, ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

Item in azymo, siue fermētato pane triticeo corpus Christi veraciter confici: Sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, vnumquemque scilicet iuxta suæ Ecclesiæ, siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem.

Item si vere pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfacerint, & omissis, eorum animas pœnis Purgatorij post mortem purgari: & vt a pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes,& eleemosynas & alia pietatis officia, quæ a fidelib. pro alijs fidelib. fieri consueuerunt secundum Ecclesiæ instituta. Illorumque animas, qui post Baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrent, illas etiam quæ post contractam

ctam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum, vnum sicuti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas.

Item sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem ac Doctorem existere, & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in actis œcumenicorum Conciliorum, & in sacris Canonibus continetur.

Insuper profiteor ac recipio alia omnia, quæ ex decretis sacræ œcumenicæ Generalis Synodi Tridentinæ, Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia, etiam vltra cõtenta in supradicto fidei Symbolo, profitenda, ac recipienda proposuit atque præscripsit vt sequitur.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & Constitutiones firmissime admitto, & amplector.

Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto; nec eam vnquam nisi iuxta vnanimen consensum patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoq; septem esse vere, & proprie sacramenta nouæ legis a Iesu Christo Domino nostro institutа, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine Sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoq; & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solenni administratione recipio, & admitto.

Omnia, & singula, quæ de peccato Originali, & de Iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro viuis, & defunctis, atq; in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi; fieriq; conuersionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantum specie, totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

Constanter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuuari. Similiter, & Sanctos vna cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmissime assero imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, nec non

aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem, a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem, & magistram agnosco, Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro.

Cetera item omnia a sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipue a Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor, simulque contraria omnia, & schismata atq; hæreses quascunq; ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, anathematizo, & abiuro.

Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, Deo adiuuante, retinere, & confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorũ cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum.

Ego idem Spondeo,
Voueo, ac iuro: Sic meus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euang.

FORVM COMPETENS.

PRÆTER Summistas sciendum est qualiter contra personas ecclesiasticas foro suo renunciantes, vel alias personas ecclesiasticas ad forum laicale trahentes extat decretalis Innocentii tertii relata in cap. si diligenti, de foro compe. quæ fuit innouata, & ampliata per Martinum Quintum fol. 62. in Bullario tenoris sequentis. Martinus episcopus seruorum Dei.

Ad reprimendas insolentias transgressorum, eorumue præsumptionem refrenandam, si neruus ecclesiasticæ disciplinæ lenescat, eorum voluntas procliuior fit ad peccandum, & exemplum impunitatis periculosius in alios deriuatur. Propter quod ad præsidentis officium pertinet, sic debitam executionem adhibere iustitiæ, quod commissa iam puniat, & committendorum in posterum audaciam interdicat. Sane sicut displicenter accepimus nonnulli diuersorum regnorum, & terrarum iudices, alijque officiales laici, & laicales personæ, iurisdictionem in temporalibus exercentes, exercerique facientes, non attendentes, quod laicis in clericos, & ecclesiasticas personas, & illorũ bona, nulla sit attributa potestas prætextu huiusmodi (quod asserã t in suis dominiis ad se pertinere) coercere via facti, q̃ ve re, & fiere attentata asseruntur etiam in quocunque loco sacro, vel religioso quantũcunque Deo dicato, ex quacumque causa etiam si ratione delationis corporis Christi, collationis sacramentorum, & beneficiorum ecclesiasticorum venditionis factarum, aut aliarum rerum, & bonorum ad ecclesias, & ecclesiasticas personas pertinentium quomodocunque, etiam si sola negatione, vel affirmatione facti interueniat, & ad eos recurratur, cognitionem ad se spectare pro eo quod factum, & nouitas, quæ prętenduntur etiam sine

alia

alia violentia, quãuis in loco spirituali, & in loco sacro, siue religioso, eo quod immediate, vt prætenduntur, spiritualia non exigant) propterea ministros ecclesię, & personas ecclesiasticas, quantũcumque res, causa, vel occasio vnde pendeat, & deriuantur, pia, sacra, vel ecclesiastica sit, aut spiritualis, ad forum suum, & ipsarum cognitionem trahunt, & respondere cogunt. Nec non procuratores fiscales in eorijs tẽporalibus multories agere procurãt, ad quos (quod deterius est) nõnulli prælati, & personæ ecclesię in superbiã, & elationem dati, ad superandum, sibi subiiciendum per tales inuentiones, & cautelas alias personas ecclesiasticicas, & religiosas, habent plerumque recursum, & propterea in eisdem regnis, & terris, ciuitatibus, castris, & locis, authoritas, & iurisdictio ecclesiastica penitus absorbentur, & nihilominus ipsi laici iudices, aliis laicis respondent in foro ecclesiastico super rebus quantumcunque ecclesiasticis, vel spiritualibus, & concernentibus immediate ecclesiasticas personas, ne respondeant, & iudicibus ecclesiasticis ne cognoscant, inhibitiones fieri sub grauibus pęnis temporalib. faciunt & procurant, & si secus fecerunt, emendam pecuniariam, excessiuam exigere, ac vastatores in domib. & pijs aliis locis ecclesiasticis, & religiosis inducere, ac loca ipsa personasque ecclesiasticas iocalib. & paramentis ecclesiasticis, & bonis mobilib ac aliis spoliare, illaque vendere, & alienare, fructus quoque, & prouentus ad tẽporalitatem ad manus suas ponere, nec non diuersas iniurias, & molestias reales, & personales eisdem personis ecclesiasticis inferre non verentur in Dei offensam, animarum suarum periculum, ecclesiasticæ libertatis vilipendium, & plurimorum grauamen, præiudicium, & iacturam. Nos igitur aduersus talia præsumentiũ temeritatem remedia apponere, & super his salubriter prouidere cupientes, ac concilii Mileuitan. ac fel. re. Innocẽtii Papę tertii prędecessoris nostri Cõstitutionib. super hoc editis, auctoritate Apostolica, ex certa scientia, hac nostra irrefragabili Constitutione perpetuo duratura tenore præsentium statuimus, decernimus ac etiam ordinamus, quod omnes, & singulæ personæ ecclesiasticæ sæculares, & regulares ordinum quorumlibet, quacumque exceptione suffultæ etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, episcopali, Abbatiali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, quæ aliam personam ecclesiasticam, collegium vel conuentum in actione reali, mixta, vel personali, ciuili, vel criminali, etiam occasione cuiuscumque submissionis, etiam iuramento vallatæ, vel alias ad finem, siue iudicium laicale directe vel indirecte (de qua in foro ecclesiastico ordinari consueuerit, possit, vel debeat, de iure, vel de consuetudine, aut alias cognosci) trahere præsumpserit causam ipsam, & omne ius eis, siue eis, in possessorio, vel petitorio iure, vel ad rem, causa vel occasione huiusmodi quomodolibet competens, eo ipso perdant penitus, & amittant, & singulares personę excommunicationis, Capitula vero, & conuentus suspensionis, & interdicti sententias incurrant ipso facto, & si personæ ipsæ, & eis in prędemissis adhærentes, & seruientes in aliquo rebelles fuerint, & in continenti non obedierint, omnes illas per priuationem suorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, quæ obtinebant, & in quibus, & ad quæ ius quomodolibet competit, & inhabilitationem ad alia in posterum obtinenda, coerceri, & compelli volumus ante dictas, & nihilominus omnes, & singulos iudices, & executores, communitates, dominia, laicos, & laicales personas, postquam exceptum fuerit de non iurisdictione eorum, aut euidenter appareat huiusmodi cognitionem ad eos de iure non spectare, talia prędementes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine, & mandato facta rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel fauorem, cuiuscunque præeminentiæ

dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existat, sæculares personas; eorum videlicet singulos officiales, quocumque nomine censeantur, & consiliarios, & priuatas personas, quæ præmissorum principales perpetratores existerent excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullusque ab eisdem sententijs, per alium, quam per Romanum Pontificem præterquam in mortis articulo constitutus absolui valeat, Siue possit, & præmissa omnia non tantum ad futura, sed etiam ad præsentia, & pendētia extendimus auctoritate memorata; quodque etiam procurator fiscalis causarum, curiæ cameræ Apostolicæ contra culpabiles in præmissis desuper Summaria informationes præhabita, per se vel alium, seu alios agere, & procedere possit, & valeat, nihilominus concedentes. Non obstante si aliquibus communiter, vel diuisim a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de eorum propriis nominibus, ac indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet constitutionibus, priuilegiis indultis, & literis Apostolicis, de quibus etiam plena, & expressa ac de verbo ad verbum in nostris literis habenda est mentio specialis ceterisque contrarijs quibuscūque. Nulli ergo &c. nostrorum statuti, decreti, ordinationis, & volentis infringere &c. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos Cal. Februarii Pontificatus nostri anno vndecimo.

Pro militibus Regularibus S. Ioannis extat Clem. VIII. Constitutio tenoris sequentis.

Clemens. Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

AEqua, & circumspecta Romani Pontificis prouidentia inter cetera, quę ei diuinitus incumbunt onera, illud etiam sollicite prospicere, & cauere debet, ne sæculares iudices in personas ecclesiasticas, & præsertim hospitalis, S. Ioannis Hierosolymitani, pro fidei Catholicę aduersus Christiani nominis hostes defensione assidue laborantes sub prætextu criminis assassinii vltra quam deceat manus extendant; Propterea nos pro pastoralis officii nostri munere his malis atque incommodis, quæ de cetero euenire possent opportūa ratione obuiare volentes, & vt Milites Religiosi, ac personæ hospitalis prædicti in suis immunitatibus, & priuilegijs vt par est conseruentur illæsi. Motu proprio non ad ipsius Religionis, aut alicuius pro ea nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac nostra perpetuis futuris temporib. valitura constitutione, Decernimus, declarationem criminis assassinii ad iudicem ecclesiasticum omnino pertinere, Ideoque omnibus, & singulis quarumcunque ciuitatum, Prouinciarum, Terrarum, Regnorum, & Dominiorum curiis Tribunalibus, Magistratus, nec non gubernationibus, Potestatibus, officialibus, & Ministris ceterisque personis quacumque etiam Regali, Imperiali, & alia auctoritate, & potestate fungentibus, & functuris auctoritate Apostolica tenore præsentium districte prohibemus, atque interdicimus, ne sub excommunicationis maioris lata sententia, a qua non nisi a Romano Pontifice præter quam in mortis articulo constituti absolui nequeant, aliisque pœnis nostro, & successorum nostrorum pro tempore existentium abstritio infligendis, & per quemcumque eorum ipso facto, & ipso iure sine aliqua declaratione incurrendis, audeant, vel quoquomodo præsumant ex nunc de cetero in perpetuum contra aliquos dicti hospitalis Fratres, Milites, ac Religiosos, Donatos, Familiares, seruitores, nec non Presbyteros sæculares eorum ecclesiis inseruientes dum eis inseruiunt, & alias quasuis personas dicti Hospitalis declaratoriam ali-

quam

quam sententiam ferre, quod assassinii crimen commiserint, neque ad pœnarū exequutionem deuenire, nisi prius per superiores eorum adiuncto sibi loci episcopo, declaratum fuerit eos tale assassinium cōmisisse, non obstante quauis etiā antiquissima, & immemorabili consuetudine in contrarium forsan quomodolibet vrgente. Decernentes quoque sic in præmissis omnibus per quoscunque iudices, & commissarios ecclesiasticos & sæculares quauis etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quacunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore iuris clausis, nec non statutis legib. & consuetudinib. Priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis huiusmodi curiis tribunalib. magistratib. & alijs supradictis eorumq; iudicibus, ac aliis superioribus, & personis sub quibuscunque tenorib. & formis, ac cum quibuscumque clausulis, & decretis in contrariū forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus cōb. etiam si de illis eorumq; totis tenorib. specialis, specifica & individua mentio facienda esset, illarum huiusmodi tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alios in suo robore permansuris latissime hac vice specialiter, & expresse derogamus, ceteris que contrariis quibuscumq; volumus autem quod præsentiū transumptis ét impressis manu Notarii Publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadē prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 18. Decembsis 1595. Pontificatus nostri anno quarto.

M. Vestrius Barbianus.

Romæ apud Impressores Camerales 1595.

De pœnis contra assassinos est tex. in capit. 1. de homi. in 6. Diaz. in pract. crimi. cano. in verbo per assassinos alios interfici mandantes, vbi Igna. Lopez. in additio. & nota Declarationem criminis assassinii contra personas ecclesiasticas ad iudicem ecclesiasticum de iure spectare, vide Iulium Clar. in pract. cri. q. 36. sub nume. 31. Capic. decis. 112. & 155. sub num. 25. Gram. voto 8. & 11. post. Doc. in d.c. 1. de homi. & dicuntur assassini etiam si promissio sit incerta Vinc. de Franc. decis. 176. quib. adde Menoch. de arbitra. iud. lib. 2. centur. 4. casu. 360. sub nu. 41. vbi multa ad intelligentiam, & declarationem. d.c. primi. de homi. & quando punitur affectus, effectu non sequuto.

GRAECORVM RITVS.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod Græci de iure communi sunt subiecti Episcopo Latino loci ordinario, in quo degunt. c. quod translationē, de tempo. ordin. facit tex. in c. quoniam, de offic. ord. & sacerdotes Græci vtuntur legitimo matrimonio contracto in laicali habitu, vel dum erant in minorib.

c. cum

c. cum olim, de cler. coniug. c. quæsitum. de pœn. & rem. ibi gl. mores tamen ac ritus Græcorum tolerandi non sunt, in his quæ periculum generant animarum, & ecclesiasticæ derogant honestati. c. fin. de baptismo. Et de reformatione Græcorum, eorumque erroribus tollendis, fuerunt nuper Romæ editæ Constitutiones tenoris seq.

Perbreuis instructio super aliquibus ritibus Græcorum ad Reuerendissimos Patres DD. Episcopos Latinos, quorum ciuitatibus, vel diœcesibus Græci, vel Albanenses Græco ritu viuentes degunt, ac literæ quædam Apostolicæ ad ipsos Græcos, & eorum ritus pertinentes, nec non firma professionis Fidei orthodoxæ a Græcis ad vnitatem S. R. E. venientibus faciendę, Mandato Sanctiss. D. N. D. Clementis Papæ VIII. simul excusæ Romæ apud Impressores Camerales Anno Domini. 1597.

Circa Sacramentum Baptismi.

Presbyteri Græci baptizatos chrismate in fronte non consignent, & ideo ab ipsis in ordine baptismi apud eorum euchologium prætermittantur, quæ sequuntur post illa verba καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν & c. vsque ibi εἶτα ποιεῖ ὁ ἱερεὺς σχῆμα κυκλου hoc est & post orationem &c. (vbi habetur forma huius consignationis) vsque ad verba: postea facit sacerdos figuram circuli &c.

Circa Sacramentum Confirmationis.

Episcopi Latini infantes, seu alios baptizatos a presbyteris Græcis de facto chrismate in fronte consignatos confirment, & tutius videtur, vt cum cautela & sub conditione id faciant (videlicet si es confirmatus, ego te non confirmo, sed si non es confirmatus, ego consigno te † signo crucis † & confirmo te chrismate salutis † in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti) præsertim vero cum verisimiliter dubitari potest, quod ab episcopis Græcis fuerint baptizati.

Circa Sacramentum Eucharistiæ.

Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum quod pro infirmis asseruatur, singulis octo diebus, aut saltem quindecim renouetur.

Non asseruetur idem sacramentum toto anno, si tamen asseruatum fuerit, saltem in fine anni sumatur.

Tollatur abusus tundendi, vel etiam miscendi sacro oleo, ac iterum coquendi, vel alias exsiccandi species Sacramenti sacræ Eucharistiæ feria quinta Cænæ Domini, vt deinde illud asseruent.

Si Græci velint accipere altaria portatilia ab Episcopis Latinis consecrata bene erit, sin minus tolerentur eorum thioni, siue throni super altaria lapidea ponendi cum celebrant.

Corporalia vti Latini habeant nisi thionis etiam pro corporalibus vtantur.

Circa Sacramentum Pœnitentiæ.

In casu necessitatis presbyteri Græci Catholici possint Latinos absoluere.

Vtantur forma absolutionis in generali Concilio Florentino præscripta, & po-

& postea si voluerint, dicant orationem illam deprecatiuam, quam pro forma huiusmodi absolutionis dicere tantum consueuerunt.

Tollendus abusus, vbi est, vt vir atque vxor simul, & eodem tempore eidem presbytero confiteantur.

Aqua ex ritu Græco in die Epiphaniæ, vel primo die mensis benedicta, conseruetur in ecclesia, vt illa fideles aspergantur. Circa oleum Sanctum Catechumenorum, & Infirmorum.

Non sunt cogendi presbyteri Græci olea sancta, præter Chrisma ab episcopis Latinis Diœcesanis accipere, cum huiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum, & sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, seu benedicantur. Chrisma autem, quod non nisi ab episcopo etiam iuxta eorum ritum benedici potest, cogantur accipere. Prohibeantur vero ab episcopis Græcis externis schismaticis, seu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ communionem non habentibus illud accipere, vel eo vti.

Circa Sacramentum Ordinis.

Ordinati ab episcopis schismaticis, alias rite ordinatis seruata debita forma, recipiunt quidem ordinem, sed non executionem.

Proinde ordinati ab episcopis schismaticis, correcti vel emendati reconciliandi sunt, & absoluendi cum pœnitentijs salutaribus, dummodo errores, vel saltem schisma ordinatoris abiuret in iudicio, vel publice, vel secreto pro qualitate facti. In ordinibus autem per eos alias rite susceptis ministrare non permittantur, nisi cum ipsis super irregularitate huiusmodi occasione contracta auctoritate Sanctæ Sedis Apostolicæ fuerit dispensatum.

Non sunt admittendi episcopi schismatici siue pro ordinibus siue pro aliis sacramentis conferendis, sed detinendi quo ad Sancta Sedes Apostolica desuper consulatur, & responsum habeatur.

Græci sine literis dimissorijs episcopi Latini Diœcesani ad sacros ordines promoti, suspensi sunt, & si suspensi suis ordinibus ministrauerint, efficiuntur irregulares, sicut & Latini.

Super huiusmodi autem & similibus irregularitatibus dispensandi facultatē a Sancta Sede Apostolica obtineri oportet.

Si episcopus Latinus Græcum aliquem ordinare voluerit, qui a presbytero Græco in Baptismo Chrismate in fronte de facto fuerit consignatus, debet illum antea confirmare, saltem sub conditione, videlicet Nisi es confirmatus &c. vt supra. Presbyteri vidui, seu vxoribus orbati, habitum deferant diuersum ab alijs.

Circa Sacramentum Matrimonij.

Curent ordinarij locorum, vt decretum Sacri Generalis Concil. Tridentini de reformatione matrimonij vertatur in linguam Græcam vulgarem, & in locis & parochiis Græcorum, Albanensium euulgetur, & publicetur.

Matrimonia inter coniuges Græcos dirimi, seu diuortia quo ad vinculum fieri nullo modo permittant, aut patiantur, & si qua de facto processerunt, nulla & irrita declarent.

Maritus Latinus, vxoris Græcæ ritum non sequatur.

Latina vxor non sequatur ritum mariti Græci.

Græca

Græca vero vxor sequitur ritum mariti Latini.

Quod si id fieri non possit quisque coniugum in suo ritu,

Catholico tamen, manere permittatur.

Proles sequatur patris ritum, nisi prævaluerit mater Latina. Presbyter Græcus coniugatus ante Sacrum Sacrificium, seu Sanctam Missam celebrandam, vel per hebdomadam, vel per triduum abstineat ab vxore.

Circa alia dogmata.

Græci credere tenentur, etiam a filio Spiritum Sanctum procedere, sed non tenentur pronunciare, nisi subesset scandalum, præsertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem catholicam, quia tunc oporteret etiam pronunciare.

Nunquam monachis Græcis, seu Calogeris animarum cura committatur, nisi ex necessitate, vel alia iusta causa.

Presbyteri seculares Græci abiuratis schismate, & erroribus, atque in fide Catholica bene instructi in parochialibus, seu curatis ecclesijs Græcorum instituí possunt.

Tolerandus est apud Græcos vsus carnium die Sabbathi, vbi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum, & inter eos tantum.

Item tolerandum est, vt ad ieiunium eodem die Sabbathi in Quadragesima excepto vno Sabbato Sancto, ex antiqua traditione non teneantur, sed duntaxat abstinentiam.

In ieiunijs biduanis, vel triduanis, vel alias a Diœcesanis, vel in Iubilæis a Summo Romano Pontifice indictis, dies Sabbati in eis comprehensus, vel præscriptus in alium diem pro plebibus Græcis ab ipsius Diœcesanis, Apostolica auctoritate Sanctissimi D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ VIII, permittitur commutari.

Si ipsi Græci ad obseruationem ieiuniorum, & vigiliarum Latinæ ecclesiæ induci possent, optimum esset, sed non cogantur, cum ipsi qualibet hebdomada, & feria quarta & sexta ieiunent.

Græci existentes inter Latinos, dies festos de præcepto eiusdem Latinæ Ecclesiæ seruare teneantur.

Insuper idem Sanctissimus Dominus noster constituit Romæ habendum esse Episcopum Græcum Catholicum, qui Græcos Episcopis Latinis Italiæ, & Insularum adiacentium subiectos, ab Episcopo Græco ordinari volentes, cum illorum dimissorijs, ad id tantum concedendis, ritu Græco ordinet.

Item mandauit, vt ad maiorem instructionem Dominorum Episcoporum Latinorum, imprimantur cum hac ipsa Decretales, seu literæ quædam Apostolicæ ad Græcorum ritus pertinentes: ac etiam professio orthodoxæ fidei, a Græcis, qui ad vnitatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ veniunt, facienda.

Ita Sanctitas Sua ex sententia Congregationis super reformatione Græcorũ decreuit, & declarauit, ac fieri mandauit Romæ in Palatio Montis Quirinalis, apud Sanctum Marcum die 31. Mensis Augusti, Anno Domini 1595. Pontificatus sui Anno Quarto. Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.

INNO-

INNOCENTII PAPÆ VIII. Bulla, seu Literæ ad Episcopum Tusculan. Apostolicæ Sedis Legatum in Regno Cypri, quæ extant in eius Regesto Bullarum Pontificatus sui anno 11. apud Bibliothecam Vaticanam. Super Ritibus Græcorum, qui tolerari, vel non tolerari possunt.

Innocentius &c. Episcopo Tusculano Apostolicæ Sedis Legato.

SVB Catholicæ professione fidei, atque cultu consistere, ac proficere vniuersos ceteris nostræ mentis desiderabilibus præferentes, illud tanquam acceptabilius pleniori desiderio cupimus, & ad hoc velut operatiuum salutis præcipuum intimis affectibus anxius aspiramus. Hęc inquam vnio, siue connexio cordi nostro inæstimabilis gaudii rorem infunderet, si varias gentium nationes eiusdem obseruantia fidei in vnum acceptabilem in Christo populum adunaret. Id vtiq; anxiæ nostræ mentis ardorem affluentis lętitiæ refrigeraret irriguo, si omnes, quos olim in vnum catholicum gregem ouile collegit Domini, cum multi ab eo discesserint, in idem indiuiduum Collegium vnius pastoris solidaret magisteriũ, & custodia communiret. O si Orientalibus Oriens ex alto luceret, & sui luminis illustratione ipsos ad Catholicam reduceret vnitatem, vt cum reliquis orthodoxis in vnius aulæ collecti gremio, de matris Ecclesiæ vbere fluenta doctrinæ salutaris hauirent, tunc ipsi Ecclesiæ proueniret magnum, & desiderabile salutare: tunc eius vterus sobole geminata concresceret, tunc Orientalibus oriretur supernæ illuminationis aurora, tunc eis clarescceret lucifer veritatis; tunc per vniuersam ecclesiam inundantis gaudij erumperet plenitudo; tunc exultatione nimia clarescceret totus orbis, quia valde bonum, & iucundum existeret fratres simul in domo Domini habitare, tunc eadem ecclesia multiplicata lætitia nouæ iucunditatis canticum personaret. Verum quia nonnulli Græcorum iamdudum ad deuotionem Sedis Apostolicæ redeuntes ei reuerenter obediunt, & intendũt, licet expedit, vt mores ac ritus eorum quantum cum Deo possumus tolerantes, ipsos in Ecclesiæ Romanæ obedientia præseruemus: quamquam in his, quæ animarum periculũ parerent, vel honestati Ecclesiasticæ derogarent, nec debeamus illis deferre aliquatenus, nec velimus. Sane inter Ven. Fratrẽ nostrum Archiepiscopum Nicosien. & eius suffraganeos Latinos ex parte vna, & Episcopos Græcos Regni Cypri ex altera, de quibusdam certis articulis, discordiam, & turbationem fore subortam, & eorundem tenorem articulorum, ac responsiones ipsorũ Græcorum ad illos, nobis, vt melius possemus instrui super eis, plene, ac prouide per tuas literas intimasti, solicite requirendo, vt prouidere super hoc Apostolicæ diligentia curaremus. Nos autem literis ipsis affectuose receptis, earum seriem, & ipsos articulos, ac responsiones easdem, & cetera, quæ continebantur in illis, vna cum Fratrib. nostris perlegimus, intelleximus diligenter, prudentiam tuam multipliciter in Domino commendantes, & meditantes, ac deliberantes super his,
1 prout rei qualitas exigebat. Circa hæc itaque sic deliberatio nostra resedit, vt Græci eiusdem Regni in vnctionib. quæ circa baptisma fiunt, morem Ecclesiæ Roma-
2 næ teneant, & obseruent. Ritus vero seu consuetudo, quam habere dicuntur vngendi per totum baptizandorum corpora, si tolli sine scandalo, vel remoueri non põt, cum siue fiat, siue non, quantũ ad baptismi efficaciam, vel effectum non
3 multum referat, tolleretur. Nec refert ẽt vtrũ in frigida, vel calida aqua baptizẽt,
4 cum parẽ vim, & effectũ in utraq; baptismũ habere asseuerare dicantur. Soli autem.

tem Episcopi consignent chrismate in frontibus baptizatos, quia huius vnctio non debet, nisi per Episcopos exhiberi: quoniam soli Apostoli, quorum vices gerunt Episcopi per manus impositionem quam confirmatio, vel frontis chrismatio repræsentat Spiritum Sanctum tribuisse leguntur. Singuli quoque Episcopi
5 in suis ecclesiis in die Cænæ Domini possunt secundum formam Ecclesiæ Chrisma conficere ex balsamo quidem & oleo oliuarum. Nam Spiritus Sancti donũ in Chrismatis vnctione confertur: Et columba vtique, quæ ipsum designat Spiritum, oliuæ ramum ad archam legitur retulisse: sed si suum antiquum ritum in hoc Græci potius seruare voluerint, videlicet quod Patriarcha vna cum Archiepiscopis & Episcopis eius suffraganeis, & Archiepiscopi cum suffraganeis suis si-
6 mul Chrisma conficiant in tali eorum consuetudine tolerentur. Nullis autem per Sacerdotes; vel Confessores pro satisfactione pœnitentiæ vnctio aliqua so-
7 lummodo iniungatur. Infirmis vero iuxta verbum Iacobi Apostoli, vnctio exhi-
8 beatur extrema. Porro in appositione aquæ, siue frigidæ, siue calidæ, vel tepidæ in altaris sacrificio, suam si velint consuetudinem Græci sequantur, dummodo ete-
9 dant, & asserant, quod seruata Canonis forma conficiatur pariter de vtraque. Sed Eucharistiam in die Cænæ Domini consecratam, vsque ad annum, prætextu infirmorum, vt de illa videlicet ipsos communicent, non reseruent, liceat tamen eis pro infirmis ipsis corpus Christi conficere, ac per quindecim dies, & non longiori temporis spacio conseruare, ne per diutinam ipsius reseruationem, alteratis forsitan speciebus, reddatur minus habile ad sumendum, licet veritas & efficacia semper eadem omnino remaneat, nec vlla vnquã a diuturnitate, seu vola-
10 bilitate temporis euanescat. In celebratione vero solẽnium, & aliarum Missarũ, & de hora celebrandi eas, dummodo in confectione, vel consecratione formam verborum a Domino expressam, & traditam obseruent, & celebrãdo non trans-
11 grediantur horam nonam, suam sequi consuetudinem permittantur. Sacerdotes autem dicant horas canonicas more suo, sed Missam celebrare, prius quam
12 officium matutinale compleuerint, non præsumant. Promouendi vero ad Sacerdotium & presbyteri, qui præficiendi fuerint Ecclesiarum regimini, examinẽtur antea diligenter, præcipue de horis canonicis, & Missarum officijs, secundũ distinctionem temporum exequendis, sint sufficienter instructi, vt ad hæc non
13 nisi digni & idonei admittantur. Ceterum vnusquisque sacerdos in aureo, vel argenteo solum, aut saltem stãneo calice sacrificet, habens corporale de lino candidum & nitidum, & altare mundis vestimentis opertum, vel decentibus para-
14 mentis. Mulieres autem seruire ad altare non audeant, sed ab illius ministerio
15 repellantur omnino. De ieiunio vero diei Sabbati Quadragesimali tempore, quamquam honestius, & salubrius, Græci agerẽt, si sic toto illo tẽpore abstinerent vt nec vnico die institutum ieiunium violarent, teneant, & seruent pro libito
16 morem suũ. Sacerdotes quoq; coniugati, & alij quib. parochiarum cura, vel ecclesiarum parochialiũ regimen per episcopos suos cõmittitur, licite, ac libere possint parochianorum suorum cõfessiones audire, ipsisque pœnitentiam iniungere pro peccatis: quia cui licet, vel conceditur quod est maius, competit nimirũ, nec negari cõuenit quod est minus liberum tamen sit ipsis Episcopis viros alios idoneos coadiutores, & cooperatores habere in audiendis confessionibus, & præ-
17 nitentiis iniungendis, ac ceteris quæ ad salutem pertinent animarum. Ipsisque in his per eorũ diœceses absq; Sacerdotũ ipsorũ præiudicio, & grauamine committere vices suas, cum propter occupationes multiplices, & occasiones varias possit contingere, quod nequeãt per easdem diœceses officium suum exequi per

18 se

18 se ipsos. De fornicatione autem quam solutus cum soluta committit, quin sit
mortale peccatum, non est aliquatenus ambigendum, cum tam fornicarios, quã
adulteros a regno Dei Apostolus asserat alienos. Ad hæc volumus, & expresse prę
19 cipimus, quod episcopi Græci septem ordines secundum morem Ecclesiæ Roma
næ de cetero conferant, cum huc vsque tres de minoribus circa ordinandos ne-
glexisse vel prætermisisse dicantur. Illi tamen qui iam sunt taliter ordinati per
eos, propter nimiam ipsorum multitudinem, in sic susceptis ordinibus toleren-
20 tur. Quia vero, secundum Apostolum, mulier mortuo viro ab ipsius est lege solu
ta, vt nubẽdi cui vult in Domino liberam habeat facultatem, secundas & tertias,
ac vlteriores etiam nuptias Græci non reprehendant aliquatenus, nec condem-
nent, sed potius illas approbent inter personas, quæ alias licite ad invicem ma-
trimonio iungi possunt.

21 Secundo tamen nubentes presbyteri nullatenus benedicant. Et quoniam apud
22 eos consueuerunt contrahi matrimonia inter personas contingentes se iuxta
eorum computationem octauo gradu, qui secundum computationem, & di-
stinctionem graduum, quam nos facimus, apud nos quartus habetur, ne id præ-
sumatur deinceps firmiter prohibemus: districte præcipientes, vt cum in vlterio
ribus gradibus licite matrimonia contrahantur, in prædicto quarto consanguini
tatis, vel affinitatis gradu copulari vlterius non præsumant, statum in hoc gene-
ralis Concilij obseruantes. Illos tamen qui iam in gradu huiusmodi contraxe-
23 runt, dispensatiue permittimus in sic contracto matrimonio remanere. Den i-
que cum veritas in Euangelio asserat, quod si quis in Spiritum Sanctum blas-
phemiam dixerit, neque in hoc sæculo, neque in futuro dimittetur ei: per quod
datur intelligi quasdam culpas in præsenti, quasdam vero in futuro posse sæculo
relaxari, & Apostolus dicat, quod vnius cuiusque opus, quale sit, ignis probabit,
& cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen qua-
si per ignem, & ipsi Græci vere, ac indubitanter credere, ac assirmare dicantur, ani
mas illorum, qui suscepta pœnitentia, ea non peracta, vel qui sine mortali pecca-
to, cum venialibus tamen, & minutis decedunt, purgari post mortem, & posse suf
fragijs Ecclesiæ adiuuari. Nos, quia locum purgationis huiusmodi dicunt non
fuisse sibi ab eorum Doctoribus certo, & proprio nomine iudicatum quidem iux
ta traditiones, & auctoritates Sanctorum patrum Purgatorium nominantes,
volumus quod de cetero apud ipsos isto nomine appelletur, illo enim transito-
rio igne peccata vtique, non tamen criminalia, seu capitalia, quæ prius per
pœnitentiam non fuere remissa, sed parua, & minuta purgantur, quæ post mor-
24 tem etiam grauant, si in vita non fuerint relaxata. Si quis autem absque pœniten
tia in peccato mortali decedit, hic procul dubio æternæ gehennæ ardoribus per-
25 petuo cruciatur. Animæ vero paruulorum, post baptismi lauacrum, & adulto-
rum etiam in charitate decedentium, qui nec peccato, nec ad satisfactionem ali
26 quam pro ipso tenentur, ad patriam protinus transuolant sempiternam. Ordi-
nationes demum, & instituta regularia Sanctorum patrum de vita, & statu Mo-
nachorum præcipimus ab Abbatibus, & Monachis Græcis inuiolabiliter obser-
uari. Fraternitatem itaque tuam hortamur attente, per Apostolica tibi scripta
mandantes, quatenus præmissa omnia Episcopis Græcis præfati Regni seriatim,
& diligenter exponi facias, districte ipsis iniungens, vt ea solicite attendere, stu
diose tenere, ac efficaciter procurent, & a suis faciant subditis obseruari. Memo-
moratis autem Archiepiscopo Nicosien. & eius suffraganeis Latinis firmiter au
ctoritate nostra præcipias, vt eosdem Græcos super præmissis contra huiusmodi

proui-

prouisionem,& deliberationem nostram non inquietent aliquatenus,nec molestent.Contradictores eadem auctoritate,appellatione postposita,compescendo. Non obstantibus si prædictis Archiepiscopo,& suffraganeis, vel quibuscunque aliis a Sede Apostolica sit indultum,quod interdici,suspendi, vel excommunicari,non possint per literas Apostolicas plenam,& expressam ac de verbo ad verbum non facientes de indulto huiusmodi mentionem,Datum Lateran.ii. Non. Martii.Anno 11.

LITERÆ PII PAPÆ IIII. In forma Breuis per quas Ecclesiæ Græcorum,earumque Prælati,& administratores visitationi,ac superioritati Ordinariorum subiiciuntur.

Pius Papa Quartus, Ad futuram rei memoriam.

ROMANVS Pontifex præcipuus æquitatis,& religionis assertor,facultates,& gratias ab Apostolica Sede concessas,ex quibus tempore procedente animarū pericula,& inter Catholicos scandala prouenire animaduertit,pro sui pastoralis officii debito maturereuo care cōsueuit.Sane nōnulli locorū ordinarii nuper ad audientiā nostram referri curarūt,quod in quampluribus Regni Siciliæ citra & vltra Pharum,& aliis Christiani nominis Ciuitatibus,& locis magna Græcorum,tam Religiosorum & sæcularium clericorum,quam laicorum multitudo reperitur,qui Ecclesiæ Græcæ mores,& ritus obseruantes,seque suos proprios eiusdem nationis Prælatos habere,ac illis,non autem locorum ordinarijs subesse,sed immunitatum,aliorumque priuilegiorum sibi per fel. rec. Leonem X. Paulum III. Iulium etiam III. & forsan alios Ro. Pont. prædecessores nostros,& dictam Sedem antiquitus concessorum prætextu,se ab eorundem ordinariorū iurisdictione,& superioritate exemptos esse prætendentes,impunitate sibi proposita,in diuersas hæreses,nefariasque opiniones,& absurda deliramenta passim prolabuntur,asserentes inter alias eorum blasphemias nullum esse defunctorum Purgatorium,Rom. Pontif. aliquam in eos iurisdictionem,vel auctoritatem habere negantes,indulgentias ab illo concessas damnantes,Ecclesiasticas sententias & censuras ab eo latas spernentes,Sanctissimæ Dei Genetricis Virginis Mariæ,Beatorum Apostolorum,& aliorum Dei Sanctorum festiuitates ab Ecclesia Romana,sanctisque Patribus ordinatas non obseruantes,Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suis infantibus in baptismo exhibentes,inhumata defunctorum cadauera superstitione quadam impia,& plusquam barbarica e sepulchris eruentes,igneque comburentes:Ordinariorum locorum,quos habitant,visitationem,iurisdictionemque contemnentes,& ecclesiasticam disciplinam perturbantes,ac demum huiusmodi alijsque suis opinionibus erroneis atque sacrilegis,populos Latinos inficientes,correctionem legitimam suæ prætensæ exemptionis clypeo repellentes,in suis impietatibus abusibusque consenescunt,& immoriuntur,& in suarum viciniorumque populorum,præsertim simplicium,animarum perniciem,& scandalum plurimorum. Nos igitur prouide considerātes,eiusdem Sedis intentionem nunquam fuisse exemptionem aliudue priuilegium a se concessum iri,vt inde scelerum impunitas,& animarum periculum emergat,abusibus,& periculis huiusmodi,quantum cum Deo possumus,tempestiue obuiare volentes,ac quarumcunque exemptionum,aliorumque

aliorumque priuilegiorum dictis Græcis,eorumq; Prælatis, Rectoribus, Abbatibus,& alijs,tam Sancti Basilij,& alterius ordinis regularibus, quam secularibus, ac etiam laicis personis quocunq; nomine nuncupatis,per præfatos,& alios quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores nostros,ac nos,& Sedem prefatam in specie hactenus concessorum,ac etiam iteratis vicibus approbatorum,& innouatorum,literarumque desuper confectarum, & inde secutorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes,Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulas exceptiones, ac prout illas concernunt,desuper confectas literas præfatas, ad hoc videlicet vt ipsi locorum ordinarij quascunq; Græcorum Ecclesias,Monasteria,Prioratus, & alia pia loca,tam secularia,quam cuiuscunq ordinis regularia,eorumque Prælatos,etiam si Episcopali, Archiepiscopali,ac maiori dignitate præfulgeant, nec non Abbates, Rectores, ministros,& quascunq alias eiusdem nationis personas in suis ciuitatibus,& dioec. consistentia,quoties opus fuerit,visitare,ac in illis suam ordinariam iurisdictionem,plenamque,& omnimodam superioritatem in ijs, quæ Dei cultū, Sacramentorum administrationem,& animarum salutem, hæresumque extirpationem concernunt,exercere,& exequi libere, & licite valeant, reliquis ipsorum Græcorum in diuinis celebrandis, alijsque ritibus a Sede Apostolica approbatis,nec non priuilegijs,& gratijs Apostolicis intactis remanentibus,auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo reuocamus,cassamus,& annullamus ac reuocatas,cassatas,& annullatas esse,nec ipsis Græcis clericis, vel laicis, eorūue Prælatis, ecclesiis, Cœnobijs,aut aliis pijs locis in aliquo suffragari, sed illos omnes,& singulos locorum,in quibus moram traxerint,Ordinariorum visitationi,correctioni, punitioni iurisdictioni, & omnimodæ superioritati in præmissis subesse, illisque tanquam superioribus suis suarumque animarum pastoralibus humiliter obedire,& per quoscunque Iudices,& Commissarios quauis auctoritate fungentes,etiam S.R.E.Cardinales sublata eis quauis aliter iudicandi facultate iudicari,& definiri debere,ac quicquid secus a quoquam quauis auctoritate scientēr, vel ignoranter attentati contigerit,irritum,& inane decernimus. Non obstantibus præmissis,ac Constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis ceterisque cōtrariis quibuscunque. Per hoc tamen non intendimus,quod ipsi Græci ab eorum Græcanico ritu abstrahantur, vel alias desuper quoquomodo per locorum ordinarios,aut alios impediantur. Et quia difficile foret præsentes ad diuersa loca, in quibus illarum exhibitio forsan erit necessaria,circumferri, volumus, & eadem auctoritate similiter decernimus, quod earūdem præsentium transumptis etiam impressis,Notarii publici manu subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo signatis,plenaria,& indubia,eaque prorsus adhibeatur fides in iudicio,& extra,quæ præsentib. adhiberi deberet,si forent exhibitæ, uel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris,die 16. Febr. 1564. Pontificatus nostri, Anno Quinto.

Cæ. Glorierius,

Anno a Natiuitate Domini,Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto,Indictione nona die vero tertia Octobr. Pontificatus Sanctiss. D. N. D. Pii diuina prouidentia Papæ V. anno primo. Retroscriptę literę affixæ,lectæ,& publicatę fuerunt in valuis Principis Apostolorum de Vrbe,& Cancellariæ Apostolicę,& Acie Campi Florę,per me Io. Freile,præfibati S. D. N. Papę Cursorem.

Nicolaus de Matthæis Mag. Curs.

BVLLA SANCTÆ REC. PII PAPÆ V. Reuocationis, licentiarum Græcis Latino more, & Latinis Græco ritu Missas, ac alia diuina officia celebrandi hactenus concessarum.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PROVIDENTIA Romani Pontificis plurimum circumspecta, nonnumquam ea quæ suadentib. causis per eius prædecessores gesta sunt, ex alijs non minus rationalibus causis alterat, & ad pristinam statum reducit, prout æquitas suadet, & in domino conspicit expedire. Sane cum ad notitiam nostram peruenerit, quod nonnulli presbyteri tam Græci, quam Latini antiquum S.R.E. ritum tam in celebratione Missarum, quam aliorum diuinorum officiorum peruertere satagentes, diuersas licentias, & facultates, Missas, & alia diuina officia Græci latino more, ac Latini græco ritu celebrandi ab Apostolica Sede, vel eius Legatis, ac etiam maiore Pœnitentiario pro tempore existente varij prætextibus impetrarunt, illisque iam pridem vtuntur, hoc ab antiquo Catholicæ Ecclesiæ instituto, Sanctorumque patrum decretis deuiare considerantes, propterea hunc abusum ac Ecclesia Dei extirpantes, & submouere volentes, omnes, & singulas licentias, & facultates huiusmodi hactenus etiam Motu proprio, vel quorumuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & quibusuis causis quomodolibet concessas, ac Apostolicas, & alias literas desuper cõfectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habentes, Apostolica auctoritate ex certa scientia hac præsenti nostra perpetuo valitura constitutione reuocamus, cassamus, annullamus, & irritamus, quibusuis presbyteris tam Græcis, quam Latinis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac perpetuæ suspensionis a diuinis pœnis districtius inhibentes, ne deinceps presbyteri Græci præcipue vxorati latino more, & Latini græco ritu huiusmodi licentiarum, & facultatum, aut alio quouis prætextu Missas, & alia diuina officia celebrare, vel celebrari facere præsumant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Ciuitatibus, & diœcesib. propriis præsentes nostras literas publicari, & sub prædictis, & aliis sibi bene uisis pœnis per quoscunque Prælatos, Capitula, Clericos, Fratres, Superiores, & personas quaslibet inuiolabiliter obseruari faciant, Contradictores quoslibet auctoritate Apostolica compescendo. Non obstãtibus præmissis, ac quibusuis Cõstitutiobus, & ordinationibus Apostolicis, nec nõ Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Domorum, & aliorum locorum quorumcunque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roborati, statutis, consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, eisdem Ecclesijs, Monasterijs, Domibus, & locis, illorũque Capitulis, Conuentibus, Superioribus, & personis, ac ordinibus sub quibuscunque tenoribus, & formis, accum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis etiam ad Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, aut eorum contemplatione, etiam Motu proprio, & certa scientia, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus,

nibus, illorum tenores pro expressis habentes, specialiter & expresse derogamus, illaque, quo ad præmissa cassamus penitus, & annullamus; ceteriscque contrariis quibuscunque. Volumus autē quod præsentes literæ ad Valuas Beati Petri Apostolorū Principis, & Cancellariæ nostræ, ac in acie Campi Floræ publicentur, & inter Constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus & etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbicunque adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, annullationis, irritiationis, mandati, inhibitionis, derogationis, & voluntatis infringere, ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis, Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, tertio decimo Kalen. Septemb, Pontificatus nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, indictione nona, die vero Veneris, vigesima mensis Septemb. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pii diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius primo, præsentes infrascriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Bartholomæum Sotto casa, & Io. Andream Rogerium, præfati Sancti. D. N. Papę Cursores.

Nicolaus de Matthæis Mag. Cursorum.

DECRETA S. INNOC. PAPÆ I. ET INNOC. PAPÆ IIII.

Vt Sacramentum Confirmationis, baptizatis, non nisi a solis Pontificibus administretur. Et licet in eis de Græcis nominatim non dicatur, de ipsis tamen expresse traditur supra in literis Innocentii Papę I V. §. Soli autem Episcopi. Ac quæ illis suffragantur.

Decreta generalia Concil. Florentini, & Tridentini.

DECRETVM S. INNOCENTII, PAPÆ I. In Epistola prima seu regulari ad Decentium Episcopum Engubinum, cap. 3. Tomo I. Conciliorum, vt baptizati non debeant nisi a solis Episcopis chrismate consignari, vbi ita rescripsit.

INNOCENTIVS, &c. De consignandis vero infantibus, manifestum est non ab alio, quam ab Episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicē non habent. Hæc autem Pontificibus solis deberi, vt vel consignent, vel paracletum spiritum tradant, non solum cōsuetudo

Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserit Petrum, & Ioannē esse directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam presbyteris, seu extra Episcopum, seu præsente Episcopo baptizant, chrismate baptizatos vngere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum; non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt spiritum paracletum. Verba vero dicere non possunt, ne magis prodere videat, quam ad consultationem respondere.

Et hoc quidem decretum refertur a S. Isidoro de Ecclesiasticis officijs, cap. 26. & vltimo, & Albino Alcuino in libro de diuinis officiis, cap. de Sabbato Sancti Paschæ, & Beda in acta Apostolorum, cap. 8. Tomo 5. & ab aliis scriptoribus Ecclesiasticis. Cuius etiam pars habetur apud Gratianum. de consecrat. distinct. 4. cap. Presbyteris, ac etiam apud Sacrum Concilium Florentinum in Bulla instructionis Armenorum, §. secundum Sacramentum est, proxime citando.

INNOCENTII PAPÆ III. Literæ ad L. Vicarium suum apud Constantinopolim, quæ habentur libro 2. primi Tomi, eius regesti, impressi: fol. 398. & positæ sunt in compilatione Decretalium lib. 1. titul. 4. de consuetudine, c. Quanto.

L. Vicario nostro apud Constantinopolim.

INNOCENTIVS, &c. Quanto de benignitate Sedis Apostolicæ locum obtines celsiorem, tanto tibi est solicitius procurandum, vt te talem exhibeas in agendis, non declinans ad dexteram, vel ad siniſtram, quod non minus re quam nomine vices Apostolicas gerere videaris. Peruenit sane ad audientiam nostram, quod quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopolim ea Sacramenta præsumunt fidelibus exhibere, quæ ab Apostolorum tempore rite fuerunt solis Pontificibus reseruata: vt est Sacramentum Confirmationis, quod chrismando renatos, soli debent Episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis, & sui erroris fomentum solam consuetudinem prætendentes, cum diuturnitas temporis peccata non minuat, sed augmentet, quæ tanto graviora existunt, quanto infelicem animam diutius detinent alligatam. Volentes igitur hæc, & alia, quæ oculos diuinæ maiestatis offendunt, de agro Dominico extirpari, discretioni tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus omnibus Latinis Presbyteris, apud Constantinopolim constitutis, districte prohibeas, ne talia de cetero sua temeritate præsumant: quæ licet non sint a fidelibus contemnenda; tutius tamen est ea sine periculo, ex necessitate, quæ legem non haber, omittere, quam vt ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, quæ lege damnatur, non sine graui periculo inaniter conferantur: cum vmbra quædam offendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. Alios quoque subiectos tuos, & ab illicitis reuocare satages, & ad facienda bona verbo, & exemplo pariter inuitare. quibus quales pro te literas destinemus, ex rescripti nostri serie perpendere poteris euidenter.

Datum Laterani 16. Kal. Decemb.

DE-

DECRETVM EVGENII PAPÆ IIII. In generali Concilio Florentino, in Bulla instructionis Armenorum §. secundum Sacramentum est, in quo sic traditur.

SECVNDVM Sacramentum est Confirmatio, cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quod odorem significat bona famæ per Episcopum benedicto. Forma autem est; Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ordinarius minister est Episcopus. Et cum ceteras vnctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre, quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent Episcopi, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat. Cum enim audissent (inquit) Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem: qui cum venissent, orauerunt pro eis, vt acciperent Spiritum Sanctum. Nõdum enim in quemquam illorum venerat, sed Baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum. Loco autem illius manus impositionis, datur in Ecclesia Confirmatio. Legitur tamen aliquando, per Apostolicæ sedis dispensationem, ex rationabili, & vrgente admodum causa, simplicem Sacerdotem, chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis Sacramentum, &c.

Decretum facti generalis Occumenici Conc. Trid. sess. 7. de Sacramentis, vbi de Confirmatione canone iii. ita diffiniuit.

Si quis dixerit S. Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episc. sed quemuis simplicem Sacerdotem, anathema sit.

Professio orthodoxæ fidei a Græcis facienda iussu fel. re. Greg. Papæ xiii. edita. fo l. 253. suora.

HABITV SCLERICALIS.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod clerici beneficiati, & in sacris constituti tenentur incedere in habitu, & tonsura ex decreto Conc. Trid. sess. 24. de refor. cap. 6. alii vero in minoribus constituti non beneficiati cogi nequeunt Abb. in capitul. fin. de cler. coniug. sed si volunt gaudere priuilegio fori oportet, quod deferant habitum, & tonsuram, & seruiant in diuinis *a* etiam si sint coniugati, ex Concil. Trid. sess. 23. de refor. c. 6. & cap. 17. in fine, extat insuper hodie cõstitutio Sixti Quinti, de habitu, & tonsura per clericos seu milites beneficia vel pensiones obtinentes deferendis, & pœnis cõtra inobientes inflictis publicata Romæ die 18 Ianuar. 1589. incip. Cum Sacrosancta, & infra. Hac nostra perpetuo valitura constitutione præcipimus, & mandamus, omnibus, & quibuscũq; clericis non solum in sacris sed etiã in aljs minoribus ordinibus constitutis, & clericali tantum tonsura insignitis, & nedum beneficia ecclesiastica qualiacunque etiam simplicia nunc, & pro tempore obtinentibus, & in illis vel ad ea ius habẽtibus, verum etiam pẽsiones super quibusuis fructibus, redditibus, aut prouentibus quarumuis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium,

a

& aliarum qu arumcumque ecclesiarum, seu Abbatialium, Capitulariũ, & Conuentualium mensarum, nec non Monasteriorum, Præpositurarum, Præpositatuum, Prioratuum, Præceptoriarum, Hospitalium, Canonicatuum, præbendatũ, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, & beneficiorum quorumcunque ecclesiasticorum sæcularium, & quorumuis ordinum regularium, seu illorum distributionibus quotidianis, ac iuribus, emolumentis, & obuentionibus vniuersis sibi reseruata, aut fructus ipsos, prædiaue, aut bona ecclesiastica loco pensionum sibi assignatos, vel assignata ex quacumque concessione, seu dispensatione Apostolica, percipientibus, etiam coniugatis, præsertim si ijdem clerici coniugati iuxta cõstitutionem piæ men. Bonifacij VIII. prædecessoris nostri in Concil. Trid. innouatam priuilegijs clericalibus, vt velint, tam in Rom. Curia degentibus, quam extra eam vbilibet gentium, & locorum constitutis, vt ipsi & eorum quilibet quantumuis exempti existant, & quouis priuilegio, vel immunitate gaudeant, quacunque dilatione, aut tergiuersatione post posita, debeant omnino qui in vrbe præsentes fuerint, intra quindecim dies, qui vero citra montes intra quatuor menses, qui denique vltra montes constituti sunt, intra octo menses a die publicationis præsentium literarum, in Rom. Curia facienda, tonsuram & habitum clericalem, vestes, scilicet talares, aut Milites infra dicendi, quibus pensiones, aut fructus, aliaue bona ecclesiastica reseruata sunt, suæ Militiæ conuenientem quacumque remota excusatione assumere & iugiter deferre. in futurum autem non nisi actu clericis in habitu clericali, & tonsura, & Militibus infra dicendis in militari incedentib. suæ Militiæ propria, aut alia quæcunq; ecclesiastica et simplicia beneficia respectiue conferantur, aut cõmendentur, aut pensiones fructusue, aut bona ecclesiastica reseruantur. Alioquin ipsos & ipsorum quemlibet, qui quo ad gestandum habitum clericalem, & militarem supradictũ, lapso huiusmodi tempore eorum vnicuique vt supradictum est, præfixo, nostris huiusmodi præcepto, & mandato, nunc & in postremum perpetuis futuris temporibus cum effectu non obediuerint, præter alias pœnas contra eos inflictas, etiam quibuscunque dignitatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, & prębẽdis, ac beneficijs etiam simplicibus, & præstimonijs, per eorum quemlibet in titulum, commendam, vel alias pro tempore obtentis, nec non pensionibus, & fructibus ac prædiis bonisque ecclesiasticis huiusmodi: quocunque modo eis reseruatis, vel reseruandis, omnique iure sibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, harum serie ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine priuamus, ac sine vlla alia monitione, citatione, iudicis decreto, aut ministerio ipso facto priuatos declaramus, ac tam beneficia ipsa per priuationem huiusmodi vacare libere alijs conferri posse quam etiam pensiones cassatas, extinctas esse, & fore, ac fructuum, vel aliarum rerum reseruationes cessare, & quemquam vlterius ad illorum solutionem minime teneri, & ob non solutionem censuras & pœnas aliquas incurrere non posse, nec debere decernimus: ipsasque dignitates, personatus, administrationes, officia, nec non canonicatus, & præbendas, & beneficia sic pro tempore vacantia, collationi, prouisioni, & dispositioni nostræ, & & Rom. Pont. pro tempore existentis, perpetuo reseruamus. Statuentes sic in præmissis vniuersis, & singulis, per quoscunque iudices, & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit.

rit attentari. Ceterum Milites, quarumuis Militiarum sub regula aliqua approbata canonice institutarum, vel alios Roma. Cur. officiales, qui non vti Clerici, sed potius tanquam Milites iuxta priuilegia, & dispensationes Apostolicas eis in genere, vel in specie per nos aut prædecessores nostros nominatim concessa, & sub fel. rec. Pij Papæ V prædecessoris nostri constitutione, quæ incipit, Sacrosanctum, &c. huiusmodi priuilegiorum forsan reuocatoria minime comprehensi, beneficia Militiæ, quam professi sunt regularia obtinent, seu pensiones super quibusuis fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis etiam prædictarum Ecclesiarum, & beneficiorum sæcularium, aut fructus ipsos sibi reseruatos percipiunt, aut obtinebunt, vel percipiens in futurum, siue clericali charactere insigniti sint, siue non sint: qui vero clerici sunt etiam si ab initio tempore reseruationis pensionum, seu fructuum huiusmodi, regularem habitum nondum susceperint, nec militijs officiorum Rom. Cur. ascripti fuerint, sed post factas eorum cuique reseruationes, ante vel post publicationem præsentis constitutionis Milites effecti exuterint, sub præcepto, & mandato præfatis de habitu, & tonsura Clericali deferendis nolumus comprehendi: sed ijs permittimus, vt regulari habitu Militiæ, quam professi sunt conuenienti, vel si ipsi Milites Rom. Cur. officiales fuerint, qui pensiones, aut fructus, aliaue prædia aut bona ecclesiastica ex dispensatione, sed priuilegio Apostolico percipiant, habitu militari suprascripto absque alicuius censuræ, vel pœnæ ecclesiasticæ incursu licite vti valeant, & nihilominus tam beneficia suæ Militiæ regularia retineant, quam etiam pensiones super ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum etiam sæcularium fructibus, seu bona, vel fructus præfatos sibi pro tempore reseruatos percipiant. Non obstantibus, &c.

Hanc constitutionem declarauit, & moderauit idem Sixtus V. eodem anno pridie kal. Febr. faciendo indultum deferendi habitum non clericalem pro aliquibus S. D. N. familiaribus, & pro omnibus pensiones &c. non vltra 60. duc. percipientibus, ac prorogatio terminj ad alios xv. dies pro personis in vrbe degentibus, vt patet ex eius constitutione fol. 167. in Bull. incip. Pastoralis & infra.

Omnibus, & quibuscunque clericis, tam in Rom. Cur. quam extra eam vbi libet gentium, & locorum constitutis, qui pēsiones, fructus, aut prædia, vel bona ecclesiastica, sibi in vna, vel pluribus vicibus reseruata, & concessa summam, seu valorem annuū sexaginta ducatorum auri de Camera in simul non excedētes, seu excedentia percipiūt, aut percipient in futurum: Ac præterea nostris familiaribus, nobis in quibus iam inferioribus ministerijs, quales sunt qui a pedibus, seu parafrenarij mensæ dispositores, aut credentiarij, aut dispensatores, vulgo dicuntur, & aliis his similibus seruitiis actu ministrantibus, quiue in futurum inseruient: nec non quibusuis nostrorum intimorum familiariū actu nobis in Palatio nostro Apostolico inseruientiū familiarib. continuis cōmensalib. præsentib. & futuris, qui pensiones, aut fructus, bonaue ecclesiastica loco pensionum, vsq; ad quamcunque summam, & valorem nunc percipiunt, aut in posterum pro tēpore percipient, vt ipsi & eorum quilibet in habitu, & tonsura clericali incedere minime teneantur: sed laicali habitu impune, & licite vti possint, quo sua munia promptius, expeditiusque obiri valeant, nec pēnis in eadem Constitutione inflictis subiaceant, auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia concedimus, & indulgemus. Reliquis autem nostris, aut personarum nobis inseruientium familiaribus continuis cōmensalibus, omnibusque, & singulis aliis tā clericis, quam militibus beneficia fructuum, vel bonorum ecclesiasticorum re-

seruationes, ac pensiones obtinentibus, aut in ipsis beneficijs, vel ad ea ius habentibus in vrbe præsentibus tempus quindecim dierum in dicta constitutione præfixum, nec dum elapsum ad alios quindecim dies a fine primo dicti termini computandos extendimus, & prorogamus. Ac demum Militibus, tam Militiarum canonice institutarum, quam Roma. Cur. Officialibus, qui iuxta præfatam nostram Constitutionem Militari habitu incedere tenentur, vt vestibus cõmunibus, cum insignibus tamen Crucis, aut Numismatis suę Militię propriis vti valeant, aque hac ratione ipsius Cõstitutionis præcepto plene satisfacere censeantur pariter indulgemus. Eos vero clericos, aut Milites, quibus pensiones, aut fructus, bonaue aut prædia ecclesiastica ad quamcunque summam reseruata, aut reseruari concessa sunt, vel post hac reseruabuntur, non aliter ad gerendum huiusmodi habitum teneri volumus, nisi postquam pensiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos steterit quo minus exigant, vel percipiant. Decernentes, &c.

ADDITIO. Et ita concurrentibus his de quibus in præfato decreto Concil. Trid. sess. 14. cap. 6. consuluit Illustrissimus Dominus Ioannes Franciscus de Ponte Marchio Moreoni Regens Decanus Regiam Cancellariam & de consilio suæ Maiestatis Catholicæ responso. 24 suorum consiliorum clericum primæ tonsuræ remittendum esse ad iudicem ecclesiasticum & in eo quod præd. Concilium requirit scilicet seruitium in diuinis, intellige procedere, etiam in clerico, qui deseruiret alteri ecclesiæ, quam illi, cui fuit adscriptus, vel deseruiret cappellæ existenti in ecclesia, quæ ab episcopo confraternitati laicorum pro oratorio esset assignata ex declaratione Sacræ Congreg. Secundo intellige procedere etiam in seruitio diuino, quod clericus non continuatum. Sed aliquo impedimento necessario interpellatum præstiterit vt hoc non obstante gaudeat priuilegio fori, quia verba sunt intelligenda ciuili modo. l. si cui ff. de seruitut. & Doctores tam in procem decretal. quam sexti notent id dico continuo fieri, quod pro maiori parte temporis fit. Tertio intellige non procedere in clerico, qui & si ministerio ecclesiastico vacaret, non tamen incederet in habitu, & tonsura, & sic vt fori priuilegio non gaudeat, idque amplia etiam si nulla præcedat sui episcopi mouitio ad habitum reassumendum de mente Concilij fuisse censuit Sacra Congregatio super d. c. 6. sess. 23.

Prænarrata constitutio posset limitari in casibus infrascriptis, & primo in clerico qui ex iusta causa timoris habitum clericalem postponere & transformari exegerit ex tex in c. clerici. de vita & honest. cleric. Secundo si ratione paupertatis illum gestare non valeret ex Imol. in clem. 2 num 9 eod. tit. Tertio, vt non priuetur clericus priuilegio clericali propter vnicam habitus omissionẽ, sed necessaria esset tanta perseuerantia, vt publice existimetur laicus. Prosper Farinac. in pract. crimin. tit de inquisit. q 8 num 68 ex Consil Christoph de Castellio ab eo citato Quarto in clerico qui nequiret tonsuram deferre propter infirmitatem Cappel. Tholos. dec. 104.

Dubium tamen est ad effectum, vt præsenti Constitutioni satisfactum videatur, & vt clerici iudicentur incedere in habitu clericali, quæ vestes sint eis congruentes, seu decentes, & vere clericales; si quidem præd Cõstitutio quo ad hoc nil aliud prouidet nisi circa lõgitudinem, & breuitatem disponendo, vt vestes sint talares, de cetero circa ipsarũ quantitatem, hoc neq; per illam, neq; per alia iura canonica præfinitum seu cautum reperitur, præterquam quod clericis certarum vestiũ vsus interdicatur, de quibus in præallegatis. c. clerici. & clem 2. & ibi Doctores, Diaz. in prax. crim. can. c. 75. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 393. & quod

clerici

clerici ſæculares non habebant certum & determinatum habitum teſtatur glo. not. in clem. 1. in fine de elect Reſp. quod in huiuſmodi caſu illæ eenſentur clericis veſtes honeſtæ, & vſu, & conſuetudine illius regionis ſeu prouinciæ, vbi commorantur, ad miſſæ fuerint, ita poſt gloſ. in c. ſi quis virorum 30. diſt & in d c. clerici ver. deauratis, alios quam plures allegantes concluſiue tenet Couar. lib. pract q. c. 32. ſub num. 7 Iul. Clar. in pract crim. q. 36. num. 11 Foller. in pract. crimin. in verbo audiantur excuſatores, num. 42 Ignat. Lopez. ad Diaz. loc. cit. dicentes in hoc attendendam eſſe prouinciæ conſuetudinē, intellige ideſt ſimilium perſonarum, & clericorum eiuſdem conditionis. Proſp Farinac loco prælleg. num 69.

HAERETICI.

PRÆTER Summiſtas in hoc verbo ſciendum eſt, quod per S. D. N. Clemē tem viij. fuit facta innouatio Conſtitutionis fel. rec. Pauli Papæ iiii. contra negantes Trinitatem, aut diuinitatem Ieſu Chriſti, aut eius conceptionem de Spiritu Sancto, aut eius mortem, vt nos redimeret, aut Virginitatem Beatiſſ. ſemper Virg. Dei genitricis Mariæ. Adiecta forma in publicatione eiuſdem Conſtitutionis ſeruanda, ne de cetero illius ignorantia a quoquam quo ius prætextu poſſit allegari, publicata Romæ die 14. Februarii. 1603. tenoris ſequentis.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

DOminici gregis Diuina prouidentia nobis, licet meritis imparibus, cōmiſſi, ſollicitudo poſtulat, vt Romanorum Pōtificum prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, quas præſertim ad fidei catholicæ integritatem conſeruandam, & impios homines, ac prauarum hæreſum aſſertores debitis pœnis plectendos pertinent, innouemus, ne qui eiuſmodi errorum labe infecti ſunt, earundē Conſtitutionum, & pœnarum eis inflictarum ignorationem vllo modo prætendere, aut quauis ratione excuſare poſſe præſumant. Cum itaque fec. rec. Paulus Papa 4. Prædeceſſor noſter, ad quorundam hominum iniquitatem coercendam, qui non ſolum diuerſas hæreſes profiteri, ſed etiam ipſius fidei fundamenta negare præſumebant, ſuoque exemplo multos in interitum animæ trahebāt, quadam ſua perpetuo valitura conſtitutione, quæ incipit, Cum quorundam hominum prauitas: vt huiuſmodi homines a ſuis erroribus intra certum eis tunc præfixum tempus reſipiſcerent paterna monitione, & requiſitione, nec non cum ipſorum reſipiſcentium a quibuſcunq; cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & temporalibus pleniſſima abſolutione ſanciuerit, vt quicunque tam eatenus lapſi fuiſſent, & inter tempus præfixum non reſipuiſſent, quam qui in poſterum prolaberentur in hos errores, aut eorum aliquem, qui nimirum eſſeruiſſent, dogmatiz aſſent, vel credidiſſent Deum Omnipotentem non eſſe trinum in perſonis, & incompoſita omnino, indiuiſaque vnitate ſubſtantiæ, & vnum vnamet ſimplici Diuinitatis eſſentia, aut Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non eſſe verum Deum eiuſdem ſubſtantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu Sancto, aut eundem ſecundum carnem non eſſe conceptum in vtero Beatiſſimæ, ſemperque Virginis Mariæ de Spiritu Sancto, ſed ſicut ceteros homines ex ſemin Ioſeph, aut eundem Dominum, & Deum noſtrum Ieſum Chriſtum non ſubijſſe acerbiſſimam.

mam crucis mortem, vt nos a peccatis, & ab æterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret, aut eadem Beatiss. Virginem Mariam non esse veram Dei matrem, nec perstitisse semper in Virginitatis integritate ante partum scilicet, in partu, & perpetuo post partum, pro subuersis, & relapsis in hæresim haberi, & vt relapsi curiæ sæculari tradi, & per ipsam curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri posse in omnibus, & per omnia perinde, ac si vere, & realiter in hæresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret, prout in prædicta Constitutione, sub Datum Romæ apud Sanctum Marcum septimo Idus Augusti Pontificatus sui anno primo edita plenius continetur: Eo tamen huiusmodi impiorum hominum prorupit temeritas, vt prætextu ignorationis huiusmodi Constitutionis, ac pœnarum in eadem Constitutione inflictarum, seu illis minime subiacere nec obnoxios esse putent, ac propterea se ab eisdem pœnis liberari, & absolui posse prætendant. Nos igitur animaduertentes (vt idem quoque Paulus prædecessor bene animaduertit) huiusmodi errores tam graues, ac nefandos existere, vt illi qui in eos incidunt, nullam prorsus excusationem habeant, sed subuersi potius & immanes, quam hæretici merito dici possint, propterea vt illi debita animaduersione omnino puniantur, nec a præfatis erroribus vlla excusatione de cetero se tueri valeant. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, denique Apostolicæ Potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, dicti Pauli prædecessoris vestigiis inhærentes, ac eius constitutionem prædictam quo ad pœnas in ea contentas innouantes, ac perpetuo confirmantes, & aprobantes, supradictos omnes, & singulos, qui hactenus in similes errores, aut eorum aliquem lapsi sunt, aut in posterum prolabentur, attenta dictorum errorum grauitate, & enormitate, cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existent, nulla illis etiã ignorãtiæ supra dictæ constitutione executione suffragãte, pro subuersis, & relapsis in hæresim haberi, & tanquam relapsos Curiæ sæculari tradi, ac per eãdẽ Curiã debitis pœnis in relapsos statutis puniri posse, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo statuimus, Non obstantibus omnibus illis quæ prædictus Paulus prædecessor voluit non obstare, ceterisque cõtrarijs quibuscunque. Vt autẽ huiusmodi Cõstitutionis ignorantia de cetero allegari, aut prætendi nunquam possit, atque vt præsentes omnibus innotescant, volumus illas ad valuas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, more solito publicari, & affigi, atque ijs inde amotis earundem exempla, etiam impressa, ibi affixa relinqui, factaque publicatione huiusmodi, omnes qui in Vrbe post mensem, qui vero extra eã, & citra montes, post quatuor mẽses, & qui demũ vltra montes fuerint, post decem menses a die publicationis huiusmodi computandos, perinde afficere & arctare, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent. Et nihilominus vt ipsæ præsentes literæ eo notiores fiant, & omnibus magis innotescant, nec non pro potiori cautela volumus, vt Inquisitores contra hæreticam prauitatem, in ijs ciuitatibus, terris, & locis in quibus constituti sunt, vbi vero huiusmodi Inquisitores non sunt, locorum ordinarij publicationem præsentium, vt infra dicetur, fieri curẽt, ac propterea vniuersis, & singulis Venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorũ ordinarijs, nec nõ dilectis filiis Inquisitoribus præfati cõtra hæreticã prauitatem vbilibet cõstitutis, per easdẽ præsentes cõmittimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiẽdo mãdamus, vt per se alium, seu, alios hasce nostras literas, postquam earum exemplum receperint, seu earum notitiam habuerint, semel, aut pluries prout eis magis expedire

pedire visum fuerit, ipsi quidem Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi & alij locorum ordinarij in eorum Cathedralibus, maioribus respectiue Ecclesijs Ciuitatum, Oppidorum, & locorum quorumcunque eorum Diœcesum, vbi Inquisitores non fuerint, vbi vero Inquisitores fuerint, ipsimet Inquisitores in eisdem Ecclesijs, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solenniter publicent, & publicari authoritate nostra mandent, & faciant. Ceterum quia difficile foret easdem præsentes ad singula loca, vbi opus deferri, volumus, & simili auctoritate decernimus, vt earum transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Inquisitori contra hæreticam prauitatem, vt cuiuscunque personæ in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eadem vbique in iudicio, & extra, fides habeatur, quæ ipsismet literis haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris 3. Februarij, Die 3. Februarij 1603. Pontificatus nostri Anno vndeci-

M. Vestrius Barbianus.

Constitutio Pii V. de impedientibus, & offendentibus personas, ac diripientibus bona, & frangentibus carceres Officij Inquisitionis, eorumque, & filiorum, & complicum pœnis publicata Romæ die 2. Maij 1569. fol. 1046. in Bullar. tenoris seq.

Si de protegendis ceteris omnibus Ecclesiæ ministris, quos in fidem, & clientelam nostram a Domino recepimus, cura nobis quotidiana insidet, & quanto maiore studio eam nos solicitudinem capere necesse est, vt qui in Sacro Inquisitionis hæreticæ prauitatis officio versantur, sub tutela inuiolatæ auctoritatis huius sedis periculorum omnium expertas, quæque munera exaltationem fidei catholicæ exequantur? Cum itaque eius generis impiorum vis quotidie magis inualescat, qui omnibus malis artibus prædictum officium subuertere, ministrosque functionibus disturbare moliuntur, eo iam nos detrusit necessitas, vt nefariam, & scelestã illorum audaciam acerbiore castigationis verbere reprimamus. Hac igitur generali constitutione de fratrum nostrorum consilio sancimus, vt quicunque siue priuatas, siue cuncta Ciuitas, siue populus, siue Dominus, Comes, Marchio, Dux vel potiore titulo Illustris, quemuis ex Inquisitoribus, Aduocatis, Procuratori-Notarijs, alijsue Ministris prædicti Officij, vel Episcoporum id munus in suę diœcesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei, quomodocunque productum, vel euocatum occiderit, verberauerit, deiecerit, seu perterrefecerit, quiue Ecclesias, ædes, alia sueres, siue publicas, siue priuatas officij, aut ministrorum expugnauerit, inuaserit, incenderit, expilauerit, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regesta, protocollo, exempla, scripturas, alia instrumenta, si publica, siue priuata vbicunque posita combusserit, diripuerit, seu interuerterit, seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerit, seu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, siue rapiendi, siue comburendi, siue suppriimendi causa fuerit, siue res, aut personas seruari, defendine prohibuerit, quiue carcerem, aut aliam custodiam, seu publicam, seu priuatam effregerit, vinctum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumque eripuerit, receperit, occultauerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu iusserit id fieri, qui cœtum, concursumue fecerint, siue vt aliquid prædictorum fieret, omnes accommodauerit, siue alias auxilium, consilium, aut fauorem publice, vel occulte in quolibet prædictorum scienter prestiterit, licet

nemo,

nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, succensum, direptumue, nullum denique damnum re ipsa sit secutum: nihilominus is sit anathemate præsentis canonis auctoritate ligatus, idem quoque læsæ maiestatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocunque alio beneficio temporali, & perpetuo eo ipso priuatus, sęcularis iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipsas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per Constitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebusque omnibus fisci iuribus applicatis, vti etiam est de damnatis hæreticis per sanctiones canonicas constitutum: eius filii paterna infamia subiecti, omnis, & cuiuscunque hereditatis successionis, donationis, & legati, siue propinquorum, siue extraneorum omnino sint expertes, eisdem præterea portæ nunquam pateant dignitatum. Nemo autem expurgationem habere, aut causam vllam proponere, vel prætendere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officii admiserit; nisi contrarium per claras probationes docuerit re fecisse. Quod porro de prædictis, eorumque filiis statuimus, illud idem de omnibus clericis, & presbyteris sæcularibus, & quorumuis Ordinum etiã exemptorum regularibus, & quacunque etiam Episcopali, & maiori dignitate prędictis, ac etiam priuilegio quomodocunque suffultis, decernimus exequendum, ita vt ipsi beneficiis, & officiis omnibus Ecclesiasticis, præsentium auctoritate priuati, per iudicem Ecclesiasticum, hæreticorum more degradentur, demum potestati sæculari traditi, pœnis prædictis laicorum instar subiiciantur: Pontificum tamen causis nobis, & successoribus nostris reseruatis, vt re quæsita, & nobis renunciata contra eos ad depositionem, & alias pœnas prædictas procedamus, vti criminis atrocitas videbitur postulare. Quicunque autem pro talibus veniam petere, aut alias intercedere tentauerint, in easdem illas pœnas, quæ in hæreticorum fautores a Sacris Constitutionibus inferuntur, ipso facto se nouerint incidisse. Verum si quis etiam huiusmodi criminum conscius, vel affinis, siue religionis studio, siue pœnitentia ductus rem adhuc incognitam retexerit, supplicio liberetur. Ceterum eã omnium, & quarumcunque absolutionum rationem a prædictis criminibus, nec non habilitationum, & restitutionum etiam ad famam, & honores, ita deinceps habendam optamus, vt successores nostri nullas nisi saltem semestri post cuiusque assumptionem ad huius dignitatis fastigium excurso, ac precibus apud supremum officium inquisitionis hic institutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quascunque huiusmodi absolutiones, habilitationes, & restitutiones, quæ precibus sic non verificatis de cetero fient, neminí prorsus prodesse, sed nec præsentibus, nisi toto ipsarum tenore ad verbum inserto, & gratia excerta Romani Pontificis scientia facta, & propria manu subsignata ulla in parte derogari, vel derogatum censeri debere, & si illis ex quacunque causa aliter derogari contigerit, derogationes huiusmodi nullius prorsus fore roboris, & momenti. Iubemus igitur vniuersos, & singulos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & ceteros Ecclesiarum Prælatos per vniuersum Orbem constitutos, vt per se, vel alium, seu alios præsentes literas, aut earum exempla in suis quisque Prouinciis, Ciuitatibus, diœcesibus, & locis solenniter publicare, & quantum in se est, firmiter obseruari procurent, contradictores quoscunque per censuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus &c. Ceterum omnes Orbis terrarum Principes, quibus gladii sæcularis potestas ad malorum vindictam est permissa, per eam, quam se tueri promisserunt fidem, obtestamur, ita suas quisque partes, siue in præstando

mini-

ministris prædictis auxilio, siue in criminum post Ecclesiæ sententiam animaduersione, interponere, vt eorum quoque præsidiis ministri ipsi tanti Officij munus pro Dei æterni gloria, & religionis incremento feliciter exequantur, amplissimum a Domino præmium recepturi, quod fidei prædictæ assertoribus in æternæ beatitudinis consortio præparauit. Nulli ergo &c.

De præeminentia Inquisitorum generalium hæreticæ prauitatis, ac obedientia eisdem ab omnibus præstanda.

Sanctissimus D.N. D. Pius diuina prouidentia Papa Quintus, statuit, decreuit & ordinauit, ac mandauit, vt negotia Fidei omnibus, & singulis aliis præferantur, cum Fides sit substantia, & fundamentum Christianæ religionis. Ideirco omnibus, & singulis almæ Vrbis, eiusque districtus Gubernatori, Senatori, Vicario Cameræ Apostolicæ Auditori, quibuscunque alijs Legatis, Vicelegatis Gubernatoribus prouisiciarum, & terrarum suæ Sanctitati & S. R. E. mediate, & immediate subiectarum, ac eorum Locatenen. Officialibus, Barisellis, & aliis ministris, nec non alijs locorum Ordinarie, ceterisque Magistratibus, & Officialibus, ac cuiusuis conditionis, & status hominibus in omnibus, & singulis terris, oppidis, & ciuitatibus, ac in tota Republica Christiana existent sub excommunicationis latæ sententiæ ac indignationis suæ Sanctitatiss & alij arbitrio suæ Sanctitatis, & Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium Inquisitorum Generalium imponendis, & exequendis pœnis, vt eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, ac eorum præceptis, & mandatis in quibuscunque Officium sanctæ Inquisitionis huiusmodi concernen. pareant, & obediant.

Reges vero, Duces, Comites, Barones, & quosuis alios Principes seculares in Dei nomine rogauit, vt eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, eorumque Officialibus faueant auxiliumque præbeant, & a suis Magistratibus subditis auxilium præberi faciant in negotijs ad dictum Officium spectantib. Nec non carceratos quoscunque pro quibusuis delictis, & debitis etiam atrocibus, apud dictum Inquisitionis Officium quomodolibet delatos, vel denunciatos, suspensa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eosdem Cardinales, & Inquisitionis carceres, ibidemque ad criminis hæresis totaliter cognitionem, & expeditionem retinendo, & postea ad eosdem Officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, sine mora transmittant:

CONSTITVTIO S.D.N.D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. vt Itali extra Italiam agentes, non habeant nisi in locis vbi liber, & publicus cultus, siue vsus Catholicæ religionis existat, & quid in eis tunc facere, vel euitare debeant. Sub Dat. Romæ die 26 Iulii 1596.

Cum sicut non sine magno animi nostri dolore accepimus, quam plures Christi fideles ex diuersis Italiæ partibus, eorum partis, vbi uera, & Sancta Catholica, & Apostolica Religio viget, & publice prædicatur, discedentes, abeant in loginqua loca, vbi non solum hæreses impune grassantur, sed, quod peius est Catholicæ Religionis vsus publice interdicitur, & probibetur: quo fit vt personæ ibi permanentes, etiam si Catholicæ sint, cogantur tamen, contra eorum pia desideria, sacrosanctæ Missæ sacrificio, aliisque diuinis Officiis, ac Sanctorum

Sacra-

Sacramentorum perceptione, in suarũ animarum discrimen diutius carere. Quare nos his, & aliis malis, & periculis inde prouenientibus, quãtum cum Domino possumus, obuiare cupientes, hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus, & ordinamus, vt de cetero nullus Italus, siue mercator, siue cuiuscuis alterius conditionis, vel status existat, quouis quæsito colore, prætexu, vel ingenio audeat habitare, vel domicilium tenere in ciuitate, oppido, seu loco, vbi aliqua Ecclesia cum Parocho, vel Pastore, seu Sacerdote Catholico non existat, in qua libere, sine omni periculo palam, & publice celebrari, & audiri possint Sacrosanctæ Missæ, & alia diuina officia, & conciones, ac Sacramenta Ecclesiastica ministrari, mortuorum corpora sepeliri, & cetera fieri iuxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: Vt que iidem Itali abstineant Matrimoniis cum hæreticis mulieribus, & ab hæreticorum sepulturis, filios suos de sacro fonte leuari per hæreticos non permittant, nec ipsi vicissim hæreticorum filios nisi per Catholicum Sacerdotem Catholico more baptizentur, leuare præsumant. Medicorum quoque hęreticorum opera, ne cessitate cessante, & vbi adsit copia Catholici Medici idonei, non vtatur. Cum vero Itali prędicti ex Italia recedunt ad morandum, seu inhabitandum in partib. prędictis, id significent suis Ordinariis, vel Inquisitoribus locorum, a quibus serio admonentur, vt in eis perpetuo Catholicam, & orthodoxam Fidem constanter retinentes, & profitentes, piam, & Catholicam vitam ducant, Dominicos, & festos dies, abstinẽtias, & sacra ieiunia ab Ecclesia prędicta religiose colant atque omnem hęresim, & errorem, & hęreticos schismaticos, & ab orthodoxa Fide aberrantes fugiant, & euitent, ac vt salutem singulis annis de eorum sacramentali peccatorum confessione, & Sanctissimę Eucharistię perceptione per eos facta fidem, seu testimonium ipsis Ordinariis, vel Inquisitoribus in Italiam transmittant: ad quod, & nos dictos Italos tenore prędictę teneri, & obligatos esse decernimus, & mandamus. Quod si quis proprię salutis immemor, contra prędicta facere prę sumpserit, possit aduersus eum per locorum Ordinarios, & Inquisitores hęreticę pranitatis, vt de hęresi suspectum procedi. Non obstan. &c.

Declaratio, & constitutio quod sententiæ in reorum inquisitorum fauorem, per quoscunque iudices contra iurisdictionis dispositionem, vel stylum Officij Sanctissimæ inquisitionis latæ, & ferendæ, numquam transierint, nec in futurum in rem iudicatam transire possint.

Pius Papa V.

MOtu proprio &c. Inter multiplices curas, quæ animum nostrum assidue pulsant, illa in primis est, prout esse debet, vt Ecclesia Dei nobis ex alto commissa, purgatis, immo quantum fieri potest procul exterminatis omnibus hæresibus, & prauis erronearum opinionum dogmatibus, tuto militare, & tanquam nauis in tranquillo mari, sedatis omnibus tempestatum fluctibus, & procellis, secure nauigare, & ad optatum salutis portum peruenire possit. Cum itaque nos, dum in minoribus constituti Sanctissimi Officij Romanæ, & vniuersalis contra hæreticam prauitatem inquisitionis negotia pertractaremus, tandem ex longo

vsu,

vsu,atque experientia rerum magistra cognouerimus,quod multi rei delati,& in prædicto sanctissimo officio,seu alibi coram locorum ordinarijs,& hæreticæ prauitatis inquisitoribus processati, ac de hæretica prauitate inquisiti, falsos testes ad eorum defensam examinari faciendo, ac compurgatorum de eorum vita, & doctrina minime informatorum opera,& testimonio se iuuantibus, ac diuersis aliis illicitis modis,excogitatisque dolosis excusationibus, & malitiis prædictum sacrum officium Sanctissimæ Inquisitionis,ceterosque iudices,& etiam Romanos Pontifices deludendo, & decipiendo, plures etiam veluti innocentes diffinitiuas a prædictis processibus,& inquisitoribus absolutorias, & præcedente canonica purgatione eorum assertæ,bonæ,& catholicæ fidei,vitæ,& doctrinæ declaratorias sententias,seu decreta ab eodem sanctissimo Officio, aliisque locorum ordinariis siue delegatis, & inquisitoribus, ac etiam Rom.Pont.prædecessoribus nostris obtinuerunt,seu extorserunt,quas sententias,& decreta præfati Romani Pont.etiam cum perpetui silentii impositione,ac inhibitione,ne dictum sanctissimum Officium,aut alii inquisitores ad vlteriora procedere possent, seu deberent, nec non etiam cum causarum auocatione ad solum Romanum Pontificem sub cuius protectione submittebatur, aliisque derogatoriarum derogatoriis, & efficacissimis clausulis,ac etiam irritantibus, & aliis decretis etiam in forma gratiosa ampliando,per varios, & varias eorum Motus proprios,ac etiam sub plumbo,vel annulo piscatoris expeditas literas, etiam in consistorio, seu consistorialiter emanatas,confirmarunt, vnde eueniebat, quod prædicti rei inquisiti sub velamine,& tutamine prædictarum sententiarum declaratoriarum, & literarum Apostolicarum,& præsertim vigore clausulæ inhibitoriæ contra inquisitores factæ confidentes, clam, & etiam aliquando palam in antiquis eorum erroribus contra fidem catholicam perseuerando, numquam ad gremium Ecclesiæ vere redibant, immo cum aliis secure, & tanquam catholici conuersando, eorumdem aliorum animos corrumpere, & inficere, ac in suas hæreticas opiniones trahere de facili potuerunt,in totius Reipublicæ Christianę non modicum scandalum, & præiudicium,prædictorumque delatorum animarum perniciem,& iacturam nos huius scandalo adeo periculoso,& cõtigioso obuiare, dictarumque animarũ saluti consulere,& prouidere,omnemque iuris peritorum dubietatem,& altercationem,ac quæcunque impedimenta,& obstacula,propter quæ sancta inquisitio hæreticæ prauitatis quomodocũque,& qualitercunque impediretur,vel retardaretur,tollere volentes, Motu simili,& ex certa nostra scientia,ac de apostolicæ potestatis plenitudine,in primis omnes,& singulas, ac quoscunque literas Apostolicas sub quacunque verborum forma,etiam in prædictis, ac quibusuis alijs cautis hæresis,etiam motu proprio,&cet.ac etiam consistorialiter,&c.& alias quomodolibet emanatas,nec non etiam desuper signatas Motuum propriorum, & alias schedulas quaslibet ad ius, & Iustitiã,ac iuris terminos reducentes, nec non fisco prædicti Sancti officii inquisitionis,& aliorum ordinariorum, & delegatorum iudicum aduersus prædictas literas inhibitiones, ac etiam derogatoriarum derogatarias,aliasque clausulas quaslibet os aperientes, & quatenus iurisdictionis dispositioni,vel stylo dicti officij sint contraria,illas penitus,& perpetuo reuocantes, hac nostra perpetua,perpetuoque valitura vniuersali constitutione, omnes,& singulas, & quascunque etiam ex capite assertę innocentiæ absolutiones vel etiam præcedente canonica purgatione, sub quacunque verborum forma declaratorias sententias,etiam diffinitiuas, & decreta, in eorundem reorum inquisitorum,& delatorum fauorem per prædictum Sanctissimum officium, aliosque

iudices,

iudices ordinarios,& delegatos,ac etiam Roman. Pontifices latas,& lata, aut in futurum per nos etiam,& successores nostros Rom. Pontifices pro tempore existentes ferendas,& ferenda, numquam fecisse,nec in futurum posse facere transitum in rem iudicatam, Apostolica auctoritate declaramus,decernimus, statuimus,& ordinamus,præfatisque sententijs,& decretis,& quantumcunque per literas Apostolicas, etiam in forma gratiosa, etiam iteratis vicibus, ac etiam a Pluribus Romanis Pontificibus, emanatis, confirmatis, vel confirmandis, cum prædictis, vel alijs quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoris, ac etiam irritantibus, aliisque clausulis, & decretis, nec non inhibitionibus, ac etiam canonicis Sanctionibus, quorum omnium, & singulorum, aliorumque præmissorum, & inde sequutorũ tenores,ac si de verbo ad verbum inserertẽtur,præsentibus haberi volumus pro expressis,ac totaliter insertis, ceteriscque, in contrarium facientibus quibuscunque non obstantibus,per prædictum Sanctum officium sanctæ inquisitionis, ac dilectos filios modernos, & pro tempore existentes. S. R. E. Cardinales hæreticæ prauitatis inquisitores, & super dicto officio nunc,& pro tempore deputatos,contra eosdem reos delatos,& inquisitos, etiam si fuerint,& sint episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates. Eiusdem. S. R. E. Cardinales legati,etiam de latere, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores,tã de antiquis,quam nouiter etiam super eisdem articulis receptis vel recipiendis testibus, aliisque argumentis, Probationibus,& indiciis iuxta facultates eisdem Cardinalibus inquisitoribus, per nos,& quoscũque prædecessores,& successores nostros Roman. Pontifices pro tempore existentes, ac Sedẽ Apostolicam quomodolibet concessas,& datas, ac in futurum respective dandas, & concedendas,denuo inquiri,& procedi posse,& debere,etiam in omnibus,& per omnia perinde,ac si prædictæ sentẽtiæ,decreta,& literę Apostolicæ,ac etiam canonicæ purgationes,in prædictorum reorum delatorum,& inquisitorum,etiã Episcoporum,Archiepiscoporum,Patriarcharum, Primatuum Cardinalium,legatorum,Comitum, Baronum, Marchionum, Ducum, Regum,& Imperatorũ fauorem non emanassent, nouis præsertim superuenientibus indicijs eiusdem, vel alterius speciei hęresis tempus præteritum, etiam respicien. vel vbi appareret per aliqua indicia, quod illicitis modis prius ipse delatus, vel inquisitus fuisset absolutus,eadem Apostolica Auctoritate volumus pariter,& mandamus. Concedentes eisdem Cardinalibus inquisitoribus,& super dicto sacrosancto inquisitionis officio, nunc,& pro tempore deputatis,plenam, liberam, amplam,& omnimodam facultatem,potestatem,& auctoritatem,causas huiusmodi etiam auctoritate oecumenici vniuersalis Concilii Tridentini decisas reuidendi, ac in statu, & terminis, in quibus ante prædictas sententias, & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur,reassumẽdi, finemque debito terminandi,prout in aliis causis pendentibus indecisis per eosdem Cardinales inquisitores iuxta eorum facultates fit, fierique potest, & consueuit. Et insuper, vestigiis fel. Rec. Pauli Papæ IIII. prædecessoris nostri inhærendo, constitutionem alias contra hęreticos,& Schismaticos, per eũdem Paulum Prædecessorem,sub data videlicet Romę apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicę 1558. quinto decimo Kal. Martii Pontificatus sui anno quarto editam tenore præsentium reuocamus,& etiam confirmamus,illamque inuiolabiliter,& ad vnguem obseruari volumus,& mandamus iuxta illius seriem, atque tenorem,& sic in omnibus,& singulis supradictis censeri,ac ita per prædictos, & quoscumque iudices &cet. sublata &cet. iudicari &cet. debere. Irritum &cet. perpetuo decernimus,& declaramus,

nimus,& declaramus,non obstantibus præmissis,ac regula nostra de non tollendo iure quæsito,& quibusuis aliis Apostolicis, vniuersalibus, prouincialibus, & Synodalibus Constitutionibus,ordinationibus, nec non etiam iuramento, &cet. roboratis statutis &cet. Priuilegijs quoque, indultis, & prædictis, ac aliis literis, & etiam Motibus propriis quibuslibet,etiam prafatis reis,& inquisitis, etiam episcopis, &c. ac imperatoribus etiam absolutis,& quibusuis aliis personis in genere, vel in specie sub quibuscunq; tenoribus, &cet. ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis,aliisque clausulis,ac etiam irritantibus, & aliis decretis,ac etiam pœnalibus inhibitionibus,etiam motu proprio,&cet. ac consistorialiter,&cet. & alias in contrarium quomodolibet concessis &cet. in posterumque concedendis &cet. quibus omnibus, etiam si de illis, &cet. eorum tenores &cet. latissime hac vice derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque cum clausulis opportunis.

Fiat motu proprio. M.

Et cum absolutione a cen. ad effectum,&cet.& de reductione,&cet. reuocatione singulis declaratione, decretis, statuto, ordinatione voluntatibus, mandatis, cõcessione,renouatione,cõfirmatione derogatione,aliisque præmissis,vt supra in forma gratiosa perpetuo,& ad perpetuã rei memoriã,& quod post quã præsentes, seu desuper forsan conficiendæ literæ per aliquem, vel aliquos ex cursoribus nostris in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ valuis,ac acie campi Floræ affixæ,& publicatæ fuerint, omnes prædictos etiam episcopos &cet. ac Imperatores,& alios quorum interest afficiant,& arctent, perinde ac si eis personaliter intimatę,& insinuatæ fuissent,ac vim,& efficaciam solennis,personalis,validæ,& peremptoriæ monitionis,& citationis habere,omnesque ligare habeant,& quod præsentis nostri motus propriis sola signatura sufficiat,& vbique fidem faciat in iudicio,& extra, regula contratia non obstante, & nihilominus si videbitur literæ desuper,etiã per Breue nostrum,aut officium contradictarum simul,vel ad partẽ expediri possint,& quod præsentium, seu desuper confiscendarum literarum transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarii publicis subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ aut curiæ ecclesiasticæ munitis,eadem prorsus fides adhibeatur,quæ ipsis Originalibus adhiberetur si exhibitę forent,vel ostensæ.

Fiat. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Duodecimo Kal. Ianuarii. Anno primo.

Anno a Natiuitate domini 1567. indictione decima, die vero lunæ trigesima mensis Decembris,Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris,& D.N.D. Pii diuina prouidentia Papæ V. anno primo, suprascriptus motus proprius affixus, & publicatus fuit ad valuas principis Apostolorum Beati Petri de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ,ac in acie campi Floræ dimissis ibidem eiusdem copiis affixis, vt moris est,per nos Ioannem Gerardi,& Christianum de monte Prælibati Sanctiss. D.N. Papa cursores Stephanus de Olea magister cursorum. Registrata in lib. pri. secretorum fol. 51.

G. S. Sarde.

S.D.N. Pauli Papæ V. Constitutio, qua reuocantur facultates, Superioribus quorumcunque ordinum concessæ, cognoscendi causas suorum subditorum, ad officium Sanctæ Inquisitionis pertinentes.

Paulus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex ea interdum, quæ a prædecessoribus suis temporum, & rerum qualitate id tunc exposcente prouide pro hæresum extirpatione sancita sunt, nouis emergentibus rationibus reuocat, & immutat, aliaque desuper disponit, & ordinat prout in Domino salubriter conspicit expedire; Dudum siquidem fel. rec. Pius Papa Quartus prædecessor noster, sua perpetuo valitura Constitutione, statuit, ordinauit, & declarauit quod ex tunc deinceps in omnibus Christiani Orbis partibus Inquisitores hæreticæ prauitatis, tam generales, quâ in quibusuis Prouincijs, ciuitatibus, oppidis, Terris, & locis pro tempore deputati particulares, contra omnes quorumcumque ordinum, etiam exemptorum, etiam mendicantium professores, & Religiosos, ac etiam alios quoscumque quouis modo priuilegiatos, & exemptos de hæreſis crimine quomodolibet suspectos, aut culpabiles, dummodo ab eorundem professorum, & Religiosorum superioribus, vel prælatis in causis huiusmodi præuenti non fuissent, iuxta facultates officij inquisitionis ipsius prauitatis inquirere, & procedere, ac culpabiles, & delinquentes repertos secundum canonicas sanctiones castigare, atque punire possent, & valerent, ac alias prout in literis ipsius Pij prædecessoris latius continetur. Cum autem rerum vsu compertum sit, occasione præuentionum huiusmodi nonnulla interdum impedimenta orta esse, quominus causæ huiusmodi ea, qua decet diligentia cognoscantur. Nos de consilio Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum illa de medio tollere volentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac matura deliberatione, hac nostra etiam perpetuo valitura Constitutione omnia, & quæcumque priuilegia, indulta, facultates, & concessiones Generalibus, superioribus, & prælatis, quorumcumque ordinum, siue Mendicantium, siue Clericorum Regularium cuiuscumque ordinis, & instituti, etiam in dicta Constitutione non expressorum, & quantumuis exemptorum, & quocumque nomine nuncupentur per dictum Pium, ac quoscumq; Rom. Pont. Prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam concessa, approbata, & innouata, & quantumuise, tam longissimo tẽpore obseruata, causas ad dictũ officiũ quouis modo spectantes cognoscẽdi, & terminãdi, seu in illis quoq; modo se intromittẽdi, quorũ omniũ, & singulorũ tenores, etiã si de illis specialis, & expressa mẽtio habẽda esset, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habẽtes, Apostolica auctoritate tenore præsentiũ perpetuo cassamus, reuocamus, & abolemus, ipsisque Generalibus, Superioribus, & prælatis, vt de cetero quouis quæsito colore, vel prætextu præuentionis, vel consuetudinis, & prescriptionis immemorabilis, seu cognoscendi, an delationes huiusmodi calumniosæ sint, nec ne, in eisdem causis, tam motis, quam mouendis, quoquomodo se intromittere, seu immiscere, denunciationes recipere,

cipere, testes examinare, processus conficere, causas ipsas cognoscere, definire, vel terminare minime audeant, seu præsumant, simili authoritate districtius inhibemus volentes, & expresse mandantes, vt ipsi Religiosi possint, & debeant omnes, etiam Ordinum huiusmodi professores, de hæresi suspectos Inquisitoribus, vel ordinarijs locorum vicinioribus libere denunciare, absque eo, quod superiores prædicti personas denũciandas, & causas perquirere, vel quoquomodo id impedire, vel retardare audeant, seu præsumant. Insuper omnes, & quascunq; causas ad dictum officium quomodolibet spectantes, & pertinentes coram Generalibus, Superioribus, & prælatis huiusmodi, in quibuscunque locis existentibus, ac contra quoscunque Religiosos, vt præfertur, exẽptos motas, & pendentes ad nos harum serie auocamus, easque omnes in statu, & terminis, in quibus de præsenti reperiuntur ipsius prauitatis inquisitoribus, vel ordinariis locorum vicinoribus, terminandas committimus. Præterea ipsis Generalibus Superioribus, & Prælatis pari auctoritate præcipimus, atque mandamus, vt omnes processus, & acta causarum huiusmodi Inquisitoribus, seu ordinariis prædictis respectiue remittant, & consignent; nec non professores, fratres, & Religiosos supradictos, quos hæresis labe infectos, vel suspectos, etiam in visitatione esse nouerint, absque alia consultatione cum propriis superioribus facienda, eisdem inquisitoribus, vel ordinariis locorum vicinorib respectiue denuncient; quod si Generales aliiq; prædicti præsentib. literis non paruerint, eos omnes priuationis quarumcunq; dignitatũ, seu prælaturarum, vel officiorum suorum ordinum, ac vocis actiuæ, & passiuę, per petuæque inhabilitatis ad easdem, nec non contra fautores hæreticorum, & impeditores officii statutas, & inflictas pœnas aliasque censuras ecclesiasticas, etiam excommunicationis maioris latæ sentẽtiæ a qua non, nisi a nobis, vel a Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipso incurrisse, nec non præsentes literas, licet Generales, Superiores, & Prælati prædicti, aut quicunque alii, quauis authoritate, dignitate, vel officio, seu honore fulgentes, in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætẽdẽtes ad hoc vocati non fuerint, semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, suosq, plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, sicq; per quoscumque Iudices, & Cõmissarios, quauis authoritate fungentes, etiam Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus. Non obstant. prędictis, ac quibusuis aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non ordinum, & institutorum quorumcunque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinibus, priuilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, etiam Mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatis eisdem ordinibus, eorumque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, ac personis, etiam per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac sedem prędictã, & per nos quouis modo cõcessis, cõfirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quib. ac aliis omnib. quæ præsentib. quomodolibet obstare possent etiãsi de illis, eorũq; totis tenorib. specialis. specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbũ, non autẽ per clausulas generales idẽ importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores, pro plene, & sufficienter præsentibus expressis, & totaliter in

sertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque, vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, neue aliquis ignorantiam earum prætendere, aut contra eas se excusare valeat, illas in valuis S. Ioann. Lateranen. & principis Apostolorum Basilicarum de vrbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, ac Acie Campi Floræ de more affigi', & publicari, earumque exempla inibi, affixa dimitti, ac post publicationem huiusmodi, omnes, & singulos quos concernunt, & concernent in futurum perinde arctent, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent, quodque earum transumptis etiam impressis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra, vbique gentium, & locorum adhiberi volumus, & mandamus, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ, & nihilominus, vt ad maiorem notitiam singulorum, & quorumcunque Religiosorum prædictorum præsentes deueniant, etiam volumus, & in virtute Sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, Generalibus, Superioribus, & Prælatis prædictis, vt in primis proximis futuris Capitulis, seu Congregationibus Prouincialibus, vel generalibus cuiuscumque Prouinciæ, tam in Italia, quam extra, præsentes nostras literas legi, & publicari faciant, & procurent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cassationis, reuocationis, abolitionis, inhibitionis, mandatorum, auocationis commissionis, præceptorum, Decreti, Declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se nouerit incursurum. Datum Romæ Apud S. Marcum anno incarnationis Dominicæ 1606. Kal. Septembris Pont. nostri anno secundo P. Prodat. Registrata apud Scipionem Secretarium. Scipio Cobellutius. S. De Vrsinis. Anno a Natiuitate. D. N. Iesu Christi 1606. indictione 4. Pont. autem Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Pauli Diuina Prouidentia PP. V. anno secundo, die vero tertia mensis Octobris, supradictæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est per me Io. Baptistã Menochium, eiusdẽ Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissime inquisitionis Cursorem. Romæ ex Typographia Rerum Cameræ Apostolicæ; M. D. C. V. I.

Regulares recurrentes ad Sanctum officium vt in eo testimonium perhibeant non grauentur a suis Superioribus Die 17. Augusti 1567.

Sanctissimus D. N. Pius Papa Quintus in generali congregatione Sancti officij, consulens libertati ipsius Sancti officii, & indemnitati recurrentium ad illud, vel in eo testimonium Perhibentium statuit, & decreuit, vt regulares quorumuis, etiam mendicantium ordinum personæ quæ pro tempore ad officium Sanctæ inquisitionis pro quocunque fidei negotio recurrerint, seu confugerint, vel in eo testimoniũ perhibuerint veritatis, aut alia quomodolibet deposuerint, nequaquã a suis superioribus per quinquennium cõtinuum a die recursus, seu depositionis huiusmodi molestari, vel ex quacunque causa, vel excessibus prætensis personarum istarum, & de debitis propterea pœnis, seu pœnitentijs eisdem imponendis, nisi ipsi Illustrissimi Cardinales inquisitores generales certiores facti fuerint vel eis aliter clare notificatum, & ab ipsis Cardinalibus, desuper responsum fuerit.

Ita habetur inter decreta Sancti officii in fine iudiciarij inquisi. Romæ Impressa anno 1570. fol. 476.

HO-

HORAE CANONICAE.

PRÆTER Summistas in hoc verbo sciendum est, contra beneficiatos non recitantes horas Canonicas extare decretum Concilii Lateranen. vltimi sub Leone 10. fol. 194. in Bullar. tenoris seq.

Statuimus quoque & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio, diuinum officium non dixerit legitimo impedimento cessante beneficiorum suorum fructus suos non facit pro rata omissionis recitationis, officii, & temporis, sed eos tanquã iniuste perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si vero vltra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permãserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere, quo ad hoc vt beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illud his saltem non dixerit, Deo tamen vltra præmissis de dicta omissione reddituri rationem, quæ pœna in habentibus plura benficia reiterabilis totiens sit, quotiens contrafacere conuincatur.

Quod decretum fuit innouatum, declaratum, & actum per Pium V. qui edidit statutum de fructibus, quos amittunt, qui horas canonicas non recitant, Romæ datum sub die 12. kal. Octob. 1571. fol 1134. prout sequitur.

Ex proximo Lateran. Concilio pia & salubris sanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium ecclesiasticum, cum cura, & sine cura, si post sex menses, quã illud obtinuerit, diuinum officium legitimo cessante impedimento non dixerit, beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis officii, & temporis, suos non faciat, sed eos tanquam iniuste præceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi suspensione tenentur, cuiusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. Nos huic rei euidentius atque expressius prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes canonicas, vno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui vero matutinum tantum, dimidiam, qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam, qui horum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei, amittat; tametsi aliqui choro addictus non recitans omnib. horis canonicis cum aliis præsens, adsit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia iuxta statuta, consuetudinem, fundationẽ, vel alias sibi lucri fecisse prætendat. Is etiam præter fructuum, & distributionem amissionem, item ille, qui primis sex mensib. officiũ non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Declarantes præstimonia, præstimoniales, portiones, & qualiacũque alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter conueniri. At quicunque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicẽdum officium parium Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Nulli ergo &c.

ADDITIO. Ad quorum statutorum ornatum, & declarationem videndi sunt Domin. a Soto lib. 10. de iust. & iur. q. 5. art. 6. Nauar in man. cap. 25. nu. 122. & seq.

& seq & de orat. & horis canon cap. 7 num 31 & infra, & in conf. 22. & 14 de celebr miss in antiq Symanc de cathol institut titul 9. num 208. Ignat. Lopez. ad Diaz. in pract crim. can cap. 54. auctor. Cateches. Neap lib 4. a cap 1 vsque ad. 7. Menoch de arbitr. iudic lib 2 cent. 2 cas 429. iunctis his, quæ dicit in addit. nouissime impressis ad prad. casum 429 quo in loco non admittit, nec recipit opinionem Nauar (in quam fere omnes conueniunt) asserentis clericum omittentem recitare horas canonicas intra primos sex menses a die habiti beneficij non teneri ad fructuum restitutionem licet mortaliter peccet ipse tamen conclusiue tenet quod cum primum quis habet beneficium quacunque horarum omissio illum ad fructuū restitutionem obligat & mouetur ratione, quia tales fructus dantur loco mercedis operæ & laboris, vt habetur Numer. c. 18. ibi Filijs Leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, & qui non laborat non manducat. 2. Thessalonic cap. 3. & tunc an ipse clericus possit se componere cum suo episcopo, & superiore pro hac pœna ad eius arbitrium, & voluntatem adde Sot. loc superius citator. qualiter vero illa rata fructuum de qua in Constitutione Pij V. sit restituenda scilicet an pro aliqua parte vel in totum vide Card. Toled. in sum. lib. 2 sub cap. 12. & Henriquez in sum lib. 13. de excommunic. cap 13 sub num 2. & vt cessent pœnæ de quibus in prænar. statutis quæ sint iusta causæ excusantes recitationē horarum post Nauar. in man cap 25 num. 100. & seq & latius illas discutientem de orat & hoc canon cap. 11. per totum breuiter & sub compendio illas recensent Menoch in prælleg. addit. ad casum 429 & Toled in prad lib. 2. cap 14 sub rubr. de causis excusantibus ab officio persoluendo & de tempore horarum canonicarum adest insignis tractatus Marcelli Franco lini presbyt. & Doct Bodiani.

Præterea sciendum est, quod Sacra Congregatio censuit canonicos collegiatæ omnino esse ad residendum, atque ad horas canonicas statis horis recitandas compellendos nisi collegiata esset ruralis ac destituta, in qua antea nunquam supra memoriā solitum sit residere & canonicos non habentes aliunde vnde viuant alere non posset, & nisi huiusmodi qualitates in ea collegiata simul concurrant, canonicos ad ad incunctanter compelli debere & tāgunt rescriptum Domino episcopo Sarnensi.

Quando vero canonicus non residens ex iusta causa possit percipere fructus, & quas distributionrs vide infra in verbo Residentia.

ILLEGITIMI.

PRÆTER Summistas in hoc verbo sciendum est, quod illegitimi sunt inhabiles ad ordines, Beneficia, ad successionem bonorum, & ad ingressum religionis.

De ordinibus, & beneficijs habetur in titulo de filijs presbyt. in decre. & in 6. & quantum ad ordines remanet ius antiquum intactum vt dicam infra in verbo ordo. Sed in beneficijs de iure antiquo per Cōstitutionem Alex 3. poterāt succedere mediate tamen per Clem. 7. fuit reuocata in anno 1533. incip. Ad canonum conditorem. fol. 339. in Bull. tenoris sequentis.

Clemens

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD canonum conditorem non est dubium pertinere, cum statuta a se, vel prę decessoribus suis ad animarum Christi fidelium salutem edita, propter eorum ausum qui successu temporis malitia hominum succrescente magis indies dignoscitur obesse, quam prodesse, animaduertit, ne vlterius obesse valeat, prouidere. Sane postquam fe. re. Alexander Papa tertius prædecessor noster filios præsertim sacerdotum in ecclesiis paternis succedere prohibuerat, eosque nihilominus, media intercedente persona filios ipsos habere dispoſuerat, cum passim sacerdotes in ecclesiis suis eorum filii potirentur satagentes in Alexandri prędecessoris huiusmodi dispositione consilii ecclesias suas, quas, ad eorum peruenire filios gestiebant, in fauorem personarum, quę ecclesias ipsas, etiam illarū possessione non habita, in ipsorum resignantium filios ex fornicatione genitos, illico mox resignare ipsique filii ecclesias ipsas dispensatione super defectu natalium, quem ex dictis sacerdotibus resignantibus geniti, patiebantur, etiam patris nomine expresso, obtenta consequi hactenus consueuerint, profecto pernicioſum semper, & abominabile, ac in grauem diuinæ maiestatis offensam tendere, videlicet quod ipsi presbyteri eorum crimen, quod erat occultum, non sine turpitudine ob inordinatum spuriorum filiorum amorem detegere erubescerent. Iudicauimus propterea, quod vbi tempus, quod omnia palam facit, & presentium ratio, quid in futurum cauendum sit, admonet, merito admonemur, & ad tollendum huiusmodi abusum necessario arbitrati sumus eiusdem Alexandri predecessoris canonem corrigere, potius quam talia cum tanto hominum scandalo tolerare. Habita igitur super his cum venerabilibus fratribus nostris Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalibus matura deliberatione, de eorum consilio, & vnanimi consensu auctoritate Apostolica tenore presentium statuimus, & ordinamus, quod de cetero filii presbyterorum ex fornicatione nati ecclesias Cathedrales etiam Metropolitanas ac monasteria, quibus eorum patres prefuerunt, seu illa, & illas dignitates, etiam maiores, & principales personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiua, & quęcunque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura sęcularia, & quorumuis ordinum regularia, quę presbyter, & clerici ac religiosi eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem ad tempus seu in perpetuum aliquando obtinuerunt nullo vnquam tempore quoquomodo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intendimus, & si quas dispensationes per nos concedi contigerit, tamquam per preoccupationem, & contra mentem nostram concessas eis nullatenus suffragari tales quę dispensationes nostris volumus exulare temporibus, & quod nobis licere non patimur nostris successoribus indicamus non obstantibus prefati Alexandri prędecessoris, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicę 1533. nonas Iunii Pontificatus nostri anno septimo.

Filii illegitimi excluduntur a successione in beneficiis parentum tam mediate, quam immediate de qua meminit Rebuff. in prax benef. par. 2. sub titul. de dispen. super defectu natal. num. 24. eamque refert Nauar. in cap. si quando except. 21. de rescript. & ampliatur per Conc. Trid. sess. 25. capitul. 15. de refor. per

quod redduntur prorsus inhabiles ad obtinendum aliquod beneficium in ecclesia, in qua parentes eorum habent, vel habuerunt illud, vel aliud simile, aut dissimile, quod decretum refert, & declarat Navar. in fine d.c. filius vero legitimus potest succedere mediate, non autem immediate cap. ad extirpandas, de fil. presb. Quantum vero attinet ad successionem bonorum, illegitimos inhabiles prorsus, & incapaces reddit Pius V. per eius Constitutionem Romæ publicatam die 2. Martij 1571. in Bullar. fol. 1169. tenoris sequent.

Quæ ordini ecclesiastico noxia esse & scandalum obijcere perhibentur, necesse est e medio submouere. Quod nos pro nostri muneris officio inter alia incommoda, quæ in oculos nostros incurrunt de Christi peculio, ne ab indignis, & reiectis ignominiose consumatur, neue illorum causa ecclesijs, & pauperibus præripiantur, curam præcipuam habere volentes, de nobis attributæ potestatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, & quæcumque priuilegia, licentias, dispensationes, & indulta faciendi testamenta, donationes siue inter viuos, siue causa mortis, legata, & quascunq; alias dispositiones, de dominijs, terris, castris, domibus, & quibuslibet aliis bonis, & rebus immobilibus, mobilibus, & semouentib. nec non pecunijs, iuribus, & actionibus ex beneficijs, fructibus, pensionibus, & aliis rebus ecclesiasticis qualibuscunque confectis, acquisitis, & alias quomodocunque prouenientibus, nec non de peculio, & aliis etiam sola industria, labore, muneribus, aut quocunque alio modo partis, cuiuscunque qualitatis, speciei, naturæ, & valoris existentibus, in quoscunque illegitimos siue suos, siue extraneos, etiam legitimatos, eosdemque ex toto vel in parte hæredes instituendi, & substituendi, seu quod ipsi in prædictis ab intestato succedant, ceteraque huiusmodi facultates, & permissiones, ac etiam habilitationes, & capacitates succedendi in bonis, & rebus feudalibus, & emphyteoticis ab ecclesiis, monasteriis, & piis locis profectis, quibuscunque personis sæcularibus, & quorumcunque ordinum, nec non militiarum, & hospitalium, Regularibus ac Rom. Curiæ officialib. & aliis curialib. curiāq; ipsam sequētib. & etiā Vrbis Romæ ciuib. ac palatii ædes, census, aliaq; bona in ea, eiusq; districtu habentib. nostris quoq; & aliorum Romanorū Pontificū familiarib. ecclesiarū prælatis, etiā S. R. E. Cardinalibus, & aliis cuiuscunq; dignitatis, ordinis, & cōditionis existentibus, illorumq; & alijs ecclesiis, capitulis, conuentibus, ordinibus, Militiis, Hospitalibus, collegiis, officiis, & locis, ac prædictæ Vrbi, aliisque ciuitatib. prouincijs, & dominijs, eorūq; dominis, populis, ciuib. & incolis, tam per fec. rec. Sixtum. 4. Innocētium 8. Alexandrum 6. Iulium 2. Leonem 10. Clementē 7. Paulum 3. Iuliū 3. Paulū 4. Pium 4 & qui ante illos fuerunt alios quoscunque Romanos Pontifices, ac nos, & sedem Apostolicam, eiusq; legatos etiam de latere, nuncios, Notarios, comites, collegia, officia, & loca, etiā per modū statuti perpetui, generalis legis, initi & stipulati contractus seu quasi, & alias sub quibuscunq; tenorib. & formis, ac cū quibusuis restitutiuis, pręseruatiuis, mentis attestatiuis, derogatoriarū derogatoriis, aliisq; fortiorib. efficaciorib. & insolitis clausulis, nec nō irritantib. & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque simili potestatis, plenitudine, ac prædictorū Cardinaliū consilio, & matura deliberatione in consistorio, habita, nec nō consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiā Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, etiam ob remunerationem laborum & obsequiorum nobis, & dictæ sedi impensorum, refectionem damnorum, compensationem iurium cessorum vel ablatorum, nauatæ militiæ contra hæreticos, & infideles, seu pro prædicta Vrbis ornatu, & frequentatione, ac quibuscumque

cumque alijs vsibus,ac etiam necessariis & piis causis concessa,& multiplicatis vicibus confirmata,innouata,extensa,& moderata,& quantocumque tempore pacifice obseruata,quo ad eam partem,quæ illegitimos prædictos tangit duntaxat, etiam si illa contineant,quod omnes curiales,curiam sequentes, & alii siue ecclesiastici, etiam Cardinales, siue mundani, qui palatia, domus, & prædia vrbana vel rustica ædificauerint,aut census, aliaue bona acquisierint, aut alias acquisita habuerint in dicta Vrbe,& circum eam ad miliaria decem, ex bonis seu fructibus ecclesiasticis,hi tales de illis nec non iuribus, & iurisdictionibus omnibus in fauorem illegitimorum,aut quomodolibet inhabilium,& incapacium,siue inter viuos, siue causa mortis disponere, eosque hæredes, & successores vniuersales, vel particulares instituere,& substituere,& si intestati decesserint, ipsi illegitimi, & incapaces in illis succedere possint,quodque per quascunque reuocationes, derogationes, aut alias contrarias dispositiones, illis quorum interest, præiudicari nequeat,& si vllo vnquam tempore præiudicatum, aut derogatum, quoquo modo apparuerit,ius quæsitum,ablatum,& literæ reuocationum,& derogationum huiusmodi,iuris quæsiti ablatiue censeantur. Sicque per quoscunque iudices iudicari debeat,& etiam diffiniri; Ac pariter tollimus,& abrogamus omnes,& quascunque facultates similia concedendi, legatis nunciis, Notariis,comitibus, collegiis,officiis,& aliis supradictis,quorum omnium tenores,ac si ad verbum inserrentur habemus præsentibus pro expressis, ita vt priuilegiorum dispensationum, facultatum,habilitationum, capacitatum, indultorum, & aliorum supradictorum sic reuocatorū,ac etiam literarum legitimationis prætextu, nullus,omnino de huiusmodi bonis,rebus,pecuniis,iuribus,iurisdictionibus,& actionibus in cōmodum,& fauorem illegitimorum vtriusque sexus,siue etiam filiorum,siue consanguineorum,affiniumue,siue extraneorum, etiam in statu sæculari procreatorum,ac legitimitati quacumque authoritate donatorum,& ad huiusmodi res,& bona,eiusque successionem testato vel intestato idoneorum, & capacium effectorum,siue testamento,siue donatione, siue legato,siue eleemosyna, siue alio quocunque titulo,& pio opere (exceptis in communi,ac omni fraude,conuentione, seu compositione cessante,hospitalib.expositorum, & orphanorum) disponere nec illegitimi ipsi in eis ab intestato,siue protunus,siue per interpositas personas ac quomodocunque succedere, aut illa alias ad eos etiam per quemcumque circuitum multiplicatarum in alios capaces successionum, vllo tempore deuenire possint. Ad hæc nulla esse,& pro infectis haberi volumus,omnia, & quæcunque facta hucusque testamenta,legata,donationes,& alia dispositia huiusmodi, quæ viuentibus adhuc testatoribus, aut alias locum non habuerunt, ac pariter ab intestato, successiones, non tamen litigiosas, quæ plenarium non sunt effectum sortitæ. Deinc vero districtius prohibemus ne talia siue in prædictos illegitimos vtriusque sexus,siue in illorum coniuges siue ipsorum parentes filios, descendentes, ascendentes, vel alios cognatos,siue viuentibus, siue defunctis visis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cuiuscumque pii operis intuitu fiant, neue ipsi vnquam in rebus,bonis,pecuniis,iuribus, iurisdictionibus, & actionibus prædictis,siue totius,siue in parte succedant,aut illa ad ipsos,quauis dispensatione suffultos,etiam per prædictum circuitum deueniant, neue de eis vlla in alium,seu alios concessio,donatio,translatio,aliaue dispositio fiat, aut alia bona similia,vel dissimilia,illegitimis,aut aliis supradictis concedantur. Quod si prædictorum quisquam fuerit præsentium violator, testamentum, donatio, legatum, & dispositio omnino non teneat,nec etiam quo ad alios capaces,& res alias va-

leat,

leat, sicque disponens priuilegio, dispensatione, facultate & indulto prædicto eiusque vsu, & commodo etiam in ceteris omnibus ipso sit iure priuatus. Nemo quantumuis capax illius prætextu fructus, res, pecunias aut prorsus alia bona sua faciat, nec illa detinens vlla præscriptione, aut vllo alio iuris præsidio adiuuetur, sed ad integram illorum restitutionem quocunque temporis lapsu non obstante debeat coerceri. Ita vt omnes in ecclesijs, monasterijs, & beneficijs successores, tam coniunctim, quam diuisim, quisque videlicet pro rata sua, illa omni tempore recuperare possint, & qui primus ceteris ab eo monitis & negligentibus iudicium intenderit, ei soli res tota merito vendicetur. Nullis vero huiusmodi successoribus pro prædictis insistentibus, ac etiam de peculio alias quam ex rebus ecclesiasticis confecto, locorum ordinarij, tam concessorum & relictorum illegitimis, eorumque causa quam quorumcunque aliorum annorum immobilium, & se mouentium, nec non pecuniarum, fructuum, rerum, & iurium, alias sub dictis testamentis, donationibus, legatis, & dispositionibus comprehensorum, corporalem possessionem, amotis inde & expulsis quibuscunque detentoribus siue incapacibus, siue capacibus, per se vel alium seu alios, libere apprehendant & apprehensam huius sedis nomine custodiant, donec ipsa sedes de illis, vti tum tulerit piorum operum necessitas duxerit prouidendum. Bona vero res & iura feudalia, vel emphyteutica (alijs legitimis ad ea forte vocatis non existentibus) eo ipso deuoluta, & iuri ac proprietati suarum ecclesiarum, & locorum restituta, & cum reliquis eorum bonis consolidata esse declaramus. Decernentes irritum, & inane, quicquid secus per quascunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, &c.

Quam Constitutionem idem Pius V. die 5. Martij 1572. per aliam constitutionem fol. 1159. incip. Ad Romanum &c. declarauit loqui, & intelligi debere etiam de quibuscunque bonis patrimonialibus, tam mobilibus, quam immobilibus, & se mouentibus, iuribus, & actionibus quibuscunque.

ADDITIO. Proquarum Constitutionum maiori declaratione adest notabilis decis. Rotæ Romanæ 214 par. 2. diuersorum Aldobrandini, tunc Auditoris nunc Summi Pontificis die 29 Octob. 1584 fol. 122. vbi refert ex d. Bullæ dispositione fuisse concluſum & iudicatum, non prohiberi laicum vigore priuilegiorum disponere in illegitimos de bonis more patrimonialibus & laicalibus, nullam habentibus mixturam cum bonis ab ecclesia profectis, sed Bullam comprehendere solum clericos disponentes de bonis nedum quæsitis ex fructibus beneficiorum, sed etiam de bonis patrimonialibus, item & laicos, quando disponerent de bonis ab ecclesia profectis, vt sunt emphyteusis, & feuda ecclesiastica, & bona quæsita ex pensionibus quas laici ex priuilegio aliquando obtinent.

Quamuis illa Pij V. constitutio reuocatoria facultatum testandi, & disponendi in illegitimos edita nimis dura lex habeatur, seruanda tamē est ad text. in l. prospexit. ff. qui a quibus, &c. Sed est rursus cum hac moderatione interpretanda, vna cum eiusdem conditoris declaratoria, quæ retentis eisdem terminis constitutionis declaratæ intelligi debet, cum omnibus illius clausulis, vt scilicet sonent, & restringantur quo ad licentias, priuilegia, & indulta a iure speciali prouenientia, non autem a iure communi concessa in fauorem illegitimorum, tum quia sublato iure speciali regulariter non tollitur ius commune, quod vt potētius difficilius reuocatur, quā ius speciale ad tex. in l. eius militis. § militia

missus,

missus,ff.de milit.testam.tum quia a iure antiquo non censetur recessum,nisi quatenus in nouo exprimitur. argum.ex in l.præcipimus, §.fin.vbi glossa.C.de appellat.& per hanc extrauag nulla mentio,neque recessio a iure communi,& ideo quando fieret dispositio in illegitimos de bonis cuiuscunque qualitatis vigore alicuius facultatis,seu gratiæ particulariter competentis,& Sedis Apostolicæ auctoritate impetratæ contra,vel præter ius commune,hoc præcise intelligitur prohibitum,& reuocatur per hanc extrauag.Non autem quando Clerici sæculares in Sacris constituti,vel obtinentes beneficia Ecclesiastica,(omni dolo, & fraude cessante) in suos vel alienos spurios pauperes,& bonæ conditionis, ac famæ disponerent ex causa alimentorum, vel dotis quæ loco alimentorum succedit, vt hac Constitutione non obstante id licite possint iuxta æquitatem Canonicam,& iuris communis dispositionem contentam in cap.cum haberet,& ibi Panor.& Card. Alex.de eo,qui dux.in matrim.quam pol.per adulter. late Anton. Gabriel. lib.6. com.conclus.tit.de alimentis conclus.1. cum alias resultaret iniquitas contraria naturali pietati,quæ declaratio dare colligitur ex Nauar. in comment. de spolijs. §.18.num.9.& seq.quo loci hanc Pij V.extrauag. ad verbum plures ad illam adijciendo annotationes refert,& repetit ac confirmat cum eorundem argumentorum formatione in consi.4.& 5.de testament.in nou.& fuit decisum per Rotam Rom.in dec.485.diuers.volum.1.quæ Rota,sub num.12.subdit,vt in tali casu disponi possit in primis tamen de bonis patrimonialibus,aut alias,quam ex beneficijs acquisitis,& in subsidium ex fructibus beneficiorum,seu pensionum &c. An vero filius Sacerdotis,siue Clerici Sacris Ordinibus insigniti valeat succedere matrim.par.2.c.8 §.5.num.17.Vrsillum in annot.ad decis.Afflicti 96.& Molinam de iustitia disput.167.sub 4.conclus.

Item declaratur,vt reuocatio,quæ per hanc Pij V.constitutionem fit,non extenditur ad priuilegia,seu indulta concessa ab Imperatore,Regibus,& regalia iura habentibus filijs Clericorum, quo ad facultatem capacitatis succedendi circa temporalia, extra tamen dominium temporale Papæ ex Nau.in proprijs huius Bullæ terminis in præalleg.cons.3.num.6.& 7.

Denique declara,vt præfata extrauag quatenus annullat legitimationes, & vt ipsis non obstantibus excludantur etiam ipsi legitimi a iure succedendi,tanquam exorbitans,restringatur,iuxta limites,seu terminos,de quibus loquitur, & sic ad effectum tantum,ne legitimationum prætextu possint mediate,vel immediate succedere,aut alias acquirere, non autem vt censeantur inhabilitati simpliciter scilicet,vt illarum vigore non possint effugere turpitudinem,& maculam, ac fieri honesti,& digni,cum ista respiciant personam,& constitutio loquitur, quo ad bona,vt præfertur, vnde tanquam penitus diuersa inductum in vno non porrigitur ad aliud,prout illam in hac parte sic declarat Rot.Rom.in decis.505.diuers. vol.1.

Quo ad illegitimos volentes ingredi Religionem,& de eis iam ingressis, vide infra in verbo **Monasteria,seu conuentus Regularium.**

INVENTARIVM ACTORVM.

SCIENDVM est, quod ne Sede vacante acta causarum criminalium occupentur, fuisse Pij V. constitutione præceptum omnibus Episcopis vtriusque Siciliæ, vt conficiant quotannis inuentarium actorum criminalium suæ Curiæ, fol. 1111. in Bullar. publicata Romæ die vltima Martii 1571. incip. Muneris nostri est aditum prohibere per quem salubris delictorum animaduersio perperam disturbatur. Nefarium etenim facinus in plerisque Episcopatibus Regni Siciliæ citra, & vltra Pharum, audiuimus exoriri, quod Cathedralibus Ecclesijs Præsule viduatis, Vicarij a Capitulis constituti, gratia, timore, odio, vel sordibus, quas volunt inquisitiones, & testimonia rerum, & causarum criminalium violant, surripiunt, & lacerant, ne delictorum cognitio, vel vindicta vspiam consequatur. Nos ad hoc malum, qua potest industria, coercendum, pro nostro officio intenti, præcipimus omnibus Archiepiscopis, & Episcopis dicti Regni, præsentibus, & futuris, vt deinceps inuentarium authenticum omnium, & quarumcunque suæ Curiæ querelarum, accusationum, inquisitionum, denunciationum, testificationum, instrumentorum processuum, ceterorumque actorum causarum, & negotiorum criminalium, etiam mixtorum, quæ apud Curiæ suæ Notarium fuerint, quotannis in perpetuum conficiant, confectum, & dicti Notarij manu subscriptum penes se custodiant, donec super ijs fuerit iudicatum. Et si eos de vita decedere interim constiterit, illud vniuersum sigillo suo obsignatum, fidei Sacerdotis cui peccata confitentur, morte impendente committant, qui ea secuta protinus ipsum Prælato, ac domui, seu conuentui diguiori Regularium illis Ciuitatis debeat resignare, vt ab eis tute, & fideliter asseruetur, donec futurus aduenerit Præsul, cui illud itidem clausum, & integrum tribuatur. Quod ipsimet per se faciant, si quando necesse habuerint peregre proficisci, illa vt illud ipsum statim cum præsentes redierint, recipiant abeisdem. Quicunque autem testimonia, processus, scripturas, & instrumenta huiusmodi quocunque modo violauerit, corruperit, subtraxerit, combusserit, suppresserit, aut iusserit id fieri, seu auxilium consilium, vel fauorem præstiterit, omni sit dignitate, officio, & beneficio, præsertim auctoritate priuatus, & ad futura inhabilis eo ipso. Idem quoque, & pariter Notarius, cui quid prædictorum defuerit, aut alia deliquerit in prædictis, tam falsi reus declaretur, pœnasque omnes subeat, quæ sunt in huiusmodi rerum falsarios per sanctiones Canonicas, & constitutiones legitimas irrogatæ. Nulli ergo &c.

IVDÆI.

PRæter Summistas sciendum est, qualiter vltra disposita in c. Iudæi el. 2. de Iudæ. & in extrauag. com. Ioan. 22. incip. dignum. eo. titul. ad maiorem declarationem extat Pauli tertij constitutio, quod Iudæi, ceterique infideles ad agnitionem Catholicæ fidei venientes bona patrimonialia maternaliaque, & omnia eorum consuetudine acquisita, seu quæ verum domi-

dominium habere non reminiscuntur, etiam viuis, & inuitis parentibus habere tenere & possidere valeant tenoris sequentis.

Paulus episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.

CVpientes Iudæos, & alios infideles quoslibet ad fidem catholicam conuerti, & prætextu bonorum per eos antea possessorum ab eodem fide non distrahi, motu proprio, & ex certa nostra scientia, authoritate Apostolica, tenore præsentium, hac in posterum valitura Constitutione sancimus, quod cuicumque eorundem Iudæorum, & infidelium ad dictam fidem conuerti volenti, etiam si in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcumque tam mobilia, quam immobilia, intacta, & ilæsa permaneant. Ita vt etiam filijfamilias, & in patria potestate, vt præfertur constituti, legitima, & quacunque alia portione bonorum patrimonialium, aut maternorum eis de iure, seu successione bonorum eis aliàs debitorum, per eorum parentes fraudari, aut priuari non possint, neque debeant, sed eis integre, etiam si contra voluntatem parentum suorum ad fidem ipsam conuersi fuerint; etiam eorum parentibus viuentibus, debeantur. Et si bona ipsa ex vsura, aut illicito quæstu fuerint acquisita, & notæ sint personæ, quibus eorum fuerit de iure facienda restitutio, (quia non remittitur peccatum, nisi restituatur male ablatum) illa eisdem personis omnino restituantur: personis vero non extantibus prædictis, qui bona ipsa essent per manus ecclesiæ in pios vsus conuertenda, bona huiusmodi eisdem Iudæis, & alijs infidelibus, in fauorem suscepti Baptismatis, tanquam in pium vsum libere concedimus: eaque apud ipsos sic conuersos Iudæos, & alios infideles remanere decernimus. Interdicentes sub diuini anathematis pœna, quibusuis, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus personis, ne vllam super bonis huiusmodi, quouis quæsito colore molestiam inferant, aut inferri patiantur sed magnum se fecisse lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint, ac quoniam (vt scriptum est) qui habuerit substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipso? si ipsi conuersionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, omnes tam ecclesiasticos, quam Sæculares per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, vt ipsis conuersis manus porrigant adiutrices, ipsi quoque Diœcesani, non solum Christianos ad subueniendum ipsis exhortentur, sed etiam, tam de redditibus ecclesiarum, prout poterunt, quam de his, quæ ad pauperum vsus per ipsos conuertendos deputantur huiusmodi Neophytos sustentare non negligant: ipsosque a detractionibus, & contumelijs paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam Baptismi ciues Sanctorum, & domestici Dei efficiantur, longeque dignius existit regnare spiritu, quam nasci carne, eadem constitutione statuimus, vt ciuitatum, & locorum, in quibus Sancto Baptismate pro tempore regenerabuntur vere ciues sint, & priuilegijs ac libertatibus, & immunitatibus quæ alij ratione natiui-

natiuitatis,& originis dumtaxat consequũtur,gaudeant. Curent insuper sacerdotes baptizantes, & alij de sacro fonte eos suscipientes, tam ante, baptismum, quam post illos in articulis fidei, ac legis nouæ præceptis catholicæque ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tam ipsi, quam Diœcesani operam dent, ne cum alijs Iudæis, seu infidelibus, saltem per longum tempus conuersentur, ne, sicut quandoque contigit ab infirmitate curatis, modica occasio ad pristinam damnationem recidiuam efficiat. Et quoniam experientia teste, compertum est mutuam ipsorum Neophytorum, inter se conuersationem, ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum efficere, hortamur locorum ordinarios, vt quantum pro incremento fidei uiderint expedire, curent, & studeant, Neophytos ipsos cũ originarijs Christianis matrimonio copulare. Et prohibeãt eisdem sub grauibus pœnis ne mortuos more Iudæorum sepeliant, aut sabbata, aliasque solennitates, & antiquæ sectæ ritus quoquo modo obseruent, sed & Ecclesias, & prædicationes, prout alij catholici frequentent, & in omnibus Christianorum moribus se conformes reddant. Contemptores autem prædictorum per sacerdotes, in quorum parochijs degent, aut alios ad quos de iure, vel antiqua consuetudine, de talibus inquirere spectat, aut etiam per alios quoscumque diœcesanis, seu inquisitoribus hæreticæ prauitatis deferant, & inuocato, si opus fuerit auxilio brachii sæcularis, per eos taliter puniantur, quod aliis transeat in exemplum. Et insuper de his omnibus, in prouincialibus, & Synodalibus conciliis, diligens fiat inquisitio, & tam circa episcopos, & sacerdotes in præmissis negligentes, quam ipsos Neophytos, & in fideles prædictos contemptores, opportunum adhibeatur remedium.

Si quis autem cuiuscũque gradus, vel præeminẽtiæ fuerit, huiusmodi Neophytos, ne obseruationem ritus Christiani, & aliorum præmissorum complectantur, fouerit, aut defenderit, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas, ipso facto incurrant, Neophyti vero, si se corrigere post monitionem Canonicam neglexerint, & ad vomitum Iudaizãtes redire comperti sint, contra eos, tanquam per fidos hæreticos, per Ordinarios locorum secundum sacrorum canonum instituta procedatur. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis priuilegijs, indultis, & literis, etiam Apostolicis, seu etiam regijs, vel imperialibus eisdem Iudæis, vel infidelibus, quomodolibet concessis: quæ quatenus in detrimentum Catholicæ fidei, aut nominis Christiani seu aliquorũ ex præmissis, quomodolibet vergent, & ad effectum præsentium cassamus, & irritamus, ac cassa, & irrita esse decernimus: Alijs decretis, & Constitutionibus Apostolicis, quæ super præmissis sunt cõdita in suo robore duraturis, & vt huiusmodi Sanctæ Constitutionis iugis memoria habeatur, & ne quisquam ipsius ignorantiam prætendere possit, illam per singulas cathedrales, & collegiatas ecclesias, aliaque pia loca in quibus vberior erit fidelium concursus, semel in anno ad minus infra diuina publicari volumus, & decernimus, & quia difficile foret præsentes ad singulla quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earundem præsentium transumptis, seu copijs etiam impressis, & manuali cuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, vbicumque forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesimo primo Martij, Millesimo, quingentesimo, quadragesimo secundo, Pontificatus nostri anno octauo. Ad hanc Constitut. Pauli 3. vide Nauar. cons. 2. de iud.

Bulla

Bulla S. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. super confirmatione, ac reualidatione Bullæ olim a Sanctæ mem. Paulo PP. IIII. contrà Iudæos editæ.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Romanonus. Pontifex Christi vicarius in terris nonnunquã ea, quæ pro zelo Religionis a ceteris Roman. Pontificibus prædecessoribus, suis concessa dicũtur, vt illibata persistãt approbat, & cõfirmat, put in domino conspicit salubriter expedire. Dudum felicis recordationis Paulus Papa. IIII. prædecessor noster zelo fidei Christianæ motus, certum modum viuendi, & habitandi Iudæis præscripserit, prout in quadam eius constitutione, cuius tenor sequitur, & est talis videlicet. Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum nimis absurdum, & inconueniens existat, vel Iudæi quos propria culpa perpetuæ seruituti submisit, sub prætextu quod pietas Christiana illos recepter, & eorum cohabitationem sustineat, Christianis adeo sint ingrati, vt eis pro gratia cõtumeliam reddant, & in eos pro seruitute quam illis debent, dominatus vendicare procurent, nos ad quorum notitiam, nuper deuenit eosdem Iudæos in Alma Vrbe nostra, & nonnullis S. R. E. Ciuitatibus, Terris, & locis in id insolentiæ prorupisse, vt non solum mixtim cum Christianis & prope eorum Ecclesias nulla intercedente habitus distinctione cohabitare, verum etiam domos in nobilioribus Ciuitatum, Terrarum, & locorum in quibus degent, vicis, & plateis conducere, & bona stabilia comparare, & possidere, ac nutrices, & ancillas, aliosque seruientes Christianos, mercenarios habere, & diuersa alia in ignominiam, & contemptum Christiani nominis perpetrare præsumant, considerantes Ecclesiã Roman. eosdem Iudæos tolerare in testimoniũ veræ fidei Christianæ, & ad hoc, vt ipsi Sedis Apostolicæ pietate, & benignitate allecti, errores suos tandem recognoscant, & ad verũ Catholicæ fidei lumen peruenire satagant, & propterea conuenire, vt quamdiu in eorum erroribus persistunt effectu operis recognoscant se seruos Christianos vere liberos per Iesum Christum Deum, & dominum nostrum effectos fuisse, iniquumque existere, vt filij liberæ filiis famulentur ancillæ. Volentes in præmissis quantum cum Deo possumus salubriter prouidere, hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, tam in dicta Vrbe, quam in quibusuis alijs ipsius Romane. Ecclesiæ Ciuitatibus, Terris, & locis Iudæi omnes in vno, & eodem, ac si ille capax non fuerit in duobus, aut tribus, vel tot quot satis sint contiguis, & ab habitationibus Christianorum penitus se iunctis per nos in vrbe, & per Magistratus nostros in aliis Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis designandis vicis, ad quos vnicus tantum ingressus pateat, & quibus solum vnicus exitus detur omnino habitent. Et in singulis Ciuitatibus, Terris, & locis in quibus habitauerint vnicam tantum Synagogam in loco solito habeant, nec aliam de nouo construere, aut bona immobilia possidere possint. Quinimo omnes eorum Synagogas præter vnam tantum demoliri, & deuastare ac bona immobilia, quæ ad præsens possident infra tempus eis per ipsos Magistratus præfigendum Christianis vendere, & ad hoc vt pro Iudæis vbique dignoscantur, Masculi biretum, Feminæ vero

aliud

aliud signum patens ita vt nullo modo celari, aut abscondi possit glauci coloris pallam deferre teneantur, & astricti sint, nec super non delatione Bireti, aut alterius signi huiusmodi prætextu cuiusuis eorum gradus, vel præeminentiæ, seu tolerantiæ excusari, aut per eiusdem Ecclesiæ Camerarium, vel Cameræ Apostolicæ Clericos, seu alias illi præsidentes personas, aut Sedis Apostolicæ Legatos, uel eorum vicelegatos quouis modo dispensari, aut absolui possint Nutrices quoque seu Ancillae, aut alios vtriusque sexus seruientes Christianos habere, vel eorum infantes per mulieres Christianas lactari, aut nutriri facere, seu dominicis, vel alijs de precepto Ecclesię Festis diebus in publico laborare, aut laborari facere, seu Christianos quoquomodo grauare. Aut contractus fictos, vel simulatos celebrare, seu cum ipsis Christianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem, seu conuersationem habere nullatenus præsumant. Nec in libris rationum, & computorum, quæ cum Christianis pro tempore habebunt alias, quam latinis literis, & alio quam vulgari Italico sermone vti possint, & si vtantur libri huiusmodi contra Christianos nullam fidem faciant. Iudæi quoque præfati sola arte Strazzariæ, seu cenciariæ, vt vulgo dicitur contenti aliquam Mercaturam frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum vsui humano necessarium facere, Et qui ex eis Medici fuerint etiam vocati, & rogati ad curam Christianorum accedere, aut illi interesse nequeant, nec se a pauperibus Christianis dominos vocari patiantur. Et menses in eorum rationibus, & computis ex Triginta diebus completis omnino conficiant, & dies qui ad numerum Triginta nõ ascenderint non pro Mensibus integris, sed solum pro tot diebus quot in effectu fuerit computentur, & iuxta ipsorum dierum numerum, & non ad rationem integri mensis eorum credita exigant, ac pignora eis pro cautione pecuniarium suarum pro tempore consignata nisi transactis prius a die quo illa eis data fuerint, Decem, & Octo integris mensibus vendere nequeãt, & postquam menses prędicti effluxerint, si ipsi Iudæi pignora huiusmodi vendiderint omnem pecuniam, quæ eorum credito superfuerit domino pignorum consignare, Et statuta Ciuitatum, Terrarum, & locorum in quibus pro tempore habitauerint fauorem Christianorum concernentia inuiolabiliter obseruare etiam teneantur, & si circa pręmissa in aliquo quomodol bet defecerint, iuxta qualitatem delicti in Vrbe per nos, seu Vicarium nostrum, aut alios a nobis deputandos, ac in Ciuitatibus Terris, & locis prædictis per eosdem Magistratus, etiam tanquam rebelles, & criminis læsæ Maiestatis rei, ac a totõ Populo Christiano diffidati nostri, & ipsorum Vicarii, ac deputandorum, & Magistratuum arbitrio puniri possint. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis tolerantiis, seu priuilegiis, & indultis Apostolicis eisdem Iudæis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem prædictam, aut illius Legatos, vel ipsius Romanę Ecclesiæ Camerarios, & Cameræ Apostolicæ Clericos, seu alios illi Præsidentes, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu Proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alias expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruãda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro expressis habentes, illis

alius

alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat special ter, & expresse deroga mus, ceterisque cõtrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginã nostræ sanctionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario cõtra ire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit in dignationẽ omnipotentis Dei, ac Beatorũ, Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurũ. Dat. Romæ apud Sanctũ Marcũ Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Quin quagesimo Quinto, Pridie Idus Iulij Pontificatus nostri Anno Primo. Nos igitur cupiẽtes, vt cõstitutio, statuta, & ordinationes huiusmodi perpetuis futuris tẽporibus obseruẽtur, Motu Proprio, & ex certa nostra scientia, & nõ ad alicuius alterius nobis super hoc oblatæ petitionis instãtiã, sed ex mera nostra deliberatione, cõstitutionẽ, statuta, & ordinationes huiusmodi, & pro vt illa cõcernũt omnia, & singula in dicti prædecessoris literis cõtẽta, & inde secuta quæcũque auctorita te Apostolica presentiũ tenore approbamus, innouamus, & cõfirmamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decernimus, ac volumus sub interminatione diuini iudicij precipimus, & mãdamus ea omnia in posterũ obseruari firmiter, nõ solũ in Terris, & Dominiis nobis subiectis, sed etiã vbiq; locorũ. Et ad omnẽ circa colorẽ Bireti per masculos, & signi per feminas deferẽdorũ huiusmodi submouendam hæsitationem, declaramus dictum colorẽ esse, qui vulgo gialdo dicitur. Mãdantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis quatenus in ciuitatibus, & Dioec. propriis præsentes nostras literas publicari, & obseruari faciãt. Et omnes Principes sæculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus, & obsecramus per viscera misericordiæ Iesu Christi eisdem in remissionem peccatorum nihilominus iniungentes, quod in præmissis omnibus eisdẽ Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum fauorem, & auxilium præstent, ac contrafacientes pœnis, etiam temporalibus afficiant. Non obstantibus omnibus quæ idem Paulus Prædecessor in supradictis literis voluit nõ obstare, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis per recolendæ memoriæ Pium IIII. Roman. Pontificem prædecessorem nostrum, & Sedem Apostolicam, etiam forsan consistorialiter, ac per viam generalis legis, & statuti, ac in vim stipulati contractus, ex quauis etiam vrgentissima, & onerosa causa, ac Motu Proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cum quibusuis etiam derogatoriarũ derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis quomodolibet cõcessis confirmatis, & innouatis, etiam si in eis disponeretur, & caueretur expresse quod ad delationem Bireti glauci coloris huiusmodi in itinere, ac quod non, vt præmittitur, in loco clauso habitare tenerentur, & quod bona stabilia vsque ad certam summã acquirere ac societatem cum Christianis super rebus ad annonam spectantibus inire, ac cõuersationem cum eisdẽ Christi fidelibus habere, ac pignora alias quam præscripto modo distrahere, ac plures Synagogas retinere possent indulserit, aut alias quomodolibet eis dictas literas Pauli prædecessoris in fauorem Hebræorum prædictorum limitauerit. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per causulas generales idem importantes, mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma seruanda foret, & in eis caueatur, quod nullatenus derogari possit, illorum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, nec non modos, & formas ad id seruãdas, pro individuo seruatis habentes harũ serie spe-

cialiter,& expresse derogamus. Et literas eiusdem Pauli prædecessoris,& omnia in eis contenta obseruari in omnibus,& per omnia mandamus,perinde,ac si literæ Pij similiter prædecessoris nostri non emanassent, aut si aliquibus communiter,vel diuisim ab eadem sit Sede indultum,quod interdici,suspendi,vel excõmunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam,ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria, & Acie Campi Floræ publicentur,& inter Constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus,& etiam declaramus quod earum Transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis,ac sigillo alicuius Prælati munitis,eadem prorsus fides vbicunque adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ,vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis,confirmationis,decreti,præcepti,mandati,requisitionis,obsecrationis,iniunctionis, derogationis,declarationis,& voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesim,Sexagesimo Sexto. Tertio decimo kal. Maii Pontificatus Nostri Anno Primo.

Visa de Curia Io. Riuetius

H. Cumyn.

Cæ. Glorierius.

ANNO a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo,Quingentesimo,Sexagesimo Sexto indictione nona,die vero prima,Mensis Maii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris.& Domini Nostri, Domini Pii diuina prouidẽtia Papæ V. Anno Primo. Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis retroscriptis per nos Scipionem de Octauianis, & Io. Andream Panizzam Apostolicos Cursores.

Camillus Cherubinus Mag. Curs.

Romæ apud Antonium Bladum,Impressorem Cameralem. Anno MDLXVI.

Gregor. XIII. Quod Medici Hebræi,vel infideles ad Christianorum curam non admittantur. vide infra in verbo Medicus. fol. 302.

Eiusdẽ. De prædicatione facienda Iudæis semel in hebdomada. vide infra in verbo prędicator. fol. 400.

Clemẽt. VIII. Contra impia scripta, & libros Hebręorum incip. cum hebræorum malitia vide indicem librorum prohibitorum in obseruationem circa nonam regulam

Gregor. XIII. Statutum de Blasphemiis & flagitiis Iudæorum in quæ hæreticæ prauitatis inquisitores animaduertunt.

Publicatum Romæ die x. Iunii 1585. incip.

Gregorius

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ANtiqua Iudæorum improbitas, qua diuinæ bonitati semper restiterunt tanto execratior consistit in filiis, quanto ipsi ad cumulandam patrum suorum mensuram in Dei filio repudiando, eiusque in mortem nefarie conspirando, grauius deliquerunt: qui propterea suis effecti maioribus nequiores, propriis sedibus expulsi, atque in omnes dispersi Orbis terrarum regiones seruitutique perpetuæ mancipati, non maiorem cuiusquam ditione clementiam, quam in Christianorū Prouinciis, maximeque vero in Apostolicæ pietatis gremio inuenerunt, quæ pro eorum conuersione laborans, eos misericorditer excepit, atque in cohabitatione una cum filijs suis sustinuit, ad veritatisque lumen allicere pio semper studio conata est, rebusque ad vitam necessarijs iuuit, iniurijs, & contumelijs prohibuit, multis denique beneficentiæ suæ priuilegijs communiuit: illi vero nullis beneficijs mansuefacti, nihilque de suo pristino scelere remittentes, Dominum nostrum Iesum Christum in cælo triumphantem adhuc in Synagogis suis, & vbique persequuntur; Christi quoque membris infensissimi non desinunt in Religionem Christianam horrenda facinora quotidie magis audere; quibus nos ne pietatis nostræ puritas polluatur, aut a fœdis mancipijs Christo, Christianorumue nomini impune illudatur obuiare volentes statuimus, ac etiã declaramus, Inquisitores hæreticæ prauitatis libere procedere posse in omnibus causis, & casibus, qui sequuntur.

Si quis Iudæus, aut infidelis in ijs, quæ circa fidem cum illis nobis sunt communia, veluti Deum vnum, & æternum Omnipotentem, Creatorem omnium visibilium, & inuisibilium, & similia non esse asseruerit prædicauerit, vel priuatim alicui insinuauerit.

Si dæmones inuocauerit, consulueritue, aut eorum responsa acceperit, ad illosue sacrificia, aut preces ob diuinationem, aliamue causam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris alteriusue rei fumigationes obtulerit aut alia quæuis impietatis obsequia præstiterit.

Si Christianos verbo facto, vel exemplo, aut alio quouis modo nefaria huiusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere attentauerit.

Si Saluatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum purum hominem vel etiã peccatorem fuisse, Matremue Dei non esse Virginem, & alias huiusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent, in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impie protulerit.

Si cuiusuis eorum opera, auxilio, consilio, vel fauore aliquis Christianus a fide desciuerit, quamque semel susceperat, abnegauerit, vel ad Iudæorum, seu aliorum infidelium ritus, cæremonias, superstitiones, vel impias sectas transierit, vel redierit, seu in hæresim aliquam inciderit aut qui, vt Christi fidem abneget, seu in hæresim incidat, opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodocumque præstiterit.

Si quis Catechumenum, vel quemcumque ex Iudæis, aut infidelibus Deo inspirante ad fidem Christianam venire volentem, post declaratam nutu, verbo facto, aut quocumque alio modo eius voluntatem a fide, vel fidei instructione, aut a Sacri Baptismi susceptione retrahere auertere, vel dehortari aut ne ad fidē veniat, neue regenerationis lauacro abluatur, quouis modo impedierit.

Si quis apostatas, hæreticosue scienter domi suæ aceptauerit, aluerit, commeatu iuuerit, seu quouis modo eis cibaria vbicumque præbuerit aut dona, vel munera dederit, vel miserit, aut de loco ad locum deduxerit seu associauerit, vel deducendos seu associandos curauerit, aut sumptus ministrauerit, duces, comitesue illis adiunxerit, vel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut inuestigari nequeant, fecerit. Quique dictos apostatas, aut hæreticos scienter aliquo modo receptauerit, occultauerit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel fauorem, quomodolibet præstiterit.

Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, aut alias prohibitos tenuerit, custodierit, vel diuulgauerit, vel in quæcumque loca detulerit, aut ad eam rem operam suam accommodauerit.

Si Christianos deriserit, redemptionisque nostræ hostiam salutarem in ara crucis immolatam Christum dominum ludibrio, & despectui habens, quandocumque maxime vero in Sacro Parasceues die agnum, siue ouem, aut quid aliud cruci affixerit, aut appenderit, in eamue conspuerit, seu quodcumque contra ipsam fecerit.

Si nutrices Christianas contra sacrorum Canonum statuta, diuersorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum sanctiones adhuc retinuerit, aut eas retinens die, qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, lac vno, vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, vel loca effundere coegerit.

In quibus casibus vniuersis, & singulis omnes prædictæ prauitatis Inquisitores omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominorum, & locorum Vniuersi Orbis Christiani Iudices in suis quemque locis perpetuo delegamus, vt super his contra Iudæos, aut Infideles quoscumque simul, vel separatim; prout in causis fidei iuxta Sacrorum Canonum formam, nec non Officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo, vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles repererint, in eos pro culpæ modo, ac etiam pro criminum numero, vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendis, flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoque publicationes, exilia, aliaque atrociora decernant, & alias deceis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab huiusmodi flagitijs in posterum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Roman. Eccles. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Prælatis, ac etiam aliis prædictis Inquisitoribus, in virtute Sanctæ obedientiæ districte præcipimus, & mandamus, vt præsentes nostras literas in Ciuitatibus, & locis, cuique subiectis publicare, & iuxta illarum tenorem procedere, ipsasque debitæ executioni mandari procurent. Decernentes irritum &c. Non obstantibus &c.

IV-

IVDEX.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod Iudices, & conseruatores a Sede Apostolica deputati si in altero iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti assumere, & secundum eius relationem iudicare teneantur. Leo Decimus in Concil. Gener. Lateranen. decreuit. fol. 188. in Bullar.

IVRAMENTVM.

PRÆTER Summistas in hoc verbo sciendum est, quod vltra Constitutionem Nicolai Tertij relatam in c. 1. de iureiur. in 6. extat Gregorij XIII. illius innouatio, & aliarum sanctionum, contra iurantes, & iurare facientes illicita, impossibilia, damnosa, & Ecclesiasticæ libertati, ac decretis Concilii Trident. aduersantia publicatæ Romæ die 14. Septembris 1684. fol. 1354. in Bullar. incip. inter Apostolicas, & est sequentis tenoris.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INter Apostolicas, & alias canonicas sanctiones, quæ de iuris iurandi religione variis temporibus prodierunt, fel. record. Nicolaus Papa Tertius, intelligens in nonnullis ecclesiis de earum consuetudine obseruari, vt cum earum prælati ad ecclesias ipsas primo accedunt, vel cum de recipiendis ibidem nouis canonicis agitur, nec præfatos admitti, nec canonicos aliter recipi in dictis ecclesiis, nisi iurato ab eis, statuta, & consuetudines ipsarum ecclesiarum, scripta, & non scripta inuiolabiliter obseruare, inter laicos etiam multarum ciuitatum, castrorum, & terrarum eum consuetudinis morbum in assumendis potestatibus, Rectorib, vel officialibus suis irrepsisse, vt ipsi potestates, & rectores, & officiales, ad huiusmodi potestarias, rectorias, & officia, nullo modo admittantur, nisi prius se, statuta ipsorum locorum clausa iurauerint seruaturos, & quia in statutis, consuetudinibusque supradictis, interdum aliqua reperiebatur illicita, seu impossibilia, vel obuiantia ecclesiasticæ libertati, idcirco ne sub tali generalitate iurandi sic iurantibus peccandi occasio præberetur, cum iuramentum non fuerit institutum, vt vinculum esset iniquitatis, prædictus Nicolaus Papa animarum periculis obsistere cupiens, frugifera, & salubri constitutione præcepit quibuscunque scientibus, contineri in prædictis consuetudinibus, & statutis, illicita, impossibilia, vel libertati ecclesiasticæ obuiantia, huiusmodi iuramenta, ab eis nullo modo præstari, & iuramenta ea intentione facienda, vel facta, vt etiam illicita, vel impossibilia, seu libertati ecclesiasticæ obuiantia obseruentur, cum etiã sub tali intentione præstari non possent, absque diuinæ maiestatis offensa, decreuit in huiusmodi, illicitis, impossibilibus, seu libertati ecclesiasticis obuiantib. non seruanda, quin potius pro animarum salute, si sub forma prædicta, vel simili aliquos ignorantes prædicta illicita, seu impossibilia, vel libertati ecclesiasticæ obuiantia iurare contingeret, ad obseruanda duntaxat licita, possibilia, & libertati ecclesiasticæ non obuiantia, iuramentorum intentio referri deberet, declarans iuramenta sub huiusmodi generalitate, qualiter cumque, & sub quacunque verborum forma præstita, vel præstanda, ad

licita, possibilia, ac ecclesiasticæ libertati non obuiantia, duntaxat extendi, ipsosque iurantes ad alia per præstationem huiusmodi iuramenti non teneri. Veruntamen multi infirmi, cupidique sensus, sese in huiusmodi iuramenta cũ animarũ suarũ periculo præcipitant. Nos, quoniã hęc sanctorũ quoque patrũ institutis, & salubri rerũ ecclesiasticarũ directioni aduersantur, & tãquã de radice ambitionis procedẽtia omne bonũ in ecclesiis, rebusq; pulicis peruertũt, ea nouę prouisionis subsidio prohibere volentes, præsentiũ auctoritate, innouamus prædictã constitutionẽ Nicolai Papæ itidemque alias omnes canonicas sanctiones de abusu, & reprobatione huiusmodi iuramẽtorũ promulgatas, volumusq; eas vbique ab omnibus, etiã quo ad præterita inuiolabiliter obseruari, ac etiã præcipimus, & interdicimus prælatis, canonicis, & aliis supradictis, nec nõ ecclesiarũ Capitulis, & Monasteriorũ, ceterisque cõuentibus. Ciuitatũ quoq; Castrorũ, & terrarũ, Cõmunitatibus, & personis quacunque dignitate præditis, ne vlla omnino iuramẽta illicita impossibilia, damnosa, vel libertati ecclesiasticę, aut decretis Cõcilii Tridẽtini obuiãtia, siue post electiones, cõfirmationes, prouisiones, receptiones, admissiones, aut alios actus, vbicunque, ac quocũque tẽpore, etiã prætentu cuiusuis cõsuetudinis, quãtocunque tẽpore obseruatæ, quæ potius corruptela est cẽsenda, siue ingenere, siue in specie præstare, reddere, vel exigere, neue super præstitis, redditis, vel exactis hucusque quẽquam in iudicio, vel extra inquietare audeant quoquomodo, vel turbare, illos enim qui iuramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel ecclesiasticæ libertati, aut decretis dicti Concilii obuiantia, exigere cõtenderint, episcopos videlicet, & alios quoscunque pontificali dignitate prædictos suspendimus a diuinis, Capitula vero, & conuentus, eorumque ecclesias, & loca omnia interdicto ecclesiastico supponimus, ac singulares personas excõicationis sentẽtia innodamus, inhabilesque facimus ad obtenta, & alia obtinenda eo ipso, nobisque, & Rom. Pontifici pro tẽpore existẽti relaxationẽ suspensionis, & interdicti, nec nõ absolutionẽ ab excõmunicationis sentẽtia huiusmodi perpetuo reseruamus, Decernentes eos, qui talia iuramẽta scienter præstiterint, vsu, & comodo rei, & gratiæ cuius causa iurauerint, eo ipso priuatos esse, alios vero ignorantes, ad præstitorũ iuramẽtorũ huiusmodi obseruationẽ minime teneri, nec non irritũ, & inane quicquid secus, per quoscunque scienter, vel ignoranter attẽtatum est hactenus, & deinceps cõtigerit attentari, nõ obstãtibus præmissis, seu quibusuis prælatis Capitulis. Cõuentibus, & personis prædictis, vel quibusuis aliis, cõmuniter, vel diuisim, ab eadem sit sede indultum, vel in posterũ indulgeri contingat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mẽtionem, ceterisque cõtrariis quibuscunque. Et quoniam difficile nimis esset, præsentes ad omnia loca, quibus illis opus erit, perferri, volumus, vt earum exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo prælati, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ Apud Sãctum Marcum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingẽtesimo octuagesimo quarto nonis Septembris. Põtificatus nostri anno tertio decimo. M. Car. S. Stephani. Cę. Glorierius. A. de Alexiis.

LIBRI PROHIBITI.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod extat Index Librorum prohibitorum cum regulis confectis per patres a Tridentina Synodo delectos, auctoritate Pij Quarti primum editus, postea vero a Sixto V. auctus, & nunc demum S. D. N. Clementis Papæ viij. iussu recognitus, & publicatus, instructione adiecta de exequendæ prohibitionis, deque sincere emendandi, & imprimendi libros ratione.

Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem qui hæreticorum libros, vel cuiusuis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritue, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat, eamque ob causam in eum, tanquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat præter alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit habueritue, præter peccati mortalis reatū, episcoporum arbitrio, seuere se uerit puniendum, vt patet ex Constitutione Pij iiij. die 24. Martij. 1564. incip. Dominici, fol. 803. in Bulla, & est impressa etiam in d. Indice.

Qui hæreticorum libros hæresim continentes, vel de religione tractantes siue auctoritate Summi Pont. & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes imprimentes, aut quomodolibet defendentes ex quauis causa publice vel occulte quouis ingenio, vel colore, sunt etiam excommunicati in Bulla Cœnę Domini, capite primo, & est reseruata Summo Pontifici.

Sciendum est etiam qualiter post editionem dicti indicis extat Clementis Papæ Octaui prohibitio operum Damnatæ memoriæ Caroli Molinæi cum reuocatione licentiarum illa legendi, & retinendi quibuscumque personis hactenus concessarum, & inhibitione, ne eædem licentię cuiquam de cetero concedantur, publicata Romę die 26. Augusti 1602. Incipien. Apostolicę sedis & infra.

Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, hac nostra perpetuo valitura constitutione omnia, & quęcunque prędicti Caroli Molinęi Hæretici scripta opera, & commentaria, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra auctoritate de nouo perpetuo damnamus, reprobamus, interdicimus, & anathematizamus, eorumque lectionem, & retentionem vniuersis & singulis Christi fidelibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris, & pręeminentię, licet de illis specialis, & individua mentio habenda foret, existant, etiam sub excommunicationis latę sententię, alijsque censuris, & pœnis in indice librorum prohibitorum contentis, ac etiam suspicionis ipsius hæresis, quantumuis scripta, opera, & commentaria ipsa, tam quouis modo fuisse expurgata prętendant, districte perpetuo interdicimus, & prohibemus. Et propterea omnes, & quascunque licentias quibusuis personis, tam ab ordinarijs locorum, quam etiam ab ipsis Cardinalibus, super dicto indice deputatis, ac supremis Sanctæ vniuersalis Inquisitionis contra hæreticam prauitatem inquisitoribus, ac a nobis, & Apostolica sede quomodolibet concessas legendi, & retinendi libros eiusdem Caroli Molinæi, etiam sub alio nomine inscriptos, vel expurgatos, cum, non aliter quam igne expurgari possint, reuocamus, cassamus, & annullamus, inhibētes omnib. & singulis supradictis, ne de cetero huius

modi licentias cuiquam concedant, vel impartiantur. Quinimo omnem facultatem concedendi huiusmodi licentias retinendi, vel legendi opera huius impii auctoris, ex quacunque causa, & sub quouis prætextu, & colore quibuscunque personis, quauis auctoritate etiam Apostolica suffultis, & quacunque dignitate prædictis, etiam ipsismet Cardinalibus super Indice librorum prohibitorum deputatis, ac supremis inquisitoribus prædictis adimimus, eamque nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus tantum reseruamus. Cassantes insuper, & ex nunc irritantes quascunque licentias, etiam a nobis cõcessas, & a successoribus nostris Romanis Pontificib. respectiue concedendas, quæ manu nostra, aut successorum prædictorum subscriptæ non fuerint. Per has tamen nostras literas non intendimus prohibere retentionem librorum iuris canonici, & aliorum Catholicorum Auctorum habentium additiones, seu apostillas, vt vocant, huius impii hominis ipsis tamen additionibus, seu Apostillis deletis, & emendatis iuxta censuram de mandato nostro nuper editam, & in Typographia Cameræ Apostolicæ impressam Romæ hoc anno MDCII. Chartis seu foliis xxiiij. distinctam, cuius initium est. Censura in omnes additiones, sed adnotationes marginales damnatæ mem. impij Caroli Molinei ad textum Iuris Canonici. Commentaria Decii in decretales, & ius ciuile, ad consilia Decii, & Alexandri, & ad Dynum de reg. iu. & Decium in titulum ff. de reg. iu. finis vero est, Aliqua fortasse in præmissis, & consimilibus additionibus ab oculis nostris effugerunt, notatu, & censura digna, quæ diligens lector animaduertens delere prorsus teneatur. Postremo sub censuris, & pœnis suprædictis omnibus, & singulis Christi fidelibus per Apostolica scripta mandamus quatenus intra mensem a publicatione præsentium in locis per quæ eædem ad eorum notitiam peruenire possint, facienda computandum, omnia, & singula scripta, opera, & commentaria prædicta Caroli Molinei, realiter, & cum effectu locorum ordinariis, vel inquisitoribus exhibeant, & consignent, ipsis vero locorum ordinariis vel inquisitoribus, vt illa statim nulla interposita mora, aut expectata licentia igne comburant, & comburi faciant, vt autem &c.

LITANIAE.

PRÆTER Summistas sciendum est, extare Decretum S. D. N. Clementis Papæ viii. circa litanias obseruandum.

Quoniam multi hoc tempore priuati etiam homines prætextu alenæ deuotionis, nouas quotidie Litanias euulgant, vt iam prope innumerabiles formæ Litaniarũ circumferãtur, & in nonnullis ineptę sententię, in aliis (quod grauius est) periculosæ, & errorem sapientes inueniantur Sanctiss. Dominus Noster Clemens Papa viij. pro solicitudine sua prouidere volens, vt animarum deuotione, Deique ac Sanctorum inuocatio, sine vllius detrimenti spiritualis periculo foueatur, præcipit, ac mandat, vt retentis antiquissimis, & cõmunibus litaniis, quæ in Breuiariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non litaniis de Beata Virgine, quæ in Sacra Aede Lauretana decantari solent: quicunque alias litanias edere, vel iam editis, in ecclesiis, siue oratoriis, siue Processionibus, vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum rituum recognoscendas, & si opus fuerit corrigendas mittere teneantur, neque sine licentia prædictæ Cõgregationis, eas in publicum edere, aut publice recitare præsumant, sub pœnis (vltra peccatum)

tum) arbitrio Ordinarij,& Inquisitoris se vere infligendis. Præsens decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis,habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram prædicto Sanctissimo Domino Nostro, ac Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,aduersus hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus,octauo Idus Septembris, Annō a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi.MDCI.

Quintilianus Adrianus. Notarius.

MAGISTER.

PRÆTER Summistas sciendum est,qualiter Leo.X.in Concilio generali Lateranen.decreuit fol.171.in Bul.incip.Apostolici,& infra.

Omnibus,& singulis Philosophis in Vniuersitatibus studiorum Generalium, & alibi publice legentibus,districte præcipiendo mandamus,vt cum Philosopho rum principia,aut Conclusiones,in quibus a recta fide deuiare noscuntur auditoribus suis legerint,seu explanauerint,quale hoc est de animæ mortalitate,aut vnitate,& mundi æternitate,ac alia huiusmodi,teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere & persuadendo posse docere ac omni studio huiusmodi Philosophorum argumenta,cum omnia solubilia existant,pro viribus excludere atque resoluere,& cum non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere,nisi,& ne iterum pullulent, funditus euellere, ac eorum semina,originalesque causas,vnde facile oriuntur remouere,cum præcipue humanę Philosophię studia diuturniora,quam Deus secundum verbum Apostoli euacuauit,& stultam fecit,absque diuinæ sapientiæ condimento,& quæ sine reuelatæ veritatis lumine inerrorem quandoque magis inducunt, quam in veritatis elucidationem: Ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem hac salutari constitutione ordinamus,& statuimus, ne quisquam de cetero in Sacris Ordinibus constitutus,secularis vel regularis,aut alias ad illos a iure arctatus in studijs generalibus,vel alibi publice audiendo,Philosophiæ, aut poesis studijs vltra quinquēnium post grammaticam,& dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris Pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studijs, insudare voluerit,liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut Theologia,aut Sacris Canonibus operam nauauerit, vt in his Sanctis,& vtilibus professionibus Sacerdotes Domini inueniant,vnde infectas Philosophiæ,& pocsis radices purgare,& sanare valeant. Et hos Canones per ordinarios locorum vbi generalia studia vigent, & rectores vniuersitatis eorundem studiorum singulis annis in principio studij,in virtute Sanctæ obedientię publicari mandamus. Nulli ergo,&c. *Leo X. Congruit. tit. ne cleric. vel mo nac.*

Extat item eiusdem Leonis X.in eodem Consilio Lateranensi Decretum obseruandum a Magistris,& Præceptoribus Scholarium fol.164.in Bullar.incip.Supernæ,& infra.

Cum omnis ætas ab adolescentia prona sit ad malum,& a teneris assuefieri ad bonum,magni sit operis,& affectus,statuimus,& ordinamus,vt Magistri scholariū,& præceptores,pueros suos,siue adolescentes nedum in grammatica,& thetorica,ac ceteris huiusmodi erudire,& instruere debeant, verum etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, vt sunt præcepta diuina, articuli fidei, *cong. tit. de magis.*

fidei, Sacri Hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitæ, diebusque festiuis nihil aliud eos docere possint, quam in rebus ad religionem, & bonos mores pertinen. eosque in illis instruere, & hortari, & cogere in quantum possunt teneantur, vt nedum ad Missas, sed etiam ad vesperas, diuinaque officia audienda, ad ecclesias accedant, & similiter ad prædicationes, & sermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eis legere possint.

Sciendum est insuper qualiter Pij V. constitutione cauetur quod Ordinarij cõstituant loca in quibus pueri Doctrina Christiana erudiantur cum facultate erigendi Confraternitates, & indulgentia pro confratribus pueros docentibus fol. 1163. incip. Ex debito, & per Gregor. XIII. facta etiam fuit ampliatio indulgentiarum a Pio V. societatibus ad pueros, & rudes in bonis operibus, & doctrina Christiana erudiendos deputatis concessarum, vt in eius constitutione incipien. Vniuersis. fol. 1204. in Bullar. & faciunt disposita per Concil. Tridentinum Sessione 24. de ref. cap. 4. & Sess. 23. de ref. cap. 18.

MATRIMONII IMPEDIMENTA.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod duodecim illa impedimenta matrimonij per eos adnotata in verbo Matrimonium, remanent incorrecta præter tria sequentia, quæ per Conc. Trid. restringuntur, & circa impedimentum ex cognatione spirituali proueniens vltra disposita in titul. de cognat. spirit. in 6. & per Conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim. cap. 2. adest Pij V. declaratio præfati decreti Conc. Trid. de cognatione spirituali in maritum, vel vxorem suscipientis, & Baptizatum, Baptizatique patrem, & matrem, & quascunque alias personas tam ex parte suscipientis, quam Baptizantis, & Baptizati, publicata Romæ die 19. Decem. 1566. fol 953. in Bullar. incip. Cum illius vicem, & infra. Sane licet ex eo, quod in Conc. Trid. decretum fuerit cognationem spiritualem inter eos tantum contrahi, qui suscipiunt, Baptizatum de Baptismo, ac Baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non Baptizantem, & Baptizatum, Baptizatique patrem, & matrem, in reliquis personis, quæ per antiquos canones occasione cognationis huiusmodi contrahere prohibebantur, omne impedimentum ſsublatum esse videatur; adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an saltem impedimentum cognationis spiritualis huiusmodi inter maritum, vel vxorem suscipientis, & Baptizatum, nec non inter maritum, vel vxorem suscipientis, ſ& patrem, ac matrem Baptizati vigeat, propterea quod prohibitum de vno coniuge, de altero etiam prohibitum, esse videatur. Nos piarum mentium quieti, & Matrimoniorum fauori (quantum ex alto nobis permittitur) consulere volentes, a præcisis verbis Concilij minime discedendum in præmissis esse censuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum ratione cognationis huiusmodi subesse decernimus, & declaramus, quo minus interdictos maritum, vel vxorem suscipientis, & Baptizatum, Baptizatique patrem, & matrem, ſ& quascunque alias personas tam ex parte suscipientis, quam Baptizantis, & Baptizati, in dicto Concilio nominatim non expressas, Matrimonium licite, & libere contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari &c.

ſCõgruit sit. de cognat spi.

Quantum ad impedimentum publicæ honestatis attinet vltra disposita in cap. sponsam. de sponsal. & in cap. vnic. eod. titul. lib. 6. cum alijs concord. attenditur

hodie

hodie decretum Sacri Concil. Trid, sess. 24. de refor. matrim. cap. 3. quod fuit declaratum per Bullam Pij V. Romæ publicatam die 21. Iulij 1568. fol. 1018. in Bullar incip. Ad Romanum spectat Pontificem, & infra. Sane ad aures nostras peruenit, multos esse, qui dubitant, an decretum Oecumenici Conc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. c. 3 quo cauetur impedimentum publicæ honestatis, vbi sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli, vbi vero valida fuerint, non excedere primum gradum, cum in vlteriorib. gradibus non possit huiusmodi prohibitio seruari, de sponsalibus per verba (vt aiunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam matrimonia per verba de præsenti contracta, non tamen consummata, quæ interdum sponsalia appellantur, comprehendat, ita vt etiã eo casu impedimentum inde proueniens sublatum fuerit. Nos itaque vt omnis difficultas, dubitatioq; tollatur, attendentes quod sponsaliorum appellatione, qua dictum Concilium vtitur, non nisi improprie matrimonium, verbis de præsenti conceptis contractum continetur, quoq; agitur de correctione iuris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum duntaxat procedendum est, præsertim cum longe maiorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præsenti contracta, quã in sponsalibus de futuro vigere a nemine dubitetur, ideireo Motu proprio auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & diffinimus decretum Concilii huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio sic (vt præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentũ in omnib. illis casib. & gradib. quib. de iure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat. Et ita ab omnibus iudicari debere, mandamus, atque statuimus. Non obstantibus, &c.

Circa impedimentum affinitatis ex fornicatione proueniens erat antea vsque ad quartum gradum, c. quædam. cum pluribus seq. 32. q. 7. & tot. tit. de eo qui cogn. consang. vxor suæ, sed per Concil. Trid. fuit restricta vsque ad secundum gradum, & per eundem Summum Pontificem facta fuit altera declaratio decreti Conc. Trid. sess. 24 c 4. de refor. matrim. de impedimento affinitatis ex fornicatione proueniente publicata Romæ, die 19. Decembris 1566. fol. 954. in Bulla. incip. Ad Romanum Pontificem, & infra.

Sane postquam ex eo, quod Trid. Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione proueniens', per quod non solum Matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantum restrinxit, qui primo secundo gradu coniunguntur, in vlterioribus vero gradibus statuit Matrimoniũ postea factum non dirimi, a pluribus Christi fidelibus, vt accepimus, est dubitatum, an licet in vlterioribus gradibus huiusmodi matrimonium contractum nõ dirimatur, adhuc tamen iuxta antiquos Canones contrahi prohibeatur. Et propterea nos omnes ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac Matrimonij libertati, quãtum cum Deo possumus, nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in vlterioribus gradibus huiusmodi libere, & licite Matrimonium contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari, &c.

Quæstio illa, quæ præteritis temporibus disputabatur, An scilicet spadones, quibus ambo testiculi abscissi sunt, ad matrimonium contrahendum habiles reputandi sint, vel ne, definita iam reperitur per quasdam literas fel. rec. Sixti V. in forma Breuis transmissas, vt infra.

Venerabili fratri Episcopo Nouarien. nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuncio. Sixtus Papa V.

Venera-

Congr. titul. de frigi. & & male fic. & impotē.

Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum frequenter in istis regionibus eunuchi quidam, & spadones, qui vtroque teste carēt, & ideo certum, & manifestum est eos verum semen emittere non posse, quia impura carnis tēligine, atque immundis complexibus cum mulieribus se commiscent, & humorem forsan quendam similem semini, licet ad generationem, & ad matrimonii causam minime aptum effundunt, matrimonia cum mulieribus, præsertim hunc ipsum eorum defectum scientibus contrahere præsumant, idque sibi licere pertinaciter contendant, & super hoc diuersæ lites, & controuersiæ ad tuum, & Ecclesiasticum forum deducantur, requisiuit a nobis fraternitas tua, quid de huiusmodi connubiis sit statuendum. Nos igitur attendentes, quod secundum canonicas sanctiones, & naturæ rationem qui frigidæ naturę sunt, & impotentes iidem minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur, quodque prædicti eunuchi, aut spadones quas tanquam vxores habere non possunt, eas dem habere, vt sorores nolunt, quia experientia docet tam ipsos, dum se potentes ad coeundum iactitant quam mulieres, quæ eis nubunt, non vt caste viuant, sed vt carnaliter inuicem coniungantur, prāua, & libidinosa intentione, sub prætextu, & in figura matrimonii, turpes huiusmodi commixitiones affectare quæ cum peccati, & scandali occasionem præbeant, & in animarum damnationem tendant sunt ab Ecclesia Dei prorsus exterminandæ. Et insuper considerantes, quod ex spadonum huiusmodi, & eunuchorum coniugijs nulla vtilitas prouenit, sed potius tentationum illecebræ, incentiua libidinis oriuntur; Eidem fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, vt coniugia per dictos, & alios quoscunque eunuchos, & spadones vtroque teste carentes, cum quibuscuis mulierib. defectū prædictum, siue ignorantibus, siue etiam scientibus contrahi prohibeas, eosque ad matrimonia quomodocunque contrahenda inhabiles auctoritate nostra declares, & tam locorum Ordinarijs, ne huiusmodi coniunctiones de cetero fieri quoquomodo permittant, interdicas, quam eos etiam qui sic de facto matrimonium contraxerint, separari cures, & matrimonia ipsa sic de facto contracta nulla, irrita, & inualida esse decernas. Eos etiā, qui sic iam contraxerunt, si appareat illos, non vt caste simul viuant contraxisse, sed actibus carnalibus, & libidinosis operam dare, simul in vno, & eodem lecto cum prædictis mulierib. dormire conuincantur, omnino similiter separari cures: Nos enim ita in præmissis, & non aliter per quoscunq; Iudices & Cōmissarios, quacunque auctoritate, & dignitate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quacunque causa & instantia iudicari, & diffiniri debere, & si secus super his a quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus vel attentari in posterum contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus cuiusuis Ciuitatibus, Prouincia, aut Regni statutis, legibus municipalibus, aut consuetudinibus, quæ abusus potius, & corruptelæ censendæ sunt, etiam si ab immemorabili tempore obseruatæ dicantur, ceteriscque contrariis quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 27. Iunii 1587. Pontificatus nostri anno tertio.

Harum literarum tenorem, prout iacent, refert Ioan. Gutier. lib. 1. can. q. c. 16. sub num. 18.

MATRI-

MATRIMONIALES DISPENSATIONES.

IN contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur dispensatio, vel rato, idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Verba sunt Conc. Tridentini sess. 24. de reform. matrim. c. 5. in fine.

Hinc sciendum, quod causæ, quæ hodie in praxi versantur in Romana Curia, pro quibus dispensationes ad contrahenda matrimonia conceduntur, sunt infrascriptæ, videlicet.

Propter dotem.

1 Quod cum oratrix dotem habeat minus competentem iuxta status sui conditionem, cum qua virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit inuenire queat, & dictus orator intendat illam cum dicta minus competente dote in vxorem ducere.

Pro muliere indotata.

2 Quod cum dicta oratrix indotata existat, & dictus orator illam si indoratam in vxorem ducere, ac vsque ad quantitatem secundum oratricis qualitatem cõpetentem ex integro dotare intendat.

Propter angustiam loci.

3 Quod cum dicta oratrix in dicto loco propter illius angustiam virum sibi non consanguineum, vel affinem, paris conditionis, cui nubere possit, inuenire nequeat.

Propter angustiam locorum, quando Oratores sunt ex duobus locis orti.

4 Quod cum dicta oratrix in dictis locis, etiam de vno ad alium se transferen., propter illorum angustiam virum sibi &c. nequeat.

Clausula etsi extra.

5 Et si extra dictum locum, vel dicta loca nubere cogeretur, dos quam ipsa haberet, non esset competens neque sufficiens, vt cum ea virum, cui iuxta status sui conditionem nubere posset, inuenire valeret.

Propter inimicitias.

6 Quod cum inter dictorum Oratorum parẽtes, consanguineos, vel affines graues inimicitiæ ortæ iam sint, & ad præsens vigeant, aliunde tamen quam ex causa matrimonij inter Oratores contrahendi prouenientes, & ante illius tractatum exortæ, & certum sit, quod si Oratores prædicti inuicem matrimonialiter copularentur, inimicitiæ huiusmodi omnino componerentur. Pro illis igitur cõponendis, ac pro bono pacis Oratores prædicti cupiunt &c.

Propter,

Propter lites.

7 Quod cum inter dictos Oratores, seu eorum parentes lites super rebus magni momenti ortæ iam sint, & ad præsens vigeant, lites huiusmodi omnino componerentur, pro illis igitur &c.

Pro confirmatione pacis.

8 Quod cum alias inter dictorum Oratorum parentes, consanguineos, vel affines graues inimicitiæ viguerint, aliunde tamen, quam ex causa matrimonij inter Oratores contrahendi, prouenientes, & ante illius tractatum exortæ, & licet inter ipsos pax de recenti inita fuerit, nihilominus pro illius firmiori confirmatione Oratores prædicti cupiunt, &c.

Pro Belgis.

9 Quod cum Oratores prædicti nouerint se Fidei orthodoxæ cultores, ac Deo dante, sub obedientia S.R.E. viuere intendant, & in illis partibus, in quibus multi hæretici existunt, ne contingat eos cum hæreticis contrahere, cupiunt &c.

Pro habitatricibus locorum situs ad litus maris.

10 Quod cum dictus locus ad litus maris situs cõtinuis inuasionibus pyratarum, & Fidei orthodoxæ hostium, expositus sit, propterea externi homines non ita libenter, vt cum dicti loci habitatricibus contrahant, eo accedere velint, cupiunt &c.

Pro Oratrice excedente 24. annum.

11 Quod dicta Oratrix vigesimum quartum annum excedẽs, hactenus virum paris conditionis, cui nubere posset, non inuenit.

Causæ infamiæ, quando adest carnalis copula.

12 Cum autem, Pater Sancte, nisi matrimonium inter Oratores contrahatur dicta Oratrix innupta, & diffamata remaneret, grauiaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri.

Quando Oratores contraxerunt seruata forma Concilij, & consummarunt, detectoque impedimento, abstinuerunt.

13 Quod ipsi alias ignorantes aliquod impedimentum inter eos existere, quominus possent inuicem matrimonialiter copulari, matrimonium inter se per verba de præsenti publice factis proclamationibus in eorum parochiali Ecclesia, iuxta formam Conc. Trid. nulloq; detecto, neque denunciato impedimento contraxerunt, illudq; in facie Ecclesiæ solennizarunt, & carnali copula consummatũ, postmodum vero cum ad eorum peruenit notitiam, eos quarto cõsanguinitatis gradu

gradu inuicem esse coniunctos, propter quod a carnali copula huiusmodi abstinuerunt; Cum autem, Pater Sancte, Oratores prædicti in huiusmodi matrimonio remanere non possint, absque Sedis Apostolicæ dispensatione, & si diuortium inter eos fieret, grauia exinde scandala posset verisimiliter exoriri, supplicant &c.

Quibus expletis, rursus sciendum est, quod praxis Romanæ Curiæ, pariterque sacra Concilii Congregatio censuit, quod dispensationes factæ non expressa copula habita inter consanguineos, vel affines, etiam post commissionem Rom. Pontificis factam Ordinario de dispensando, ante tamen quod ab ipso dispensetur subreptitiæ sunt, & nullæ prout de vtroque testatur Io. Gutier. lib. 1. can. q. c. 15. tuh. nu. 24. & Apostilla ad cons. 9. Nauar. de consang. & affin. in nouis, ac declarationem ad literam etiam refert Petrus de Ledesma de magno matrim. Sacram. q. 56. art. 5. concluf. 4.

Item non erit vulgariter notandum, quod dispensationis gratia ad validandū matrimonium nulliter inter coniunctos intra quartum consanguinitatis, vel affinitatis gradum contractum, & ad prolem legitimandam concessa, quoniam continet duo æque principaliter, videlicet mandatum de dispensando, vt illi qui nulliter, & de facto contraxerunt, manerent in matrimonio contracto, & potestatem legitimandi prolem, licet quo ad matrimonium non potuisset effectum habere, propter superuenientem mortem alicuius ex parentibus, valebit tamen ipsa gratia, & debet executioni mādari quo ad legitimationem prolis, prout in vna Siracusan. illegitimitatis, die, 19. Octobris 1573. resolutum fuit in Rota Rom. coram Hippolyto Aldobrandino, tunc Rotæ Auditore, postea Summo Pontifice Clemente Octauo, decis. 207. diuers. p. 1. per cons. Ancharani 409. & aliam eiusdem Rotæ decisionem, teste Puteo decis. 483. incip. Matthæus Gabella, lib. 2. quod nota propter propter præiudicium venientium ab intestato.

MEDICVS.

PRÆTER Summistas in hoc verbo sciendum est, quod vltra decretum Cōcilii Lateranensis relati in cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiss. adest Constitutio Pii V. Romæ publicata die 11. Mart. 1566. fol.... in Bullar. tenoris sequentis.

Supra gregem dominicum nostræ vigilantiæ diuinitus creditum vigilis speculatoris, prout nobis desuper conceditur, exercentes officium, ad ea per quæ animarum saluti cum diuini nominis gloria consuli valeat libenter intendimus, vt Christi fideles post Baptismum in peccata lapsi, per sacramentum pœnitentiæ Deo reconcilientur. Sane cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat dicente domino languido quem sanauerat, vade noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat, ac propterea prouide fel. recor. Innoc. tertius prædecessor noster Medicis præceperit, vt cum eos ad ægrotos vocari contigerit ipsos ante omnia moneant, vt animarum Medicos vocent, ne cum eis hoc in extrema ęgritudine constitutis suadetur, in desperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam salutare præceptum nulla temporis præscriptione aboleri, sed semper obseruari constitutionem præfatam auctoritate Apostolica tenore præsentium innouamus, & hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus, & decernimus quod omnes Medici, cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, vt idoneo confessori omnia peccata

cata sua iuxta ritum S.R.E. confiteantur, neque tertio die vlterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientiam oneramus, concesserit, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quod infirmi, vt præmittitur, peccata sua confessi fuerint. Coniũctos, vero ac omnes familiares, & domesticos infirmi in domino rogamus, monemus, vt de infirmitate parochum certiorem faciant, ac tam parochus, quam coniuncti, & familiares prefati infirmum ad confessionem peccatorum suadeant, & inducant. Quod si qui Medicorum præmissa non obseruauerint, vltra pœnas in dicta Constitutione cõtentas, quas incurere declaramus, perpetuo sint infames, & gradu medicinæ, quo insigniti erant, omnino priuentur, & a Collegio seu vniuersitate Medicorum eijciantur, ac pœna etiam pecuniaria arbitrio ordinariorum, vbi deliquerint, mulctentur. Et vt hæc omnia inuiolabiliter obseruentur, volumus, & eadem auctoritate præcipimus, & mandamus, vt nullus posthac vbique locorum in Medicina Doctoretur, aut ei quomodoliber medendi facultas a quouis Collegio, & vniuersitate concedatur; nisi omnia in præsenti nostra Constitutione contenta medio eorum iuramento coram Notario publico, & testibus obseruare in eorum manibus, vel ordinarij iurauerit, & de huiusmodi iuramento in priuilegio seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quod si collegia, & vniuersitates præfatæ non recepto a promouendis iuramento huiusmodi, eosdem ad gradum prædictum promouerint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint, pœnam priuationis facultatis alios vlterius doctorandi incurrant. Mandantes in virtute Sanctæ obedientiæ omnib. & singulis venerabilibus fratribus, & Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Ciuitatibus, & diœcesibus proprijs præsentes nostras literas publicari faciant, ac iuramentum prædictũ a Medicis iam promotis, seu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remedijs exigant, neque aliquos ad medendum in ciuitatibus, & diœcesibus prædictis admittant, nisi eis constiterit eosdem iuramentum huiusmodi præstitisse, & contumaces, & iurare ac iuramentum huiusmodi iam præstitum exhibere recusantes, gradu Medicinæ, & omnibus priuilegijs eisdem Medicis tam coniunctim, quam diuisim eis, & eorum cuilibet concessis per quosuis etiam Romanos Pontifices priuent, ac ab ingressu ecclesiæ arceant, donec resipuerint. Non obstantibus præmissis priuilegijs, indultis, literis Apostolicis, quibusuis personis, collegio, & vniuersitate sub quibusuis verborum formis, & tenoribus concessis. Quæ omnia quo ad effectum validitatis Constitutionis nostræ, tantum reuocamus, cassamus, & annullamus, & omnes Principes sæculares ac alios Dominos, & magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Iesu Christi eisdem in remissionem peccatorum mihi iniungẽtes, quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum fauorem, & auxilium præstent, ac contrafacientes pœnis etiam temporalibus afficiant. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria, & acie Campi Florę publicentur, & inter Constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur &c.

Sciendum est, quod præter Constitutionem Pij V. de Medicorum Officio in cura infirmorum relatam, extat altera Gregorij XIII. quod Medici Hebræi vel infideles ad Christianorum curam non admittantur publicata Romæ die 15. Aprilis 1581. folio 1303. in Bullar. incip. Alias piæ mem. Paulus Papa Quartus, & infra.

Greg. 13. Vniuersis vtriusque sexus Christi fidelibus districte prohibemus, & interdicimus,

mus, ne posthac Iudæos, vel alios infideles ad ipsorum Christianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari, admitti ue faciant concedant, vel permittant. Mandantes propterea omnibus, & singulis Venerabilibus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, nec non dilectis filiis aliis locorum Ordinariis, & quibuslibet suis Parochis, aliisue animarum curam habentibus, & exercentibus, sub indignationis nostræ, ac aliis arbitrio nostro infligendis pœnis, vt præsentes nostras literas in suis Ecclesiis, quæ in illis Ciuitatibus, vel diœcesibus constitutæ sunt, in quibus Hebræi, vel alii infideles moram trahunt, quam primum ad eos perlatæ fuerint, & deinde singulis annis initio quadragesimalis ieiunii publicent, aut publicari faciant, & quod si quis post earum publicationem etiam quomodolibet exemptus, ac cuiuscũque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminẽtiæ existens aduersus illas facere ausus fuerit, sacramenta ei Ecclesiastica nullatenus ministrentur, nec etiam a regularibus exemptis, & sic decedens Ecclesiastica careat sepultura, quæ quidem omnia parochi ægrotantibus significare apto tempore non omittant, præsertim cum Iudæũ, vel infidelem Medicum ab eis admissum esse cognouerint, & alias ipsi locorum Ordinarii contra huius mandati transgressors debita animaduersione procedant: Iudæosque ipsos nihilominus iuxta Pauli, & Pii. Pontificum prædictorum literas contra illos editas pro earum transgressione puniant. Non obstantibus &c.

MISSA.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod vltra decretum Concil. Trid. sess. 22. de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ, ibi (debitis horis celebrent) extat Pii V. Reuocatio licentiarum, ac facultatũ celebrandi Missas vespertino tempore, publicata Romæ die 29. Martii 1566. fol. 924. in Bullar. tenoris sequentis.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Pius diuina prouidẽtia Papa Quintus ad cuius notitiam peruenit, quod nulli Cathedralium, etiam forsan Metropolitanorum, collegiatarum, & aliarum ecclesiarum, nec non Monasteriorum, conuentuum, domorum, & aliarum Piorum locorum sæcularium, & diuersorum ordinum, ac Militarium regularũ, Prælati, Capitula, clerici, fratres aliique superiores, & personæ antiquum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritum in statutis, Missarum celebrandarum temporibus peruertere satagentes, diuersas licentias, & facultates Missas, quæ media nocte, seu in aurora Natiuitatis, ac de mane Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, & forsan aliarum festiuitatum iuxta prædictum Ritum celebrari consueuerat, de sero etiam forsan circa solis occasum vigiliæ festiuitatum earundem in suis ecclesiis, & cappellis celebrandi, seu celebrari faciendi ab Apostolica Sede, vel eius legatis, ac etiam maiori Pœnitentiario pro tempore existente variis prætextibus impetrauerunt, illisque iam pridem vtuntur, hoc ab antiquo catholicæ ecclesiæ instituto, sanctorumque Patrum decretis deuiare considerans, ac propterea hunc abusum ab ecclesia Dei submouere volens omnes, ac singulas licentias, & facultates huiusmodi hactenus etiam Motu proprio, vel quorumuis, etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibusuis causis, quomodolibet concessas, ac Apostolicas, & alias literas desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habens, Apostolica auctoritate, ex certa scientia reuoca- *Congr. ti. de celeb. missa.*

nit,ac omnino cassauit,& annullauit hac præsenti perpetuo valitura constitutione,quibusuis Prælatis,capitulis,clericis,fratribus,aliisque superioribus,& personis earundem ecclesiarum,monasteriorum,conuentuum,domorum,& aliorum locorum in virtute sanctæ obedientiæ,& sub indignationis suæ, ac perpetuæ suspensionis a diuinis pœna districtius inhibens,ne deinceps missas vespertino tempore huiusmodi licentiarum,& facultatum huiusmodi,aut alio quouis prætextu celebrare,vel celebrari facere præsumant,ac mandans locorum ordinariis,vt eãdem præsentem constitutionem sub prædictis,& aliis sibi beneuisis pœnis per quoscunque Prælatos,capitula,clericos,fratres,superiores,& personas huiusmodi inuiolabiliter obseruari faciant,contradictores quoslibet auctoritate Apostolica compescendo.Non obstantibus,&c.

Bullam Pii V.reuocationis licentiarum Græcis Latino more,& Latinis Græco ritu Missas,ac alia diuiuina officia celebrandi hactenus concessarum vide supra in verbo Græcorum ritus fol.68.

Vid Nauar. in ma.c.25 nu. 82.

Quanta circumspectione vti debeant Episcopi in cõcedendis licentiis, vt sacro sanctum Missæ sacrificium in priuatis alicuius domus Oratoriis celebretur,attendendum est tum ex Concilio Trid.sess.22.in decreto de obseru. & euit.in celebratione Missæ,ibi,Neue patiantur priuatis in domibus &c.& Illustrissimi Cardinales declarauerunt id non debere permitti, nisi propter necessitatem, & tunc fieri debet Oratorio, aut altari ad diuinum cultum tantum dedicato,vt refert Io.Gutierrez lib.1.canon.quæst.c.30.nu.28.tum quia quando Summus Pontifex hanc licentiam per Breuia Apostolica indulget,solet in illis apponere sequentia moderamina,seu clausulas,videlicet, Vt Oratorium ad hoc decẽter extructum,& ornatum existat,ac ab omnibus domesticis actibus liberum,ab Ordinario loci etiã visitandum,& approbandum. Item vt Missa celebrari possit per quemcunque Sacerdotem sæcularem,seu de Superiorum suorum licentia regularem.Item vt dicta concessio intelligatur, sine tamen iurium parochialium præiudicio, ac exceptis diebus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes,& Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi.Item adiici solet,vt alii,præter familias illius personæ,cuius contemplatione dicta licẽtia impartitur seruitio necessarios, ibidem Missæ interessentes diebus festis de præcepto ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia minime liberi censeantur.

Posse Episcopum in Synodo refrenare, seu reducere numerum Missarum, a Fidelibus relictarum vbi tenues sunt eleemosynæ,& Missæ non dicuntur,deducitur ex Concil.Trid.sess.25.de reform. cap.4.Quâ de re cum Capitulo Cathedralis Neap.pro tenui eleemosyna incumberet onus celebrationis tot anniuersariorum,vt ad salutare remedium præfati Concilii sibi recurrendum foret, hæsitabatur tamen,eo quod in d.c.4.de Missis tantum mentio fiebat, & non de anniuersarijs,& consulti Illustrimi Cardinales,eis super hoc ipsius Capituli nomine supplicatione porrecta,rescripserunt,vt sequitur.

Perillustri, ac Reuerendissimo Domino vti fratri, D. Archiepiscopo Neapolitano.

Perillustris, ac Reuerendiss. Domine.Cum ex libello hoc Capituli istius Cathedralis nomine oblato cognitum esset Illustrissimis Cardinalibus, qui sacra Trid.Concilii decreta interpretantur, dubitari abs te; An eiusdem Concilii decretum sess.25.c.4. intelligatur etiam de anniuersariis, ij Amplitudini tuæ significandum censuerunt,decretum prędictum in sacrorum etiam Anniuersariorum reductione locum habere, vt in margine ipsius libelli adscriptum est. Quamobrem

brem Amplitudo tua præfati canonis facultate in casu proposito vti non dubitabit, & Bene in Domino valebit. Romæ die 26. Nouembris 1583.

Amplitudinis tuæ vti frater Philip. Boncomp Card. S. Sixti.

Item, vt refert Gonzalez in præcit. commen. glo. 5. nu. 29. declarauit eadem Sacra Concilij Congregatio, vt sequitur. Fuit etiam dubitatum, quid iuris de illis, qui nullum certum habent beneficium, sed solum iure legati relictum fuit a quibusdam, vt certæ in hebdomada Missæ celebrentur, & eorum hæredes faciant electionem Sacerdotum, qui huiusmodi legato satisfaciant? Responsum fuit a Congregatione, satis esse, si prædicti hæredes eligerent Sacerdotem aliquem ex approbatis ab Ordinario.

In Ecclesijs Parochialibus, & quæ sub Magistrorum laicorum gubernio, & directione esse solent, ex stauritis nuncupatis, sacerdotalia munera, ac presbyterales functiones, quæ populi, & animarum curam quaquomodo concernere videntur, quales sunt. *Decretū sac. Congr. Congr. tit. de celebr. Miss.*

Candelarum, Cinerum, Palmarum, fontis Baptismalis benedictiones, Sanctissimi Sacramenti delationes, celebrationes Missarum feriæ v. in Cœna Domini, & Sabbati Sancti asperiones domorum, & quæ in Dominicis diebus in Ecclesia fiunt, quæque circa cultum Sanctissimi Sacramenti Corporis Christi in 40. horarum oratione, & similes non ad Cappellanos, seu Sacristam Ecclesiarum huiusmodi ab eisdem laicis deputatos, sed ad Parochum, seu Rectorem animarum curam habentem in Ecclesijs huiusmodi institutum præcedente examine, & alijs requisitis ab Ordinario loci prouisum spectare debere censuit Sacrorum Rituum Congregatio, die 18. Maij 1602.

Ptolomæus Cardinalis.

Alex. Gratianus pro Secretario.

MONASTERIA ET CONVENTVS REGVlarium virorum.

PRÆTER Summistas, quantum ad clausuram attinet, sciendum est Pium V. per eius constitutionem reuocasse omnes licentias ingrediendi monasteria, & domos Cartusien. & aliorum quorumcunq; Regularium ordinum, etiam Mendicantium, quibusuis mulieribus concessas sub die 14. Octobris, & publicatā Romæ die 28. eiusdem mensis 1566. fol. 95. in Bullar. tenoris sequen. *Pij V.*

Regularium personarum, quæ relicto sæculo Deiſe obsequio dedicarunt pro commisso nobis officio, quieti consulere cupientes, ad ea remouenda, quæ religiosum earum propositum impedire possunt, curam nostram libenter intendimus, vt nulla re, quæ eas a diuino cultu auocet, præpeditæ, secundum ordinum suorum regularia instituta, & decretum Sacri Trid. Concilij tranquillis mentibus gratum altissimo impendere possint famulatum. Quia igitur, & Cartusiensium ordinis, & aliorum Regularem vitam professorum quies non parum solet, sicut accepimus, perturbari, propterea quod mulieres modestiæ matronalis oblitæ, domos, ac monasteria eorum, contra ipsorum instituta prætextu confessionalium, aut aliarum literarum Apostolicarum ingredi audeant, *Congr. tit. de regulæ seu de statu regul.*

ipsis etiam Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & alijs Præsidentibus aliquando recusantibus, & renitentibus, non sine magna eorum molestia, nec sine graui laicorum etiam offensione, ac scandalo, si quando admitti nimis facile videantur: huic rei prouidere volentes Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas facultates, ac licentias ingrediendi monasteria, ac domos Cartusiensium, & aliorum quorumcunq; regularium ordinum, etiam mendicantium, mulieri cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate, ac præeminentia præditis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & quibuscunque verborum tenoribus, & formis, & cũ quibuscunque etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis; Nec non irritantibus decretis ab Apost. Sede quomodocunque concessas, quarum tenores perinde ac si de verbo ad verbum præsentibus inserterentur, haberi volumus pro expressis, tenore præsentium reuocamus, & cassas, irritas, & inanes esse decernimus; Districte prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias prætendentibus, sub excommunicatis latæ sententiæ pœna, postquam harum literarum notitiam habuerint, a qua non possint nisi a nobis, aut a Rom. Pontifice, qui pro tempore fuerit, absolui, præterquam in mortis articulo: ne dictas domos, & monasteria ingredi audeant. Ipsis vero monasteriorum, & conuentuum Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & alijs Præsidentibus, quocunque nomine vocentur: eorum Monachis, Canonicis, & Fratribus, siue mendicantibus, siue non mendicantibus, sub priuationis officiorum, quæ in præsentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensionis, a Diuinis ipso facto, sine alia declaratione, incurrendis pœnis, nec eas introducere, admittereue præsumant. Non obstantibus, &c.

Quam reuocationem confirmauit Gregor. XIII. extendens etiam ad monasteria monialium per eius constitutionem incip. Vbi gratiæ, fol. 1239. in Bullar. de qua infra in verbo Monasteria monialium, super qua reuocatione ab eodem Pio D. edita fuit declaratio in eum, qui sequitur modum.

Nos Alexander miseratione Diuina tituli Sancti Ioannis ante portam Latinam Presbyter Cardinalis Cribellus nuncupatus, omnibus, & singulis præsentes nostras literas inspecturis, lecturis, & audituris fidem facimus indubiam, & in verbo veritatis attestamur, qualiter Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Pius Diuina prouidentia Papa V. viuæ vocis oraculo nobis facto dixit, & declarauerit, fuisse, & esse mentem, & intentionem suam, quod eius literæ in forma Breuis, sub die 24. Octobris 1566. Pontificatus sui Anno primo editæ, in quibus, Mulieribus, quibuscunque Monasteriorum Regularium ingressus cum derogatorijs clausulis, & irritantibus decretis prohibebatur, non solum comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & habere prætendentes facultatem; & indulta ingrediendi huiusmodi monasteria, sed etiam omnes, & quascũque mulieres alias tam in genere, quam in specie. Significans nihilominus idem Sanctissimus D. N. eodem viuæ vocis oraculo nobis facto, quod propter hoc, & per dictas suas literas non intellexit, nec intelligit quod mulieribus præcludatur aditus accedendi ad monasteria, & loca regularia, ac eorum claustra, quando in eis Missæ, & alia Diuina officia celebrantur, ac quando processiones fiunt, & quando Christi fidelium cadauera ibi sepeliuntur, ac etiam pro eis suffragia fiunt, sed libere concessit, & condit eisdem omnibus mulieribus facultatem, vt ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercentur cum aliis catholicis personis accedere libere, & licite possint, & valeant, & similiter quod quando diuinum verbum

in

in ecclesia Monasteriorum,& regularium huiusmodi proponitur vel propter aliam quamcunque causam est tantus concursus populi, quod commode ingredi non possint,& egredi per principalem portam ecclesiæ,concessit, & concedit eodem viuæ vocis oraculo, vt dictę mulieres vna cum alijs sæcularibus personis possint ingredi,& egredi per portam clausuri Monasteriorum, & regularium locorũ huiusmodi,dummodo recto tramite accedant ad portam, qua exitur a monasterio,non obstantibus priuilegijs,& literis Apostolicis,ac quibuscunque in contrarium facientibus. In quorum omnium,& singulorum fidem, & testimoniũ præmissorũ præsentes nostras literas ex inde fieri fecimus, illasque manu propria subscripsimus, sigillique nostri, quo in talibus vtimur,impressione communiuimus. Datum Romæ in Palatio Apostolico in ædibus nostræ solitæ residentiæ sub anno a Natiuitate Domini 1568. Indictione 11. Die vero 28. mensis Ianuarii, Pontificatus præliba ti Sanctiss. D. N. Pii V. anno tertio.

Alex. Card. Cribellus.

Robertus Fontanus loco † sigilli.

Adde Nauar. in man. cap. 27. sub num. 250. & in cap. statuimus. num. 62. in 4. notab. 19. q. 3. affirmantem fuisse etiam de mente,& sententia Greg. xiii. includere etiam mulieres intrantes sine vlla tali facultate,& licentia, & subdit ita seruare prætorium Pænitentiariæ,idem testatur auctor Cateches. Neap. lib. 3. cap 12. f. 208. qualiter vero ad hunc finem intelligatur clausura regularium virorum, & sic quando sub ista prohibitione ingressus monasterii comprehendantur horti, & sacristiæ,item in quibus casibus mulieres, illasque admittentes propter huiusmodi ingressum non incurrerent in pœnas,pleraque alia ad resolutionem dubiorum,& difficultatum,quæ occurrere possent circa intelligentiam prædictarum cõstitutionum,& declarationis Pii V. supra relatæ reperies annotata, & accurate elucidata,per bonæ mem. R. P. F. Hieronymum a Sorbo ordinis Capuccinorum in Compend. Priuileg. Fratrum Minorum,& aliorum, in verbo ingredi Monasteria,quo loco inter cetera recenset duas Illustrissimorum Cardinalium declarationes ad propositum huius materiæ,quarum altera est,quod Illustriss. Car. Alexandrinus, nomine aliorum Cardinalium Congregationis Prælatis d. Ordinis Capuc. anno 1584. respõdit in Monasteriis seu locis eorum,quæ sunt in fieri, vel in quæ,dum fabricantur adhuc Conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus,sed solum ibi aliqui habitauerint Fratres pro Fabricæ potius seruitio,quã aliter, Clausuram nullam esse talem vt si mulieres intrarent, pœnas proprerea in suprad. Motu proprio contentas incurrerent. Idemque debere dici de Domibus, seu Infirmarijs in Ciuitate positis, cum nec ecclesiam, nec conuentum habeant.

Altera declaratio est,quod per Greg. xiii ex sent. Congregationis Conci. Trid. religioso fratri ordinis Minimorum S. Francisci de Paula quærenti, An per supra dictum Pii V. statutum censeretur derogatum suæ Regulæ Concessioni huic, vt singulæ Dominæ de stirpe Regia procreatæ,ac etiam omnes huius ordinis fundatrices, quæ locorum eiusdem ordinis septa communiora videre postulauerint, eędem honeste cum sua comitiua intrare,ac deuote visitare tolerent. Fuit declaratum non censeri derogatum quo ad Reginas, vel Fundatrices duntaxat.

Quantum vero attinet circa qualitatem recipiendorum ad religionem, & statum regularium extat Sixti V. Constitutio contra illegitimos, illegitimatos, crimi nosos, & reddendis rationibus obnoxios, ad aliquam religionem transire volentes, & contra regulares absque superiorum licentia de prouincia in prouinciam euntes seu transmigrantes, publicata Romæ die 27. Nouembris 1587. tenoris sequentis.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Cõgruit ti. de regular et trãseunti ad relig.

CVM de omnibus Ecclesiasticis ordinibus in ea, qua conuenit puritate, & dignitate conseruandis, præcipuam geramus solicitudinem, tum veroillud præter cetera nobis cordi est, vt a Regularium personarum Congregationibus, quas tanquam Deo dicatas maxime candor, sanctitasq; decet, cuiuscunq; criminis aut turpitudinis labes, & scandali occasio quam longissime arceantur. Siquidem res ipsa nos admonet, quam indecorum sit, & ab ea, quę diuinæ Maiestati, eique consecratis personis debetur, reuerentia, alienum, si eiusmodi homines, qui propter sua scelera, pœnas graues sibi in sæculo propositas timent, qui ue propter immunditiam, & peccata ex quibus orti sunt, notati perpetua ignominia ab omni mundano honore, & a paterna hæreditate repelluntur, ijdem omnipotenti, Deo, tanquam hostiæ offerantur; atque ad habitandum in domo, quam decet honor, & sanctitudo, inter ministros Domini, cui seruire regnare est, ad sacras functiones quacunque profana præeminentia multo nobiliores, sine vllo delectu admittantur. Cum etiam secundũ legem Moysi, immundi ab ingressu Sanctuarii excluderentur, ac sacerdos habens maculam panes Deo suo offerre non posset, nec accedere ad ministerium eius, & quod in holocaustum Domini, aut victimam pacificorum offerebatur, id immaculatum esse deberet, vt acceptabile foret, nec vlla macula esset in eo, quod si maculam habuisset, neque offerendum, neque acceptabile futurum esset.

Ne igitur contingat illegitime genitos, qui vt plurimum parentum vitia, & incontinentiam imitari solent, nec pietatis studio, sed temporalium commodorum intuitu (quia hæreditates maiorum aut dignitates aliquas consequi non possunt) ad Religionem confugiunt, vitam quam animo a Religione alieno susceperunt ab institutis Religiosis alienam, plerumque cum dedecore, & propriæ salutis dispendio ducere, suisque corruptis moribus, & malis exemplis, quietem, & statum ceterorum Deo famulantium perturbare, aut hac quasi fece, & colluuie ipsarum Religionum honorem, & existimationem lędi vt denique homines qui hac spe ad filios spurios in peccato gignendos essent propensiores, eo magis abstineant ab huiusmodi carnis flagitiis, quo suæ proli hoc quoque refugium præclusum viderint. Hac nostra in perpetuum valitura cõstitutione districte interdicimus, & prohibemus, ne illegitimi, procreati ex incestu, aut ex sacrilegio (quorum scilicet Patẽtes consanguinitate, vel affinitate intra tertiũ gradum inuicẽ coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens castitatem Deo vouerit) ẽt Apostolica, Imperiali, vel Regia, aut quauis alia auctoritate, legitimati, aut natalibus restituti, ad aliquam quorumcunq; ordinum, etiam Mendicantium, & non Mendicãtium, Fratrum, Monachorum, Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum regulariũ. Congregationum, aut Hospitalium Religionem, neque ad habitum, nec profes-

sionem

sionem regulares recipi, vel admitti quoquomodo possint. Quod si eorū quispiā habitum post publicationem præsentis Constitutionis in futurum receperit, vel professionem post hac emiserint, decernimus habitus susceptionem, & professionem ex nunc, prout ex tunc, irritam, nullam, & inualidā, nulliusque roboris vel momenti fore, ac nullum exinde, aut ex huiusmodi voto penitus annullato, obligationis vinculum oriri posse, quinimo illos habitu regulari, ad quem reassumendum perpetuo inhabiles sint, quam primum exui, & ab ipsa Religione eiici, exterminarique debere. Et nihilominus quicunque Superiores, tam Monasteriorum, Prioratuum, Præposituratum, Domorum, Collegiorum, & locorum regulariū, quam etiam præfatorum ordinum, Congregationum, Hospitalium, & quarumcunque Religionum Prouinciales, vel generales quouis nomine nūcupati, qui ex prædictis incestu, vel sacrilegio genitos post dictam publicationem ad habitū receperint, vel ad professionem admiserint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, a qua eorum nemo, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quam Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere.

Sed ne iis, qui in humilitatis Spiritu, Deo, & Religioni seruire, & pœnitentiam agere intra Monasteria, vel domos regulares, cupiunt, ad sanctum huiusmodi propositum via penitus præcludatur, permittimus, vt præfati illegitimi, ex dictis incestu, aut sacrilegio geniti ad habitum Conuersorum, seu famulorum in Monasteriis, vel domibus regularibus seruientium recipiant, & in ipsis Monasteriis, seu domibus ad seruilia ministeria, viliora obsequia, humiles functiones, atque abiecta seruitia admitti possint, ea tamen conditione, vt ad habitū religiosorū, vel ad professionem, quam Religiosi emittere solent, emittendam, nec non ad omnes nō modo sacros, sed etiam minores ordines, vel ad Clericalem characterē, denique ad cuncta Ecclesiastica officia, & functiones, & ad ascendendum ad alterius gradus sint eis portæ perpetuo clausæ, & obseruatæ.

Quo ad reliquos vero non ex incestu præfato, nec sacrilegio, sed ex quouis alio minus legitimo toro natos, spurios, vel naturales etiam, vt præfertur, vel alias legitimatos, qui ob meliorem vitæ frugem, Religionē ingredi cupiunt, statuimus, & ordinamus, eos ad Religionem admitti non posse, aut debere, nisi prius illorū vita, & moribus diligenter cognitis, & circumstantiis vniuersis, quæ circa idoneitatem personæ attendendæ erunt, consideratis, ac de Religionis zelo pietate, integritate, & doctrina fide dignis testimoniis adeo commendati fuerint, adeo bonā indolem, & specimen virtutis præ se ferant ac tot merita eis suffragentur, vt defectum natalium suppleant, eorumque receptio vniuersæ Religioni commodo, & vtilitati profutura videatur. Et super hoc ipso in Generali vel Prouinciali Capitulo, matura deliberatione habita, Generalis, vel Prouincialis Superioris, ac Diffinitorum vnanimi consensu approbati, & ad habitum regularē admissi extiterint: & tamen hi sic recepti ad gradus, honores, & dignitates sui ordinis obtinen. perpetuo inhabiles, & illorum incapaces remaneant, nisi super hoc cum eis fuerit auctoritate Apostolica specialiter dispensatum. Si quis autem eorum alias quam vt præfertur, recipietur, professio similiter nulla sit atque ipsi habitu priuari, & a Religione eiici debeant, eorumque receptores, excommunicatione, vt supra, iunodati ipso facto existant.

Ceterum quoniā sæpe se vitia ingerunt, & se esse virtutes mentiuntur, ac multi decoctores post dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim æris alieni, aut interuersam alienam pecuniam eorum fidei creditam, vt ratiocinia effugant, alii post furta, latrocinia, rapinas, homicidia, aliaue facinora patrata,

etiam banniti, aut damnati, seu qui meritas pro suis delictis pœnas meutunt, non pia intentione, sed ad euitandam legum, & iudiciorum seueritatem quia tuto in sæculo viuere non possunt, tunc demum quærunt a Religione auxilium, quando aliunde illud non sperant, vnde sub habitu, & nomine Religiosorum, animum Religioni inimicum, inueterata vitia retinent, neque alios, qui sancta vocatione vocati sunt, patiuntur tranquille diuinis obsequijs insistere, in grauem Dei offensam, Religionis opprobrium, & scandalum plurimorum, vt his quoque subterfugij, & impunitati spes omnis tollatur, auctoritate Apostolica, & tenore præsentium, etiam perpetuo statuimus, & ordinamus, iuuenes, aut viros adultos maiores sexdecim annis, non aliter in aliquam Religionem recipi posse, nec debere, nisi prius de eorum parentibus, patria, deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex accurata informatione, & fide digna relatione compertum, & exploratum sit, eos neque aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia similia, aut grauiora, reos vel suspectos existere, vt propterea damnati sint, aut ne damnetur, formident, neque ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum grauatos, vel reddendis rationibus ita obnoxios, vt ex huiusmodi causa, lis, vel molestia eis iam illata, vel timendum sit ne inferatur. Nisi denique constet, ipsos non humana aliqua ratione, sed tantum deuotionis, & pietatis feruore, vitam Religiosam sponte, & ex animo elegisse: Deque his omnibus in Generali, vel Prouinciali Capitulo plena, & indubitata fide facta, tam Superioris generalis, seu Prouincialis, quam Diffinitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admissi fuerint. Omnes autem, & quoscunque, vt dictum, est criminosos, vel suspectos, aut ære alieno, vt etiam diximus, vel rationibus reddendis obligatos, ad Religionem perpetuo inhabiles declaramus, Et si qui eorum con-
a tra præsentem *a* nostram constitutionem temere admittentur, tam susceptionem habitus, quam professionem, & inde secuta, ex nunc, prout ex tunc pari modo irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu carere decernimus: ac iubemus, eos qui sic de facto recepti erunt, habitu spoliari, & a Religione expelli: & nihilominus si expulsi non fuerint, volumus, & pariter declaramus habitu susceptionem, & professionem penitus nullum esse censeri, ac propterea attenta nullitate habitus, & professionis, licere quibuscunque Iudicibus, Curijs etiam sæcularibus, ad quos, seu quas spectat contra eos, vt prius iuris, & facti remedijs opportunis, ex officio, vel ad cuiuscunque instantiam vel querelam ciuiliter, criminaliter, aut mixtim procedere. Quare volumus, vt cuiusque iuuenis, aut viri maioris 16. annis
b a sæculo ad Religionem *b* transeuntis, approbatio, admissio, & receptio in Generali vel Prouinciali Capitulo, vt supra ordinatum est, pro tempore fiant, nec non Religiosi sic recepti nomen, & cognomen, quib. in sæculo vtebatur, & patria in actis ipsius Capituli describantur, & notentur. Et insuper quoscunque Religiosos, eorumque Superiores, qui aliquas personas, vt dictum est, inhabiles post hac Constitutionem publicatam receperint, voce actiua, & passiua, nec non officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuscunque per eos obtentis eo ipso in perpetuum priuamus, tam illis priuatos, quam ad illa, & alia quæcunque in posterum obtinenda perpetuo inhabiles, eorumque incapaces decernimus, & declaramus.

Sed, & quia interdum Satanas in Angelum lucis se callide transfigurat, ac perditi quidam, & facinorosi homines, quod sæpe vidimus, & experti sumus, instigante antiquo Pacis, & Religionis hoste, non veriti sunt temerario ausu habitum Religiosorum assumere, ea mente, vt veluti sub ouina pelle lupi rapaces, per do-

lum,

lum, ac insidias Christi fideles incautos, & nihil mali a Religiosis suspicantes opprimerent, siue vt post scelera perpetrata, viam faciliorem ad fugam haberēt, siue vt banniti Curiæ sæcularis, quæ eos propemodum interceptos persequebatur, manus effugerent; & contingit aliquando ipsos Sicarios, Religiosis vestib. indutos, a veris Religiosis hac fraude deceptis, intra domos Regulares hospitio receptos fuisse; prohibemus eodem modo atque interdicimus, ne quis Regularis ex vna Prouincia ad aliam Prouinciam sui ordinis transeundo, etiam in itinere, intra aliquod Monasterium, domum vel locum alterius Prouinciæ ad habitandum, vel tanquam hospes recipi, aut ad modicum tempus diuertere possit, nisi a Superiore eius loci vbi residet, expressam licentiam discedendi in scriptis obtentam, seu literas obedientiæ, vel commendatitias secum deferat, atque exhibeat, vel nisi ita cognitus sit ijs, ad quos diuerterit, vt de eius persona, nullus omnino dubitationi, aut suspicioni locus relinquatur. Ideoque præcipimus vniuersis, & singulis locorum Ordinariis, eorumque Vicariis in spiritualibus generalibus, vt per suos officiales, Ministros, vel executores curent ab omnibus personis regulari habitu indutis, quas per suas Ciuitates vel diœceses iter facere, vel transire, & ad quęcunque Hospitia, vel diuersoria recipere contigerit, diligenter perquiri, num huiusmodi literas obedientiæ, seu commendatitias secum deferāt, quod si eos dictas literas non habere, vel ignotos esse deprehenderint, possint contra ipsos etiam, tanquam dictorum criminum suspectos procedere, & tamdiu illos sub custodia detinere, donec certa de eisdem notitia habeatur. Et tamen volumus, vt, ij qui etiam pietatis vel hospitalitatis prætextu, regulares alterius Prouinciæ ignotos, aut sine licentia, vel literis vt supra receperint, dictas pœnas priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, nec non officiorum, graduum, honorum & dignitatum obtentorum, atque inhabilitatis perpetuæ pariter incurrant. Decernentes sic in præmissis omnibus per quoscunque iudicari debere. Nec non irritum & inane, si secus a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, dictorum ordinum, Congregationum, Hospitalium, & locorum Regularium apud nos, & Sedem Apostolicam protectoribus, nunc & pro tempore existentibus ac locorū ordinarijs præfatis, per Apostolica scripta mandamus, vt eorum vnusquisque, per se vel alium, seu alios, Cardinales quidem in suæ protectionis, ordinarij vero in suarum Ciuitatum, diœcesum, & districtuum regularibus locis, curent præsentes literas publicari, easque perpetuo firmiter, & inuiolate obseruari; Inobedientes, censura & pœnas prędictas incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, Inuocato eo iam si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantib. &c. Dat. Rom. 6. Kal. Decemb. 1578.

Sequitur altera Sixti V. Constitutio super dubijs in priori constitutione emergentibus de admittendis ad habitum & professionem Regularibus declaratio in forma perpetuo valituræ constitutionis, Datum Romæ 12. kalen. Nouemb. 1588. & publicata die 7. Nouemb. 1588. tenoris sequentis.

Six-

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Congr. titul de regu et transeũ. adrelig.

AD Romanum spectat Pontificem Sacrorum Canonum conditorem, quæ per eum sancita sunt, ita suæ declarationis arbitrio dilucida reddere, vt inde nemini possit dubitationis scrupulus exoriri; præsertim vero salubriter consulere, vt cum de Regularibus agitur, qui se omnino Dei omnipotentis obsequio manciparunt, tollantur ea omnia, quæ eorum Sanctum Christo pie inseruiendi institutum quoquomodo valeant perturbare. Sane post editam nostram Constitutionem, quæ incipit: Cum de omnibus ecclesiasticis, &c. Super modo, & forma recipiendi, & admittendi eos qui sub Religionis iugo Altissimo famulari desiderant, cum variæ sint exortæ dubitationes, & quæstiones eæque postea ad audientiam nostram perlatæ, Nos ad tollendam omnem ambiguitatis occasionem, habita cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis super Regularium negotiis & consultationibus per nos institutæ matura deliberatione, de illorum consilio & assensu præsentem nostram perpetuo valituram declarationis Constitutionem duximus promulgandam Cum itaque inter alia dubitetur, num primo dicta nostra Constitutio vbi de illegitime genitis loquitur, comprehendat etiam eos qui postea per subsequens matrimonium fuerunt legitimati: Nos inhærentes Sacrorum Canonum dispositioni auctoritate Apostolica tenore præsentium

Declaramus illegitime natos ex ijs parentibus, inter quos tempore quo ipsi geniti sunt, matrimonium rite consistere poterat, secuto postea matrimonio legitimos effectos sub dicta Constitutione minime comprehendi, sed eos quo ad emittendam professionem quam quo ad consequendos gradus, honores & dignitates, sui ordinis, æquo iure cum illis qui ex matrimonio legitimo, & constanti nati sunt, censendos esse.

Illegitimos vero etiam ex soluto & soluta, qui antequam nostra Constitutio emanaret professi, vigore seu prætextu priuilegiorum, aut indultorum Apostolicorum cuiuis Ordini, Religioni, Monasterio, aut Congregationi eorumue superioribus in genere, vel in specie concessorum eo ipso per ingressum religionis, vel per eosdem superiores siue alios quoslibet etiam Sedis Apostolicæ delatere legatos, aut alios officiales, vel ministros quauis præeminentia, vel auctoritate etiam Apostolica fungentes, aut facultate suffultos legitimati, aut ad gradus, honores, & dignitates habilitati, seu redintegrati, & illis alias præfuncti sunt: Volumus posthac non obstantibus quibuscunque tam antiquis priuilegijs, aut literis Apostolicis, quam aliis indultis seu declarationibus, etiam si illa per nos post dictam constitutionem nouissime edita fuisse asserantur, honores, gradus, aut dignitates huiusmodi obtinere non posse, ac dispensationes, & legitimationes quascunque eis nullatenus suffragari, nisi specialiter & nominatim cum eorum singulis fuerit super natalium defectu ad honores, gradus, & dignitates obtinendas ante vel post ingressum religionis per Rom. Pontificem immediate, vel de eius speciali mandato dispensatum, deque dispensatione seu mandato per literas Apostolicas, seu in forma Breuis, vel saltem per patentes literas Cardinalis Protectoris de ipsius Rom. Pont. voluntate fidem facientes legitime constiterit.

Eos pariter qui tempore publicationis nostræ Constitutionis in suis Religionibus,

gionibus, sine huiusmodi speciali Rom. Pont. dispensatione officia, honores & dignitates habeant ad vitam, eo ipso ab illis amotos, & absolutos harum serie declaramus. Ad tempus autem illa obtinentes permittimus in sua administratione vsque ad finem sui temporis conseruari: ita tamen vt in posterum nec tempus ordinarium eis prorogari, aut extendi, neque ipsi ad alias non modo similes verū etiam neque ad inferiores, aut altiores, & maiores dignitates, honores, gradus ascendere possint, perinde ac si id ipsum præfata nostra Constitutione ab initio expressum fuisset.

Ne tamē huiusmodi Religiosi in liberalium artium, ac præsertim sacræ Theologiæ studiis, & religiosis profectibus segniores fiant, atque eorundem pia studia refrigescant, eos nosse volumus, quod si ipsorum quispiam eximia doctrina, vitæque & morum sanctitate excellere reperietur, deque eorum probitate, & præclaris meritis ordinum Protectores eam apud nos fidem fecerint, vt non immerito sperari queat, eorum doctrinam & operam ipsi Ordini, & sanctæ dei Ecclesiæ vsui & commodo futuram, tunc demum indulgentiam & benignitatem nostram facile experientur.

Quoniam vero a multis quæsitum est sub nomine bonorum, graduum & dignitatum a quibus illegitimo penitus excluduntur, quod potissimum sit intelligendum: Declaramus hac in re, de qua nunc agitur, appellatione dignitatum honorum, graduum debere intelligi Præpositatus, Abbatiatus, prioratus, Guardianatus, Custodiatus, Prouincialium, ac Generalium superiorum officia, & alia his similia cum honore, & superioritate coniuncta.

Ab officiis autem oneris veluti lectoris, confessarii, studiorum, & sacræ Theologiæ Magistris, Regentis, Prædicatoris verbi Dei, & ceteris huiusmodi, imino etiā a voce activa, a sacris ordinibus suscipiendis ipsorumque ministerio ipsos illegitimos, dummodo ex sacrilegio vel incestu geniti non sunt, nequaquam arcemus.

Cum vero in quibusdam Religionibus Capitula Prouincialia, aut nunquam, aut non quotannis, sed rarius celebrentur: quædam etiam monasteria, aut domus huiusmodi in remotissimis regionibus Hæreticorum, aut Infidelium Tyrannidi finitimis sita sint: ne ij, quos extra Capitula ad habitum, vel professionem regulares admitti prohibuimus, tempus celebrandis capitulis præfixum nimis diu expectare, aut ad ea cum maximo incommodo accedere cogantur, concedimus, & indulgemus.

Vt in qualibet Prouincia saltem duo, vel si commode fieri poterit, tria aut plura monasteria seu domus regulares deputentur, quarum seu quorum superiores infra annum saltem ad inquisitionem super Nouitiis faciendam, & ad ipsos Religiosos iuxta formam præfatæ Cōstitutionis recipiendos, & ad alia quæ in ipsa constitutione continentur peragenda in simul congregentur.

Quod si paucitas, aut nimia distantia Monasteriorum ne id quidem patiatur, saltem tribus ex antiquioribus Patribus vnius Monasterii, aut domus eius Prouinciæ huiusmodi facultas & auctoritas per Capitulum Generale scilicet Monachorum, vel Prouinciale Mendicantium, & reliquorum Regularium eius ordinis demandetur.

Verum iis Monasteriis, domibus, & locis regularibus, quæ aut nondum in Cōgregatione redacta, aut alias nulli Prouinciæ subiecta sunt, statuimus, vt trina Capitula Conuentualia tribus distinctis cum interuallo saltem decem dierum vicibus celebrata, eandem in recipiēdis Nouitiis per trinas huiusmodi distinctas

vices

vices approbatis habeant auctoritatem, quæ per nostram Constitutionem Capitulis Prouincialibus est attributa.

Neque vero si in Generalibus vel Prouincialibus Capitulis aliqui vocales desint, nec si a diffinitorum consensu aliquis discrepauerit, idcirco receptio religiosorum retardari, impediri, aut impugnari debebit: sed satis esse volumus si vocalium & suffragiorum numerus legitimus a iure, vel per cuiuscunque ordinis statuta præfinitus interuenerit. Et quod de Capitulo Prouinciali aut Generalis dictum est, idem iuris statuimus, si quæ Religiones non Capitulorum, sed Congregationum, aut dietarum, vel alio quouis nomine vti reperiantur.

Quod autem pertinet ad professionem tam illegitimorum, quam eorum qui post 16. ætatis annum expletum regularem habitum susceperunt; quia tunc demum vere & proprie religiosi effici dicuntur cum professionem emittunt; Declaramus eos qui ante prædictam nostrā editam Constitutionem habitum susceperint, & post ipsius promulgationem euenitūt profiteri, non alias ad professionem admittendos esse, quam facta inquisitione, & seruata forma in ipsa constitutione præscripta, & eorum, qui post dictam promulgationem etiam ignoranter nō habita dicta inquisitione, & non seruata forma ad professionem admissi fuerint professionem nullius esse roboris, & momenti. In oblatis autem & Conuersis professionem emittentibus satis erit si quo ad mores, & statum personarum ipsa inquisitio fiat.

Sed cum eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, quæ militat in expressa, statuimus, quod in quibusuis ordinibus, & religionibus, neque etiam tacita professio quorumcunque religiosorum induci possit, nec dicta intelligatur, nisi in receptione constitutionis forma seruata fuerit.

Si quis vero ante editam nostram Constitutionem iam tacite professus, expresse cupiat profiteri, vel si quis apostata ad suam Religionem redire voluerit, inquisitio & forma præscripta non erit necessaria, nisi vel de moribus, statu, & qualitate personæ, vel de validitate ipsius tacitæ professionis dubitario aliqua oriatur.

In ijs autem qui in locis a sua patria longissime remotis degentes, vel quorū patria ab Hæreticis, vel Infidelibus misere oppressa detinetur, voluerint se diuinis obsequiis sub regulari habitu dicare, vt in hoc quoque Sedis Apostolicæ benignitas eluceſcat, quæ cunctos mortales, præsertim vero exteros ex longinquis regionibus ad eam assidue confluentes materna sinu libenter amplectitur, sanctimus exteros huiusmodi aduenas, quamuis non liquido constet de ijs omnibus quæ in constitutione nostra requiruntur, tamen si deligentia adhibita nihil appareat, quod eos impediat, habiles reputandos esse.

Quod si quis ante vel post Constitutionem ipsam professus ad sacros ordines vel ad honores, gradus, & dignitates promotus exiſtat, & postmodum in eo natalium defectum, aut criminum in dicta Constitutione nostra expressorum nota, quæ prius ignorabantur, detegi contigerit. Decernimus eum statim post huiusmodi defectus notitiam habitam non alias quam iuxta formam ipsius constitutionis ad honores, gradus, & dignitates, aut ad executionem sacrorum ordinum admitti debere.

Contra criminosos vero, quorum professio eadem Constitutione nostra irrita declaratur, ac propterea Iudicibus, & curiis sęcularibus procedendi facultas conceditur; tunc demum id locum habere volumus, & non aliter, cum actis publicis constiterit ipsos Iudices, & curiam secularem ante susceptionem habitus de ipso

crimine

crimine aduersus eos accusationem suscepisse, vel inquisitionem instituisse.

Ceterum quæ a nobis circa Religiosos viros in præfata constitutione sancita sunt, ea nequaquam volumus ad moniales nunc extendi.

Postremo dū interdicimus ne quis regularis alterius Prouinciæ intra aliquod Monasterium, domum, vel locum alienæ prouinciæ, etiam tanquam hospes, & ad modicum tempus recipi possit, nisi a superiore loci vbi residebat, & a quo discessit licentiam expressam in scriptis exhibuerit, vel nisi satis cognitus sit; id obseruari volumus non solum in religiosis itinerantibus de vna in aliam Prouinciam, sed in ijs quoque qui proficiscuntur de vno in aliud eiusdem Prouinciæ monasterium tam sui quam alterius ordinis. Quod si dicerent se ad Apostolicā Sedem confugere ob grauamina a suis Superioribus licentiam, & literas obtinere non potuisse, non propterea vllo modo recipi valeant, nisi fide dignorum testimonio de petita ab eis licentia, & per suos Superiores denegata constiterit.

In Alma vero Vrbe nostra Religiosi aduenæ, & peregrini de grauaminibus sibi illatis conquerētes nullibi sine huiusmodi literis, aut licentia recipiendi erunt, nisi prius ad Congregationem dictorum Cardinalium super negotiis Regularium a nobis deputatorum, vel ad suos Protectores remittantur, vt ipsis auditis pro rerum & personarum qualitate quid agendum sit, statuetur.

Reliqua autem in priori nostra Constitutione contenta, quæ in præsentibus literis non declarantur, Volumus perpetuo firma & valida, & in suo robore permanere; ac ab omnibus ad quos spectat inuiolabiliter obseruari.

Et si quid a nobis alicui ordini aut Religioni præter aut contra præfatæ constitutionis formam post illius editionem circa recipien. extra capitula Nouitios, aut alias indultum aut concessum fuit, id omne ac desuper confectas literas prorsus reuocamus, & annullamus, ac ad terminos præsentis Constitutionis reducimus, & alias nemini volumus sufragari. Decernentes sic in præmissis vniuersis & singulis per quoscunque iudices, &c. Non obstantibus, &c.

Moderatio prædictarum Constitutionum Sixti V. contra illegitimos Regularium fuit facta a Gregor. decimo quarto, Idus Martii 1590. tenoris sequentis.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CIcum specta Romani Pontificis prouidentia, ea, quæ rationabilibus causis, auctoritate Apostolica sancita fuerunt, ipsa rerum experientia suadente, ex aliis interdum non minus iustis causis moderatur & immutat, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sane licet alias felicis recordationis Sixtus Papa Quintus prædecessor noster, nōnulla circa qualitates modū, & formā admittēdi Religiosos ad quoscumq; Ordines salubriter statuerit, prout in duabus desuper, prima videlicet sub datū sexto Kalēdis Decēb. Anno Tertio, & altera sub datū Duodecimo kalendis Nouembris, Anno Quarto sui Pōtificatus editis Constitutionib. latius cōtinetur. Quia tamē vsu comprobatū est, multa inuenta fuisse impedimēta, propter quæ ea quæ in præmissis statuta fuerūt, executioni mādari minime potuerunt. Vnde quāplures literis, & pietate insignes viri a sancto proposito regularē ducendi vitam abducti, ac impediti, atque etiā alii diu cū maxima eorum laude in Religione versati ab illius dignitatibus, honoribus, prælaturis cū

non

non modico Religionis,& ordinum huiusmodi detrimento repulsi, & inhabiles penitus redditi fuerint. Nos igitur ea qua decuit experientia salubriter fuisse constituta confirmare, quæ vero moderatione aliqua indigere moderari volentes, ac dictarum constitutionem, & inde sequutorum quorumcunque tenores etiam veriores præsentibus, pro expressis habentes, Habita cum Venerabilibus fratribus nostris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, super negotiis, & consultationib. Regularium deputatis, matura deliberatione, de eorundem consilio prædictas constitutiones in ea parte qua cauetur, ne illegitimi ex cetto inibi expresso damnato thoro, vel complexu ad quamcũque Religionem neque ad habitum, aut professionem regulares, sed tantum ad habitum Conuersorum, aut famulorum in Monasteriis, aliſque locis regularibus seruientium admittantur, & si post dictam Constitutionem professionem emitterent, voluit illam nullius esse momenti. Et in altera parte, in qua illegitime genitos, etiam ante ipsas Constitutioqes professos vigore priuilegiorum, aut indultorum cuius ordinis, Religioni, Monasterio, aut Congregationi, eorumue Superioribus in genere, vel in specie concessorum, etiam ipsi per ingressum Religionis, vel eosdem Superiores legitimatos, seu ad gradus, honores, & dignitates habilitatos seu integratos, ab honoribus, gradibus, & dignitatibus quibuscunque tam antiquis, quam alijs priuilegiis, literis Apostolicis, indultis, aut declarationibus, non obstantibus excludi, ac dispensationes quascunque aut legitimationes non suffragari, neque in futurũ cum his nisi a Sede Apostolica, Priuilegiis, quibuscunque non obstantibus dispẽsare posse voluit, auctoritate Apostolica tenore præsentium ad terminos iuris reducimus, & moderamur, ac omnes dispensationes, & habilitationes vigore priuilegiorum, aut indultorum Apostolicorum cuius Ordini Religioni Monasterio aut Congregationi, eorumque Superioribus in genere, vel in specie, vt præfertur concessorum, quæ tempore constitutionum huiusmodi vsu recepta, & non sub vllis aliis reuocationibus comprehensa erunt per quoscunque eorum Superiores factas, in pristinum statum, & validitatem in quibus ante ipsas constitutiones existebant, restituimus & redintegramus. Volentes iisdem Constitutionibus non obstantibus, eos qui quouis modo illegitimi procreati fuerint ad habitum, & professionẽ regulares admitti posse quẽadmodũ admitti poterant, si supradictæ Cõstitutiones editæ non fuissent. Ita tamen, vt cum de recipiendis quomodocũque illegitime natis, ad habitum, & professionem Ordinum quorũcunq; agetur, ii ad quos huiusmodi receptio spectat, præter alia, de quibus ex dictarum constitutionũ præcepto circa quoscunque etiam legitimos disquirere debent, diligẽter eorum vitã, & mores inquirant, & ita demum recipiant, si tamen bonam indolem, & virtutis specimen præ se ferant, ac tot eis merita suffragentur, vt Natalitũ, suppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo, & vtilitati profutura videatur. Et super hoc ipso ii ad quos, vt dictũ est, pertinet huiusmodi receptio matura deliberatione habita ita censuerint, & iudicauerint, dummodo tamen filius illegitimus in Regione, in qua pater, siue ante, siue post natiuitatẽ dicti filii professus fuerit, ipso patre viuente non admittũtur, quod expresse prohibemus. Volumus quoque ac statuimus licere Generali, aut Prouinciali singulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat iuxta tenorem priuilegiorũ, & indultorum Apostolicorum eis concessorum, quæ dũmodo vsu recepta, nec alias sub vllis reuocationibus comprehensa sint, vt præfertur, in hac parte reualidamus cum ilegitimis, quos alias dictus Generalis, aut Prouincialis cum Generali Prouinciali, seu intermedio Capitulo, &

lo,& non alias suffragantibus meritis dignos iudicauerint,ad honores, gradus, & dignitates obtinendas dispensare, ac dispensationes huiusmodi pro tempore ita factas,& inde sequuta quæcunque vt antea valere tenere, perinde ac si supradictæ constitutiones non emanassent. Ceterum cum acceperimus, nonnullarum Religionum,& Ordinum,præsertim Monachalium Monasteria ita instituta esse, vt in eis perpetua quædam filiatio constituatur: Ideoq; receptio Nouitiorum in vnoquoque Monasterio ad superiorem Prælatum,& Capitulum eiusdem Monasterij tantum pertineat,quæ etiam Monasteria,vt plurimum inter se longe distant,nec generalia,Prouincialia,aut intermedia Capitula nisi raro celebrare solent. Ideo statuimus,vt Superiores illorum Monasteriorum de consensu sui Capituli præhabita simul cum his,de quibus in vnaquaque Religione,aut Monasterio iuxta eius cõstitutiones recipiendus interrogari solet, aliqua informatione super his, quæ in dictis constitutionibus continentur, ad receptionem huiusmodi procedere valeant,dum tamen antequam ad professionem admittatur, plenaria, & eo modo,prout in dictis constitutionibus habetur,inquisito fiat quę postea ab his,a quibus in prædictis Monasteriis examinari solent,diligenter examinetur,& approbetur,& demum omnia in dicto Capitulo coram Superiore referantur. Volentes, quod Superiores prædicti cum eorum Capitulo,aut vbi consuetudo non fuerit celebrandi Capitula cum tribus,aut quatuor, ad id in generali Congregatione per vota secreta deputatis,seruatis eorum regularibus institutis,ac supradictis omnibus eandem in recipiendis nouitijs habeant auctoritatem, quæ per dictas constitutiones Prouincialibus Capitulis est attributa. Decernentes sic, & nõ aliter per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Curiæ Cardinales,& causarum Palatii Apostolici Auditores,sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate vbique iudicari,& diffiniri debere, irritum quoque & inane, quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantib. præmissis, ac quibusuis aliis constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem,quod præsentium transumptis, etiã impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis,& sigillo alicuius Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ obsignatis,eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ,vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis,moderationis,restitutionis,redintegrationis,prohibitionis,reualidationis,statutorum,volũtatum, & decreti infringere,vel ei ausu temerario contrarire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,& Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo nonagesimo, Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo.

L. Dat.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexijs.

DECRE-

DECRETA GENERALIA AD REGVLARIVM reformationem, ac Nouitiorum receptionem, professionem, & institutionem spectantia alias facta, & publicata, S.D.N.D. Pauli Diuina prouidentia Papæ V. iussu nuper edita.

Decreta fel. rec. Clementis PP. VIII. De Nouitijs ad habitum Regularem, & professionem non admittendis nisi in Conuentibus designandis.

CLEMENS PAPA VIII.

REgularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimum iuxta nostri muneris debitum laborare non desistimus, illud in primis magnum impedimentũ afferre quotidiano vsu compertum est, quod in omnibus Conuentibus, iis præsertim, qui maiori reformatione indigent, singuli ad religionem venientes passim recipiuntur. Vnde fit, vt quo magis nos variis Constitutionibus male affectas radices amputare studemus; eo magis in dies deprauatæ, infructuosæque eiusmodi nouiter profitentium succrescant. Cui quidem malo occurrere volentes, præsenti Decreto statuimus, districteque præcipimus omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, ceterisque Superioribus Conuentuum intra Italiæ, & Insularum adiacentium fines existentium quibuscunque, & quorumcunque ordinum Mendicantium, vt de cetero neminem sub quouis prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conuentibus auctoritate nostra propediem in vnaquaq; Prouincia designandis. Insuper sancimus, vt quo ad eiusmodi Conuentus, vt præfertur, per nos deputati non fuerint, omnes præfatorum Ordinum Superiores a receptione quorumcunque Nouitiorum, siue ad habitum, siue ad professionem omnino abstineant. Superior, qui huius Decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque actiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, se nouerit incurrisse, ac alijs etiam pœnis arbitrio nostro subiaceat. Receptiones vero, & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi Decretum nostrum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ex nunc decernimus. Priuilegijs, Statutis, & consuetudinibus quibuscunque contrarium minime obstantibus. Dat. Romæ die 12. Martij 1596.

Reno-

Renouatio, & ampliatio eiusdem Decreti.

De Nouitiis ad habitum Regularem non recipiendis nisi in Monasteriis, & locis designandis.

SAnctissimus in Christo Pater,& D.N.D. Clemens Diuina prouidentia Papa VIII. cum iamdudum animaduerteret collapsæ Regularis disciplinæ restitutioni,pro qua potissimum,iuxta sui muneris debitum,vigilare,ac laborare non desistit,illud in primis magnum impedimentum afferre; quod in omnibus Monasteriis,& Conuentibus, ipsque præsertim, qui maiori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitendam accedentes, passim, ac sine delectu recipiuntur; ac inde fieri, vt quo magis varij constitutionibus male affectas radices euellere studet, eo magis infructuosa nouiter profitentium germina quotidie succrescant; cumque ob zelum, ac desiderium, quo tenetur Sanctitas Sua, omnes Regulares ad vetus suæ cuiusque Religionis institutum redigendi, districte prohibuerit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad suscipiendum habitum Religionis admitteretur,profitereturue, quousq; Monasteria, & Conuentus aliquot destinarentur, in quibus posset commodius regularis obseruantia, secundum reformationem a Sanctitate Sua instituram, introduci; Quia tamen,non obstante tali prohibitione,cognouit nonnullos fuisse, vel sub colore facultatis, & licentiæ a Sanctitate Sua obtentæ, vel quia talis prohibitio ad illorum non peruenerit, receptos, & admissos, præter mentis suæ sensum. Idcirco huic malo prospicere volens, ne licentiarum, ac facultatum huiusmodi subreptione, ac prætextu, Decretum Sanctitatis Suæ irritum reddatur; Nunc denuo districte præcipit, ac mandat omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuscunque, ceterisque Superioribus Conuentuum,Monasteriorum, ac Domorum quocunque nomine appellentur, intra Italiam, & Insularum adiacentium fines existentium, quorumcunque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium (exceptis tamen Cartusianorum, Fratrum Minorum de stricriori obseruantia, nec non Capuccinorum Sancti Francisci, Reformatorum Sancti Dominici, Discalciatorum Ordinis Carmelitarum, nec non Fratrum Congregationis Folientis, Cistercientis Ordinis,ac Eremitarum Eremi Camaldulensis, & Montis Coronæ,Clericorum Regularium Theatinorum, Societatis Iesu, Sancti Pauli Decollati,& aliorum de Somascha, Ministrorum infirmorum, respectiue Ordinibus, Societatibus, seu Congregationibus nuncupatis, quæ etiam antea exceperat, & nunc iterum excipiendo, voluit prohibitionem hanc ad illa nullo modo extendi;) Ne sub cuiusuis licentiæ, & facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtentu, nisi per literas in forma Breuis dumtaxat,& non alias quemquam ad habitum Regularem suscipiendum,nec etiam conuersos,nisi in Conuentibus, Monasterijs, & Domibus,auctoritate eiusdem S.D.N. propediem in vnaquaque Prouincia designandis,recipere aut receptos ad professionem admittere vllo modo audeant. Quinimo contra primam prohibitionem Sanctitatis Suæ receptos,etiamsi imperfectum habitum,aut sine caputio gerant,post præsentis Decreti in Romana Curia publicationem,omnino eiicere debeant.

Superiorem autem, qui huius Decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis actiuæ, & passiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, eo ipso incurrere voluit, ac decreuit, & alijs etiam pœnis arbitrio Sanctitatis Suæ imponendis subiacere.

Receptiones vero, & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi Decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ad quemcunque effectum, ex nunc decernit, & declarat.

Hoc autem Decretum noluit Sanctitas Sua eos Ordines comprehendere, qui Conuentus, Domos, & Monasteria a se probata pro Nouitiorum receptione, & educatione, hactenus permissione sua constituerint.

Ceteras vero licentias, siue particulares, quæ in hanc diem effectum non sunt, sortitæ, reuocat, & annullat.

Vult autem Decretum hoc suum in solitis locis Vrbis publicatū ita prædictorū singulos afficere, ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum, Priuilegijs, Statuūs, & Constitutionibus quibuscunque in contrarium minime obstantibus.

Datum Romæ apud S. Marcum. Die xx. Mensis Iunij. M. D. XCIX. Et fuit publicatum Romæ die tertia Iulij 1599.

Decreta pro Reformatione Regularium, tam Monachorum, quam Mendicantium cuiuscunque Ordinis, & instituti.

CLEMENS PAPA VIII.

3. NVllus omnino prætextu cuiuscunque priuilegij, vel superioritatis, etiam Generalatus, a seruitio chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprij officij munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus Superiores ijs tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint; Idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitime impeditis. In eos vero, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari pœnitentia Superiores animaduertant ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtractione.

Lectio Sacræ Scripturæ, vel Casuum conscientiæ bis in hebdomada præscriptis diebus in singulis Monasterijs, & Conuentibus habeatur, ad quam fratres omnes conueniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam se se vtiliter exerceant.

Quo Tridentini Concilii Decreta de Paupertatis voto custodiendo fidelius obseruentur; Præcipitur, vt nullus ex fratribus, etiam si Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, prouentus, census, eleemosynas, siue ex concionibus, siue ex lectionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quam vbicunque celebrandis, aliove ipsorum iusto labore, & causa, & quocunque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere possit, sed ea omnia statim superiori tradan-

tradantur, & Conuentui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac prouentibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

4 Neque Superioribus, quicunque illi sint, vllo pacto liceat eisdem fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere.

5 Eorum vero, quæ ad neceffitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat, vt proprium, neque vt proprio vtatur.

6 Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas, ne dum a Concilio Tridentino præscriptas, sed alias quoque multo grauiores, superiorum arbitrio imponendas, incurrat.

7 Nulla quorumcunque superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia fratres excusare possit, quo minus culpæ, & pœnæ ab eiusdem Concilij Decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ, obnoxij sint, etiamsi Superiores asseuerent huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.

8 Fratrum vestitus, & supellex cellarum ex communi pecunia cõparetur, & omnino vniformis sit fratrum, & quorumcunque Superiorum, statuique paupertatis, quam professi sunt, conueniat: ita vt nihil superflui admittatur; nihil etiam, quod sit necessarium, alicui denegetur.

9 Quæcunque fratrum vestes, siue laneæ, siue lineæ, omnisque alia supellex in aliquem commodum Conuentus locum deferantur, ibique ab vno, vel duobus fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, vt inde Superioris arbitrio, prout vnicuique opus fuerit, submministrari opportune possint.

10 Omnes etiam superiores, quicunqne illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, siue eadem (vt aiunt) pitantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur; neque singulare aliquid, quo priuatim quisque in cibum vtatur, vllo modo afferri possit si quis in ea re peccauerit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem, & aquam.

11 Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præstationes peculiares ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter, & diligenter adnotari curent, neque in alios vsus, quam ratione officii sui necessarios, quicquam expendant. Cum vero contigerit ipsos in aliquo Conuentu commorari, eam pecuniæ quantitatem in communi conferant, ex qua sibi, & ijs, qui secum erunt, victus ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum suppeditetur.

12 Nullus ex Superioribus locorum, administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Conuentus, etiam nomine conuentus, per se ipsum habere, siue exercere possit; sed vniuersum id onus tribus fratribus eiusdem Conuentus a Generali ita demandetur, vt vnus rerum, & bonorum, redituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat; alteri tanquam Depositario, pecunias, ac cetera ab illo collecta, & exacta fideliter asseruet; alius de pecnnijs, & rebus a Depositario acceptis Priori, & fratribus, ac Conuentui vniuerso de necessarijs, mandante tamen

men ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed iuxta charitatis regulã, veluti bonus dispensator prouideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta.

13 Ceterum hi tres tam impensi, quam accepti singulis mensibus Superiori locali adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus eiusdem Cõuentus probatioribus; rerumque vsu peritis, rationem reddant. Deinde ipsimet rursus, præsentibus Priore, & peritis prædictis, Generali, cum aduenerint: denique ipse Generalis, in quolibet proximo Capitulo Generali saltem coram tribus iudicibus, ab ipso Capitulo ad hoc constitutis illorum omnium, vniuersamque suæ administrationis tam publicæ, quam priuatæ rationem reddere teneatur, cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc, vt ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicæ Romam transmitti possit.

14 In vnoquoque Conuentu, fratrum is tantum deinceps constituatur, & in posterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum eleemosynis, aliisve quibuscunque obuentionibus in commune (vt præfertur) conferendis, commode possit sustentari: reditus vero, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asseruentur.

15 Superioribus autem, ne Concilii Tridentini, aut hæc nostra Decreta declarare, interpretari, aut relaxare vllo modo possint, omnino interdicimus, & prohibemus, decernente irritum, &c. si quis autem contra præsumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioque priuatus, & ad ea perpetuo inhabilis existat.

16 Nullus nisi actu legat, vel prædicet, aliquo sui gradus priuilegio gaudeat.

17 Si alicui ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, socius ex eodem ordine, qui illi ministret, concedẽdus erit, is nisi vigesimum quintum agat annum, & qui communi seruitio sit deputatus, non concedatur, & si commode fieri potest, sit Laicus Conuersus.

18 Vt omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conuentus clausura perpetuo, ac diligenter seruetur, ac propterea a Superiore Ianitor constituatur, qui diligentia, ac morum integritate maxime commendetur: is ianuæ custodiendæ semper assistat, eamque nemini fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtinuerit.

19 Nullus a Conuentu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta a Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adiungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem sæpius. Licentiæ vero generales exeundi, nulli omnino concedantur.

20 Contrauenientes autem pœna graui, etiam carceris ad Superioris arbitrium plectantur, eandem etiam Ianitor subeat, si sciens exeundi facultatem fecerit.

21 Cum autem quis in Cõuentum reuertitur, Superiorem iterum adibit, benedictionem recepturus, qui a socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

22 Nullos fratres Romam venire superiores permittant, nisi prius a Generali, vel Protectore duntaxat licentiam in scriptis impetrauerint.

23 Si

23 Si quis autem sine huiusmodi facultate Romam venire præsumpserit, voce actiua, & passiua biennio priuatus existat, subiturus etiam alias arbitratu Superiorum infligendas pœnas. Quæ item omnia aduersus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine vlla exceptione locum habeant.

24 Habeat Superior clauem ita fabrefactam, vt cum sibi videbitur, cellas omnes reserare possit, & propterea nullus cellam, etiam noctu ita claudat, quin semper a Superiore possit aperiri.

25 In medio Dormitorii totam noctem lampas colluceat.

26 Nullus etiam Superior cellas siue in claustro, siue alibi separatas a communi Dormitorio habeat, sed vnusquisque vnica cella, eadem cũ ceteris aliorum fratrũ coniuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, vniformique supellectili (vt præfertur) quemadmodum Religiosos decet, contentus sit. possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conuentuum, si eorum muneris, & officij necessitatem id exigere cognouerit, alteram etiam cellam concedere.

27 Cellæ, siue ædiculæ, quæ extra Dormitorium separatim sunt, ad officinas, aut alias ad communem vsum, & commoditatem Conuentus redigantur.

28 Sigillatim suo quisque lecto cubet, neque vllibi duo eodem lecto dormire possint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

29 In priuatis cellis nulli camini permittentur, sed omnes obstruantur statim, caminibus etiam e parietibus conuulsis, vt res illa non ad tempus facta, sed perpetuo duratura videatur, cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

30 Conuentus fenestræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ædes prospiciunt, muro ita obstruantur, vt omnino is prospectus impediatur.

31 Valetudinarium in singulis Conuentibus certo, ac salubriori loco constituatur, quod pro loci situ, ac fratrum numero, quo ad fieri poterit, commodissimũ esse possit, in quo fratres omnes, cum ægrotabunt, curẽtur, nec inde nisi recuperata sanitate abire permittãtur. Qui vero infirmorum curæ præpositi sunt, omni sedulitate, ac charitate operam suam præstabũt, ac curabũt, ne quid ægrotis omnino desit, quod ad sanitatem recuperandam pertineat.

32 Ineatur ratio, qua, sublatis licentijs ac facultatibus hactenus quibuscunque concessis, degentes extra Conuentus claustra, ad ea quam primum reuocentur, nec de cetero, nisi ex grauissima causa a Sede Apostolica probanda, huiusmodi facultates concedi possint.

33 Nulli in posterum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conuentibus per Sedem Apostolicam in qualibet Prouincia deputandis.

34 Curent superiores, vt Constitutio interdicentes largitiones munerum, & præscribens hospitalitatis formam ab omnibus in quolibet Conuentu inuiolabiliter obseruetur.

35 Vt omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caueant omnes a directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratione tam pro se ipsis, quam pro alijs, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris præsertim Generalibus Capitulis, aut Congregatiooibus, seu alibi. Quicunque secus fecerint, præter alias pœnas, & censuras hactenus contra huius-

modi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in pœnam priuationionis officiorum, quę obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quęcunque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari a nemine possit, nisi a Nobis, vel Successoribus nostris, & pro qualitate culparum grauius etiam plectantur. Porro supradictas omnes pęnas ad complices, ac simpliciter scientes, & non reuelantes extendimus.

36 In superiorum, & officialium omnium electionibus forma prescripta a Sacro Concilio Tridentino, & Ordinis constitutionibus inuiolabiliter seruetur, iurentque electores secundum veritatem cuiusque conscientiæ probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deueniatur, in primis, & ante omnia prælegantur Constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorũ. Ad officia, gradus, & Prælaturas illi præcipue eligantur, qui p sint, & consueuerint regulas Ordinis, & constitutiones obseruare, præsertim quę pertinent ad seruitium chori, ac vestitum, & victum communem.

37 Eligantur in Capitulo Generali, vel Prouinciali aliquot graues, & periti ex fratribus cuiuslibet Prouinciæ, saltem tres, qui admittendos ad prædicationem verbi Dei, vel ad audiendas confessiones etiam ipsorum fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad huiusmodi ministeria admittantur. Horum etiam curæ sit examinare, & probare tam quo ad doctrinam, quam quo ad mores, promouendos ad quoscunque Ordines, in quo seruetur decretum Congregationis interpretum Sacri Concilii Tridentini, hac de causa nuper editum, & promulgatum.

38 Illud porro Superiores omnes in Domino admonemus, vt memores sint rationis, quam in Nouissimo die reddituri sunt pro Grege sibi commisso, ac propterea omni studio inuigilent, vt quæ in eorundem Ordinis, regulis, & Constitutionibus de oratione mentali, silentio, ieiuniis, Capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitiis prudenter, ac pie sancita sunt, ea omnia, & singula ad vnguem obseruentur; intelligantque super his veluti fundamentis omnium Religionum ædificia construenda, & amplianda esse, quæ vt faciliorem exitum sortiantur, & fructus vberiores in animis fratrum producant, valde opportunum erit, si in quolibet Conuentu, singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regularique obseruantia.

39 Quo vero omnia ordinate peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo vnicuique Conuentus, in qua distincte adnotetur quid singulis horis cuiusque diei quilibet frater præstare debeat, vt certo quoque signo pręmonitus, maiore animi prępara tione suo moneri satisfacere possit. Quæ Ordinis constitutiones, his decretis non aduersantur, inuiolate custodiendæ erunt.

40 Quibus horum decretorum capitibus certa pœna præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur. Vt autem hæc decreta (donec alia, quæ ad pleniorem reformationem facient, edantur) ab omnibus obseruari possint, districte præcipimus Generalibus, ac omnibus aliis quibuscunque Superioribus, ad, quos hoc spectat, vt curent, ac efficiant, ea omnia inter alias eorundem Ordinum Constitutiones perpetuo valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & aduersus eas vnquam dispensandi. Alioquin sciant se in pœnam Generatus, & officiorum priuationis, ac inhabilitatis perpetuæ, ad alia quoque munera ipso facto, & sine vlla exceptione respectiue incidisse.

41 Ne vero prætextu dilatæ publicationis eorum obseruatio, quoquo modo differri

differri possit, aut impediri, volumus, vt post illorũ publicationem in Conuentu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis de Vrbe factam Generalẽ, alioſque Ordinum Superiores, ceteroſque quoſcunque fratres præſentes, ſtatim; reliquos vero abſentes citra Montes, vnius menſis, vltra Montes, trium menſium ſpacio ita arctent, ac ſi eorum ſingulis perſonaliter intimata fuiſſent.

42 Inſuper mandamus, quod Generales in ſingulis conuentibus citra montes, vnius menſis; vltra vero montes, trium menſium curſu decreta ſupradicta publicari faciant, ſub pœna priuationis Generalatus, alijſque arbitrio noſtro imponendis. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum die 25. Menſis Iulii M. D. XCIX.

DEcretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permiſſum eſt, Sanctitas Sua extendi ad Prouincialem decreuit, ita vt Prouincialis ipſe ex cauſa communi totius Prouinciæ dumtaxat facultatem huiuſmodi facere valeat, Declarauitque pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ contra facientibus inflictam Sanctitati Suæ reſeruatam eſſe, interdicta omnino eorum Superioribus ſingulis, etiam Generali, ac Protectori facultate illam moderandi, ac relaxandi. Dat. Romæ die 20. Martii 1601.

Decretum felicis record. Clementis PP. VIII. Super Caſuum reſeruatione ab omnibus Regularium Superioribus obſeruandum.

SAnctiſſimus Dominus Noſter, qui iam pridem accurate perpendit, ac re ipſa comperit, quod reſeruatio facultatis abſoluendi Religioſos pœnitentes a peccatis quibuſdam grauioribus, niſi Superiores admodum prudenter, ad moderata illa vtantur, nonnullos infirmiores; interdum ſuperiori ſuo conſcientiæ maculas detegere formidant, adducere poſſet in æternæ damnationis periculum, & ſpiritualis remedij deſperationem; Ideo, vt huic malo Sanctitas Sua opportune proſpiceret, decreuit: vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum abſolutiones ſibi reſeruet, exceptis ijs, quæ ſequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, pro ut ſubditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

Veneficia, Incantationes, Sortilegia.

Apoſtaſia a Religione, ſiue habitu dimiſſo, ſiue retento, quando eo peruenerit, vt extra ſepta Monaſterij ſeu Conuentus fiat egreſſio. Nocturna, ac furtiua e Monaſterio, ſeu Conuentu egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale, Iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeu legitimo.

Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſequuto.

Falſificatio manus, aut Sigilli Officialium Monaſterij, aut Conuentus, Furtum de rebus Monaſterij, ſeu Conuentus in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale.

Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus.

Occiſio, aut vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſque perſonæ.

Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum a Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud præterea peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate reseruandam videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione, & consensu.

Non liceat Superioribus Regularium Confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab iis petierint.

Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures confessarios, pro subditorum numero maiori, vel minori, ijque sint docti, prudentes, ac charitate præditi, quia non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis confessarius iudicauerit.

Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissime ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis a confessariis imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.

Atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint, obseruari mandauit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis concilii, etiam Generalis Decretis, nec non consuetudinibus, etiã ab immemorabili tempore obseruatis; aut Reguralibus, seu prouincialibus Capitulis editis, Statutis, & Cõstitutionibus etiam Apostolica auctoritate confirmatis, Priuilegijs, Indultis, & Concessionibus quibuscunque quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, ceterisque in contrafacientibus quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum die 26. Mensis Maij Anno Domini 1593.

Sanctitas Sua deinceps declarauit, & declarat, vt si huiusmodi Regularium Cõfessarijs casus alicuius reseruati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta a Superiore facultate, absoluere.

Formula concedendi facultatem pro Nouitijs ad Regularem habitum recipiendis in Monasterijs, & locis designatis.

SAnctissimus in Christo Pater, & Dominus N. D. Clemens diuina prouidentia Papa Octauus cum regularem disciplinam restituere, atque in pristinum statum reuocare maxime cuperet, regulareſque omnes, vitam, moresque suos ad rationem eius instituti, quod quisque professus esset, ita componere, vt quæ ad votorum vim, habitum, victumque communem pertinent, ea potissimũ

singuli

singuli religiosissime obseruarent, generali decreto, quod de mense Iunii editum, tertia Iulii anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum Religiosorum Superioribus, (nonnullis exceptis) prohibuit, ne aut Nouitios reciperent, aut quenquam ad professionem ante admitterent, quam a Sanctitate Sua Monasteria aliquot ad eam rem præscripta essent, in quibus obseruantia Regularis vigeret. Nunc vero eadem Sanctitas Sua a locorum etiam Ordinariis, quibus id muneris demandauerat, certior facta, in infrascriptis Monasteriis, & Conuentibus Ordinis N. præfinitum esse numerum duntaxat eorum, qui vel ipsius Monasterii censibus, vel consuetis eleemosynis sustentari ibi commode possunt, atque in ijs omnia fideliter obseruari, quæ sunt cum illorum professionis perfectione coniuncta, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiæ vota, vna cum ceteris decretis particularibus, vel instituti ipsius, vel Pontificiis, etiam ad victum, vestitumque communem spectantibus (ipso decreto, vt supra, edito, & promulgato, nequaquam obstante) potestatem facit Superiori eiusdē Ordinis, Nouitiatus in infrascriptis Monasteriis, & Conuentibus erigendi, Nouitios recipiendi, educandi, atque ad professionem admittendi; modo tamen id ad præscriptum instructionis iussu Suæ Sanctitatis editum, neque alio modo fiat. Quoniam vero ea est Suæ Sanctitatis mens, & voluntas, vt in Monasteriis, & Conuentibus, ad alendos Nouitios præfinitis, regularis obseruantia perpetuo retineatur, mandat, & præcipit, vt in ipsis præscriptus iam personarum numerus in posterum seruetur, nullusque omnino Superior cuiusuis conditionis, personarum, & Nouitiorum numerum augere præsumat, ea pœna proposita, vt in omnibus priuatus officiis, vocis actiuæ, & passiuæ ius omne amittat. Vult denique Sanctitas Sua huiusmodi facultatem per congregationem Reformationis Apostolicæ hoc decreto Secretarii manu subscripto concedi, non obstante decreto, vt supra, promulgato, Dat. Romæ die, &c.

Præscribitur vero numerus Sacerdotum..., Clericorum..., Nouitiorum..., Conuersorum autem...

N. Visitationis, & reformationis Apostolicæ Secretarius.

Decretum super forma recipiendi Nouitios Regularium ad habitum, & professionem.

SAnctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens Diuina prouidentia Papa VIII. Qui alias pro Regularis disciplinę restitutione, singulis Regularium Ordinibus (quibusdam exceptis) prohibuit, ne ad Regularem habitū Nouitios in posterum reciperent, receptosue ad professionē admitterent, quousque in aliquibus cuiusuis Ordinis Monasterijs, seu Conuentibus, (in quib. Nouitiatus pro recipiendis, & educandis Nouitijs designarentur, & approbarētur) ad eius

ad eius, quam professi sunt, Regulæ præscriptum, vitam moresque restitue-rent, & componerent, certior deinde factus quosdam omnium fere Ordi-num Conuentus, seu Monasteria ad pristinam illam Regularem viuendi for-mam, & disciplinam, quam diutius desiderauerat, fuisse redacta; in eisdem Monasteriis, & Conuentibus, vt Nouitiatus erigi, Nouitijque recipi possent, (sub certis tamen legibus, ac ea præsertim, vt licentia a Congregatione Refor-mationis Apostolicæ prius obtenta esset,) concessit, & ad id illa designauit, & approbauit. Nunc volens, vt ea, quæ pro Nouitiorum receptione, & in-stitutione, de mandato Sanctitatis S. præscripta fuerunt, in posterum accura-tius, & exactius obseruentur, vltra formam traditam in Constitutionibus fel. rec. Sixti Papæ V. & etiam Sanctitatis S. super receptione Nouitiorum, decreuit, ac præsentis Decreti virtute mandauit, ne in Conuentibus, seu Monasterijs ad Nouitios recipiendos, de Sanctitatis Suæ, seu dictæ Congre-gationis Reformationis licentia hactenus designatis, & approbatis, seu in po-sterum designandis, & approbandis, Nouitij ad habitum recipi vllatenus possint, vel admitti, nisi prius ab ipsa Congregatione, vel a propriis locorum Ordinarijs, aut ab illis, in quorum diœceli Nouitiatus existunt, in quibus Nouitij recipiendi fuerint expresse, & nominatim Nouitij ipsi recipiendi appro bati fuerint, & vt recipi, & admitti possint, licentiam in scriptis (gratis tamen in omnibus, etiam quo ad scripturam, concedendam) obtinuerint. Monet autem Sanctitas Sua eosdem Ordinarios omnem curam, & diligentiam adhi-bere, vt circa ætatem, conditionem, educationem, scientiam, vitam, & mores, ceterasque qualitates in ipsis Nouitijs requisitas, obseruentur Institu-tiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Reformationis factæ, & publicatæ, Neque aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittat: Ordinariorum ipsorum conscientiam onerando, si quempiam approbauerint, vel admitti permiserint, qui non sit idoneus, & iuxta Constitutiones, & In-stitutiones prædictas, approbandus, & admittendus. Firmis nihilominus remanentibus pœnis omnibus contra Superiores quorumcunque Ordinum qui, in admittendis ad habitum, & professionem Nouitijs, formam Con-stitutionum, & Institutionum prædictarum non seruauerint, aut Nouitium aliquem; quantumuis idoneum, & approbatum, in quouis alio Conuentu, & loco; seu Monasterio, præterquam in hactenus a Sua Sanctitate, vel a dic-ta Congregatione designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis, vel vltra numerum in eorum singulis præscriptum, seu præ-scribendum receperint, vel admiserint, seu alias præmissis quouis modo con-trafecerint. Irritum ex nunc, & inane decernens quicquid secus, vel alias, quauis auctoritate a quouis gestum, vel attentatum fuerit. Non obstanti-bus quibuscunque, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 19. Maij 1602. Pontificatus eiusdem Sanctissimi Domini nostri Anno vnde-cimo.

Insti-

Institutiones super receptione, & educatione Nouitiorum Religiosorum in Monasteriis, & Conuentibus designatis, vel designandis, Clementis eiusdem iussu editæ.

CVm ad Regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasterijs propagandam, Nouitiorum institutio maxime vtilis sit, ac necessaria, & nihil ad grauem illam, ac laudatissimum priscorum Patrum viuendi rationem relaxãdam maiorem vim habuisse compertum sit, quam, vel nimiam in recipiendis Nouitijs facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu, an vere esset ex Deo, atque ex præcipuo desiderio illi inseruiendi, vel denique in curiam in eis educandis, atque instituendis. Idcirco, vt huiusmodi incommodo dein ceps occurratur, præcipitur omnibus, & singulis ad quos spectat, vt in recipiendis Nouitiis, & in eorum institutione, atque educatione, nec non in magistri, & aliorum ministrorum electione, præter alia, quæ in Sacris Canonibus, ac Decretis præsertim Concilii Tridentini, Pontificiis, & cuiuscunque Ordinis, aut Instituti Constitutionibus continentur, tam in alias designatis, quam nunc, & in posterum ad hoc designandis Monasteriis, & Conuentibus, hæc quæ sequuntur, inuiolate obseruari, & exequi perpetuo curent.

Primum, quod attinet ad Nouitiorum recipiendorum formam, vltra diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de vniuscuiusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac præcipue eorum, qui sextum decimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno grauati, vel reddendæ alicuius administrationis rationi obnoxii sint, iuxta formam Constitutionis felicis record. Sixti Quinti, & moderationum subsecutarum: Illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, vt, quibus in Monasteriis, & Conuentibus ex Apostolica facultate Nouitiatus fuerint instituti, in ijs ad religionum nullus in posterum admittatur, qui, & ex honestis parentibus natus non sit, & condiciones Sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Cõstitutionibus præscriptas non habet, iuxta Decretum super forma recipiendi Nouitios, die 19. Maij 1602. editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine regulari, etiam Mendicantium, in ea sit ætate constitutus, quam eius Ordinis, in quo recipietur, regularia instituta, & ordinationes requirunt, eam vero literarum scientiam calleat, aut illius addiscẽdæ spem indubiam præ se ferant, vt minores, & suis temporibus, maiores Ordines, iuxta Decreta Sacri Concilii Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens ad habitum regularem admitti postulauerit, & talis eruditionis expers inuentus fuerit, in Conuersorum tantum, quibus literarũ scientia non est necessaria, numerum referatur; Ipsi autem Conuersi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum. & nisi saltem præcipua Doctrinæ Christianæ capita nouerint.

Demum Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitæ genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & vt Deo liberius famulari possint, an potius leuitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducantur, & an eorum parentes ope, & subsidio ipsorum indigentes destituantur.

Proui-

Prouideant quoque vt omnes, etiam Conuersi recipiendi, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab ijs quibus munus hoc incumbit, de regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, & aliis cuiusque Ordinis peculiaribus institutis, & Constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundam Religionum moris est, nedum Conuersos ad professionem admittendos, verum, & Oblatos, vt vocant, recipere, circa ipsorum Oblatorum receptionem vnaquæq; religio suas peculiares Constitutiones, specialiaq; instituta obseruare teneatur.

Statim atque Nouitii ad habitum recepti, & in locum Nouitiatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius anteactæ vitæ conscientiam discutiant, & expurgent.

Quod vero ad loci qualitatem vniuscuiusque Nouitiatus spectat, locus huiusmodi propria clausura ab ea parte Conuentus, & Monasterij, in qua degunt professi, segregatus, quot erunt numero Nouitij, vel dormitorium ita capax, vt pro singulis singuli lectuli commode sterni possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, eiusque socio reperiatur.

In eo etiam, præter alias communes commoditates, aptus locus adsit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones, institutionesq; Magistri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant.

Oratorium insuper, seu Cappella, si commode fieri poterit, ad Nouitios in spiritualibus, præsertim in cæremoniis, ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem bene conclusus, atque munitus adsit, si in minus, hortum ceteris Fratribus communem; recreationis tempore ingrediantur. Ipsis vero Nouitijs ibi commorantibus, curabit Magister cũ loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) e in eundem quisquam alius ingrediatur.

Ad huiusmodi locum Nouitiatus nemini eiusdem, vel alterius Ordinis regulari, etiam Conuentus, & Monasterij Officiali, vllo vnquam tempore sub quouis prætextu aditus pateat, præterquam Magistro, eiusque socio, ac etiam Monasterii, aut Conuentus Superiori, si quandocunque ingrediendum sibi necessario existimauerit, quo tamen casu aliquem semper ex senioribus Conuentus, vel Monasterii Patribus socium assumat.

Huius loci clausuræ clauis apud Magistrum semper asseruetur, illique soli liceat ex graui tantum causa ingressum illuc alicui permittere; si quis autem Nouitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro præsente, & non aliter alloquatur.

Nouitiorum Magistro socius, si per Nouitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his, quæ ad Nouitiatus regimen spectant, dicto Magistro immediate subiectus existat, eligantur q; tam Magister, quam socius per Prouinciale Capitulum, per triennium ad minus onus huiusmodi subituri. Quod, si aliquo casu extra tempus capitulare noua loca Nouitiatus concedi contingat, tunc electionem Magistri Nouitiorum, & socij huiusmodi in his nouis locis per Generalem, vel Prouincialem, seu Ministrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Diffinitorum tamen vel grauiorum aliorum Patrum consensu fieri permittitur; idemque seruetur, si intra triennium, alterum, vel vtrumque vrgenti aliqua de

causa

causa ex illis locis amoueri, vel mori contigerit, in cuius, vel quorum locum alii consimiles subrogari debeant.

Tam Nouitiorum Magister, quam socius ab iis omnibus officiis, oneribusq; vacationem habeant, quæ Nouitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister sacerdotali ordine sit initiatus, ac in quinto saltē supra trigesimum ætatis suæ anno constitutus, & per decennium a professione emissa in religione perstiterit: Socius vero trigesimum annum excedat, sintque ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam anteactæ exemplo præstantes, orationis præterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateque referti, non sine affabilitate graues, zelum Dei cum mansuetudine prę se ferētes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ira præsertim, & indignatione, quæ in se, & erga alios charitatem impedire consueuerunt, quam lōgissime alieni, & tales demum, qui omnibus seipsos bonorum operum exemplū præbeant, vt ii, qui eorum curæ subsunt, illos non tam metuant, quam reuereantur, nec illis vnquam detrahere quicquam possint.

Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa Nouitiorum institutionem, ac Nouitiatus regimen, ita vt in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis) quouis colore se ingerere liceat.

Curam adhibeat diligentem, vt Nouitii omnes in regulari disciplina sedulo exerceantur, agnoscantque præcipue diuinæ, qua digni facti sunt, vocationis præstantiam, & excellentiam, quæ vera sit atque perfecta votorum solennium, & quam necessaria cuiusque Ordinis Constitutionum obseruantia, modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuose perstiendi, illicitas passiones, & vitia (ad quæ natura per peccatū labefactata omni tempore prona est, atque procliuis) per sensuum custodiam, & mortificationem cohibendi, austeritatem, ieiunia, cilicia, disciplinas, conscientię puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis præsertim, quæ his saltem singulis mensibus fiat, per aperitionem quotidianam motuum internorum, cordis, & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Quilibet Nouitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incunbat, vnusquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi a Magistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam vnusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli Nouitiorum confessiones audiendi cura cōmittatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire iudicauerit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno eorundem Nouitiorum confessiones audire.

Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statutis horis in Choro, nocturnis, diurnisque diuinis Officijs assistant.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & commodo extra Nouitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro præsente, vel socio, qui multum inuigilent, ne duo ab alijs commorentur disiuncti, atque eo tempore, cuiusque, in quam natura feratur, propensionem, scrutentur.

Non

Non liceat eis, durante Nouitiatus, & probationis tempore vna cum Profes. sis, nisi in Choro, in Ecclesia tempore officiorum, in processionibus, aut in cœnaculo causa refectionis commorari, nec permittatur eis professos domo exeuntes comitari.

Pro communibus, & proprijs cuiusque necessitatibus, quæ accidere possunt, vnus ex Nouitijs ipsi ætate, moribusque prouectior deputetur, qui absente socio, Magistro permittente, omnia, prout opus fuerit, agat cui etiam ianuæ custodia, & rerum leuioris momenti prouisio intra nouitiatum committi poterit.

Cum autem, licet Clericorum bene instituendorum cura debeat esse præcipua, Conuersorum tamen religiosa instructio non sit prætermittenda, quin potius æquanimiter amplexanda, quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam cum regulam profiteantur eandem, perfectam educationem, tum Religioni decorem, & ornamentum, tum alijs Christi fidelibus ædificationem, exemplum, atque vtilitatem afferre: Conuersis ipsis a Clericorum Nouitiatu separatus ad dormiendum locus (quantum commode fieri poterit) assignari præcipitur. Illi tamen hac separatione non obstante, Magistra Nouitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Cõuentuum iuxta cuiusque Ordinis statuta, & Constitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debebunt, a quo non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam, pro eorum capacitate, & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod vt commodius fiat, ad Capitula, & spirituales Conciones, quæ per Magistros Nouitijs fieri solent, accersiri debeant, & in Ecclesiis statutis honoris conueniant, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint.

Tempore vero probationis elapso, ii tantum, qui non solum religiosæ perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti, nouo, ac diligenti examine reperti fuerint (dũmodo ætatis suę annum, quo ad Clericos decimum sextum, quo vero ad Conuersos, vigesimum primum excesserint) ad professionem admittantur. Sed qui ad Conuersorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statũ transire, etiam durante tempore probationis, non possint.

Superior cuiuslibet Cõuentus, in quo Nouitiatus fuerit constitutus, particulam librum habeat, in quo vniuscuiusque Nouitij professio registretur illamque Nouitius professus propria manu, & duo testes, qui præsentes fuerint, subscribant.

Conuersus vero literarum ignarus, professus, eorundem testium, qui se subscripserint, præsentia propria manu signum crucis apponat, asserueturque liber, & custodiatur in Archiuio, vbi scripturæ ad Monasterium, seu Conuentum pertinentes reponi consueuerunt.

Quia vero in quibusdam Ordinibus filiationis vsus est receptus, declaratur, quod licet decretum sit, vt Nouitijs educandi circa Monasteria, aut Conuentus designata quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conuentuum huiusmodi Ordinum, in quibus filiationis vsus receptus est, eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios iuxta cuiusque Ordinis constitutiones adscribere, sicque adscriptos, cum iuxta præsentes Institutiones, & alias, seruatis seruandis, ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Nouitiatuum cum testimonialibus literis transmittere, vbi tanquam dictorum Conuentuum, seu Monasteriorum

nasteriorum filii, eorundem nomine, & instantia recipi, ac in Nouitiatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria, seu Conuentus filiationis huiusmodi remittantur, in professorio ad perfectionem, vt præmissum est, exerceri debebunt.

Porro, ne loca vnius Monasterii, seu Cõuentus ab alio præoccupẽtur, Capitulj generalis, aut prouincialis partes erunt, numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) inire, ac singulis Conuentibus, & Monasterijs præscribere, quæ magis expedire videbitur.

Vt autem Nouitij iam in Professorum numerum (sicut præmittitur) recepti melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, mandatur, vt statim post professionem emissam, si in Conuentibus, aut Monasteriis pro Nouitiatibus assignatis locus aderit secundi Nouitiatus, siue Professorij, ab ea, quæ Nouitiorum est, atque antiquiorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Monasterium, aut Conuentus eos alere queat, sin minus, in alium commodiorem Conuentum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Nouitiatum supranarratis reperiatur, vel accommodetur, aut de nouo construatur.

Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ, suarum constitutionum, seu institutorum vigore maioris temporis cursus nouos Professos intra Nouitiatum detinere consueuerunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, vt, prædictis earum constitutionibus non obstantibus, id ipsum facere possint, sid rationi ac religioni magis expedire dijudicauerint, quib. in locis degãt sub regulis, & modo viuendi adhuc arctiori, quam seruent antiquiores Professi, ita quod in negotiis Monasteriorum, aut Conuentuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad ætatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem deuenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimo, & debebunt litera rum studiis operam nauare sub directione ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Nouitiorum Magistrum præditum esse oportere dictum est.

Declaratur tamen, quod propter premissa non censeatur concessa licentia recipiendi Nouitios, nisi in locis pro Nouitiatu designatis, aut in posterum designandis, & pro numero duntaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

Denique si illi, qui inter Religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, & alij ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quouis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tũc obtinebunt, priuationem, grauioresque pro modo admissæ culpæ pœnas, se subituros certo sciant. Dat. Romæ apud S. Petrum, die 19. Martij 1603.

Decre-

Decretum S. D. N. D. Pauli Papæ Quinti.

De certo Religiosorum numero cuicunque Monasterio, Conuentui, ac Domui Regulari præfigendo.

SAnctissimus in Christo Pater,& Dominus Noster, Dominus Paulus Diuina prouidentia Papa Quintus, Cum ex plurimis, iisque grauissimis Decretis, quæ fel. recor. Clemens VIII. ad regularem disciplinam restituendam, & augendam condidit, illud maximi momenti esse animaduerterit, quod a Sacro Concilio Tridentino multo ante cautum etiam fuerat, vt is tantum Religiosorum hominum numerus in singulis Monasteriis, Conuentibus, & Domibus Regularibus constitueretur, qui, vel propriis redditibus, & obuentionibus, vel consuetis emolumentis, ac eleemosynis ali commode possent; magnamque fortasse obseruantiæ regularis iacturam inde factam esse, quod Ordinum Superiores illud exequi nimium distulerunt: vt hoc, etiam adhibito remedio, huiusmodi incommodo prospiceret, aditumque iis Prælatis Regularibus præcluderet, qui plures ad suã Religionem admittentes, quam Monasteriorum & Conuentuũ census, eleemosynæ, & qualitates ferant, non leuem subditis vitæ claustralis relaxandæ occasionem præbere videntur, Decreuit, & præcepit, ac præsentis Decreti virtute præcipit, & mandat omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscunque aliis Superioribus Monasteriorum, Cõuentuum, & Domorum, quouis nomine nuncupentur, Ordinum, Congregationum, & Institutorum, tam Monachorum, quam Mendicantiũ, & non Mendicantium, Regularium quorumcunque, existentium intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, vt singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Monachis, Fratribusue sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vsu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones, tam communes Monasteriorum, Conuentuum, & Domorum eiusdem Pecuintiæ, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas, in communem vsum deinceps conferendas, decem annorum diuersorum habita ratione, diligenter, mature recognoscãt, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grãdines, sterilitates, aliaque cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere; eaque omnia scripto fideliter exarata idem Superior, cuius interest, in primo Capitulo, seu Congregatione Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsomet Capitulo, vel Congregatione diligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionibus vniuersis, ac oneribus, vt super ius detractis, sedulo examinent, quot religiosi homines in vnoquoque Monasterio, Conuentu, Domo regulari, iuxta regionis & propriis Instituti morem, victum, & vestitum in communi habentes competenter valeant sustentari; Tum eorundem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Congregationi, Capituloue Prouinciali exhibeant, vt in illo diligenter omnibus discussis, cuicunque familiæ Conuentus, Monasterii, & Domus regularis quouis nomine nuncupatæ in singula quaque Prouincia certus earum tantum personarũ

numerus

numerus communi Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obuentionibus, vt superius, sufficienter ali possint. Ne vero Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, muneri suo satisfaciant; Mandauit, ac mandat Sanctitas Sua, vt infra annum a die dati præsentis Decreti computandum, omnia hoc de genere Capitulariter gesta in authenticam formam redacta ad Congregationem Reformationis Apostolicæ singuli mittant, numerumque familiæ singulorum Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli vel Congregationis Prouincialis sententia & auctoritate præfinitum iidem Superiores Ordinum, Congregationum, & Institutorum quorumcunque tam Generales, & Prouinciales, quam locales omnes perpetuo seruare omnino teneantur: eos autem Superiores cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, qui prædicta omnia præfixo termino non præstiterint, vel numerum huiusmodi præscriptum quouis modo augere præsumpserint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, & passiuæ, ac ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiã grauioribus ad Sanctitatis Suæ, & successorum suorum arbitrium infligendis pœnis subiacere voluit, & declarauit. Vult præterea Sanctitas Sua per hoc Decretum eiusdem Congregationis Reformationis Apostolicæ Secretarii manu subscriptum, consuetisque Almæ Vrbis locis affixum, & publicatum omnes, & singulos Ordinum Regularium Superiores, ad quos spectat, perinde affici, ac si fuisset cuilibet personaliter intimatum. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, priuilegiis, statutis, indultis, nec aliis contrariis quibuscunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum die 4. Decembris M. DC V. Pontificatus eiusdem S. D. N. Anno primo.

Ant. Seneca Refor. Apost. Secr.

Sciendum quod ad declarationem Concil. Trident. sess. 25. de Regular. c. 16. Relationem per Sacram Congregationem Concilii Pio V. facta, Sanctitas Sua dixit Decretum dicti Concilii procedere tantum in illis Nouitiis, quos Superiores lapso tempore Nouitiatus habiles inuenerint, non in his, quos inhabiles inuenerint, vt sunt illi, qui non bene adhuc didicerunt, & ideo quod attinet ad istos, Sanctitas Sua concessit, quod Superiores possint prolongare illorum professionem, dummodo habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles intra sex menses, ita testatur Passarel. in priuileg. Minim. fol. 464. quod consulenti sibi a Neapoli 8. die Nouembris anno Dom. 1569. respondernnt Illustrissimi Cardinales Concilij interpretes.

Decretum Sacræ Regularium Congregationis contra Regulares ad Vrbem temere, leuiue ex causa accedentes absque eorum Superiorum licentia.

QVoniam nonnulli Regulares vagandi studio siue dum imminentẽ admissorum criminum pœnam, ex suis Constitutionibus, aut alias debitam sibi metuunt, falsa & commenticia grauamina causati non ad immediate sui ordinis Superiores, scilicet a grauamine Prioris ad Prouincialem; a Prouinciali ad Generalem; a Generali ad protectorem, prout cuiusque Religionis constitutionib. disponitur; sed ad hanc Romanam Curiam absque licentia sæpius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo ordinũ disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur,

Decretum S. D. N. D. Pauli Papæ Quinti.

De certo Religiosorum numero cuicunque Monasterio, Conuentui, ac Domui Regulari præfigendo.

SAnctissimus in Christo Pater,& Dominus Noster, Dominus Paulus Diuina prouidentia Papa Qpintus, Cum ex plurimis, iisque grauissimis Decretis, quæ fel. recor. Clemens VIII. ad regularem disciplinam restituendam, & augendam condidit, illud maximi momenti esse animaduerterit, quod a Sacro Concilio Tridentino multo ante cautum etiam fuerat, vt is tantum Religiosorum hominum numerus in singulis Monasteriis, Conuentibus, & Domibus Regularibus constitueretur, qui, vel propriis redditibus, & obuentionibus, vel consuetis emolumentis, ac eleemosynis ali commode possent; magnamque fortasse obseruantiæ regularis iacturam inde factam esse, quod Ordinum Superiores illud exequi nimium distulerunt: vt hoc etiam adhibito remedio, huiusmodi incommodo prospiceret, aditumque iis Prælatis Regularibus præcluderet, qui plures ad suã Religionem admittentes, quam Monasteriorum & Conuentuũ census, eleemosynæ, & qualitates ferant, non leuem subditis vitæ claustralis relaxandæ occasionem præbere videntur, Decreuit, & præcepit, ac præsentis Decreti virtute præcipit, & mandat omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscunque aliis Superioribus Monasteriorum, Cõuentuum, & Domorum, quouis nomine nuncupentur, Ordinum, Congregationum, & Institutorum, tam Monachorum, quam Mendicantiũ, & non Mendicantium, Regularium quorumcunque, existentium intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, vt singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Monachis, Fratribusue sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vsu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones, tam communes Monasteriorum, Conuentuum, & Domorum eiusdem Pecuintiæ, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas, in communem vsum deinceps conferendas, decem annorum diuersorum habita ratione, diligenter, mature recognoscãt, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grãdines, sterilitates, aliaue cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere; eaque omnia scripto fideliter exarata idem Superior, cuius interest, in primo Capitulo, seu Congregatione Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsomet Capitulo, vel Congregatione diligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionibus vniuersis, ac oneribus, vt super ius detractis, sedulo examinent, quot religiosi homines in vnoquoque Monasterio, Conuentu, Domo regulari, iuxta regionis & propriis Instituti morem, victum, & vestitum in communi habentes competenter valeant sustentari; Tum eorundem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Congregationi, Capituloue Prouinciali exhibeant, vt in illo diligenter omnibus discussis, cuicunque familiæ Conuentus, Monasterii, & Domus regularis quouis nomine nuncupatæ in singula quaque Prouincia certus earum tantum personarũ

numerus

numerus communi Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obuentionibus, vt superius, sufficienter ali possint. Ne vero Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, muneri suo satisfaciant; Mandauit, ac mandat Sanctitas Sua, vt infra annum a die dati præsentis Decreti computandum, omnia hoc de genere Capitulariter gesta in authenticam formam redacta ad Congregationem Reformationis Apostolicæ singuli mittant, numerumque familiæ singulorum Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli vel Congregationis Prouincialis sententia & auctoritate præfinitum iidem Superiores Ordinum, Congregationum, & Institutorum quorumcunque tam Generales, & Prouinciales, quam locales omnes perpetuo seruare omnino teneantur: eos autem Superiores cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, qui prædicta omnia præfixo termino non præstiterint, vel numerum huiusmodi præscriptum quouis modo augere præsumpserint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, & passiuæ, ac ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiã grauioribus ad Sanctitatis Suæ, & successorum suorum arbitrium infligendis pœnis subiacere voluit, & declarauit. Vult præterea Sanctitas Sua per hoc Decretum eiusdem Congregationis Reformationis Apostolicæ Secretarii manu subscriptum, consuetisque Almæ Vrbis locis affixum, & publicatum omnes, & singulos Ordinum Regularium Superiores, ad quos spectat, perinde affici, ac si fuisset cuilibet personaliter intimatum. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, priuilegiis, statutis, indultis, nec aliis contrariis quibuscunque. Datum Romę apud Sanctum Petrum die 4. Decembris M. DC V. Pontificatus eiusdem S. D. N. Anno primo.

Ant. Seneca Refor. Apost. Secr.

Sciendum quod ad declarationem Concil. Trident. sess. 25. de Regular. c. 16. Relationem per Sacram Congregationem Concilii Pio V. facta, Sanctitas Sua dixit Decretum dicti Concilii procedere tantum in illis Nouitiis, quos Superiores lapso tempore Nouitiatus habiles inuenerint, non in his, quos inhabiles inuenerint, vt sunt illi, qui non bene adhuc didicerunt, & ideo quod attinet ad istos, Sanctitas Sua concessit, quod Superiores possint prolongare illorum professionem, dummodo habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles intra sex menses, ita testatur Passarel. in priuileg. Minim. fol. 464. quod consulenti sibi a Neapoli 8. die Nouembris anno Dom. 1569. respondérunt Illustrissimi Cardinales Concilij interpretes.

Decretum Sacræ Regularium Congregationis contra Regulares ad Vrbem temere, leuiue ex causa accedentes absque eorum Superiorum licentia.

QVoniam nonnulli Regulares vagandi studio siue dum imminentẽ admissorum criminum pœnam, ex suis Constitutionibus, aut alias debitam sibi metuunt, falsa & commenticia grauamina causati non ad immediate sui ordinis Superiores, scilicet a grauamine Prioris ad Prouincialem; a Prouinciali ad Generalem; a Generali ad protectorem, prout cuiusque Religionis constitutionib. disponitur; sed ad hanc Romanam Curiam absque licentia fæpius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo ordinũ disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur,

& ipsi indies audaciores euadunt. Placuit Sacræ Regularium Congregationi, ex ordine Sanctissimi statuere, vt si quis Regularium in posterum temere, leuiue ex causa hanc almam Vrbem, seu Curiam absque sui Superioris licentia, & supradicta forma prætermissa, adire præsumpserit, ad suos eosdem Superiores, seueriori pœna plectendus remittatur.

F. Michael Bonellus Card. Alexandrinus.

Gregorius Palearius V.I.D. Secretarius.

Romæ apud Hæredes Antonii Bladii Impress. Cameral. 1587.

Nos Hieronymus Miseratione diuina tit. S. Pancratii S. R.E. presbyter Cardin. Matthæius totius Ordinis Fratrum Minorum S. Franc. de obseruantia protector, Corrector, & Gubernator.

VT fratres Minores de obseruantia purius, ac sincerius in feruore spiritus, & altissima humilitate Domino inseruire valeant; ac quæcunque occasiones transgressionum tollantur; ordinamus, ac decernimus, vt quando a Generali, ac Ministris Prouincialibus, Custodibus, Guardianis, aliisque Superioribus Regularibus Sancti Francisci de Minor. obseruantia, pro culpis leuibus disciplina, vel alia pœnitentia in refectorio, vel alibi facienda, subditis mortificationis gratia imponitur, nullus eorum, quibus talis pœnitentia iniungitur, ad Nos, siue ad Alios Superiores Regulares nobis subiectos, appellare possit. Si quis autem contrafecerit, triduo carceri mancipetur, & in pane & aqua ieiunet. Itemq; si quis pœnitentias impositas a prædictis Superioribus reuelauerit aliis, quam suis Superioribus pœnæ inobedientiæ subiaceat. In quorum fidem, &c.

Dat. Romæ in Palatio nostro, die 2. mensis Decembris 1602.

Hier. Card. Matthæius Protector.

Locus Sigilli.

Angelus Planus Secret.

Romæ, apud Impressores Camerales. 1603.

REVOCATIO indultorum, præter iuris communis dispositionem concessorum, recipiendi vel retinendi Religiosos alterius Ordinis etiam laxioris, publicata Romæ die 1. Decembris 1569. fol. 1059. in Bullar. incip. Quæcunque sacrarum Religionum, & infra. De nobis attributæ potestatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, quæcunque priuilegia, facultates, dispēsationes, & indulta præter iuris communis dispositionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres, Monachos, Canonicos, & alios etiam laxiorū Ordinum professores, quibuscunq; Ordinib. Monasteriis, Hospitalibus, Militijs, & piis locis, ēt S. Antonij Viennen. Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, Sancti Ioannis Hierosolymitani

Iesu

Iesu Christi, Sancti Iacobi de Spada, Sancti Lazari Hierosolymitani, eorumque Ecclesiis, membris, superioribus, & personis, per quoscunque Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, tam in ipsorum Monasteriorum, Hospitalium, & locorum institutione, quam deinceps quomodocunq; ac quotiscunque etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, & alias sub quibuscunque tenorib. & formis, ac cum quibusuis restitutionibus, præseruationib. mentis attestationib. derogatoriarum derogatoriis aliisque fortioribus, efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, etiam pauperum infirmorum miserabilium, & cuiuscunque alterius pii operis intuitu ac etiam ex quibuscunque aliis causis, quantumuis gradibus, charitatiuis, & necessarijs, etiam consideratione, vel ad supplicationem Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, nec non S. R. E. Cardinalium, deque illorum consilio, & matura deliberatione prius habita, concessa, confirmata, ac etiã multiplicatis vicibus innouata, extensa, vel etiam moderata. Cassamus, quoque, & annullamus quo ad illa, omnes Apostolicas, & alias literas super ijs confectas, ac processus, & alia inde secuta quæcunque. Ac volumus ea omnia vires, & effectum de cetero non habere, ita, vt posthac illorum sic reuocatorum prætextu, Prælati, & superiores prædicti, aut alij quicunque nullum prorsus alterius, etiam laxioris Ordinis, vel obseruantiæ regularem, etiam specialem transeundi ad ipsos licentiam (iuxta huiusmodi priuilegia dumtaxat) ferentem ad habitum, & professionem regularem in suis quisque Monasterijs, domibus, locis, vel Ordinibus, etiam, vt in claustro perpetuo maneat, admittant, nec omnino quemquam recipiant, vel retineant. Eos vero, quos in aliquo ex casibus prædictis (vigore huiusmodi priuilegiorum tantum, ac præter iuris communis dispositionem) iam habent translatos ad eorum superiores, & loca eius Ordinibus, vnde erant profecti, quam primum remittant. Decernentes admissiones receptiones, & retentiones huiusmodi nulla firmitate subsistere, neminemque prorsus vlli voto, vllique regulæ, vel obseruantiæ, etiam iuramento, aliaue solennitate promissæ obligare, nec non irritum, & inane quicquid secus per prædictos, aut quoscunque alios quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quicunque vero aliquem contra huius nostræ reuocationis tenorem admiserint, aut receperint, aut quos iam habent (modo prædicto) translatos, aut receptos retinuerint, ipsos omnibus, & singulis dignitatibus, administrationibus, beneficiis, officiis, fructibus, & pensionibus ecclesiasticis præsentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles esse volumus eo ipso. Quo circa omnibus locorum Ordinariis, in quorum diœcesib. loca prædicta consistunt, per Apostolica scripta mandamus, vt per se, vel alium, seu alios de translatis prædictis auctoritate nostra cognoscentes in eos, quos contra hoc præscriptum nostrum degere inuenerint, ac etiam recipientes, vel retinentes, reiecto quocunque exemptionis priuilegio, animaduertant, ipsosque præterea translatos, vel retentos, ad priores Ordines, & disciplinam remittere procurent. Contradictores quoscunque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas ceteraque iuris, & facti remedia opportuna, quacunque appellatione postposita, compescendo inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus &c. Nulli ergo &c.

Concil. Trid. 23 de ref. ca. 11.

Quo ad transitum Religiosorum de vna Religione ad aliam, in quodam libro priuilegiorum S. Benedicti Congregationis, Romæ impresso anno Domini 1589. referente Emanuele Roderico tomo 3. quæst. regular. q 52. art. 20. in fine,

continetur quædam declaratio Illustrissimorum Cardinalium, quæ ita se habet: Illustrissimi Cardinales definierunt & transitus ad parem, vel arctiorem Religionem non fiat, nisi causa cognita transeuntis, & vitæ, ac morum ratione, idque ex approbatione Capituli generalis. Item a Sacra Congregatione super negotijs Regularium resolutum refertur, quod per licentias, quæ conceduntur claustralibus ingrediendi quamlibet Religionem, non licere eis transire ad claustrales, vt sunt Militares, & Hospitalariæ, prout admonet apostilla ad cons. 58. Nauar. de regular. in nouis.

Reducto ad terminos iuris, & Sacrorum Canonum, vnius, super qualitatibus, ac modo, & forma recipiendorum Religiosorum, & alterius illius declaratoriæ Constitutionum fel. rec. Sixti Papæ V quod nullitates professionum saluis pœnis contra Superiores Ordinum receptione Religiosorum peccantes inflictis. Sub Dat. Romæ die 2. Aprilis MDCII.

In suprema Ecclesiæ Catholicæ specula meritis licet imparibus, Diuina prouidentia disponente constituti, omnibus incommodis, quæ in eadem Ecclesia, non sine Fidelium animarum periculo, & detrimento oriri possunt, ob variam, & sinistram Constitutionum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quas iustis de causis ediderunt, interpretationem, pro nostri Pastoralis officij munere conamur prouidere, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Cũ igitur fel. rec. Sixtus Papa V. prædecessor noster ad integritatem, & candorem in Regularibus, & Religiosis Ordinibus in Ecclesia Sancta institutis retinendum, & conseruandum, quadam sua, quæ incipit, Cum de omnibus Ecclesiasticis Ordinib. sub Dat. sexto Kalen. Decembris, Pontificatus sui anno tertio, nonnulla circa modum, formam, & qualitates admittendi Religiosos ad quos suis Regulares Ordines decreuerit, & deinde alia simili, quę incip. ad Romanum spectat Pontificem sub Dat. xij. Kalen. Nouembris, Pontificatus sui anno tertio, quædam dubia super dicta priori constitutione exorta, declarauerit. Et præterea piæ mem. Gregorius Papa XIIII. etiam prædecessor noster alia sua perpetuo valituris constitutionibus, quæ incip, Circumspecta Romani Pontificis prouidentia sua Dat. Idibus Martij, Pontificatus sui anno primo respectiue editis, Constitutiones Sixti prædecessoris supradictas, quo ad illegitimos moderatus fuerit, prout in eisdem Constitutionibus plenius continetur. Tamen quia longo vsu, & experientia compertum est, ex nimia facilitate, & multitudine casuum, in quibus professio a suscipientibus habitum alicuius Regularis Ordinis a dicto Sixto prædecessore nulla declaratur, multos hac occasione arrepta frandulenter petijsse, & in dies petere, vt professio quam in aliquo Regulari Ordine emiserunt, nulla declaretur, ex quo nonnulli eorum Regulares Ordines, & instituta sub hoc prætextu deseruerunt, & idcirco plerisque in locis maxima incommoda, & scandala exorta fuerunt. Nos ea scandala, & incommoda, quantum in Domino possumus, remouere, & ne in posterum alia eiusmodi hac de causa oriantur, opportuna ratione prouidere cupientes, singularum constitutionum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, matura super iis cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super negotiis Episcoporum, & Regularium deputatis consultatione præhabita, ex illorum sententia, & voto Constitutiones prædictas Sixti prædecessoris, quo ad eam partem, per quam eorum, qui formam in eisdem Constitutionibus præscriptam de cetero non seruauerint, & quo ad alios etiam casus ibidem expressos, in quibus receptorum in quibuscunque etiam Mendicantium Ordinibus professio nulla declaratur, ad terminos iu-

ris, &

tis, & Sacrorum Canonum, perinde ac si prædictæ Constitutiones in illa parte editæ non fuissent, auctoritate Apostolica tenore præsentium reducimus. Ceterum pœnas contra Superiores quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium huiusmodi, qui in admittendis Regularibus ad habitum, & professionem, earundem Constitutionum formam non seruauerint, aut aliter quouis modo contrafecerint, in ipsis Constitutionibus inflictas saluas esse volumus, & statuimus; sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus. Non obstantibus &c.

Dubium illud, An. si renunciatio, seu donatio bonorum facta ab existente adhuc in sæculo, prætextu, & intuitu ingressus Religionis, stante dispositione Conc. Trid. sess. 25. de regular. cap. 16 valida sit, vel neq; e Illustrissimi Cardinales Concilij interpretes dixerunt in hunc modum, videlicet. Congregatio Concilij censuit decretum Concil. Trid. c. 16. sess. 25. de regul. & mon. non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus. Heronymus. Card. Matth. Quam declarationem refert, ac profitetur editam fuisse super precibus monasterij Sanctæ Agnetis Ciuitatis Mediolani, Menoch. in addit. ad lib. 2. de arbitr. iud. casu 436. sub nu. 3. qua attentata non est habenda ratio eorum, quæ in contrariũ, scripserunt, Nauar. in cons. vlt. de donatio. in antiq. & Molina de iustit. disput. 139. in vers. Ambiget rursus. &c. de qua declaratione admonet etiam Apostilla ad cons. 81. Nauarr. sub tit. de regular. in nouis.

Sequitur eiusdem S. D. N. Clementis P. P. VIII. præscriptio normæ dandi licentiam ob Ordinarijs ad ædificanda in posterum Regularia Monasteria.

Cle. 8. Congr. tit. de eccles. ædif.

Quoniam ad institutam Regularium locorum, & personarum reformationem promouendam, & conseruandam maxime pertinet, vt in quibuscunque domibus, & monasterijs is tantũ numerus Religiosorum qui commode ibidem alipossit, contineatur, ac eo pariter spectat, vt in quibusque ciuitatibus, & locis nouæ domos, & Monasteria, præsertim Mendicantium, non erigant, nisi in eisdem ciuitatibus, & locis, aliorum domorum, & monasteriorum in eis existentium, habita ratione, commode sustentari posse, dignoscatur. Hac igitur nos consideratione ducti, & in præmissis pro nostro Pastorali munere opportune prouidere volentes, Motu proprio, ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine; ex voto etiam venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super consultationibus, negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum, harum serie declaramus, locorum Ordinarios non posse licentiam ad nouos Conuentus cuiusque, etiam Mendicantium Ordinis in ciuitatibus, & locis eorum Ordinarię iurisdictioni subiectis, & erigendos impertiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa seruatis seruandis cognita constiterit, in eisdem ciuitatibus, & locis nouos huiusmodi erigendos Conuentus sine aliorum detrimento commode sustentari posse: Si vero ab eorum in huiusmodi causis, & sententiis ad nos, & Apostolicam Sedem prouocari, & appellari contigerit, ipsos ordinarios tamdiu erectionem nouorum Conuentuum suspendere debere, quousque a nobis, & Apostolica Sede in eadẽ causa pronunciatũ

extiterit, irritum nihilominus, & inane decernentes quid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuersis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs in virtute Sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mãdamus, vt præsentes nostras literas obseruent, & obseruari curent, & faciant. Non obstantibus &c. Dat. Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 23. Iulij M.D.C.III. Pontif. nostri anno xij.

SCiendum est quod ad reformationem Ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci editæ fuerunt infrascriptæ constitutiones contentæ in Bulla Pij V. incip. Illa nos cura &c. publicata Romæ die 2. Augusti 1568. fol. 1023 in Bulla. & sunt videlicet.

Nouitij etiam oblati, ante decimum octauum ætatis suæ annum completum, ne recipiantur, neque ante decimum nonum item completum ad professionem admittantur. Qui hactenus recepti etiam oblati. quintum decimum annum nõ expleuerint, detracto habitu religionis, domum ad parentes, vel necessarios, etã inuiti remittantur, vel alias omnino emittantur, nec postea in ædib. vnde exierint, aut in alijs eiusdem ordinis domib. versari vllo modo possint.

Laici, qui vigesimum quintum annum non attigerunt, ad seruiendum ne recipiantur, & qui recepti etiam nunc ea ætate minores sunt, eiiciantur.

Nouitii ne recipiantur, aut educentur, nisi in conuentibus insignioribus, in quibus dormitorium, & capitulum habeant seorsum ab aliis fratribus.

Nullus deinceps Prouinciæ proficiatur, qui eiusdem Prouinciæ sit, sed Prouinciales ex alienæ Prouincia semper assumantur, qui tamen idonei sint ad id officium, & cultores regularis obseruantiæ.

Guardianatus insigniores, & priuilegiati, vt Rom. Assisien. & huiusmodi triennio, non priuilegiati biennio diuturniores ne sint, in quo tamen habenda est ratio prouinciarum externarum, in illis enim locis hæc officia iusta de causa in longius tempus arbitrio superioris protrahi poterunt.

In paternitatibus hactenus concessis, & posthac concedendis, ea moderatio adhibeatur, vt nemo paternitatis titulo, vel priuilegio fruatur, nisi qui Prouincialatus officium obtineat, vel obtinuerit, vel quadragesimum annum agat, & alias etiam eo titulo, & priuilegio dignus existat.

Nulli in eodem conuentu plus biennio manere liceat, exceptis sexagenario maioribus, quibus aliquid ex causa superioris arbitrio honeste condonari poterit.

In conuentu, vel domo pauciores ne sint duodecim fratribus, si qua autem domus hunc familiæ numerum alere non possit, vel tota prouincia victum, & quæ præterea necessaria sunt suppeditet, vel fratres cum bonis ex ea domo in aliam transferantur, prouisione tamen adhibita, ne ecclesiæ destruantur, sed ad eius populi commoditatem conseruentur. Permittimus tamen, vt in conuentibus, qui fratribus iter facientibus cõmodi sint, saltem quatuor fratres, nõ minores quinquaginta annis, cõstãti, & probata vita maneant, si plures ea domus alere nõ possit.

In maioribus studijs regentes duas lectiones Theologicas interpretentur, alteram practicam, veluti de Sacramentis, vel de vita recte, sancteque instituenda, ex Magistro sententiarum, ac Sancto Bonauentura: alteram speculatiuam ex Scoto. In minoribus vero studijs, vna lectione ex Theologia practica contenti sint. Curent autem superiores, vt in singulis Conuentibus Fratres maxime in conscientiæ casibus, & reliquis, quæ ad audiendas confessiones pertinent, ob rei

grauita-

grauitatem,& neceſſitatem,ſummo ſtudio,ac diligentia exerceantur.

Fratres etiam ſi ſuperiores ſint,nihil proprium habere poſſint, ſed omnino in commune conferantur,diſtribuenda ſingulis, vt vnicuique opus fuerit, ita vt ex communibus cuiuſque conuentus facultatibus, & eleemoſynis pro viribus domus,vnicuique fratri quæ ſunt neceſſaria,præbeantur.

Fratres omnes,& ſuperiores,& quomodocunque priuilegiati, & ægrotis tantum exceptis,in Refectorio cibum capiant,& communi menſa vtentes,communibus epulis veſcantur. In primis autem ægrotorum, & ſenum cura habeatur. Quod ſi propriæ facultates domui non ſuppetant,ad ſubuenīdum neceſſitatib. ægrotantium vicini Conuentus ditiores ſuppleant,aut etiam tota Prouincia contribuat.

In omnibus Conuentibus vel domibus locus communis Theſauri,vel capſa ſit tribus clauibus clauſa,quorum vnam habeat Guardianus, alteram Procurator, tertiam Depoſitarius,quo in loco,vel capſa aurea, argentea,iocalia, & quæque pretioſa,pecunia item Conuentus,cum inuentario earundem rerum,condita cuſtodiantur,ſeruata tamen diſtinctione ſacrarum,& profanarum rerum.

Nullus ex fratribus,quamuis Magiſtratus,& ſuperioris titulo fungantur priuatas ædes aut in clauſtro,aut alibi vſquam habeat,ſed ſinguli vnica Cella in cōmuni Dormitorio nullo ornatu,nudis omnino parietibus, ac lectulo, & menſa humilibus contenti ſint,quemadmodum pauperes religioſos decet. Cameræ,ſiue ædiculæ,quæ extra Dormitorium ſeparatim ſunt,ad officinas,vel alios vſus,toro Conuentui communes redigantur,vel ſi Cellæ communis Dormitorii pro fratrū numero non ſufficiant,& illæ Cameræ,vel ædiculæ, quas diximus,ad formam cōmunis Dormitorii redigi poſſint,in dormitorium commune redigantur, ſin minus deſtruantur,ac materia,& cæmenta ad reparandam fabricam Conuentus,ſi opus fuerit,conuertantur,vel vendantur, & pretium ad communem vſum Conuentus conferatur.

Nullus ex fratribus priuatum hortum habeat, ſed horti ſint totius Conuētus communes, Verum tamen Nouitii,& infirmaria,hortum ſeu viridarium a cōmuni Viridario ſeiunctum habere poterunt, quo ceteris ingredi nullo modo liceat.

Veſtes, libri, & relicta a Superioribus cuiquam fratri ad vſum, & neceſſitatē conceſſa quæcunque apud eos mortis tempore reperta fuerint nulli fratri priuatim aſſignentur,ſed ita diſtribuantur,vt dimidia pars ſit natiui Conuentus,altera eius vbi mortuus fuerit.

Generalis a prouincialibus,Cuſtodibus,& aliis Religionis Miniſtris quouis illi nomine appellentur,prouinciales item a Guardianis,aliiſue officialibus, ob eorum deputationem,vel confirmationem,nihil omnino, neque magnum, neque paruum exigant,ac ne ſponte quidem oblatum accipiat,neque Cancellariū, aut ſcribæ pro ſigillo,ſiue ſcriptura quicquam detur,ſed omnia gratis fiant,ac dētur. Neque Generalis,neque prouincialis miniſter,neque Cuſtos,neque Guardianus a quouis fratre ſui ordinis,aliquid etiam ſponte oblatum,ſiue dono datum accepiet,vel recipiat. Pro communibus autem impenſis, quas neceſſario ad cōmodū totius Ordinis,vel alicuius priuatæ domus fieri contigerit Generali,Prouinciali, & aliis eo modo conſulatur,quo in literis ſanctiſſimi D. N. Pii V. proxime editis cautum eſſe conſtat.

Quod vero ad promotiones,& gradus attinet, id omnino ſeruetur,quod Alexandrinis conſtitutionibus ſancitum eſt, vt nihil a promouēdo exigatur,aut quo niſmodo ſponte oblatū accipiatur. Quod ſi promotione facta conuentus promo-

torum aliquid Religioni donare voluerit, quicquid id sit, Procuratori detur, vt ad leuationem onerum, & communium sumptuum Religionis conferatur, ac Procurator omnium acceptorum; & expensarum rationem reddat.

Fratres omnes quocunque gradu, & honore sint, camisijs laneis, & reliquo vestitu honesto, ac Religioso, omnique supellectile, & instrumento paupere atque humili, quemadmodum alijs etiam constitutionibus cautum est, vtantur.

Reliquum est, vt constitutiones omnes, ad disciplinam regularem restituendam, conseruandam, & augendam, (quæ tamen ijs contrariæ non sint) præcipue vero, ea quæ a S. D. N. Pio Papa V. ad reformationem huius ordinis proxime sunt editæ, ab omnibus sancte, inuiolateque seruentur.

Cetera de Regularibus vide in Concil. Triden. præsertim. sess. 25. aliquasque declarationes Sacræ Congregationis circa vsum bonorum in particulari per regulares vtriusque sexus, habes supra in verbo casus reseruati, sub nu. 6.

MONASTERIA MONIALIVM.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod quantum attinet ad Clausuram vltra Constitutionem Bonifacij Octaui, in c. vnico, de statu Regula. in 6. & Concil. Trid. sess. 25. c. 5. de Regula. extat etiam Constitutio Pij V. super clausura, & reformatione quarumcunque Monialium Romæ publicata die 19. Iunij 1566 fol. 930. in Bullar. tenoris sequentis.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Congr. titul. de statu regul. in 6.

CIrca Pastoralis officii nobis, meritis licet imparibus, desuper commissi curam (quantum nobis ex alto permittitur) inuigilantes, assidue ad ea per quæ singulis erroribus, & excessibus obuiatur, ac personis quibuslibet, præsertim feminei sexus, virginitatem suam altissimo vouentibus sub religionis iugo Christo Saluatori in castitatis holocausto famulari affectantibus, semita iustitiæ, & honestatis declinantibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, & diuinam merito possit offendere maiestatem, opportune succurritur, libenter intendimus, ac in his nostræ vigilantiæ partes propensius impartimur, prout id in domino salubriter expedire conspicimus, Hac igitur perpetuo valitura constitutione, inhærentes etiam Constitutioni fel. rec. Bonifacij Papæ Octaui, prædecessoris nostri, quæ incipit, periculoso, & decretis Concil. Trident. super clausura Monialium editis, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, atq; perpetuo decernimus, vniuersas, & singulas moniales, præsentes, atque futuras cuiuscunque religionis, ordinis, vel militiarum, etiam Hierosolymit. sint, quæ vel iam receptæ sint, vel in posterum in quibusuis monasteriis siue domibus recipientur, & tacite, vel expresse, religionem professæ, et si conuersæ, aut quocunque alio nomine appellentur, etiam si ex institutis, vel fundationib. earum Regulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquã in earum monasteriis seu domib. etiam ab immemorabili tempore, ea seruata non fuerit, sub perpetua in suis monasteriis, seu domib. de cetero debere permanere clausura, iuxta formã dictæ Constit. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris, nostri, quæ incipit, periculoso, in sacro Concilio Tridentino approbatam, & inno-

innouatam, quam nos auctoritate præfata etiam approbrmus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam districte obseruari mandamus. Quod si aliquæ Moniales forsan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut institu to vel fundatione regulæ suæ fretæ animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quomodo reluctentur, ordinarij vna cum superioribus earum omnibus iuris & facti remedijs compellant easdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcise subeundem dictam clausuram & perpetuo obseruandum. Mulieres quoque, quę tertiariæ, seu de pænitentia dicuntur; cuiuscunque fuerint ordinis in congregatione viuētes si & ipsæ professæ fuerint, ita, vt solenne votum emiserint, ad clausuram præcise, vt præmittitur, & ipsæ teneantur. Quod si votum solenne non emiserint, Ordinarij vna cum superioribus earum hortentur, & persuadere studeant, vt illud emittant, & profiteantur, ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subijcient, quod si recusauerint, & aliquæ ex eis inuentæ fuerint scandalose viuere seueriſſime puniantur. Ceteris autem omnibus, sic absque emis sione professionis, & clausura viuere omnino volentibus, interdicimus, & perpe tuo puohibemus, ne in futurum vllam aliam prorsus in suum ordinem, Religionem, Congregationemue recipiant. Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omnino in habiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præsenti decreto irritas sancimus, & annullamus. Porro ne Moniales, vel Tertiariæ prædictæ propter hanc clausurā, detrimētum, aut incommodum aliquod in earum necessitatibus maxime in pertinentibus ad illarum victum patiantur, sed vt eis opportune cōsulatur, auctoritate Apostolica præfata statuimus, decernimus, præcipimimus, atque mandamus, ordinariis, & superiob. earū, vt curent colligi fideliū eleemosynas per conuersas, quæ non sint professæ vel si professæ fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta & in do mib. contiguis, extra tamen Monasterium degant, & nō ingrediantur clausurā aliarum Monialium, nisi in casib. ex earum constitutionib. permissis, & de earū domib. exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis, Nisi de licentia Ordinarij vel earum superiorum, & de cetero nullæ alię Conuersæ professæ re cipi amplius etiam de cōsensu suorum superiorum, vel Prælatorū possint. Quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio, nulla, irrita, & inanis sit, prout ex nunc nullam, irritam facimus, & annullamus. Quod si prædicto modo necessitatibus Monialium, & Mulierum Tertiarū prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis ordinarijs, & Superio ribus earum, vt ipsi prouideant de aliis personis pijs, & Deo deuotis, quæ fideliū eleemosynas colligant, vel alias eo meliori, & commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipsarum Monialium. & mulierum prædictarum ar bitrio ordinariorum, & superiorum earundem, & pro vt eis congruentib. expedi re videbitur prouideatur, & succurratur. Et ne propter Monialium numerum excessiuum clausuræ obseruatio violetur, inhærentes, etiam similitet dispositioni dictæ constitutionis Bonifacij, & Concilij Tridentini decreto, Monialibus præ- *Sess. 26.*
dictis, & illarum superioribus, & ordinarijs districte inhibendo præcipimus, & *de reg.*
mandamus, ne plures in earum monasterijs recipiant, admittant, siue recipi, & *cap. 3.*
admitti permittant quam ex proprijs reditibus ipsorum Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode sustentari possint. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ sub obtestatione diuini iudicii, & interminatione ma ledictionis æternæ, vniuersis venerabilibus fratribus, Patriarchis. Primatibus,

Archie-

Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in ciuitatibus,& diœcesi proprijs præsentes nostras literas publicari faciant, ac in monasteriis Monialium sibi ordinario iure subiectis; in his vero quæ ad Romanam mediate, vel immediate spectant ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate, vna cum superioribus eorumdem Monasteriorum clausuram, (vt præmittitur,) quamprimum poterint seruari procurent. Contradictores, atque rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Ac vt hoc tam salutare decretum facilius obseruetur, omnes Principes seculares, & alios Dominos,& Magistratus temporales rogamus, requirimus,& obsecramus, per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis,& Episcopis,& aliis Monialiũ superiorib. assistant, ac suum fauorem & auxilium præstent, ac impedientes pœnis, etiam temporalibus afficiant. Præmissis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statuis,& consuetudinibus etiam immemorabilibus etiam per sedem Apostolicam approbatis,& confirmatis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam in fundatione, & institutione eiusdem monasteriis, vel domibus,& Monialibus sub quibuscunque verborum formis, & clausulis irritantibus, & aliis decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorũque totius tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserentur pro sufficienter expressis habentes, quo'ad effectum validitatis nostræ constitutionis tantum derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, aut suspendi non possit per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Per hoc autem in monasterijs exemptis ordinarij locorum quo ad alia nullam sibi credant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus eis attributam. Volumus autem, quod præsentes literæ ad valuas Basilicæ Beati Petri Apostolorum Principis,& in Cancellaria nostra in acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur; & quia difficile foret præsentes ad singula quæcunque loca deferri volumus,& etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii scriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbicunque adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, statuti, decreti, mandati, interdicti, prohibitionis, annullationis, præcepti, inhibitionis, requisitionis, obsecrationis, iniunctionis, derogationis (declarationis,& voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire, Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexagesimo sexto, quarto kalen. Iunii Pontificatus nostri Anno Primo.

Ad prædictæ Constitutionis maiorem declarationem aliam Constitutionem edidit Gregorii.xiii. de clausura Monialium,& de eleemosynis eis præstãdis Romæ publicatam die 21. Ianuarii 1573. fol. 1205. in Bullario tenoris sequentis.

Grego-

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei.

DEO sacris virginibus, quæ contemptis illecebris sæculi diuinis se obsequiis manciparunt, æquissimum est præcipua quadam a nobis, ac singulari solicitudine prouideri, tum vt ab eis omnia quæ sanctum ipsarum propositum impedire possent remoueantur, tum etiam vt eis in cultu Dei caste, ac religiose permanentibus, quæ ad victum necessaria sunt, subministretur.

Et quidem post sacri Concilii Tridentini decretum, quo constitutio fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculoso, renouatur, prohibens ne aut ipsis Monialibus ex Monasteriis suis egredi, aut vlli cuiuscunque sexus, aut ordinis personæ ad eas ingredi liceat, & præterea vniuersis Episcopis præcipitur, vt in oīb. Monasterijs sibi subiectis, in aliis vero Sedis Apostolicę auctoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata diligenter restitui, vbi vero inuiolata conseruari maxime procurent: piæ memoriæ Pius Papa Quintus, etiā prædecessor noster victui quoq; & necessitatibus ipsarum prospicere cupiens, cū superiora illa approbasset, atq; innouasset, eademq; omnia ēt in Monialib. quarumcunque militiarum, etiam Hierosolymitanæ, omnibusq; aliis tacite, vel expresse religionem professis quocunque nomine censerentur, locum habere decreuisset: ne illæ quicquā detrimenti in necessitatib. suis hac occasione paterētur, ēt præcipit locorum ordinariis, & superiorib. earum, vt fidelium eleemosynas per conuersas non professas, vel professas quidem sed ætatis saltem quadraginta annorum, & iampridem conuersas, quæ in domibus contiguis extra tamen Monasterium degerent, colligendas curarent, ita tamen, vt prædictæ Conuersæ neque clausuram aliarum Monialium nisi in casibus permissis ingrederentur nec ex illis ipsis habitationibus suis ad tales eleemosynas colligendas, sine permissu Ordinariorum, aut superiorum suorum exire possent. Quod si ne hoc quidem sufficere videretur, idem Pius prędecessor mandauit ipsis ordinariis, & superioribus, vt negotium darent aliquibus personis piis tales eleemosynas colligendi, aliaque arbitratu suo prospicerent, quæ ad subleuanda.n Monialium inopiam expedire iudicarent.

Cum autem, sicut accepimus, multæ Moniales, etiam quæ Tertiariæ vocantur sub solenni religionis voto perpetuaque clausura degentes, aliaque talibus literis comprehensæ, & in ipsa clausura permanentes, multis præterea ad se sustentandas necessariis egeant, neque vsque ad hoc tempus vllo sufficienti remedio earum necessitatibus subuentum sit. Quin etiam aliæ tertiariæ citra vllum solenne hucusque votum viuant, quæ ad suas, suorumue domos neutiquam redituræ essent, sed sub solenni religionis voto, & clausura prædictis permanerent, si earum congruæ sustentationi prouideretur. Nos qui illas necessariis rebus destitui nolumus, certioresque facti in multis Ciuitatibus, oppidis, villis, aut aliis locis, tam in ecclesiis, & monasteriis, quam Hospitalibus, collegiis, confraternitatib. & aliis locis piis etiam quę a priuatis hominibus tum ecclesiasticis, tum laicis, multas, ac diuersas eleemosynas Christi pauperibus erogari, Considerantes in eiusmodi personas, vel in primis exercendam esse Charitatem, quæ voluntaria paupertate suscepta ab omni hominū cōmercio segregatæ Deo seruiunt, & assiduis precibus iram ipsius, ob peccata conceptam, a Christiano populo deprecantur. Illud quoque cogitantes, si eis ad tales eleemosynas petendas ad loca prædicta conferre

ferre se liceret, vix fore, vt prædicta Monasteria ecclesiæ, loca, ac personæ, eis singulis non tantum saltem tribuerent, quantum singulis aliis pauperibus eodem concurrentibus solent vniuerso illi Deo deuotarum mulierum generi de opportunæ, ac sufficientis subuentionis auxilio prouidere cupientes

De nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, vt omnes, & quicunque Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & alij ecclesiarum Prælati, nec non Abbates, Priores, Præpositi, & alij ecclesias Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, Cathedrales, & alias ecclesias, nec non Monasteria, Prioratus, Præposituras, Canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, administrationes, officia, ceteraque beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura saecularia, & Sãcti Benedicti, Sancti Augustini, Cistercien. Cluniacen. Præmostraten. Cartusien. Camaldulen. Sancti Basilij, Cassinen. alias Sanctæ Iustinæ, Montis Oliueti, Sancti Saluatoris, ac Lateranen. & Crucigerorum, seu fratrum Sancti Hieronymi, nec non Prædicatorum, Minorum, Minimorum, & Carmelitarum, Eremitarum eiusdem Sancti Augustini, Seruorum Beatæ Mariæ, Sanctæ Clarę, & quorumcunque aliarum tam virorum, quam mulierum, etiam Mendicantium ordinum, & congregationum, & militiarum regularia etiam de iure patronatus laicorum, & nobilium, Ducum, Regum, & aliorum Principum existentia, in titulum, commendam, administrationem, & alias quomodocunque obtinentes, nec non Rectores, Gubernatores, confratres, administratores ceterique omnes, qui ratione illorum nec non capitulorum, conuentuum, mensarum, hospitalium, etiã laicorum, & per laicos administrari solitorum, Christi fidelium confraternitatũ, scholarum, collegiorum, ac aliorum piorum locorum quocunque nomine nuncupatorum, & in quibusuis mundi partibus consistentium, quæ singulis annis, mẽsibus, hebdomadis, vel diebus ex ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac congregationum, hospitalium, confraternitatum, scholarum, collegiorum piorum, & aliorum locorum prædictorum fructibus, redditibus, & prouentibus Christi aliquas eleemosynas in pane, frumento, farina, vino eduliis pecunia, seu aliis ad victum vel vestitum pertinentibus, etiam ad supplicationem, & preces, & per cedulas, & bolletina, aut alias distribuere, & elargiri ab immemorabili tempore consueuerunt, aut alio quocunque iure tenentur ex dictis fructibus, redditibus, & prouentibus, & quo ad hospitalia prædicta ex ijs, quæ seruata in illis actuali hospitalitate supersunt, seu supererint, nec non quæcunque personæ patriarchales, etiam laicę, vel vniuersitates, etiam laicorum, quę testamento, vltima voluntate, vel alia dispositione, etiam inter vivos aliquas tales eleemosynas facere tenentur, dimidiam partem omnium, & quarumcunque eleemosynarum, & largitionum huiusmodi quocunque nomine nuncupatarum, quocunque tempore, & modo distribui solitarum, etiam si speciali nota dignę, & secundum pias defunctorum, aut aliorum voluntates sub certa forma ab eis in testamento, vel alia quacunque dispositione distribuendę sint, (dummodo non incertas personas, nec ad certos vsus pios alios quam victus, & alimenta pauperum distribuantur) quibuslibet prędictarum Monialium, etiam Tertiariatũ sub solenni religionis voto, & perpetua clausura de cetero viuentibus, & in terris, & locis, quorum pauperibus huiusmodi eleemosynę distribuuntur consistentibus, vere realiter, & cum effectu, & absque vlla eleemosynarum, & largitionũ huiusmodi petitione, exactione, & cõquisitione, aut alia desuper a nobis expectata iussione, aut mentis nostrę declaratione, ac quibusuis mora, subterfugia, ac exceptione cessantibus, & ciectis dare, atque distribuere omnino teneantur,

antur,& quam dimidiam partem nos illi applicamus.

Vt autem præmissa omnia, cum charitate, & pietate procedant, & efficaciter suum effectum sortiantur, Vniuersis,& singulis Patriarchis,Archiepiscopis,Episcopis, & aliis locorum ordinariis per Apostolica scripta mandamus, vt quisque per se,vel alium,seu alios,ad præsentium executionem in suis Ciuitatibus,& diœcesibus procedens, ab Ecclesiis Monasteriis, Hospitalibus, Confraternitatibus, Scholis,Collegiis,locis,& ecclesiasticis,ac laicis personis prædictis,etiam quomodolibet exemptis, dimidium eleemosynarum huiusmodi exigant, ac pro portione, vt ordinariis ipsis locorum æquum esse videbitur, singulis Pauperum Monialium,etiam Tertiariarum monasteriis huiusmodi suarum Ciuitatum, & diœcesum,etiam si aliis superioribus subiectæ sint,cum effectu distribuant. Nos enim eisdem locorum ordinariis,eis tanquam Apostolicæ sedis delegatis,ac cuilibet illorum tam per se,quam alium vel alios præmissa faciendi ac etiam contradictores quoslibet,& rebelles,per pœnas pæcuniarias eorundem ordinariorum, & cuiuslibet illorum arbitrio infligendas, & applicandas ac in subsidium sententias, censuras,& pœnas ecclesiasticas,aliaque opportuna iuris,& facti remedia, quacunque appellatione postposita,respectiue compescendi,auxiliumque brachii sęcularis inuocandi,aliaque in præmissis,& circa ea necessaria,& opportuna faciendi,gerendi,mandandi,& exequendi plenam,& liberam facultatem,& auctoritatem concedimus,& impartimur.

Insuper quia valde rationi consonum est vt etiam ii, qui ipsis Monialibus etiã Tertiariis indigentibus præfatis,consanguinitate aliqua sunt coniuncti,aliquod in præmissis subsidium conferant,cum ratio sanguinis, & debitum charitatis, & honestatis id expostulet, singulis locorum ordinariis committimus, vt omni eos officio,& diligentia monere eisque,persuadere studeant:parentes vero,& fratres ac alios ad quos illas si in sęculo permansissent,dotare pertinebat,vel ad quos bona,& successiones deuenerunt, & qui si eas nuptui tradidissent, multo amplius quam ingredientibus Monasterium dedissent, vel qui si eas nunc Domi retinerent,vel si ad illorum domos rediret,eas alere tenerentur quibuscunque viis ipsis bene visis inducant,vt Monialibus,etiam Tertiariis prędictis iuxta eorũ facultates charitatiue subueniãt,scituri id sibi etiam ad animarum salutem plurimum profuturum.

Ceterum quod attinet ad Conuersas professas, quas prædictus Pius prædecessos per prædictas literas sub certis conditionibus ibi contentis permisit posse manere extra Monasteria,pro colligendis eleemosynis, eisdem locorum ordinariis iniungimus,vt quibus monasteriis,prædictarũ Monialiũ quotidianis laboribus computatis,supradicta,vel alia qualibet ratione de sufficienti subuentione,& sustentatione prouisũ esse cognouerint,easdem conuersas sub eadẽ clausura cũ aliis Monialib.reducant,neque a suis monasteriis amplius exire permittãt. Cõuersas vero non professas,& profiteri volentes dimisso habitu domũ remittant, neque alias in futurum, nisi professionem suo tempore emissuras, atque sub perpetua clausura mansuras in Monasteria huiusmodi recipi permittant.Quod autem idẽ Pius prædecessor statuit de cetero nullas alias conuersas recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum posse ita esse intelligendum declaramus, præter illas conuersas, quæ extra Monasterium in domibus contiguis degerent, eleemosynarum vero prædictarum contributionem, & appelicationem durare, & valere decernimus, ac suos effectus ad plenum sortiri debere, donec numerus Monialium, etiam Tertiariarum huiusmodi (quem per ipsos locorum ordinarios

rios etiam in monasterijs ab eorum cura,& regimine quomodocũque exemptis, cum illarum superiorum interuentu stabiliri,& ordinari, neque supra illum numerum alias recipi posse,etiam de concessu suorum superiorum, volumus, & mãdamus (ita imminutus fuerit,vt reliquæ Moniales, & Tertiariæ ex proprijs redditibus monasteriorum ipsorum, vel consuetis eleemosynis se commode sustentare queant,super quo eorundem ordinariorum conscientiam oneramus,ita tamen vt decentibus singulis ex tribus earundem Monialium partibus,tertiæ quoque earundem eleemosynarum partis distributio, & sic successiuè in totum extinguantur,atque in pristinum statum sub debitis, aut solitis oneribus reuertantur, & remaneant.

Quæ nã loca Monasterij monialium extra clausurã esse declarãtur.

Declaramus præterea nullis Monialibus, etiam Tertiariis licere habere ostiũ, per quod ex Monasterio introiri possit in ipsarum Monialium ecclesiam exteriorem,in quam secularibus ad Missas,& diuina officia patere solet accessus,sed omnino muro obstruẽdum, neque itidem licere Monialib. etiam Tertiarijs,egredi ianua Monasterii,quæ est pro clausura ipsius monasterii ẽt ad claudendum aliã vlteriorem ianuam,per quam patere solet aditus sæcularibus venientibus, vel ad Rotam,vel ad Crates,seu loca colloquijs destinata, quę vulgo parlatoria vocantur,vel ad pulsandum ipsam ianuam clausurę,quę loca cum saltem pro causis prędictis patere soleant sęcularibus,extra clausuram censeri debent, etiam quo tempore clausa sunt. Insuper quoscunque dominos,& magistratus temporales in domino hortamur,monemus,& requirimus,vt ad omnem ipsorum ordinariorum aut alicuius ipsorum petitionẽ, vel simplicem requisitionem illis in præmissis assistentes omnem opportunum fauorem,& auxilium præstent, & exhibeant. Ipsis denique Patriarchis,Archiepiscopis,Episcopis,& alijs locorum ordinatijs præcipimus,& mandamus,vt has præsentes nostras literas (quarum transumptis etiã impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate ecclesiastica constitutę munitis,eandem vbique fidem,in iudicio,& extra adhiberi debere volumus quę ipsis originalibus literis adhiberetur,si forent exhibitę, vel ostensę) singuli in sua Ciuitate,& diœcesi publicent ac publicari,easque iuxta earum continentiam,& tenorem vna cum prædictis, ac alijs prædicti Pij V.& aliorum prædecessorum nostrorum literis,cõstitutionib. & iussionib.pro integra clausuræ instauratione,custodia,& firmitate editis inuiolabiliter obseruẽt,& obseruari faciant. Non obstantib.&c.

Declarantur prędd. Constitutiones cum aliquorum dubiorum discussione, & resolutione post Nauar.in d.c.statuimus nu. 54. per Emanuel. Roderic.tomo 1. regular.quæstio q.44. art.3.& 4.

Decreto insuper Concil.Trid.sess.25.de regula.c.5.prouisum est his verbis.Ingredi intra septa monasterij nemini liceat,cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus,vel ætatis fuerint sine episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.Dare autem tantum episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessarijs,neque alius vllo modo possit etiam vigore cuiuscunque facultatis,vel indulti hactenus concessi,vel in posterum concedendi,Hactenus verba Concilii.

Amplia vt nec etiam ipsi superiores possint ingredi extra casus necessarios per Constitutionem Greg.XIII. publicatam Romæ die 30. Decemb. 1582. fol.1308. in Bullar.tenoris seq.

Grego-

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei.

DVbiis quæ emergunt declarationis remedium expedit adhibere, cum igitur super eo quod optima primum ratione Concilium sanxit Tridentinum, deinde in constitutione sel. recor. Pii Papæ V. prædecessoris nostri, nonis Iunii Pontificatus sui anno tertio, atque item nostra idibus Iunii Pontificatus nostri anno quarto editis, fuit prouisum, ne cui in posterum nisi in casibus necessariis septa Monasteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia, a nonnullis dubitatum fuisse sciamus circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent, sui auctoritate officii nituntur, an liceat eis pro libito suæ voluntatis huiusmodi septa ingredi, vel potius seruare debeant ipsi quoque regulam a concilio præscriptam, nos omnem hæsitationis materiam tollere, & viam scandalis præcidere, ac sancti monialium quieti consulere volentes, harum tenore auctoritate Apostolica declaramus, prælatos omnes tam sæculares, quam regulares quibus cura, & regimen Monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta ita demum vti posse, si id faciãt in casibus necessariis & a paucis ijsque senioribus, ac religiosis personis comitati, quocirca vniuersos, & singulos episcopali seu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, nec quorumuis ordinum Abbates Priores, Ministros, & alios quoscunque superiores regulares serio monemus, vt facultate huiusmodi qui eã habent, prẽterquam in casibus, vt præfertur, necessariis, neutiquam vtãtur, quod si cõtrafecerint, eadẽ auctoritate Apostolica statuimus, atque decernimus, qui põtificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu ecclesię interdictos, pro secunda a munere põtificali, & a diuinis suspensos ac deinceps ipso facto, absque alia declaratione excommunicatos existere. Regulares vero omni officio ac ministerio priuatos excommunicationi similiter subiacere. Non obstantibes, &c.

Cõgruit titul. de stat. regul. in 6.

Qui tamen habẽt licentiam a superioribus ingrediendi monasteria Monialiũ in casibus necessariis, & vtuntur ea extra casus necessarios ingrediendo, incurrunt excommunicationem latæ sententiæ Summo Pontifici reseruatam, cum priuatione, & inhabilitatione, & extenditur etiam ad moniales admittentes per alteram constitutionem. Greg. xiii. Romæ publicatam die 24. Iunii. 1575. fol. 1229. in Bullario, vbi etiam reuocauit omnes licentias tenoris sequentis.

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

VBi gratiæ, & indulta ab hac sede concessa successu temporis incommodum afferre noscuntur, expedit illo salubri præsidentis consilio submoueri. Proinde sanctimonialium quieti, & tranquillati consulere, ac omnia quæ illas a spiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaq; & scandala ab eis remouere cupientes auctoritate præsentium reuocamus, & abolemus omnes; & quascunque licentias, ac facultates ingrediendi Monasteria, domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumuis ordinum, quibus-

uis

uis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & alijs cuiuscunque status & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quascunque licentias ingrediendi Monasteria, domos, & loca ipsarum sanctimonialium, quibuscunque viris, etiam eiusdem status, & dignitatis tam a prædecessoribus nostris, quam etiam a nobis, & sedis Apostolicæ legatis, aut alijs ex quibusuis quantumcunque vrgentibus causis, sub quibuscunque tenoribus, & etiam derogatoriarum derogatorijs, reuocatorum restitutorijs, alijsque efficacioribus clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumue Principum cõtemplationem, vel supplicationem concessis, confirmatas ac etiam iteratis vicib. renouatas; Cassamusque & annullamus literas desuper confectas, & processus habitos per easdem. Inhibentes eiusdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunitionis pœna ipso facto incurrenda, super qua a nemine nisi a Romano Pontifice (præterquã in mortis articulo) absolutionis beneficiũ possit impertiri, neipsarũ licentiarũ prætextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatissis vero nec non Abbatibus, Conuentibus, & aliis Monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & personis quocunque nomine vocentur, districte præcipimus, sub eadem excommunicationis pœna, nec non priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domos, & loca sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuscunque personis ecclesiasticis, & sæcularibus, ac etiam ordinum quorumcunque etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarũm ab episcopis, vel superioribus, quibus illas concedendi casibus necessariis tantum ex Decreto Concilii Tridentini tribuitur, ne monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, neue moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant. Non obstantibus præmissis &c.

Amplia dictam constitutionem includere etiam intrantes septa monasterii non habentes licentias ex declaratione, & mente Pii V. & Greg. xiii. relata per Nauar. in cap. statuimus. sub num. 62 in 7. nota. 19. quæst. 3. commẽtar. 4. de regula, & in Manuali confess. cap. 37. sub num. 150. in impresso ab anno 1544 post quartam recognitionem ipsius auctoris, vt dictum fuit, supra in verbo monasteria Regularium virorum fol. 306. qui vero intrauit ad malum finem non poterit absolui a confessariis habentibus facultatem absoluendi a casibus Sedi Apostoliæ reseruatis vt patet ex declaratione decreti, quo prohibetur absolutio a casibus reseruatis relata supra in verbo casus reseruati fol. 163. ante tamen dictas constitutiones Pii V. & Greg. xiii. contra intrantes absque licentia per decretum Conc. Trid. sess. 25. cap. 5. de regula. excommunicatio non erat reseruata, & consequenter poterat absolui ab episcopo cap. nuper, de sent. excom. alias explicationes vide per Eman. Roder. in d. tomo. 1. q. regular. q. 47. in plures articulos diuisa.

Extensionem, quam hic ex Nauarri testimonio posuimus videlicet, ex vi Bullarum Pii V. & Gregorii XIII. vetari illum ingressum cum censura Summo Pontifici reseruata, non solum ex prętextu licentiarum, facultatum, sed etiam ingressum absque tali facultate negat Franc. Suarez de censur. dispu. 22. Sect. 6. exco. 6. affirmans, vt præf. Bullæ sub ea limitatione, & condictione sint intelligendæ, nempe quo ad ingredientes solum ex præsumptione, & prætextu facultatum ad id

concess-

conceſſarum, non autem quo ad ingredientes ex alio titulo, & capite; Negat itidem Roderic. tomo. 1. quæſt. regul. quæſt. 48. artic. 2. reſpondens ad Nauarrum, quia cum declarationis Gregorij. XIII. ab ipſo Nauarro inſinuatæ non extent literæ authenticæ, virtute quarum fieri valeat præd. extenſio', debet illa pœna excommunicationis reſtringi ad actionem prohibitam ſcilicet ad ingreſſum ex prætextu facultatum tantum, prout verba ſonant; ſed ſalua pace tantorum virorum præfatæ Bullæ ſatis videntur illam declarationem, & extenſionem recepiſſe, & aſſumpſiſſe, ex communi obſeruantia Prætorij Sacræ Pœnitentiariæ, cuius ibi me minimus, & quæ ſufficere debet ad illarum conſtitutionum interpretationem, ſi ſtylus Rom. Curiæ faciat ius ad tex. in c. ex literis, vbi notat Panor. num 6. de conſtitut. & in c. quam graui. de crim. falſi.

De puellis cauſa educationis fuit reſcriptum a Sacra Congregatione D. Epiſcopo Hieracenſi tenoris ſequentis. Reuerendiſſime Domine, ex Sacra Congregatione Cardinalium Trid. Concilij Interpretum Amplitudinis tuæ nomine quæſitum eſt, An Puellæ in Monaſterijs Monialium educationis cauſa permanere poſſint, ij vero ſic cenſuerunt ad te ſcribendum, iamdudum ab eadem congregatione ſtatutum eſſe nullo concilii decreto prohiberi, quo minus Puellæ in monaſteriis monialium educentur; ſi tamen eadem monaſteria ante concilium conſueuerint huiuſmodi Puellas recipere, ſicque a ſuperioribus monaſteriorum ſcriptam licentiam impetrarint; atque Abbatiſſæ, & reliquarum monialium conſenſus acceſſerit, tum vero hæ ipſæ Puellæ eo veſtitu in monaſteria intromittãtur, qui virginali pudori, ac modeſtiæ conueniat, nullamque ſecum famulam adducant, nec manere in eis poſſint, niſi vſque ad ætatis ſuæ annum vigeſimum quintum, atque in eis dum erunt eandem ſeruent clauſuræ legem, quam moniales ipſæ, & ſi ſemel exierint nullam habeant ad ea reuertendi facultatem. Proinde Congregatio his literis impertiendam tibi hanc facultatem duxit, vt quotieſcunque in illa tua Ciuitate, & diœceſi Hieracenſi id expedire amplitudo tua iudicauerit; poſſit permittere Puellas in monialium monaſteria, in quibus pie, & honeſte inſtituantur introduci, adhibitis tamen conditionibus ſupraſcriptis, & bene in domino valebit. Romæ die vltima Auguſti, 1575. Amplitudinis tuæ vti Frater.

Philippus Boncompagnus Card. Sancti Sixti.

Decem, & ſeptem declarationes Sacræ Congregationis Cardinalium circa receptionem Puellarum, & aliarum mulierum quo ad educationem, & manſionem in monaſteriis recenſet Emanuel Roderic. tomo 1. quæſtio. regular. q. 46. artic. 10.

Mulieri nuptæ permanere volenti in monaſterio ex cauſa rationabili an repugnet c. vnicum. de ſtatu reg. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. & conſtitutio Pii V. vide Nauar. in conſ. 5. de diuor. in nouis. cum apoſtilla.

Quantum vero attinet ad egreſſum ipſarum monialium vltra dictam Cõſtitutionem Bonifacii viij. in c. vnico, de ſtatu regul. in 6. & Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de regula. per hæc verba.

Nemini autem ſanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire a monaſterio etiam ad breue tempus, quocunque prætextu niſi ex aliqua legitima cauſa ab epiſcopo approbanda: indultis quibuſcunque, & priuilegiis non obſtantibus.

Hactenus verba Concilii, extat etiam conſtitutio Pii V. Romæ publicaa die 27 Febr. 1570. fol. 1069. in Bulla. tenoris ſequentibus.

Piu s Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Cõgruit tu. de sta tu regu. in 6.

DEcori, & honestati omnium sanctimonialium, quarum Iesus Christus Dominus noster sponsus est, vt in puritate, & castitate superædificantes, in ipso feliciter iuhabitare valeant, consulentes ea, quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consulto summouere. Sane periculo, & scandalo plena res est, ac regulari obseruantiæ vehementer aduersatur, sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, vel cognatos, nec non monasteria, & alia filiationes nuncupata, etiam eis subiecta visitandi, aut infirmitatis causa, alioue prætextu a monasterijs exire, & per sæcularium personarum domos discurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honestatis, & pudicitiæ decus, in discrimen committunt. Vnde nos malo huic pro nostro pastoralis officij debito salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto Sacri Concilij Tridentini de clausura Monialium disponenti, ac alijs nostris literis super huiusmodi clausura editis adiicientes, volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumue monialium, etiam Cartusien. Cistercien. Sancti Benedicti, & mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum etiam militarium, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentiam, etiam a Regia, vel Illustri prosapia ortarum, de cetero etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum parentũ, aliorumue consanguineorum visitandorum, aliaue occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ; aut epidimiæ, quæ tamen infirmitas præter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumberet etiam per episcopum, seu alium loci ordinarium, etiam si prædicta monasteria ab episcoporum, & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expresse in scriptis approbata sit, a monasteriis præfatis exire: sed nec in prædictis casibus extra illa nisi ad necessarium tempus stare liceat. Aliter autem quam vt præfertur egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut sæculares, vel ecclesiasticas consanguineas, vel non, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso absque alia declaratione subiacere, a quo præterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant. Et insuper tam egressas, quam Præsidentes, & alios superiores prædictos eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas, & eos tunc obtentis priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles, nec non licentias, & facultates, seu indulta, & priuilegia exeundi a monasteriis, & extra illa standi a nobis, seu alio Romano Pontifice prædecessore nostro, ac Sedis Apostolicæ Nuncijs, & legatis, etiam de latere, ac maiore Pœnitentiario, aut ordinum prædictorum superioribus aliisque personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restitutiuis præseruatiuis, mentis attestatiuis, etiam nouam gratiam, & datam concedentibus, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principũ, nec non Sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel alias quomodolibet concessa (quæ prorsus abolemus) ac literas

desuper.

desuper confectas,& in posterum concedendas,& conficiendas nullas,& inuelidas,nullinsque roboris,& momenti fore,nec illas habentibus,& habituris suffragari posse,& ita per quoscunque Iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes,sublata eis,& eorum cuilibet aliter iudicandi,& interpretandi facultate & auctoritate iudicari,& diffiniri debere,irritum quoque,& inane quicquid secus,super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter cõtingerit attentari,decernimus.Mandantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis,Primatibus; Archiepiscopis,Episcopis,& aliis locorum ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ,& sub obtestatione diuini Iudicij,& intermi nationemaledictionis æternæ,quatenus per se,vel alium,seu alios præsentes literas in Ciuitatibus,& diœcesibus propriis,quolibet anno publicent, omniaque in illis contenta,nec non præfatum decretum ipsius Concilii,quod incipit Bonifacii octaui,diligenter,& inuiolabiliter sub censuris ecclesiasticis,aliisque præfatis pœnis,& in eodem decreto contentis obseruent,& obseruari faciant,& procurent,contradictores quoslibet,& rebelles,ac præmissis non parentes,etiam aliis pœnis,auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, nec non legitimis super his habendis seruatis processibus,pœnas ipsas,etiam iteratis vicibus aggrauando interdictum ecclesiasticum apponendo,inuocato etiam ad hoc si opus fuerit,auxilio brachii sæcularis.Non obstantibus præmissis.

De monialibus an ex aliis causis iustis præter tres contentas in prædicta Cõstitut. Pii V. possint a monasteriis exire post Nauar.in c.statuimus 19.q.3. commentario quarto de Regularibus sub nu.47.vbi hanc extrauag. declarat. late disserit Ioan.Guttierez lib 1.cano.quæst,c.14.& Emanuel.Roderic in libro quæst.regul. tom.1.quæst.49.art.3.& 5.

Aduertendum tamen est,quod contra loquentes cum monialibus nulla adest censura,& pœna impositaa iure communi,sed tantum per edicta ordinariorum locorum, & episcopi per eorum statuta solent fulminare excommunicationem, inquit Abb. in capitul.monasteria,de vi.& hon.cleric.vbi text. contra frequentantes monasteria monialium,& quantum ad regulares attiner, non possunt hodie loqui cum monialibus per decretum Sacræ Congregationis tenoris sequentis.

DECRETVM, QVO RELIGIOSI AD MONIALIVM Monasteria,cuiuscunque Ordinis accedere prohibentur, nouissime reformatum.

ILlustrissimi,& Reuerendissimi Domini Cardinales, Sacræ Regularium Cõgregationi Præfecti ad occurendum scandalis, quæ contingere possunt, alijsque iustis,& rationabilibus causis animũ pie mouentibus,de speciali,& expresso mãdato S.D.N.D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. viuæ vocis oraculo eis facto,de creuerũt,& mãdauerũt,nulli post hac Religioso,cuiuscũque ordinis,gradus, qualitatis,& dignitatis exjstat (superiore,cui monasterij,seu domus cura incũbit,visitatore,vel visitatoribus,cõfessarioque ordinario,& extraordinario, cũ ad tẽpus deputabitur dũtaxat exceptis)licere absque licẽtia expressa eiusdẽ Sacrę Cõgregationis accedere ad Monasteria,seu domus quarũcũq; Monialiũ,vel seruorũ,siue sui,siue alterius cuiusuis ordinis, ad colloquendum, siue tractandum cum eis. Quod si aliquando mãdato sui superioris aliquos religiosos ad prædicandũ Ver-

bum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum monialium, seu sororum ecclesiis siue oratorijs exterioribus, siue extra clausura existentibus mitti contigerit, prohibuerũt ne dicti Religiosi vllo quæsito colore, moniales, sorores, aut quamlibet aliam personam, intra clausuram degentes alloqui possint. Confessariis autem similiter interdixerunt, ne in ædibus monasterij, seu domus, vel monasterio; seu domui monialium, aut sororum contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, vel alias secum retineant, neue extra tempora generalium confessionũ, quibus soli tantum confessario, refectionem diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum videlicet cum sua habitatio, aut virorum domus, vel monasterium in quo degit, a monialium, seu sororum monasterio, vel domo nimium distat nisi tamen, & eo casu contrarium specialiter constitutum sit) ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum sumant. Quæ omnia, & singula sub pœnis priuationis officiorum, ac vocis activæ, & passiuæ ipso facto incurren. aliisque eiusdẽ Cõgregationis arbitrio, præceperunt inuiolabiliter obseruari, iniungentes cunctis RR. Patribus, Generalibus, Prouincialibus, & aliis quorumuis monasticorum, & mendicantium ac non mendicantium ordinum, & congregationum superioribus, ad quos spectat, quatenus infra terminum unius mensis, a die quo præsens decretum ipsis notificatum fuerit, computandi, debeant eiusdem decreti copiã cum huiusmodi præcepto omnibus suorũ ordinum, & Religionum monasteriis, domibus, & conuentibus intimare, & notificare, & intimasse, & notificasse, ne vllam aliquando desuper ignorantiam in futurum allegare, aut prætendere quo quomodo possint. Romæ Nonis Maij. 1590.

F. Michael Bonellus Card. Alex.

Georgius Palearius Secr.

Romæ, apud Paulum Bladum Impressorem Cameralem. 1590.

Decretum hoc fuit extensum etiam ad regulares S. Ioannis Hierosolymitani, vt Sacra Congregatio scripsit Vicario Neap. sunt enim vere religiosi vouentes tria substantialia vota, Castitatis, Paupertatis, & Obedientię, iux tradita per Nauar. in cons. 2. num. 2. & 3. de conuers. coniugat. & in cons. 12. de regula. in nouis ac gaudent priuilegio clericali, nempe canonis, fori immunitatis, ut per Emanuel. Rodric. tomo 1. quæst. regularium q. 1. art. 6. dum tractat utrum professio in ordinibus Militatibus sit religiosi. ubi refert: quod prædicti habent ex priuilegio Pontificio, ut non comprehendantur sub iure aliquo religiosorum, quantum ad odia, & rigores, ex Per. de Aragon. 2. 2. q. 88 articu. 11. ad ult. & faciunt dicta per Abb. in rubr. de regularib. & quo ad eos potest dici fauorabile hoc decretum, quia quando agitur de euitando animorum periculo etiam in pœnalibus, & odiosis admittitur extensio. Panor. in c. ex tenore num. 6. qui filij sint legit. Graue. de antiquit. tẽpor. par. 4. sect. Videamus. num. 10. Rota Rom. in decis. diuers. suo l. 2. decis. 29 num. 10. & dixi supra in uerbo casus. referuati nu. 3. fol. 154.

Dubitari posset, An regulares adeuntes monasteria monialium absque Episcopi licentia incidat in pœnam excommunicationis, quam Episcopus

suo

suo ed.cto proposuit. Respondetur, quod non, si Regulares habent ex priuilegio non posse ab Episcopis excommunicari, & alias sic excommunicati, nō possint absolui a suis Superioribus, sed ab Episcopo, qui sibi hanc absolutionem reseruauit, & ita Sacram Congregationem respōdisse die 9. Aprilis 1587. ex Capuccino in Compend. Mendic. refert Roderic. tomo 1. quæst. regul. quæst. 45. art. 2. in fine.

Hinc tangenda veniunt duo quæsita, sed remissiue, quorum alterum est. An Episcopi possint declarare excōmunicatos a iure, vel Apostolicis Cōstitutionibus regulares exemptos habentes priuilegium, vt excommunicari, & suspendi non possint. Pro cuius resolutione adde tex. in clem. 1 & ibi Cardin. Zabar. num. 24. & Panor. nu. 22. de priuileg. Felin. in c. non potest sub nu. 3 de sent. & re iud. & Henriq. in Sum. lib. 7. de indulgent. cap. 25. sub §. 7. Et quid si per edictum sub excommunicationis pœna prohibiti essent certum peccatum committere, quod publice perpetrassent, an Episcopus possit eos excommunicatos denunciare, videndus est Nauar. in conf. 2. de senten. excomm. in nou. Alterum est quæsitum, An statutum Episcopi excommunicans ad monasteria monialiū intra diœcesim existentia, sed exempta, & subdita regularibus, valeant, ligentque tam subditos, quā non subditos ad illa accedentes. Ad quod videndi sunt Gemin. Ancharan. & Franc. in c. vnico, de statu regul. in 6. Henric. Bott. in tract. de Synodo Epis. par. 3. art. 1. conclu. 13. nu. 40. examinat Iason. in cons. 83. nu. 6. vol. 1. & declarat Rollan. a Valle in cons. 33. sub nu. 46. vol. 3. ac faciunt dicta per Sylueſtr. in verbo Excom. 4. nu. 12. & seq. Quo vero ad licentiam petendam pro accessu ad huiusmodi monasteria exempta refertur Sacram Congregationem censuisse facultatem concedendi licentiam adeundi ad colloquium cum monialibus Regularibus subiectis, spectare ad ipsos Superiores Regulares, nisi esset consuetudo legitime præscripta, vt huiusmodi licentię, etiam quo ad monasteria, quę regularibus subsunt, ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo, & Superiore regulari coniunctiue obtinerentur, tunc enim consuetudinem esse obseruandam, & Neapoli obseruatur, vt accedentes ad monasteria etiam exempta petant licentiam a Vicario monialium.

Sed an liceat Episcopo licentiam dare mātri, sororib. & consanguineis monasterium ingrediendi causa visitandi filiam, vel sorores, quæ graui aliqua infirmitate detinerentur. Respondetur negatiue etiam si essent in mortis periculo, & minus quando filiæ, aut aliæ professionem emitterent, vel habitum suciperent religionis ex declaratione Sacræ Congregationis, quam recenset Roderic. tomo 1. quæst. regul. q. 46. art. 11.

Quantum vero attinet ad reformationem monialium extant infrascriptæ ordinationes tenoris sequentis.

ORDINATIONES QVÆDAM PER ILLVSTRISIMOS & Reuerendissimos DD. Cardinales, super Congregatione Regularium deputatos datæ Reueren. Dominis Visitatoribus Apostolicis Monasteriorum Sanctimonialium Ciuitatum Neap. & Salerni. sub die 2. Iunij. 1589. Et per eosdem Illustrissimos DD. Cardinales reformatæ, & modificatæ, sub die 12. Iulij. 1592. vt eas perpetuo obseruari, & custodiri mandent, & operentur, &c.

IN quolibet Monasterio non habeantur, nec permittantur plures Crates ferreæ, seu fenestræ collocutoriæ, quam vna, aut ad summum duæ.

2 Hæ nullo modo in ecclesiis sint, sed extra eas tantum.

3 In monasteriis vero, in quibus hactenus laminarum vsus non est introductus, in fenestris collocutoriis ponuntur binæ crates ferreæ introrsus altera, altera extrorsus, & distãtes ab inuicem saltem per spacium duorum palmorum, vel totius crassitudinis muri, nec non spisse seu stricte adeo vt nec puellæ manus per foramina transmitti possit. Inque exteriori crate figãtur claui ferrei eminẽtes, & acuti ita vt locuturi facies illi nequeãt adhærere, & colloquentiũ verba exaudiri valeãt.

4 In fenestellis Confessionalibus configantur etiam laminæ ferreæ, scilicet cum minutis foraminibus, e quibus, nec ipsæ moniales cernere, vel spectare quẽpiam, nec a quopiam vllo modo cerni, aut spectari possint.

5 Fenestella vnde Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum percipiunt alta sit dimidiato palmo, lata vero integro, quæ binis foriculis totidẽque seris, & clauibus alteris intrinsecus, alteris forin secus occludantur.

6 Tam in ingressu, seu in habitu regulari suscipiendo, quam in professione emittendarvelo suscipiendo, vel consecratione monialium, in quibus monasteriis Ordinis, vel regulæ S. Benedicti mos est, vt consecrentur, fas ne sit eis munera, xenia, dona vel aliud quidlibet singularibus, vel particularibus monialibus dare, vel erogare, sed quicquid a cognatis, vel affinibus donatur, vel offertur, id vniuersum tribuatur, & referatur in commune, nec lauta, aut sumptuosa, siue luculenta conuiuia fiant, aut permittantur; sed sobria tantum, quæ sacras virgines deceat spiritus corporisque recreatio concedatur.

7 In quouis monasterio eligatur quotannis Magistra Nouitiarum, cui vni curæ sit illas instituere, nec eidem curæ siue illis instituendis materteræ, seu Amitę, vel quæuis aliæ, etiam qualibet cognatione coniunctę, se immisceant vllo pacto.

8 Ad ianuam monasterii, uestibulum sit binis foribus munitum, in quod moniales nunquam intrent, dum fores exteriores, uel apertæ sint, uel mox aperiendę, ne inde unquam moniales spectare, aut spectari possint.

9 Collocutorium interius locus sit seris occlusus, in quem nulla monialium ingrediatur, nisi uocata, & a sua superiore uenia ei data, ibique ausculatrices huic muneri designatę semper intersint, & assistant: Quę quicquid dicatur audire debeant, nisi futurus sermo secretum expostularet, quo casu, de Abbatissę, siue Priorissę licentia propinquioribus consanguineis, remotis arbitris, permitti posset.

10 Non scribant literas iniussu Superioris, scilicet, Abbatissę, siue Priorissę, nec dent, neue ad eas Missas, recipiant, nisi ante ab eisdem fuerint perlectę.

11 Presbyteris, Confessariis ab Abbatissis, Prioris, uel aliis Pręfectis monasteriorum statuatur ęqua, & idonea eleemosyna siue prouisio, quę ęre communi monasterii persoluatur, iis autem uicissitudo munerum quantumuis exigui valoris, quæ sibi cum monialibus possint intercedere omnino interdicta sit, sub pęna perpetuæ suspensionis ab audiendis, tam illarum, quam quorumuis aliorum confessionibus, in quam ipso facto incurrant.

12 Nulla monialis, vel Conuersa, dona, munera, & pecuniam, aut aliud quippiã, etiam charitatis, aut pietatis, vel eleemosynę nomine, siue intuitu, cuicunque personæ, tribuat, donet, aut largiatur, sed si ex aliqua iusta, vel rationabili causa aliquid dandum, vel tribuendum visum fuerit, id a Præfecta, seu Superiori monasterij, & re communi fiat.

13 Præsertim vero caueatur, ne qua monialis, vel Conuersa quicquam ex bonis monasterij det, aut donet, nec ex eis quidem, quæ in vsum suum assignantur, nisi de licentia Abbatissæ.

14 Neque:

14 Neque vllius generis bellaria, edulia, esculenta, ientacula, offellas, confectiones, & sirupata, vel alia similia quæcunque conficiant, aut coquant, vt illa venderent, donent, aut largiantur, nisi de licentia Abbatissæ, & de rebus modicæ impensæ, & in consanguineos tantum.

15 Moniales, officiales monasterij, in suis muneribus obeundis nihil nisi de re, & pecunia monasterij expendant.

16 Denuncietur cunctis Sanctimonialibus cuiuscunque ordinis, Religiosas professas, quæ testamentum faciunt, vel de rebus sibi in vsum assignatis disponunt, mori, & decedere proprietarias, illasque censuris, & pœnis a sacris Canonibus, regulis, ac ordinum, & monasteriorum Constitutionibus, atque aliis ordinationibus contra proprietarios editis, & promulgatis subiacere, ac obstrictas esse: Itemque contractus, & instrumenta, in quibus moniales ab eorum monasterio emunt annuos redditus, quoad ipsæ vixerint, vel etiam vt post ipsarum obitum alia succedat, & similia, nullius sint roboris, vel momenti, sed irrita, & inania, ac proinde ijs defunctis cuncta omnino monasterio incorporentur, cui sunt redditus huiusmodi acquisiti.

17 In quouis monasterio sit infirmaria communis, & vbi non fuerit, a Superioribus extrui, vel fieri quam primum curetur, etiam si res postulat, sub censuris, & pœnis eis beneuisis, in eam autem recipere teneantur, in virtute sanctæ obedientiæ, omnes moniales, & Conuersæ, tam Professæ, quam Nouitiæ ægrotæ, quibus opus sit Medico, nec Medicus quampiam secundo inuisat, nec inuisere permittatur a Præfecta monasterij, neque medicinam præscribat extra infirmariam sub pœna excommunicationis. Neque etiam extra illam cõfessarii monialiũ deputati cuiusuis audiant confessionem, sub pœna suspensionis ab illarum, & aliorum quorumuis confessionibus audiendis, in quam ipso facto incurrant: Si tamen aliqua monasteria ob angustiam loci, aut ob nimiam paupertatem, non possent ita statim extruere infirmariam: Ordinarius, siue Superior visitet monasterium, & illis præscribat certũ locum, & assignet spaciũ temporis intra quod omnino debeat exequi, & quo ad impensam necessariam pro fabrica videat idem ordinarius, vt per eleemosynas, aut per alios sibi beneuisos modos ei prouideatur, & quam primum de his quæ egerint, Congregationem certiorum faciant.

18 Ægrotantibus autem, & Infirmis, in Infirmaria decumbẽtibus ex ea pecunia, quæ in eam causam, vt infra, assignabitur, suppeditentur omnes sumptus, & expensæ pro victu, alimentis, lectulis, & medicinis, & aliis reb. necessariis ad illarum morbos curandos, ac valetudinem consequendam.

19 In ea vero nulla audeat aliunde particulares sumptus sibi facere, quo circa Visitatores, & exinde Superiores in monasteriis, in quibus huiusmodi subuentiones non ponuntur in communi deposito, assignabunt huiusmodi Infirmariæ communi redditus sufficientes tam ex communi mensa monasterii, quam ex assignatis rebus, censibus, & bonis ad singularum, seu particularium monialium vsum, siue sustentationem pro ea rata tamen, quæ eis videbitur huic negotio satis esse.

20 Eligatur autem monialis, solicitudine, sedulitate, & charitate præstans, quæ ægrotantium sororum cum omni studio, & pietate curam gerat, fideliterque pecuniam sibi commissam administret, cuius rationem reddere teneatur.

21 Ei autem constituantur tot Moniales conuersæ auxiliares, quot videbuntur ei muneri satis esse.

22 Nulla audeat accedere ad Infirmariam tanquam ægrotans, vel infirma, nisi febri, vel alio morbo laboret, quem ibi curare oporteat de consilio Medici, qui ad restitutionem expensarum in foro conscientiæ teneatur, si cui huiusmodi consilium dederit, vbi opus non erit.

23 Omnes fenestræ, vel foramina, quæ fuerint in clausorum parietibus, e quibus moniales foras spectari possint, omnino occludantur; permissis solis fenestris aliquibus ad lumen excipiendum necessarijs, quæ tamen talia sint, ne inde vllo modo prospici, aut prospicere queant.

24 Monialibus, & earum ecclesijs, non permittatur cantus figuratus, sed tantum firmus, ac præterea, etiam ex omnibus monasterijs omnia instrumenta musica (exceptis organis, quæ in exteriore ecclesia permittantur) tollentur.

25 Solæ moniales officium diuinum in suis ecclesijs celebrent, ita vt nulla regularis, vel sæcularis, aut alia quælibet laica persona, ad id quomodolibet se ingerat, sed tantum Sacerdotes, & Clerici deputati, vel deputandi ab Ordinario, siue Superiore, pro celebrãdis Missis, in die solennitatis monasterii, ad ea sua munera obeunda, quæ sint ex vsu necessario ecclesiæ cuiusmodi sunt missæ celebratio, benedictiones, & his similia, quæ per moniales expediri non possunt, accedant.

26 Nulla monialis, vel Conuersa, vel quæuis alia persona, etiam quæ non sit de monasterio, audeat alias priuatas sibi Missas celebrari facere in ecclesijs monasteriorum monialium, præter eas, quæ a Cappellanis deputatis communibus impensis monasterij celebrandæ sunt.

27 Quia vero in quibusdam monasteriis quamplurimæ Missæ, quæ magnum Sacerdotum numerum requirunt, celebrari debent ex testamentis, vel relictis, & aliis dispositionibus, & nihilominus ob defectũ Cappellanorum, aut monasteriorum paupertatem, vel alia de causa omittuntur, vel omitti oportet, mandatur Dominis visitatoribus, & successiue Ordinariis, & Superioribus, vt ei rei opportune prouideant, iuxta Decreta Sacrosancti generalis Concil. Trident. & Prouincialis Synodi Neapol. aut alia meliori ratione consulentes, ac referant huic Sanctæ Sedi.

28 Nulla Monialis, vel Conuersa cum aliquo Aduocato, Procuratore, Sollicitatore, Exactore, alioque negotiorum Gestore quodcunque negotium, causam, vel litem pertractet, nisi cum solis ijs, qui pro communibus negotijs, causis, & litibus Monasterij procurandis, & deferendis deputati sunt, & de licentia Præfectę eiusdem monasterij.

29 Vectores, qui vinum pro vsu monasterii, vel etiam aquam Balneorum pro Infirmis conuehunt, monasterium ingredi nisi interdiu nullatenus permittantur.

30 Ad conficiendum Panem, vel etiam ad cernendam farinam nemo in monasterium intret, quod si alia de causa necessaria, & vrgenti intrauerit, istiusmodi operam ne præstet.

31 Abijciantur e Monasteriis omnes Catelli.

32 Collocutoria exteriora fores ne habeant, quæ possint occludi, sed omnia pateant.

33 Ianitrices, & quæ Sacristiæ curam habent, & Comitatrices, quæ ingressos comitantur, quadraginta annis non paucioribus natæ sint.

34 Comitatrices, Confessarios, Medicos, Chirurgos, & alios, qui ex necessitate intra claustra pro tempore admitti oportet, vbi ingressi fuerint, semper comitentur.

35 Omni-

35 Omnino assignetur confessarius extraordinarius iuxta decretum sacri generalis Concilij Tridentini, quem quæuis monialis adire teneatur, cui tamen liberū sit illi sua peccata confiteri, vel non confiteri.

36 Nec quicquam commodato accipiant pro ipsarum ecclesiis, vel Oratoriis ornandis, sed proprio sint ornatu contentæ, quem nec alijs commodent.

37 Omnes conuersæ rei communi monasterii inseruiant, Conuersæ autem particulares nulli monialium concedantur, & quæ iam concessæ sunt in communitatem redigantur, sed si cui, vel propter infirmitatem, morbum, aut senectutem, particulari ministerio indigeat, Abbatissa, vel præfecta monasterii, ex eisdem Conuersis communibus vnam, pluresue assignet, prout opus fuerit, ad nutum tamen ipsius reuocabiles, & ex industria, aliam, vel alias vicissim ad tempus substituat, vt necessitati vniuscuiusque sit consultum, & priuato setuitio nequaquā illarum quempiam addicta, seu assignata sit, aut dici possit.

38 In Conuersas non recipiantur in quoquo monasterio plures tertia parte aliarum monialium, vel ad summum non nisi duæ ad rationem quinque monialium, vbi vero consuetudo est, vt ea proportio non expleatur, sed minor sit numerus Conuersarum, ea, vtpote laudabilior, obseruetur.

39 Famulæ sæculares, quæ in monasteriis pro illorum seruitio, & ministerio degunt, omnino dimittantur, nec habitum suspiciant, nisi prius extra monasteriū dimissæ ab Ordinaris illarum voluntas fuerit explorata, iuxta prædicti Sacri Cōcilij Tridentini Decretum, quod tamen fiat omnino gratis, neque sint supra numerum proxime definitum.

40 Tam Moniales, quam Conuersæ, suam quęque cellam habeat, nec in vna plures commorentur, neque vna cum alia, sed seorsum quælibet in suo lectulo dormiat, seu quiescat.

41 Non recipiatur monialis, vel Conuersa in quoduis monasterium, nisi in eo singulæ, singulis monialibus, & Conuersis propriæ Cellę, quę siue ex muro, vel cemento, siue ex tabulis, siue ex tela in communi Dormitorio distinguantur, assignatæ sint: & actu eas inhabitent, & vacua supersit propria cella pro recipienda in monialem, vel Conuersam.

42 Visitatores numerum monialium, ac etiam Conuersarum iuxta supradictam rationem in quolibet monasterio, certum definiant, ex facultatibus, & redditib. quæ a monasterio in communi possidentur, & ex consuetis eleemosynis statuentes, in monasteriis Ciuitatis Neapolitanæ pro singulis monialibus annuatim quinquagenos ducatos, quadragenos autem pro singulis Conuersis, quæ tamen præscriptam portionem non excedant.

43 Verum vbi monasterium aliquas in moniales supra numerum definitum recipere voluerit, id quidem conceditur, si fuerint Cellæ pro eis; Vel aliud ex prædictis non obstiterit, & in dotem pręterea, vel eleemosynam a singulis assignetur, pręsens pecunia, ex qua saltem possit emi annuus redditus ducatorum sexaginta sex illius monetę in absolutum monasterij commodum, & vtilitatem conuertendus, & inalienabilis, ac perpetuo retinendus; In monasteriis vero Salernitanę Ciuitatis (obseruatis conditionibus ceteris iam dictis) Domini Visitatores taxent certam annuam quantitatem reddituum pro loci, & personarum qualitate.

44 Nulla vnquam recipiatur in Monialem, nisi prius parentes, fratres, vel ii ad quos eius tura spectat promptam habuerint vniuersam pecuniam pro dote, vel eleemosyna consuetam, ex qua puellę nomine annuus redditus ematur.

Acce-

Accedente monasterij consensu, cui huiusmodi redditus alimentorum causa vsque ad professionis diem cedat, ea vero sequuta, successionis iure integer acquiretur.

45 Cum vero regularis viuendi ratio, & optimi instituti. & tuta via qua ad omnem perfectionis gradum ascenditur, sit vita communis, nihilque proprij possidere, nec pecuniam tractare, ne eam quidem, quæ in vsum cuiusque conceditur; districte præcipitur, & mandatur, vt si quæ moniales huiusmodi Sanctam, & regularem viuendi rationem elegerint, & omnia bona, redditusue quouis modo ad vsum concessa, vel reseruata a se abdicauerint, & monasterio cesserint, Abbatissa, Priorissa, vel aliæ Præfectæ monasteriorum renunciationem huiusmodi recipere omnino teneantur, & ex monasterij bonis, & redditibus, seu introitibus in his, quæ ad victum, & vestitum, & reliquam vitæ sustentationem pertinent, illis præcipue prouidere, & ita opportune omnia subministrare, vt nulla re indigere permittatur. Si quis autē, vel si qua intra, vel extra monasteriū talem pium viuendi vsum dicto, vel facto, nutu, vel signo exturbare, reprehendere, aut quouismodo impedire, maligno spiritu instigante, præsumpserit, Superiores in eum, eamue maledictionem æternam, & excommunicationis sententiam, etiam ipso facto incurrendam comminari, & infligere possint. Quinimo omnibus dictorū monasteriorum Superioribus, & Præfectis in Domino iniungatur, vt prædictarum monialium pie, & Religiose viuentium singularem curam gerant, vt potę, quæ sub speciali protectione Sanctæ Sedis Apostolicæ, nostræ, & Congregationis existunt, & vt hæc tuta viuendi ratio, dante Domino, amplificetur, de cetero, in prædictis monasterijs, Nulla ingressura monasterium, recipiantur, aut admittatur aliquo modo in monialem, vel Conuersam, nisi promiserit communis vitæ institutum prædictum amplecti, & iuxta illud perpetuo viuere; vbi vero ingressa fuerit, vna cum alijs monialibus eiusdem instituti, & obseruantiæ adiungatur, & cū eis viuat: Confessarij etiam sedulo hortentur, ac moneant moniales, vt prædictum communis vitæ institutum, & tutam Deo seruiendi viam sequantur.

46 In monasterijs, in quibus similiter retinentur hactenus prouisiones, & sub vēntiones, & non omnia in communi conferuntur, concedatur licentia accipiendi aliquam subuentionum, de manibus tamen Abbatissæ, seu Præfectæ monasterij, siue depositariæ ad nutum tamen Abbatissæ, siue Præfectæ prædictæ pro suis Religiosis necessitatibus, quæ vero supersunt, Abbatissa erogata teneatur in communes vsus monasterij. Ac Ordinarij, siue Superiores monasterij quotannis exigāt rationem a Depositaria, & Abbatissa, seu Præfecta prædictis de huiusmodi prouisionibus, subuentionibus, & depositis, & in eas transgredientes grauiter animaduertant.

47 Vt autem ad Dei gloriam, & Monialium in Domino profectum, & animarum salutem supradictæ ordinationes debita deuotione, & reuerentia suscipiantur, Vniuersis & singulis Reuerendis Abbatissis, Priorissis, ac aliis Præfectis, & Superioribus Monasteriorum, ac monialibus, & Conuersis, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub priuationis officiorum, & perpetuæ inhabilitatis, ac vocis activæ & passiuæ, atque alijs censuris ecclesiasticis, & pœnis, etiam ipso facto incurrendis, respective (in casibus tantum a Congregatione præscribendis; quo ad censuras, scilicet) ac alias iuxta facultates dictis Dominis Visitatoribus concessas districte præcipitur, & mandatur, vt omnia, & singula in eisdem ordinationibus contenta, obseruent, & exequantur, ac obseruari, & exequi faciant.

48 Præte-

48 Præterea Dominus Ordinarius Neapolitanus, eiusque Vicarius, & Officiales in spiritualibus Generales, & prædicti Domini Visitatores Apostolici, nec non, alij Superiores Regulares, ad quos Monasteriorum cura quomodolibet spectat, studeant, vt hæc omnia inuiolabiliter obseruentur. Trasgredientes vero prædictis censuris ecclesiasticis, & pœnis etiam inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, ac aliis, prout eis videbitur, iuris & facti remediis opportunis exerceant, & castigent, cum facultate declarandi Abbatissas, Priorissas, & alias præfectas culpabiles reperras incurrisse in pœnas etiam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad ea, atque illas sic declaratas deponendi, & puniendi, ac alias idoneas illarum loco subrogandi, & sufficiendi, quæ regularis disciplinæ zelo accensæ huic reformationi inuigilare possint, & velint.

49 E monasteriis Sanctæ Mariæ Angelorum, Sanctæ Mariæ Consolationis, Sancti Antonii de Padua, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ Neapolitanæ Ciuitatis emittantur omnes, & quæcumque puellæ, atque sæculares mulieres, quæ educationis, vel alia quauis causa in eis morantur, Non obstantibus quibuscunque.

50 In monasterio Sanctæ Mariæ Angelorum, Sanctæ Mariæ Consolationis, & Sancti Antonij de Padua, nulla de cetero admittatur in monialem vel Conuersam, nec Religionis habitum suscipiat, sub pœna priuationis, ipso facto, officiorum, & vocis actiuæ & passiuæ, tam per Abbatissam, quam per Discretas, quæ huic rei auctoritatem, vel assensum præbent, incurrenda. Ac insuper illius receptio, & professio inde sequuta irrita sit, & inanis: ac nullius sit roboris, vel momenti, sed & quæ de facto in posterum iam recepta fuerit, de monasteriis eiiciatur.

51 Idem quoque obseruetur in monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ, cum propter loci in salubritatem, & alias iustas, ac rationabiles causas, Dominis Visitatoribus datum fuerit in mandatis, vt ipsi, habita ratione redituum, tam communium, quam particularium, seu in proprios vsus assignatorum, tantum ex reditibus Conuentui, seu Mensæ monialium tribuatur, quantum videatur satis esse ad illarum congruam sustentationem; quod autem superest futuro monasterio extruendo reseruetur. Datũ Romæ in sacra Congregatione super Regularibus instituris, habita Domo. Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, Dei 2 mensis Iulii 1589.

F. Michael Bonellus Card. Alex. Episc. Alban.

Gregorius Palearius Secr.

Romæ, apud Paulum Bladum Impress. Cameralem. 1592.

Sequuntur declarationes quædam quorundam prędictorum capitum tenoris sequentis.

M. D C. Die 6. Maij. Facta relatione Sanctissimo D. N. decreuit. Ad primũ, & secundum vt curet Illustrissimus D. Cardinalis Arcluepiscopus decreta reformationis Apostolicæ inuiolabiliter seruari, & executioni mandari, præsertim quæ de duplicibus cratis ferreis in cap. 2. & quæ de vita communi in 45. & 46. disponuntur, hoc addito, vt Moniales teneantur præstationes omnes ipsis assignatas, superioribus fideliter nouificare, & consignare in certo libro notandas, & per communes officiales monasterij exigendas, ad hoc vt in vsum ipsarum Monialium, pro singularũ religiosarũ necessitatibus de mandato Abbatissæ, seu alterius

terius superioris per ministros publicos, & communes Monasterij, in totum, vel pro parte, vt opus erit quotannis erogentur.

Ad Tertium prouisum.

Ad Quartum vnicuique Monasterio vnicus tantum Confessarius ordinarius assignetur, sed per annum ter, aut quater alius extra ordinem ad præscriptũ Sacri Concilii Tridentini offeratur.

Alex. Cardinalis Floren.

Locus Sigilli.

Bernardinus Episcopus Auersanus Secret.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
Signor mio osseruandissimo.

NOstro Signore istesso ha voluto vedere, & essaminare le scritture mandate da V.S. Illustriss. e date a nome delle Monache sopra l'osseruanza de' Decreti della riforma de' Monasterii di cotesta Citta; Et essendo assai chiari li Capitoli 45. & 46. dell'Ordinationi generali; Sua Santita vuole, che l'osseruino, come cantano, ne si aggiunga obligo, doue non e. Circa la difficolta, che consiste intorno l'vltimo Decreto fatto alli 6. di Maggio 1600. come s'habbia da prattichare, Sua Beatitudine ha ordinato si dichiari a V.S. Illustrissima, che sia lecito all'Abbadessa, e superiora ciascuno Monasterio di permettere alle Monache, che possa ciascuna di esse spendere qual che cosa delle souuentioni, che li uengono date senza passare per le ministri communi de Monasterii, e senz' obligo d'hauerne a rendere altro conto, come saria a ragione di vn scudo il mese per seruitii minuti, pur che s'osserui nel resto il Decreto come sta. E benche quanto alla vita commune non intenda Sua Santita, che le Moneche professe prima della riforma, lequali non eleggono volontariamente siano astrette ad accettarla, come non le obliga meno il Sudetto Capitulo 45. cosi commanda, che non si riceuano nell' auuenire in modo alcuno Monache all' habito, ne alla professione, se nõ sotto la intiera riforma, & osseruanza della vita commune; e cosi in ciascuno de' sudetti casi V.S. Illustriss. si compiacera ordinare che sia esseguita la Santa mente di Sua Beatitudine, e le bacio humilmente la mano. Di Roma il di 8. di Marzo 1602.

Di V.S. Illustrissima e Reuerendissima

Il Cardinale di Firenze.

Humiliss. Seruitore.

SAnctissimus Dominus noster Clemens Papa viij. Ad tollenda dubia, & difficultates ortas super executione, & obseruatione Capitulorum. 45. & 46. Constitutionum super regimine Monialium Ciuitatis Neapolitanæ declarauit, ac decreuit Capitulum 45. obseruandum fore totum, vt iacet in Monasterijs in quibus iam fuit introducta, & acceptata a maiori parte monialium vita communis:

In

in aliis vero, in quibus retinentur hactenus prouisiones, & subuentiones in illa parte tantum, in qua mandatur, vt si quæ moniales huiusmodi sanctam, & regularem viuendi rationem elegerint, & eorum bona a se abdicauerint, & Monasterio cesserint, superior monasterii renunciationem huiusmodi recipere, & ex monasterii bonis in his, quæ ad victum, & vestitum, ac reliquam vitæ sustentationem pertinent, illis prouidere teneatur, moniales vero, quæ post easdem Constitutiones receptæ fuerint, vel in posterum admittentur in eisdem monasteriis, in quibus subuentiones retinentur, nullatenus inuitæ cogantur ad vitam communem, sed teneantur obseruare Capitulum 46. cum declarationibus inde secutis sub die 6. Maij 1600. & 5. Martij præsentis anni 1602. Illę autem moniales, quæ in eisdem monasterijs reperiebantur professæ ante Constitutiones, quibus idem Capitulum 46. obseruare non placuerit, priuatæ sint omnino voce passiua, donec resipiscentes tam sanctum Institutum acceptauerint. Easdem porro Constitutiones omnes innouans sua sanctitas mandauit in ceteris omnibus obseruari, & executioni demandari. Romæ 26. Iunij 1602.

Alex. Card. Floren.

Locus Sigilli.

Hieronymus Agucchius Secret.

Declaratio quomodo sint soluendæ eleemosynæ pro Monialibus supra numerum recipiendis, & quando possint concedi, vel promitti loca in Monasterijs, puellis habitum regularem suscipere volentibus.

QVemadmodum sacri olim Canones, & nouissime Sacrum generale Concilium Tridentinum summa ratione decreuit, vt in monasterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus cõstituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode possit sustentari, ita quoque Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, quæ negotiis, ac consultationibus Episcoporum, & Regularium præest, cui antiquius nihil est quam salutaria huiusmodi decreta debitæ executioni demandari curate, sæpius locorum Ordinariis rescripsit, ut certum numerum in singulis monasteriis monialium, etiam curæ Regularium, seu militiarum subiectis, iuxta cuiusque monasterii facultates præscriberent, & si quæ supra statutum numerum reciperentur, duplicem eleemosynam adferre, & supranumerarium locum tenere deberent. Verum quia in dubium plerumque venit, num supra numerariæ prædictæ, aliquibus ex numero in quolibet monasterio definito decedentibus, in earũ locum subrogari possent, aut deberent, Eadem Sacra Congregatio, quæ peculiariter super ea re sæpenumero rescripsit, prouidere volens, ne quis deinceps dubitationis locus relinquatur, huius generalis decreti tenore statuit, & declarat, moniales, quæ supra numerum in quolibet monasterio constitutum, recipiuntur, in locum monialium decedentium intra numerum nequaquam subrogari, neque impedimento esse, quin aliæ in locum earundem ex numero demortuarum recipi eo modo valeant, quo in singulis monasteriis moniales intra numerum

Decretum sacræ Cõgregationis.

Congruit tit. de statu regul. in 6.

rum possunt admitti; quinimmo easdem sic supra numerum receptas, supranumerarias semper quo ad hoc remanere, etiam si in ceteris ab aliis nihil differant sed illis in omnibus pares, & æquales iuxta cuiusque monasterii institutum esse debeant.

Declarat insuper eadem Sacra Congregatio duplici eleemosynæ nomine intelligi semper debere duplicatam summam eius, quæ in receptione cuiusque monialis intra nummerum in quolibet monasterio constitutum erogari pro tempore consueuerit: ita tamen vt vbi summa, quæ confertur, minor est scutis ducentis, ibi saltem ratione duplicatæ eleemosynæ, soluenda sint scuta quadringenta, & non minus.

Eadem quoque Sacra Congregatio districte prohibet, ne loca per obitum monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam puellæ ad habitum regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, nisi sequuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum, & non antea de eis disponi ac in monialis demortuæ locum, promissionem, aut receptionem in Capitulo seu quouis alio modo fieri iubet, dummodo tunc temporis puella ipsa recipienda & ætatem habeat idoneam, & ceteras qualitates requisitas: quibus etiã præditas esse debere vult eas puellas, quæ supra numerum recipiendæ sunt iam tũc, cum eis loca vel promittuntur, vel dantur: si quid vero contra a quoquam fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & esse decernit. Ac nihilominus Abbatissas, Prioribus, & alios quoscunque Monasteriorum superiores, qui cuiusuis puellæ receptioni, vel admissioni, aut locorum vacaturorũ promissioni, seu concessioni aduersus præsentis decreti dispositionem consenserint priuationi vocis actiuæ, & passiuæ, aliisque arbitrio eiusdem Congregationis infligendis pœnis obstrictos, & obnoxios fore declarat, saluis etiam semper, & in suo robore permanentibus aliis quibuscunque ipsius Congregationis decretis alias, latis præsenti decreto non contrarijs, præsertim circa monialium admissionem, & receptionem ad habitum, & professionem, & circa eleemosynarũ depositionem, solutionem, & erogationem in bona stabilia, quibus nullatenus derogare vult, & intendit. Romæ die 6. mensis Septembris MDCIIII.

Alex. Card. Florent.

Berlingerius Gypsius Secr.

Romæ ex Typographia Camerę Apostolicæ MDCIIII.

MONTES PIETATIS.

Cõgruit titut. de vsuris.

PRÆTER Summistas sciendum est, Montes Pietatis licitos esse, & contrarium prædicantes excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrere Leonis X. Constitutione cauetur in Bull. fol. 189. incip. Inter multiplices & infra.

Leo. X.

Sacro approbante Concilio declaramus, & diffinimus montes Pietatis antedictos per respublicas institutos, & auctoritate Sedis Apostolicæ hactenus probatos, & confirmatos, in quibus pro eorum impensis, & indemnitate aliquid moderatum, ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illorum conseruationem (vt præfertur) pertinentium, pro eorum indemnitate duntaxat vltra

sortem

sortem absque lucro eorundem monitium, recipitur, neque speciem mali præferre, nec peccandi incentiū præstare, neq; vllo pacto improbari, quinimo meritorium esse, ac laudari & probari, debere, tale mutuum minime vsurarium putari, licereque illorum pietatem, & misericordiam populis prædicare etiam cum indulgentijs a Sancta Sede Apostolica eam ob causam concessis; Ac deinceps alios etiam similes montes cum Apostolicæ Sedis approbatione erigi posse. Multo tamen perfectius, multoque sanctius fore si omnino tales montes gratuiti cōstituerentur, hoc est, si illos erigentes, aliquos census assignarent, quibus si non omni saltem vel media ex parte huiusmodi montium ministrorum soluerentur impensæ, vt ad leuiorem æris soluendi portionem medio hoc, paupertes grauari contingat, ad quos cum huiusmodi census assignatione, pro impensarum supportatione erigendos, Christi fideles maioribus indulgentiis inuitandos esse decernimus, Omnes autem religiosos, & ecclesiasticas, ac sæculares personas, qui contra præsentis declarationis, & sanctionis formam de cetero prædicare, seu disputare verbo vel scriptis ausi fuerint, excommunicationis latæ sententiæ pœnam priuilegio quocunque non obstante incurrere volumus. Non obstantibus, &c. Datum Romæ in publica sessione in Lateranen. Sacrosancta Basilica solenniter celebrata anno incarnationis Dominicæ 1515. quarto nonas Maij Pont. nostri anno tertio.

Nauar. in Manua. confess. cap. 17. nu. 213 & Ioan. Lup. in repeti. c. nauiganti, commentario. 3. §. 3. de vsuris. fol. 117 & alii hanc constitutionem declarāt, & extat tractatus Card. Caiet de Monte Pietatis.

MVNERVM LARGITIO REGVLARIBVS VTRIVSQVE sexus interdicta.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod extat Constitutio S.D.N.D. Clementis VIII. de largitione munerum vtriusque sexus regularibus interdicta publicata Romæ die 2. Iulii 1594. tenoris sequentis.

Cōgruit tit. de statu mona seu. regul.

RElegiosæ Congregationes, ab insigni sanctitate viris Spiritus Sancti afflatu institutæ, tantas Ecclesiæ Dei vtilitates omni tempore attulerunt, vt ad eas conseruandas, & instaurandas Romani Pontifices prædecessores nostri, magnā iure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio, & natura, vt etiam quæ optime fundata, & constituta sunt partim hominum imbecillitate, & ad malum procliuitate, & partim Dæmonis astutia, paulatim deficiant, ac nisi cura peruigili sustententur, in deterius prolabantur; Idcirco Summorum Pontificum vigilantia, magnopere laborauit, vt Regularium Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinam restitueretur, aut salutaribus Constitutionibus communita, integra atque, incolumis permaneret. Quorum nos vestigiis pro eodem officii munere insistere, & Pastoralem illorum sollicitudinem (quantum) diuina adiutrice gratia, cupimus imitari. Quare ne exmuneribus, quæ a pluribus Religiosæ vitæ professoribus, ex Christi patrimonio, quibusuis hominibus quauis ex causa sæpe tribuuntur grauia incommoda, & mala, etiam boni specie existant, præcauere studentes; hac nostra perpetuo valitura Constitutione vniuersis, & singulis cuiuscunque ordinis mendicantium,

vel

vel non mendicantium bona immobilia, & reditus certos ex indulto Apostolico possidentium, vel non possidentium, seu cuiusuis Congregationis, Societatis, & instituti (non tamen Militiæ) Regularibus personis vtriuslibet sexus omnes, & quamcunq; largitionem, & missionem numerum penitus interdicimus. Sub qua prohibitione comprehendi volumus omnia, & singula Capitula Cõuentus, & Congregationis, tam singulorum Conuentuum, monasteriorum, Prioratuũ, Præpositurarum, Præceptoriatum, domorum, & locorum, quam Prouincialia, aut Generalia cuiuslibet Prouinciæ, siue vniuersi Ordinis Societatis, aut instituti: eorumque vel earum Camerarios, Commissarios, & quoscunque Officiales, & singulares personas: Ipsos etiam Ordinum, Congregationum, & Societatum huiusmodi Superiores quascumque dignitates obtinentes, etiam generales, & Prouinciales, Magistros Ministros, & quocumque nomine Prafectos, nec non Conuentuum monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Præceptoriarum domorum, & locorum quorumcunque Abbates, Priores, Præpositos, Præceptores, etiam maiores Guardianos Ministros, Rectores, atque Abbatissas, & alio quouis titulo Præsidentes, tam ipsis Regularibus, quam Locorum Ordinariis, seu quibusuis Superioribus subiectas vtriuslibet sexus ad vitam, vel ad tempus deputatos: adeo, vt nemo vnquam eorum, vel earum directe, vel indirecte palã vel occulte, tam communi, quam particulari, & proprio nomine, etiam sub quouis Statuti, vel consuetudinis, seu vetius corruptelæ, aut alio prætexto, vel quacũque causa nisi in Generali Capitulo, aut alia Generali Congregatione re matura discussa vna nimi cõsensu omnium Superiorumque permissa causa approbata fuerit quicquam tale attentare valeat.

Id autem ita absolute, & generatim vetitum intelligatur, vt neque omnino fas sit, quicquam donare, tam ex fructibus, redditibus, & prouentibus, collectis, vel contributionibus, aut oblationibus, siue eleemosynis, aut subsidiis certis, vel incertis ordinarijs, seu extraordinarijs, mensæ, seu massæ communis, vel cuiusuis Fabricæ, & Sacristiæ, quorum bona communiter, vt præfertur, administrantur, seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia, quam ex pecunijs, etiam, quæ a singulis quouis modo acquisitæ in commune conferendæ omnino sunt. Nec si per viam voluntariæ contributionis in commune congregentur. Nec si forsan priuatim, & nominatim cuilibet Religioso a suis Superioribus, vel a propriis affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, aut benevolis, vel a piis Christi fidelibus, etiam eleemosynæ, aut charitatis, & illius propriæ personæ intuitu attributæ, seu quoquomodo per quemlibet religiosum suo monasterio, Domui, aut Loco acquisitæ, eique, vt ad libitum de eis disponat per Superiores concessæ fuerint: Præterquam leuiora esculenta, aut poculenta seu ad deuotionem, vel Religioné pertinentia munuscula communi tantum, nunquam vero particulari nomine (vbi Superiori de consensu Conuentus videbitur) tradenda.

Sed, & huiusmodi missiones munerum ipsis Religiosis vtriuslibet sexus non solum per se, uerum etiam per alios, tam directe, quam indirecte prohibitas, declaramus.

Neque uero quispiam ab hac generali prohibitione se excusare ualeat, etiam si munera miserit, cuius personæ laicale, uel Ecclesiasticæ cuiuscumque status, gradus, dignitatis, ordinis, uel conditionis, & quauis non solum mundana, & Ducali, Regia, Imperiali, uerum etiam Ecclesiastica, & Pontificali, aut alia maiori, etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate fulgenti, etiam proprio loci ordinario, etiam ex causa, & occasione benedictionis, uel susceptionis habitus Regularis,

consu-

tonsuræ, aut Professionis monialium, tam sibi subditarum, quam non subditarum, aut ipsi etiam proprio ordinis, vel Congregationis Protectori, Viceprotectori, Generali, vel Prouinciali, aut cuiusuis Monasterii, Prioratus, domus, aut cuiuslibet alterius loci Regularis Superiori, aut alio quocunque officio, munere, aut dignitate fulgēti, vel cuicumque etiam simplici, & particulari Religioso, Ita vt inter ipsos quoque Religiosos (ne praua ambitione impulsi pro consequēdis in sua Religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur) quæcunque largitio, aut donatione munerum (nisi rerum minimarum, de licentia expressa; & inscriptis Superiorum) sit penitus interdicta.

Insuper prohibemus, ne vuquam eisdem Regularibus liceat vllas pecunias quoquomodo erogare in alicuius etiā benefactoris, aut Protectoris, vel ordinarii honorem, etiam occasione transitus, vel primi ingressus, aut ad beneficiorū acceptorum memoriam, gratique animi testificationem, seu pro prædictis personis quauis auctoritate, vel dignitate fungentibus honorifice, laute, & opipare excipiendis, seu pro quibusuis conuiuiis eisdem, aut cuiuis alteri quacunque occasione, vel causa exhibendis, vel pro commessationibus, aut computationibus quibusuis personis, tam eiusdem Ordinis Congregationis, Monasterij, domus aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhibēdis spectaculis etiam pij intra Ecclesias, monasteria, & domos sacras, seu pias, vel extra eas, in quibusuis publicis aut priuatis sacris, aut profanis locis, etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res pie gestæ, etiam in memoriam Passionis Dominicæ populis spectādæ proponuntur, aut alias in prædictis, siue in quibusuis rebus superuacaneis ad pompam, & ostentationem, aut ad obiectationem, vel paucorum lucrum, & priuata commoda quomodolibet pertinentibus, Nisi re ipsa pro diuino cultu, & veris Christi pauperum indigentis, seruato in hoc charitatis Ordine, & habita necessitate ratione, de consilio, & consensu Superiorum subleuandis, aut alias in reb. licitis, & per Capitulum Generale, aut Prouinciale non prohibitis, vel taxam ibi forsan præscriptam non excedentibus sumptus huiusmodi fiant.

Declarantes tamen per hæc laudabilem, & Apostolica doctrina sacrisque Canonibus commendatam hospitalitatem præsertim erga paupetes, & peregrinos nequaquam imminui, aut prohiberi. Quinimmo si qui redditus ad id vel ex fundatione, vel ex institutis statutis, aut consuetudinibus aliquorum monasteriorū, ordinum, aut regularium huiusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donātium voluntatibus siue alias applicati aut donati sunt eos omnino (vt decet) integre in vsus pios hospitalitatis huiusmodi erogandos esse; & præsertim in monasteriis, seu locis desertis, & ab laicorum ædibus longius remotis; vbi tamen paupetum & vere egenorum ratio in primis habeatur.

Si quos vero ditiores occasiones transitus, siue alias ex deuotionis, aut necessitatis causa eo diuertere contigerit, eos sane deceret Refectorio communi cum Religiosis, mensaque, & feculis communibus, nequaquam a ceteris distinctis contentos esse. Verum omnino ipsi Regulares in hospitibus huiusmodi potentioribus excipiendis ita se gerant, vt eis frugalitas, & paupertas religiosa prorsus eluceat.

Pari etiam ratione districte inhibemus, ne quispiam ex prædictis laicus alias, quam vt superius dictum est, vel Clericus sæcularis, vel regularis quocunque honore, præeminentia, nobilitate aut excellentia etiam S.R.E. Cardinalatus dignitate, præditus etiā Protector, Viceprotector, loci ordinarius, Prælatus Generalis.

Prouincialis aut monasterij, Domus vel loci cuiuslibet superior, eorumue affines propinqui, familiares, aut ministri vtriuslibet sexus, quicquam contra hanc superius expressam prohibitionem recipiant.

Quod si, vel ab aliquo particulari Religioso, vel a superiore quopiam Generali, Prouinciali, aut alio quocunque officio fungente, aut a Conuentu, Capitulo vel congregatione, siue ab vniuerso ordine, & Religione quicquam receperint; id quod acceperint suum non faciant. Verum ipso facto absque aliqua monitione, Iudicis decreto sententia, aut declaratione ad illius restitutionem omnino in vtroque foro teneantur: adeo vt restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiæ absolui possint.

Hanc autem restitutionem fieri volumus non priuatim ei religioso, qui donauit sed ei Monasterio, Domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si non de eius bonis datum est in quo idem Religiosus donãs professionem emisit, vel si nomine totius Capituli, Conuentus, aut Congregationis, vel vniuersi ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit, pariter cõmuni mensæ, aut massæ cuius nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur: ita vt nec qui donauit, nec Conuentus, Capitulum, Congregatio, ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel vt in pauperes eroget, concedere quoquo modo possit.

Quod si quis ex supradictis Regularibus vtriuslibet sexus cuiuscunq; gradus, ordinis, dignitatis, ac vbilibet locorum existentibus coniunctim, cum ceteris, seu diuisim nostrarum huiusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, iussionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit: statuimus, vt omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officijs eo ipso priuatus, ac ad illa & alia similia, vel dissimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuo, & incapax, ac perpetua infamia & ignominia notatus existat. Et præterea priuationem vocis activæ, & passiuę absque vllo Superioris decreto, aut ministerio ipso facto incurrat, nec nonvltra huiusmodi pœnas, etiam tanquam contra furti, & simoniæ criminum reum, tam per viam denunciationis, accusationis, aut querelæ, quam etiam ex officio procedi, & inquiri, condigniſq, supplicijs, affici debeat.

Pœnis alijs a iure statutis, ac per alias Constitutiones Apostolicas, aut propria cuiusuis Ordinis Congregationis, monasterij, Domus, aut loci, statuta, vel consuetudines contra personas aliquid præmissorum committentes forsan decretis, & inflictis, nihilominus in suo robore permansuris.

Quocirca vniuersis, & singulis modernis, & pro tempore existentibus locorum ordinarijs, eorumque Vicarijs, & Officialibus, nec non quorumcunque Ordinum, Prioratuum, Monasteriorum, & Domorum Superioribus, etiam Generalibus, seu Prouincialibus, ceterisque ad quos spectat, per Apostolica scripta mandamus; quatenus ipsi, & eorum singuli, quantum ad eos pertinet, curent omni studio, diligentia, auctoritate, & vigilantia præsentem Constitutionem firmiter, & inuiolate obseruari, & contra inobedientes, vel transgressores condignis pœnis animaduerti. Eosdem inobedientes, nec non contradictores quoslibet, & rebelles per opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis dictorumque Monasteriorum, Prioratuum, Domorum, Locorum, nec non Ordinum, Congre-

Congregationum, Collegiorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta effectus præsentis nostræ constitutionis impediri quomodolibet valeat, vel differri, & de quib. quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Quæ omnia quatenus præmissis in aliquo aduersentur, prorsus tollimus, & abrogamus, ceteriſque contrarijs quibuscunque.

Volumus autem, vt præsentes literæ in valuis S. Ioan. Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & in Acie campi Floræ publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimissis. Quodque earum exemplis, seu illorum compēdia in libris quorumcunque Statutorum prædictorum Monasteriorum, Prioratuum, Collegiorum, Domorum, Ordinum, & Congregationum (quo ad Moniales, in vernaculum, & vulgarem cuiusque Religiones sermonem versa) & a loci ordinario, qui id quam primum fieri curet, subscripta inserantur, & saltem quotannis in Capitulis, siue Congregationibus cuiusque earum alta, & intelligibili voce legantur. Et nihilominus post sexaginta dies a die publicationis (vt præfertur) in Romana Curia facienda vnumquemque citra Montes, vltra Montes vero post quatuor menses, perinde arctent, & afficiant, ac si cuique personaliter intimatæ, & per eos iuratæ fuissent.

Quoque earum transumptis etiā impressis manu Notarij publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ obsignatis eadem prorsus in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quę adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitę, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum interdicti, prohibitionis, declarationis, inhibitionis, statuti, mandati, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attētare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romę in Monte Quirinali. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo nonagesimo quarto, Tertio decimo Kal. Iulij Pontificatus Nostri Anno Tertio.

pro declaratione eius constitutionis vide Sotbum in Compendio priuilegiorum Mendicantium in verbo Dare.

INDVLGENTIAE.

PRÆTER Summistas sciendum est quod vltra dispositas per sacros canones, & decreta Concilij Trid. sess. 15. in fine in decreto de indulgentijs, & sess. 21. c. finali extat Constitutio Pij V. Reuocatoria indulgentiarum pro quibus consequendis manus adiutrices sunt porrigendæ tenoris sequentis.

Bulla S.D.N.D. Pij Diuina prouidentia Papæ V. Reuocatoria omnium Indulgentiarum, etiam perpetuarum, pro quibus consequendis manus adiutrices sunt porrigendæ, & quæ quæstuandi facultatem quomodolibet continent.

Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam Rei memoriam.

ETSI Dominici gregis Saluti sempet intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne cōcedere Nos, & Prædecessores nostris studuerint, per quæ

peccatorum mole depoſita ſalus ipſis ſuccedat,& hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucri faciant Altiſſimo,qui eas nobis ſua bonitate commiſit.id tamen propenſiori ſtudio nos præcauendum eſſe cenſemus,ne cuiuſuis Indulgẽtiæ,remiſſionis,vel facultatis obtẽtu,Chriſti fideles procliuiores ad illicita in poſterum committenda reddantur,aut facilitas veniæ eis peccandi tribuit incentiuum,& exinde Clauium auctoritas reducatur in contemptum, & Chriſti fideles quam plurimum ſcandalizetur. Sane cum ad auditum noſtrum ex diuerſis Mundi partibus quam plurimæ querelæ perlatæ fuerint,quo vigore diuerſarum indulgentiarum,& facultatum per prædeceſſores noſtros,ac etiam nos,vel auctoritate noſtra tam fabricæ noſtræ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Eccleſiæ S. Ioannis Lateranen.de Vrbe,ipſiuſque Eccleſiæ,Nec non S.Ioannis, & S.Lazari Hieroſolymitani ac S.Spiritus in Saxia,& S. Ioannis Lateranen.ac S. Iacobi, incurabilium de eadẽ Vrbe,Nec non S.Elmi,& S.Bouis,ac S.Gotardi,& S.Leu guzoni,nec non.S.Nicolai,& S.Bernardi Montis Iouij,nec non S.Leonardi,ac S.Marthæ nec non Sanctiſs. Crucifixi Syracuſanen.ac S.Mariæ de Monteferrato,hoſpitalibus,ac etiam S.Sebaſtiani prope,& extra muros dictæ Vrbis, Nec non S.Antonij de S.Antonio Vienen.diec,& redemptionis captiuorum Nuper Neapoli inſtituto monaſterijs,illorumque ac diuerſis aliis eccleſijs, Monaſterijs Hoſpitalibus, Militijs,confraternitatibus ,ſocietatibus,& pij locis,conceſſarum multi quæſtores ex eiſdem indulgentijs; Lucrum tempore tantum quærentes nominibus fabricæ,Eccleſiarum,hoſpitalium,monaſteriorum,militarum,confraternitatum,ſocietatum,& piorum locorum prędictorum in diuerſis Ciuitatibus & diœc.quæſtus facere,confratres deſcribere,cappellas,& oratoria erigere,illiſque erectis Indulgentias huiuſmodi communicare,& in diuerſis gradibus a iure prohibitis diſpenſare,ac plura etiam concedere,quam eis vigore facultatum prædictarum licitum ſit,ipſique lucro intenti,pecuniaſque potius,quã Chriſti fidelium ſalutem quærentes,ac eiſdem indulgẽtiis ſic abutentes,quęſtum ex illis particularem facere conantur,variosque,& diuerſos quæſtores commiſſarios,procuratores,receptores,theſaurarios,factores,nuncios,& alios miniſtros,conſtituere qui non ſolum ſupradicta,ſed etiam plura alia eis nunquam conceſſa facere, & cõcedere; Nec non locorum ordinarios illorumque in ſpiritualibus Vicarios generales,& officiales,ac miniſtros,eccleſiarumque,& ordinum prælatos,ſuperiores,& perſonas quæſtus huiuſmodi impedientes cenſuris eccleſiaſticis innodare & alias in pluribus grauiter excedentes in diuinæ maieſtatis offenſam, ac fuarũ, & Chriſti fidelium animarum perniciem,ac ordinariorum perturbationem, & piarum mentium ſcandalum,præſumunt,Nos qui Deo propitio Gregis Dominici,meritis licet inſufficientibus,Curam gerimus, & illum ſpiritualis Theſauri elargitione cupimus ipſi Deo reddere acceptabilem,ex prędmiſſis,& aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus,felicis recordationis Calixti, Quarti Clementis VII.Pauli III Iulii ſimiliter III.& diuerſorum aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorũ veſtigiis inhærentes, motu proprio nõ alicuius nobis ſuper oblatæ petitionis inſtantiam,ſed de mera noſtra voluntate , & deliberationeſomnes,& ſingulas. Indulgentias,etiam perpetuas, & peccatorũ remiſſiones fabricæ,& eccleſiæ huiuſmodi,nec non S.Ioannis Hieroſolymit.etiã pro conſtructione , & ædificatione illius nouæ Ciuitatis prædictis in quibuſuis aliis hoſpitalibus,monaſteriis,eccleſiis,domibus,militiis,ordinibus, etiam mendicantium Congregationib. confraternitatibus,& vniuerſitatibus , & pijs locis,illorumque ordinibus,capitulis,conuentibus, magiſtris , ſuperioribus , &

tam

tam ſęcularibus, quam quorumuis etiam mendicantium ordinum Regularibus perſonis tam ſingulariter, quam vniuerſaliter per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos ſub quibuſcunque tenorib. & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ex quibus vis etiam vrgentiſſimis cauſis, etiam cauſa redemptionis captiuorum, & alias quomodolibet conceſſis, pro quibus conſequendis manus ſunt porrigendæ, adiutrices, & quæ quæſtuandi facultatem quomodolibet continent, illarum omniũ tenores, formas, derogationes, & decreta præſentibus pro expreſſis habentes auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac viribus vacamus. Et inſuper perpetuo hac noſtra valitura conſtitutione decernimus, quod ex nũc de cetero ſub indignationis noſtræ pœna prætextu indulgentiarum, & facultatum per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedẽ Apoſtolicam, etiã motu, ſimili, ac Sedis Apoſtolicæ legatos, & alias quomodolibet conceſſarũ, & quas a nobis & ſede prædicta impoſterũ verbo, literis, aut quauis alia ſcriptura, etiã manu noſtra ſignata; etiam cum clauſula quod ſola ſignatura ſufficiat, etiam in fauorem fidei, aut cruciatæ ſanctæ, vel cuiuſcunque alterius piæ cauſæ, etiã priuilegiatæ concedi quomodolibet contigerit, nullus quauis etiam epiſcopali, archiepiſcopali, & patriarchali, aut maiori dignitate, etiam cardinalatus honore, ſeu etiam regali, vel temporali excellentia præfulgeat, audeat, vel præſumat quæſtus facere, aut nuncios, quæſtores, cõmiſſarios theſaurarios, receptores pro illis recipiẽdis in dictis hoſpitalibus, Eccleſijs, domibus, monaſterijs, militijs, & aliis ſupra nominatis, vel pro eis aut illorum nominibus alibi conſtituere, & deputare, niſi ex ſpeciali licentia, & ex certa ſcientia noſtris, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis de qua per literas noſtras, & eiſdem Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, locorum ordinariis, vel eorum in ſpiritualibus, vicariis, ſeu officialibus derogationem præſentis noſtræ conſtitutionis illius tenore de uerbo ad verbum inſerto expreſſe continentes, nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, conſtare debeat. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis veneralibus fratribus noſtris patriarchis primatibus, archiepiſcopis, & Epiſcopis, quatenus, in ciuitatibus & dicœc. ſuis præſentes noſtras literas publicare, & obſeruare debeant, rogante ſq; omnes, & ſingulos principes ſæculares, & alios dominos magiſtratus temporales, eiſque per viſcera miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorũ ſuorũ iniũgẽtes, Quatenus in præmiſſis eiuſdem Patriarchis, Primatib. Archiepiſcopis, & Epiſcopis aſſiſtant, & ſuũ auxiliũ, & fauorem, præſtẽt cũ auxilio brachij ſęcularis. Nõ obſtantib. præmiſſis, ac quibuſuis Apoſtolicis. Nec non in Prouincialib. & Synodalib. concilijs editis Generalibus, vel ſpecialibus, Conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non fabricæ Eccleſiæ Hoſpitalium, Monaſteriorum, Militiarum confraternitatum. ordinum, Capitulorum, conuentuum aliorumque locorum prædictorum, & quorumuis illorum membrorum, eccleſiarum, etiã Cathedralium, & Metropolitan. etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimẽtis, vſibus & natis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis & præſertim Sancti Ioannis, & Sancti Lazari, ac Sancti Spiritus in Saxia Hoſpitalibus. Nec non Sancti Antonii, de Sãcto Antonio, & Sãctorũ Nicolai, & Bernardi mõtis Iouii monaſteriis, ipſorumque monaſteriorum, Hoſpitalibus ſingulorumque eorum

conuentibus, superioribus, & personis præfatis per quoscunque Roman. Pontifices prædecessores, ac Nos, & Sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis etiam motu simili, & ex certa scientia, ac quauis etiam Imperiali, vel Regali Consideratione, vel instantia, & alias quomodolibet concessi, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illius eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, habentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus, contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas nõ facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad uerbum, de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentes literæ in cancellaria nostra Apostolica & Acie Campi Floræ de more publicentur & in Constitutione Perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret, easdem præsentes ad singula quæque loca deferri volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarii subscriptis, ac alicuius sigillo Prælati munitis eadem prorsus fides adhiberetur. Quæ adhibeatur si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, decreti, mandati, iniunctionis, derogationis, voluntatis, & declarationis infringere, vel eausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingẽtesimo, sexagesimo sexto. Sexto idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, indictione decima. Die vero Decima septima mensis Februarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pii Papæ V. Anno secundo, retroscriptæ literę Apostolicæ affixę, & publicatę fuerunt ad valuas Cancellarię Apostolicę, & acie Campi Florę Per nos Antonium Clerici, & Ioannem Andream Rogerium Prefati. S. D. N. Papę cursores.

Scipio de Octauianis Magister cursorum.

De reuocatione indulgentiarum confraternitatum, & illarum aggregationis forma vide clem. 8. & Pauli V. supra in uerbo confraternitates. De reuocatione & noua cõcessione indulgẽtiarũ extat sequens constitutio Pauli Papæ V. ad perpetuam rei memoriam Romanus Pontifex, &c.

Paulus

Paulus Papa Quintus ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex in Beati Petri Sede constitutus, cui inter alia cęlestis Indulgentiarum thesauri dispensandi cura incumbit, solicite prospicere debet ac solerter, vt huiusmodi Indulgentiarum dispensatio,& vsus ad Dei gloriam, & animarum salutem præcipue dirigatur,& ne ex illarum multiplicitate confusio, aut inanis interpretatio exoriatur. Proinde cum fe:re: Clemens Papa viij. Prædecessor noster magna cum diligentia,& solicitudine procurauerit abusus, & coruptelas, tum in communicando Indulgentiarum thesauros, tum in modo illo recipiendi irreptos tollere,& propterea sua quadam Constitutione formam aggregandi,instituendi,& recte administrandi Societates, & Confraternitates præscripserit,licet morte præuentus hanc piam eius voluntatem ad finalem executionem deducere,neque etiam,vt cogitauerat,circa Indulgentias a plerisque Romanis Pontificibus Prædecessoribus,Religionibus,& Ordinibus Monasticis,& Mēdicantibus diuersis temporibus concessas aliquid deliberare potuerit. Nos, qui nullis nostris meritis,sed sola Dei benignitate ad summi Apostolatus officium vocati sumus,susceptum a tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes, vbi primum Catholicæ Ecclesiæ regimen suscepimus, Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus ad hoc opus a dicto Clemente Prædecessore deputatis,de quorum numero tempore ipsius Clementis Prædecessoris eramus,iniunximus,vt in illo opere ad vlteriora progrederentur, & Indulgentias Regularibus concessas recognoscerent,iisque recognitis tem nobiscum communicarent.Cum itaque præfati Cardinales priuilegia,concessiones,& gratias prædictis Religionibus, & Ordinibus concessa diligenter inspexerint, & examinauerint,ac eorundem Ordinum Superiores,& Officiales pluries audiuerint,ac circa easdem Indulgentias varia dubia,& incertitudines,& confusiones adesse cōperierint,& ex iudicio eorundem etiam Regulariū, vel aliquorum ex illis nobis proposuerint valde expedire,pro eorum maiori securitate,& beneficio, vt indulgentias ipsis Religionibus,& Ordinibus ad instar,vel per communicationē, aut alio modo hactenus cōcessas annullaremus,& reuocaremus,ac alias particulares illis concederemus.Nos matura super hoc consultatione præhabita,cupientes personis Regularibus quibuscunq; quorūuis Ordinū,tam Monasticorū,quā Mēdicātium spirituale solatium,& iuuamen afferre,infrascriptas Indulgentias,quas personis Regularibus intra clausura,aut extra, cum licentia tamen suorum Superiorum legitima de causa illis concessa degentibus tantummodo suffragari debere declaramus, concedendas duximus. Omnibus igitur Christi fidelibus, qui canonice,& iuxta ordines cuiuslibet Religionis, & Constitutiones Apostolicas habitum regularem a legitimis Superioribus causa profitendi in illo susceperint, die primo eorum ingressus in ipsam Religionem,si vere pęnitentes,& confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam; Ac cuilibet Nouitio,qui pęnitens, & confessus, ac Sacra Communione refectus post completū probationis annum professionem emiserit,etiam Plenariam; Nec non cuilibet Religioso intra clausura sui Monasterii viuenti,qui in festo principali sui Ordinis cōfessus,& sacra Cōmunione refectus fuerit,aut Missam recitans pro Christianorū Principum cōcordia, hæresum extirpatione, Romani Pontificis salute,ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deū preces effuderint, etiam Plenariam;

In cuiuslibet vero mortis articulo, si pariter vere pœnitens, & confessus, ac sacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequiuerit, saltem contritus nomen Iesu ore, si potuerit, sin autem corde, deuote inuocauerit, etiam Plenariã. Qui vero ad præsbyteratus ordinem canonice promotus, & confessus primam Missam celebrabit; nec non etiam ijs Religiosis qui pariter confessi, ac sacra Communione refecti eidem Missæ interfuerint, aut ipso die Missam similiter celebrabunt, etiam Plenariam; Iis vero qui de suorum Superiorum licentia a negotijs per decem dies alieni in Cella commorabuntur, aut ab aliorum conuersatione separati in piorum librorum, & aliarum rerum spiritualium animos ad deuotionem, & spiritum inducentium lectionibus operam suam dederint, addendo sæpe considerationes, & meditationes mysteriorum fidei Catholicæ, diuinorum beneficiorum, quatuor Nouissimorum, Passionis Domini nostri Iesu Christi, & aliorum exercitiorum, orationum iaculatoriarum, aut vocalium saltem per duas horas in diem, & noctem orationibus mentalibus sese exercendo, faciendo eodem tempore confessionem generalem, aut annualem, vel ordinariam, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, aut Missam celebrauerint, quoties pro quolibet prædictorum exercitiorum Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præterea] iidem Religiosi intra claustra viuentes; qui suam Ecclesiam deuote visitauerint, & vt præfertur orauerint, consequantur easdem Indulgentias, quas visitantes Ecclesias Vrbis, & extra eam diebus Stationum consequuntur, in omnibus diebus, perinde ac si ipsas Vrbis Ecclesias personaliter visitarent. Omnibus item Religiosis intra claustra vt supra viuentibus, qui quinquies Orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante Altare eorum Ecclesiæ in quolibet die quinque Annos, & totidem quadragenas; iis vero qui de suorum Superiorum licentia in itinere existentes, aut extra claustra degentes, tanquam Prædicatores, & Lectores quinquies eandem orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante quodlibet Altare similiter dixerint, etiam quinque annos, & totidem quadragenas: Nec non etiam eisdem Religiosis, qui per mensem integrum singulis diebus spacio mediæ horæ orationem mentalem fecerint, ac confessi, & sacra communione vltima Dominica mensis huiusmodi refecti fuerint, sexaginta annos, & totidem quadragenas: Qui vero contrito corde, & pœnitentes eorum culpas, & peccata, ac imperfectiones in Capitulis Culparum accusabunt, & spiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos, & totidem quadragenas. Quotiescunque autem de licentia Summi Pontificis, aut suorum Superiorum in Ditiones, & Terras infidelium, aut hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel infideles, & hæreticos ipsos ad fidem Catholicam conuertendum, & Ecclesiæ gremio reducendum missi fuerint, si pœnitentes, & confessi, ac Sanctissima Communione refecti fuerint, vel Missam celebrauerint, vt melius ad huiusmodi opus sese parare valeant, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri se accingent, & quando in prouinciam, vbi prædicta opera eis exercenda erunt, ingressi fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino pariter concedimus, & elargimur. Et insuper cum Superior in visitationibus generalibus orationes quadraginta horarum pro bono visitationis progressus collocare voluerit, ijs Religiosis, qui dictis orationibus saltem spacio duarum horarum in diuerso tempore interfue-

rint,

rint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Romani Pontificis, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, nec non disciplinæ, & obseruantiæ regularis augmento pias ad Deum preces, vt supra dictum est, effuderint, si confessi, & Sacra Communione refecti fuerint, aut Missam celebrauerint, Plenariam similiter omnium peccatorum Indulgentiam, & remissionem vt præfertur, concedimus. Volumus autem, vt omnes supradictæ Indulgentiæ, & gratiæ Religiosis regularibus cuiusuis Ordinis, tam Monastici, quam Mendicantis duntaxat, vt præfertur concessæ, etiam omnibus Monialibus cuiusuis regulę approbatæ, & intra claustra cum tribus votis solennibus viuentibus, & perpetuā clausuram seruantibus tam Ordinarijs Locorum, quam etiam regularibus cuiuscunque Ordinis, regulæ, & instituti subiectis suffragentur. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Ceterum omnes, & singulas Indulgentias quibuscunque Ordinibus, & Institutis regularibus huiusmodi, etiam Mendicantibus, & quibuslibet personis regularibus, tam vigore priuilegiorum, & literarum Apostolicarum, quam viuæ vocis oraculo, aut alias quouis modo per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem hactenus concessas, & confirmatas, approbatas, & innouatas, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo reuocamus, cassamus, annullamus, & abrogamus, & ad præsentium nostrarum literarum prescriptum reducimus, & moderamur. Non obstan. quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac eorundem Ordinum, & Institutorum Regularium, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus priuilegiis, quoq; indultis, & literis Apostolicis, etiam Mare magnum, & Bulla aurea nuncupata eisdem Ordinibus, & Institutis, eorumque Monasteriis, Conuentibus, Collegiis, Domibus, Superioribus, & personis in contrarium præmissorū quomodolicet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis, & ad verbum, in sertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, et impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicui personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē fides habeatur vbique, quæ præsentibus ipsis originalibus literis haberetur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Annulo Piscatoris, die xxiii. Maii M.D C VI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

Romæ, ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ. M. DC. VI.

S.D.N.D.SIXTI PAPAE. V.

Bulla Elargitionis Indulgentiarum, & applicationum, ijs qui Christianorum, qui inseruntur, Imperatorum numismata deuoto animi affectu penes se tenuerint, aut alijs fidelibus accomodauerint, vel tandem Ecclesias, in quibus ea fuerint asseruata, visitauerint.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

LAVDEMVS viros glorioſos, Chriſtianos præſertim Imperatores, in ijsque pro Chriſtiana religione tuenda, & propaganda, pie, ac præclare geſſerunt, dum pietatis zelo, virtutis magnitudine, & Imperij maieſtate vere Auguſti, eiuſdem religionis, quam omnibus gentibus, omnibuſque, nationibus, Deus voluit Apoſtolicis vocibus prædicari, cultum totis in Chriſto viſceribus amplexi, vſque adeo ſuis quiſque temporibus de hac Sacroſancta Sede, cui, auctore Domino, licet immeriti præſidemus, egregie promereri ſtuduerunt, vt vera, & orthodoxa fides, ex Apoſtolico hoc fonte dimanãs, tunc eorum ope, & patrocinio munita propulſatis hoſtium oppugnationibus, toto terrarum orbe diffuſa floreret, omniſque lingua confiteretur, quoniam Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris; eorum ſane ipſorum, quos conſtituit Dominus propugnatores, & defenſores Eccleſiæ ſuæ Illuſtria pie recteque factorum exempla, ad omnem gloriam inſignia, imitationiſque ſtudio digniſſima, ac merita præclara, cum ſemper pro grati in eos animi teſtatione, & officio commemorare debemus; tum hoc potiſſimum tempore, quo nobis eorum memoriam renouandi mirifica diuinitus obla ta eſt occaſio, id impenſius faciendum arbitramur. Nam cum ab ipſo noſtri Pontificatus initio, ad exornandam nouis ædificijs Lateranenſem præcipue Balicam, nullis parcentes impenſis, animum adieciſſemus, effectum eſt, non obſcura diuinæ voluntatis ſignificatione, vt demoliendis quibuſdam Aulæ Latera nenſis peruetuſtis, ac pene collabẽtibus parietibus, complura antiqua diuerſis in locis recondita numiſmata, ex auro puriſſimo obryzo confecta inuenirentur, in quibus ex vna parte ſalutiferæ Crucis ſignum, aut imago aliqua eadem Cruce inſignita cernitur; ex altera vero vultus effigieſque expreſſæ ſunt diuerſorum veterum, qui ante annos circiter mille floruerunt, Auguſtorum Imperatorum, nimirum Theodoſij Senioris, duorum filiorum eius Arcadii, & Honorii, nec non Theodoſiii Iunioris, Valentiniani Tertii, Marciani, Leonis, Iuſtini, Iuſtiniani, Tyberii, Mauritii, Phocæ, & Heraclij: qui etſi longo locorum interuallo diſiuncti, Vrbem Romam, ne fortaſſe quidem omnes vnquam viderint, Magni tamen Conſtantini piiſſimi Imperatoris exemplo, & munificentia excitati, ad declarandum pietatis ſuæ ſtudium erga glorioſos Apoſtolorum Principes, & fortiſſimos Chriſti Martyres, quorum innumerabilis multitudo in hac Sancta Ciuitate requieſcit, & quorum præſenti ope, & auxilio, domi foriſque votis ſuſceptis, ſæpe-

numero

numero Rempublicam fortiter,& feliciter administrauerãt, & clarissimas de hostibus victorias reportauerant, huius Almæ Vrbis sacras Basilicas, atque hanc in primis Sacrosanctam Lateranensem donariis, & oblationibus quamplurimis, Augustali pietate,& magnificentia dignis, cumularunt,diuersisque aut nouorũ, ædificiorum extructionibus, aut veterum instaurationibus,pro temporum varietate, ornarunt. Quod cum alia multa antiquitatis monumenta,tum vel hæc ipsa nuper reperta aurea tot inclytorum Imperatorum numismata testantur; religioso plane consilio, & occulto quodam Dei instinctu in his ædificiis reposita, vt post multa sæcula, aliquando tandem patefacta, in lucemque prolata, eorundem Imperatorum singularem religionem, & perpetuam erga Sanctam Romanam Ecclesiam deuotionem,insigni apud posteros testimonia comprobarent. Qua in re diuinam prouidentiam agnoscimus,suspicimus,atque admiramur, quod calamitoso hoc tempore,cum tam multi Crucis Christi Domini hostes Catholicæ fidei veritatem impiissime oppugnant, prędictorum Imperatorum effigies in ipsa Lateranensi Basilica, vbi primus idem Magnus Constantinus Augustus sacri Baptismi lauacro emundatus est,simul reperiri voluerit,quæ summam eorũ erga inuictissima Crucem,pietatem,& eximiam religionem aperte palamque profiterentur.

Theodosij igitur Senioris Imperatoris religiosissimi memoria in benedictione sit,qui se Nicænæ fidei defensorem accerrimum præstitit,qui lege edita,eam se tãtum fidem sequi,quam a Beatissimo Apostolo Petro Romanis traditam Damasus Pontifex docebat,apud cunctos populos publice testificatus est; qui in Ecclesiæ cultu ac veneratione,disciplinam imitatione dignam, non solum legibus edictisque professus est,sed etiam mirifice coluit: qui denique ob grauem Thessalonicensium cædem a Sancto Ambrosio Episcopo publice correptus,& ab ingressu Ecclesiæ repulsus,insigni Christianæ humilitatis exemplo,reuerẽter abstinuit, & impositam ab eodem Ambrosio pœnitentiam humiliter suscepit,libentique animo adimpleuit:quo obedientiæ,& pœnitentiæ exemplo,is qui claustra Imperii Christi Domini sic validis præsidiis ante munierat, non solum Reipublicæ hostes summouit,verum etiam Christiani nominis gloriam feliciter adauxit.

Sed,& duorum filiorum eius Archadii,& Honorii nomen cum benedictione meminisse libet,qui pietatis ac disciplinæ præceptis,institutisque a Sancto Arsenio Romanæ Ecclesiæ Diacono instructi, vt Christianam religionem propagarent,vbique terrarum simulacra idolorum confringi,earumque templa dirui,legibus sanxerunt. Catholicæ porro fidei integritatem constantissime retinentes, hæreticos omnes Imperii viribus coercuerunt:quod communes ab eis promulgatæ leges adhuc ostendunt.

Illud autem proprium Honorii Occidentale Imperium regentis, quod Basilicam Sancti Pauli a Valentiniano Iuniore amplificari cœptam, omnibus partibus absolui,atque exornari curauit,quodque Beato Augustino firmissime Ecclesiæ columnę,in comprimendis,& propulsandis Africanis hæreticis,magno adiumento fuit.

Id quoque laudi potissimum Arcadio tribuitur,quod cum eius militibus contra Persas bene pugnantibus, Cruces aereæ in vestibus apparuissent; vt victoriæ diuinitus partæ monumentum vbique extaret, is auream monetam cum eodem Crucis ligno fieri voluit.

Atque Theodosio quidem Iuniore,Arcadij filio, in Oriente, & Valentiniano Tertio,eorundem Arcadii,& Honorii sororis filio,in Occidente Imperii gubernacula

nacula tenentibus, sancta tertia vniuersalis Ephesina Synodus contra impium Nestorium, ex beatissimi Cælestini Romani Pontificis auctoritate, indicta, & celebrata est: quo tempore amborum Imperatorum pietas, in fouenda, tuendaque eadem Synodo, & Ecclesiæ pace per Sanctorum Petrum definitionem procuranda magno pere eluxit.

Valentinianus autem beatæ memoriæ Sixti Tertij Pontificis hortatu, ipsius Basilicæ Lateranensis fastigium argenteum a barbaris ereptũ, magna in id opus erogata pecunia, refecit, ac Sancti Leonis Pontificis cultor eximius, vbertimum suæ pietatis fructum tulit; cum eius etiam precibus, idem beatissimus Pontifex, immanissimum Attilam, Flagellum Dei vocatum, diuina sua eloquentia atque auctoritate placauit ac deterruit, horribilemque tempestatem iam imminentem, ab ipsa Roma, atque a tota Italia auertit.

Marcianus vero, simulatque ad Imperium euectus est, ad eũdem Sanctissimũ Pontificem Leonem literas dedit, pietatis, & ergo Apostolicam Sedem obseruantiæ plenas. Quare Apostolica auctoritate, & Catholici Imperatoris adiumento, magnum illud sexcentorum triginta Episcoporum Calcedonense Concilium ad uersus Eutychem, & Dioscornum, coactum est, in quo Marcianus ipse insigni elogio nouus Constantinus est appellatus.

At Leo Cæsar, Dei spiritu, & crebris Sancti Leonis Papæ epistolis roboratus, nullis se hæreticorum machinis passus est a Catholicæ fidei constantia, & Chalcedonensis Synodi propugnatione dimoueri.

Nec verbo prætereundus nobis est vere pius, & Catholicus Imperator Senior Iustinus, qui Sanctum Germanum Capuanum Episcopum, Sanctissimi Hormisdę Papæ Legatum, tanquam Angelum Domini, summo cum honore excepit; cuius Imperatoris pietas hoc quoque promeruit, vt beatum Ioannem summum Pontificem, Constantinopolim ad se venientem videret, admirabili sanctitate vitũ, & postea martyrij gloriam illustrem, ad cuius ille pedes, Christum in eo agnoscens, procubuit, Deo clarissimum illum congressum insigni miraculo comprobante, cum in ipso aditu portæ aureæ, cæco supplicanti ab eodem Summo Pontifice lumen est restitutum.

Magnis etiam laudibus efferãdus est Iustinianus ille; qui tot rebus fortiter, sapienterque gestis, Magnus merito est appellatus; sed profecto sui ipsius victoria & erga Apostolicam Sedem obedientia multo maior: nam cum zelo Catholicæ Religionis, cõfessionem ueræ ac orthodoxæ fidei, quæ in Sancta Dei Ecclesia prędicatur, & simul hæresum damnationem, de Catholicorum Episcoporum cõsensu, proposito edicto, feciſſet omnibus manifestam; ac deinde per suas litteras, & Legatos, reddens Apostolicæ Sedi, & Sancto Ioanni Papę Secundo debitum honorem, & reuerentiam, pro singulari studio quod gerebat de vnitate omnium, præsertim Orientalis tractus Ecclesiarum, illarumque Sacerdotem, cum ipso ac eius Sede, tanquam earum capite, seruanda atque custodienda, etiã suæ fidei cõfessiones, ac illud ipsum edictum transmisisset, humiliterque postulasset, suis illa literis, & Apostolicæ Sedis iudicio comprobari; atque ipsis quoque diebus B. Petro Principi Apostolorum pretiosa munera obtulisset: idem Sãctus Pontifex, & dignis eum laudũ præconiis extulit, & quæ in ipso edicto continebantur, veluti Apostolicæ doctrinæ cõsentanea, suo iudicio atque auctoritate confirmauit. Cũque postmodũ ipse Iustinianus Imperator a Theodora cõiuge deprauatus, a Beato Agapito Pontifice vehementius cõtenderet, vt Anthymum hæreticũ Patriarcham ad communionem admitteret, eiusque electionem cõfirmaret, eoque constantissi-

stantissime recusare minas precibus admisceret; Sanctus Pontifex zelo fidei incensus, exclamauit: Ego ad Iustinianum Imperatorem Christianissimum venire desideraui, sed Diocletianum inueni: qua inuicti animi constantia permotus Imperator, ac tandem erroris caligine detersa, ad veritatis lucem emergens, seipsum totum ad parentis in Christo optimi voluntatem conformauit, hominemque hæreticorum loco dejci, & Catholicum Episcopum Mennam ab eodem Sancto Pontifice consecrari, non solum patienter, sed etiam libenter tulit; præclara Christianis Principib. exemplo relicto, vt paternas Christi Vicarij admonitiones, & obiurgationes æquissimo animo ferrent, memores verbi Domini: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit.

Iam vero Tyberij Constantini nomen cum laude commemorandum est, quē Vrbis Romæ conseruatorem appellare licet, quod eam a Longobardis grauissima obsidione oppressam, magnaque rei frumentariæ angustia laborantem, larga frumenti copia ex AEgypto transmissa, a famis simul, & obsidionis calamitate paternis sanctæ memoriæ Benedicti Primi Summi Pontificis cohortationibus liberauerit. Hic cum Sanctum Gregorium Magnum adhuc Diaconum disputantem audisset, Eutychij Patriarchæ, veram tractabilemque corporum resurrectionem negantis, librum statim comburendum in ignem iniecit. Idem Sanctæ Crucis signum ita coluit, vt aliquando, cum humi eam in lapide sculptam vidisset, statim tolli, & decenti loco collocari iusserit; vt iam minus mirādum sit, quod Magnus Crucis cultor, Crucis imaginem in aureis nummis, eleganter, vt videmus, curauerit exprimendam.

Commemorandus est etiam iure optimo Mauritius vir fortissimus, cuius filium idem Gregorius, cum adhuc Diaconus Constantinopoli Apostolicum Legatum ageret, ex Sacro Baptismi fonte leuauit; postea vero Pontifex factus, eidem Mauritio locupletissimum pietatis testimonium præbet, dum illum in suis epistolis hominem multarum lachrymarum, orationum, ieiuniorum, & eleemosynarum fuisse commemorat: certe de Apostolica Sede, & vniuersa Italia egregie est meritus, quod exercitu comparato, Ducibus in Italiam missis, Francorum auxilijs aduocatis, omni denique diligentia adhita, Longobardorum furorem non medioeriter repressit.

Nec minori dignus est præconio Phocas Imperator, qui cum de more conaretur se Catholicæ religionis defensorem perpetuum futurum, Sanctissimo iureiurando obstrinxit, & summam ab ipso Christo Domino Romanæ Ecclesiæ traditam auctoritatem, & potestatem præclare intelligens, publice edixit, vt eandem Sanctam Romanam Ecclesiam, tanquam omnium Ecclesiarum primam, atque caput omnes, & agnoscerent, & profiterentur.

Hunc autem clarissimum cœtum merito claudi Heraclius Augustus, nouissimus eorum, quos supra enumerauimus, qui Sacrosanctam Crucem illam ipsam, in qua vitæ auctor pependerat, & mortem moriendo superauerat, decimo quarto non postquam venerat in potestatem Persarum, felicissime recepit; eamq; suis humeris, abiecto Imperatorio amictu, calceisque detractis, in ipsum Caluariæ Monte, in Passionis Christi memoriam, magna cum humilitate reportauit.

Nos igitur aliquam augustissimæ eorundem Imperatorum memoriæ gratiam non immerito referre cupientes, Charissimis in Christo filijs nostris Romanorum Imperatori electo, ac Regibus, & dilectis filiis nobilibus viri Principibus, quos in visceribus Christi gerimus, quædā ex supradictis aureis numismatib. singulare paterni nostri amoris erga ipsos pignus misimus, vt ad similē virtutis, &

Religio-

Religionis laudem excitentur, & se Ecclesiæ Romanæ filios, Catholicorum Principum successores,& Crucis Christi defensores esse crebrius reminiscantur; veteres in hoc quidem Sanctos Pontifices prædecessores nostros, præsertim eundem Beatum Gregorium Papam imitati, qui Regibus, & Principibus, ac primariis viris,aureas Cruces,& claues paruulas,quæ claues Beati Petri dicebantur,mittere consueuerant quæque collo appensæ,& Religiose gestatæ miraculis coruscabant; quędam vero alia ex eisdem numismatibus dedimus Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,reliqua vero eodem modo pijs, & præstantibus viris iam distribuimus.

Vt autem ab omnibus & singulis Christi fidelibus, quibus a nobis tradita iam sunt,deuotius,ac Religiosius,& cum spirituali animarum fructu gestentur,decreuimus,ad Sanctissimæ Crucis honorem,& glorioſam memoriam Imperatorum, eadem numismata,præcipuis gratijs,& Indulgentijs amplissimis, ex nostra Apostolica benignitate insignire.

Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi:ūniuersis,& singulis Christi fidelibus vtriusque sexus, quodcunque ex his numismatibus penes se gestantibus, quoties eorū aliquis ante salutiferæ Crucis signum,aut sacram aliquā imaginem pertransiens, aperto capite venerationem tribuerit, aut genu flexerit,orationem Dominicam vel Salutationem Angelicam pronunciando, toties ei centum annos, & totidem quadragenas.

Singulis autem diebus,si ter orationem Dominicam, Salutationemque Angelicam,aut semel psalmum Miserere mei Deus,seu,De profundis clamaui, deuote recitauerit,annos ducentos,ac etiam totidem quadragenas.

Item quoties ad Deum mentem eleuauerit, illiusque diuinam opem imploraverit,etiam ducentos annos,& quadragenas.

Si vero quocunque Dominico,aut festo die,coronam beatissimæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ,etiam pia deuotione recitauerit,annos trecentos,& totidem quadragenas.

Ac si conscientiam suam mane aut Vesperi,cum emendationis proposito examinauerit,ac de male ante acta vita,veniam supplex a Deo misericordiarum patre postulauerit,similiter trecentos annos,& totidem quadragenas de sibi iniunctis,vel alias quomodolibet per eum debitis pœnitentiis, misericorditer in Domino relaxamus.

Atque, vt eosdem fideles ad pietatis opera exercenda, eo etiam magis inuitemus,eorum cuilibet,quoties pro hæreticorum reductione,infidelium conuersione,Christianæ atque Ortodoxæ fidei propagatione,& sanctæ matris Ecclesiæ tranquillitate,& exaltatione,ac inter Principes Christianos pace,& concordia,Deum precando,orationem Dominicam,& Salutationem Angelicam quinquies deuote dixerint, easdem illas indulgentias ac peccatorum remissiones, quæ vnam e septem præcipuis Vrbis Basilicis visitantibus concessę sunt,concedimus,& impartimur.

Quod si quis peccatorem a via perditionis, veluti ab hæresi,blasphemia, aliisque eiusmodi sceleribus, & peccatis, ad viam salutis conuerterit, aut si certe in eo laborauerit,aut si inter discordantes pacem conciliauerit, aut quantum in se est, procurauerit, concedimus, vt Sanctorum sacrificiorum, ieiuniorum,orationum, ac quorumuis aliorum piorum operum, quæ in omnibus ordinibus, & Congregationibus regularibus Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ fiunt, non secus ac si vniuſ-

vniuſcuiuſque earum proprium membrum foret, eo ipſo particeps efficiatur.

Præterea vnicuique vere pœnitenti, qui peccata ſua alicui ex Sacerdotibus idoneis, & ad id approbatis confeſſus fuerit, & ſacram ſumpſerit Euchariſtiam, aut Miſſam, ſi Sacerdos fuerit, celebrauit, quoties id fecerit, toties ei plenariam.

Aut ſi in mortis articulo conſtitutus, numiſma collo appenſum, aut quouis modo ſecum habuerit, pronunciato nomine Ieſu, corde ſaltem, ſi ore nequiuerit, etiam plenariam.

Atque itidem militibus, aut aliis, qui aliquod huiuſmodi numiſma ſecum habentes contra infideles vel hæreticos, aut alios S.R. E. hoſtes pugnauerint, præſertimque ſi ibi eos mori contigerit, Ieſu nomine vt ſupra inuocato, pariter plenariam omniū peccatorum ſuorum indulgētiā, & remiſſionē, auctoritate præ dicta, tenore præſentiū, etiā miſericorditer in Domino cōcedimus & elargimur.

Vtque defectus, & negligentiæ, animique diſtractiones, quæ ex humana fragilitate in diuini Officii recitatione, Miſſarumque celebratione, vel auditione Sacerdotibus, aut Clericis, vel laicis contingere ſolent, aut horum etiam ob iuſtum impedimentum prætermiſſio, ex deuota huius numiſmatis geſtatione, Corona tamen Beatæ Mariæ Virginis pie recitata, aut ſaltem pronunciato Pſalmo, Miſerere mei Deus: ſuppleri, & compenſari poſſint, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus.

Quicumque autem aliquod huiuſmodi numiſma habuerit, ipſum pro ſuo arbitrio in teſtamento, aut alia vltima voluntate, cui voluerit Eccleſiæ, nec vero cui quam alii, abſque ſpeciali noſtra, aut noſtrorum ſucceſſorum conceſſione, relinquere, aut donare poſſit.

Quam quidem Eccleſiam, in qua fuerit dictum numiſma repoſitum, feſtis diebus Inuentionis & Exaltationis Sanctæ Crucis, vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus vtriusque ſexus, vere pœnitentibus, & peccata ſua confeſſis, deuote viſitantibus, ſimiliter plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem damus, concedimus, & elargimur.

Quod ſi quis numiſma habens ab inteſtato deceſſerit, volumus, vt illud ad propinquiorem eius domicilio Eccleſiam, cum iiſdem gratiis, facultatibus, & indulgentiis pertineat.

Cuicunque nihilominus in articulo mortis conſtituto, de conſilio eius Confeſſarii, ipſum numiſma liceat commodare, qui itidem omnes ſupradictas indulgentias & peccatorum remiſſiones valeat obtinere.

Poſtremo, vt animabus quoque Chriſti fidelium in Purgatorio exiſtentibus, quæ per charitatem Domino Noſtro Ieſu Chriſto vnitę ex hac vita migrauerint, quęque antea quam decederent aliorum Chriſti fidelium ſuffragiis iuuari meruerunt, de cęleſtibus Eccleſię theſauris, quorum diſpenſatores a Domino ad animarum ſalutem conſtituti ſumus, paterne ſubueniamus; diuina miſeratione confiſi, concedimus, vt quoties quilibet aliquod ex huiuſmodi numiſmatibus ſecum habens, pro dictarum animarum ſalute, præmiſſa, eorum ue aliqua adimpleuerit, vel quicunque alius Eccleſias, in quibus eadem numiſmata reponi cōtigerit, dictis feſtis Inuentionis, & Exaltationis Sanctæ Crucis viſitauerit, ipſæ animæ, pro quibus infecerit, efficaciſſimis Ieſu Chriſti Dòmini Noſtri meritis, ac eiuſdem beatę Mariæ ſemper Virginis, Sanctorum Angelorum, Apoſtolorum Martyrum, Confeſſorum, Virginum, omniumque Sanctorum, & Sanctarū precibus & interceſſionibus ſuffragantibus eaſdem indulgentias & peccatorum remiſſiones conſequantur.

Præſen-

Præsentes vero literas, sub quibusuis similium vel dissimilium Indulgentiarũ, & gratiarum reuocationibus, suspensionibus, abrogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, per nos vel successores nostros Romanos Pontifices, etiam Motu proprio & ex certa scientia, ac in fauorem Cruciatæ Sanctæ, vel alias quomodolibet faciendis minime comprehendi, sed quoties illæ emanabunt, toties easdem præsentes ab illis exceptas, & nisi de eis expressa & individua mentio fiat, aduersus illas in pristinum & validissimum statum restitutas, ac de nouo concessas esse, & censeri, & perpetuo validas & efficaces fore, ac supradictis personis & Ecclesiis, perpetuis futuris temporibus suffragari debere decernimus & declaramus. Non obstantibus nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac aliis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, vt præsentium literarum exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo obsignatis, eadem prorsus fides vbique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Calendis, Decembris, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Tho. Thom. Gualterutius.

Registrata apud eundem Thomam Secretarium.

A. de Alexiis.

NVLLITAS

Congr. titul de iudiciis.

PRÆTER Summistas sciendum est, extare Constitutionem S. D. N. D. Clementis Papæ VIII. de Nullitatibus alias, quam ex defectu iurisdictionis, citationis, aut mandati in quocunque Tribunali status ecclesiastici non attendendis, Romæ publicatam die 22. Martii 1593. tenoris sequentis.

Litium dispendiis, & ambagibus, præsertim inter personas curæ, & iurisdictioni nostræ, etiam in temporalibus subiectas occurrere, quantum in nobis est, cupientes, statutum fel. rec. Pii Papæ IV. prædecessoris nostri, ne iudicet Almæ Vrbis nullitates attendant, nisi ex defectu citationis, iurisdictionis, aut mandati, sed illis non obstantibus ad expeditionem causarum procedant, ad omnes, & quoscunque iudices, ordinarios, & delegatos, magistratus, & officiales, in quibus ditionis nostræ temporalis ecclesiasticæ, Prouinciis, & Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & locis quamcunque iurisdictionem exercentes, & quauis auctoritate, & dignitate fungentes, hac nostra perpetua valitura cõstitutione extendimus, & amplianus, atque in quocunque Tribunali, aut Curia seculari, vel ecclesiastica firmiter, & inuiolate seruari, sicque & non aliter per quoscunq; ex ipsis iudicibus, etiã causarum Palatii Apostolici Auditores, etiam S. R. E. Cardinales, ac legatos etiam de latere, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in quacunque causa, & instantia etiam nunc pendente, aut in futurum mouenda, ecclesiastica, prophana, ciuili, & criminali, aut mixta iudicari, & diffiniri, & qui-

& quibuscunque nullitatibus præter superius expressas, nequaquam attentis, ad expeditionem causarum earundem procedi debere præcipimus, & mandamus, Decernentes irritum, &c. Non obstantibus, &c.

ORDO.

PRAETER Summistas in hoc verbo sciendum est, quod in materia Ordinationum vltra disposita per anteriores canones, ac per Conc. Trid. præsertim sess. 23. a c. 2. vsq. ad 18. & sess. 21. c. 2. & sess. 7. c. 10. & 11. (cuius Concil. Trid. decreta referuntur per extensum in Pontif. nouissime edito iussu S. D. N. D Clem. viij. In prin. in tit. de ordinibus conferendis) extat etiam quatuor Summorū Pōtificum Constitutiones nempe Pij 2. Pii v. Sixti v. & Clementis 8. & eiusdem declarationes editę per Sacram Congregationem, quas referam. Prima est Pii Secūdi contra promotos ante legitimam ætatem, aut extra tempora, aut sine dimissoriis in Bullar. fol. 79. tenoris seq.

Cum ex sacrorum ordinum collatione, character inuisibilis animæ imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum: in eorum susceptione excessus graues tanto magis plectendi sunt quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaque (sicut dignorum relatione non nisi moleste accepimus) nonnulli clerici extra tempora a iure statuta, quidā ante ætatem legitimam, aliqui vero sine dimissoriis literis, contra sanctiones canonicas, se faciunt ad sacros ordines promoueri: nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt aliis in posterum committendi similia aditus præcludatur, auctoritate Apostolica, hac constitutione perpetuo valitura statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli, qui absque dispēsatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora a iure statuta, sine ante ætatem legitimam, vel absque dimissoris literis, etiam citramontanis, præterquam si in hoc vltimo casu per Cameram Apostolicam, iuxta illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri) a suorum ordinum executione, ipso iure suspensi sint, & si huiusmodi suspensione durante eisdem ordininus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea vltra alias pœnas in tales generaliter a iure inflictas, beneficiis ecclesiasticis possint iure priuari. Volumus autem, quod præsens nostra constitutio, in Romana Curia existentes, post quindecim dies; absente vero Italicos post duos menses; alios vero Vltramontanos, post sex menses, ab ipsius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apostolica, publicatione, & affixione, ligare incipiat. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ 1461.

Colliguntur ex d. Pii 2. Constitutiones tria requisita in promouendo ad sacros ordines circa quæ plura consideratione digna, & vix frequentia ex diuersorum Doctorum dictis ad communem vtilitatem breuiter, & distincte annotare, & in vnum redigere curaui. Primum ergo requisitum est, vt sit in ætate legitima, in qua hodie attendi debet decretum Sacros. Concil. Trident. sess. 23. de ref. cap. 12, per quod disponitur, vt nullus ad Subdiaconatum ante 22. annum, ad Diaconatum ante 23. & ad Presbyteratum ante 25. promoueatur, & corrigitur tex. in clem. generalem de ætat, & qualit. & sufficit annum esse incæptum. Nauar. in manua. cap. 25. sub num. 116. & in consil. 6. de ætat. & qualit. in antiq. & hoc fauoris causa l. ad rempublicam §. annus ff. de mun. & honor. Imol. in d. clem. generalem, nu. 14. in fine. Sylues. in verbo Aetas, sub nu. 4. qui igitur ante dictam

ætatem ad aliquem ex prædictis ordinibus sacris promouetur, est ipso iure suspensus ab ordinum executione, & si in eo præsumpserit ministrare, efficitur irregularis, prout sancitur in hac extrauag. Quam amplia primo, vt non tantum sit suspensus vsque ad legitimam ætatem superuenientem, ita vt ipsa accedente cesset impedimentum, vt iuris est iux. tex. in cap. vel non est compos. de temp. ordinan. & communem esse opinionem fatetur, Couar. in clem. si furiosus par. 1. §. 1. nu. 4. de homicid. sed per hanc extrauag. est perpetuo suspensus, donec absolutionis beneficium consequatur, prout animaduertit Rebuff. in prax. benef. par. 2. tit. de cler. ad sacr. ord. male promot. glos. 4. num. 3. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 61. Secundo amplia in accipiente presbyterarum ante ætatem legitimam, vt ex vi huius extrauag. ex vno, eodemque actu suspensionem simul, & irregularitatem incurrat, antequam ipse solus alias celebret, nam cum in eodem actu ordinationis vtatur ordine presbyteratus, postquam illum assumpsit, concelebrando, & consecrando cum Episcopo, irregularis iudicandus est, Nauar. in cons. 4. de cler. excom. minist. in antiq. ita testatur Lopez ad Diaz. in pract. cri. can. c. 26. tenuisse quosdam grauissimos viros Societatis Iesu, cum inter eos de hac dispensatione sermo haberetur, quam Nauarri doctrinam aduertendam esse inquit F. Hier. a Sorbo in Compen. Priuileg. Mendic. in verbo ordines sacri vers. Item notando secundo, subdés hoc non occurrere in susceptione aliorum.

Ampliatio illa innixa, & fundata ex Nauarri auctoritate, scilicet Sacerdotem ordinatum ante legitimam ætatem, qui cum Episcopo Ordinãte concelebrat incurrere, & suspensionem simul, & irregularitatem coadiuuantur etiam ex dictis per Didac. Couar. in relect. c. Alma mater. par. 1. §. 3. sub num. 5. Verum oppositum tenet Mẽdinam sequens Henriq. in summa lib. 14. de irregular. cap. 3. sub §. 6. vt scilicet fiat suspensus ab Ordinis officio, sed nõ fiat irregularis ratione, de qua ibi per eum, qua ratione motus Rodriquez in sum. par. 1. c. 168. concluſ. 2. a Nauarri opinione recedit, & huic contrariæ hæret. Accedit etiam huic sententiæ Sayr. li. 4. thes. cas. conse. c. 16. nu. 23. & lib. 6. c. 12. nu. 11. & longe altius probabiliorem demonstrat, & confirmat Suarez, de censur. disputat. 31. sect 1. pag. 561. quam, & nos vti benigiorem, & maiori Doctorum calculo fulcitam, ac validioribus rationibus munitam libentius recipimus, eoque maxime cum praxis Cancellariæ hos non reputet irregulares, vt latius significatur per Apostillam ad cons. Nauarri ibi citatum, quod in postrema editione est octauum in ordine sub eod. titul. de cler. excomm. &c. Illud autem frequentissimo omnium calculo receptum est, vt Regularis, qui ante legitimam ætatem presbyteratum suscipit, non contrahat irregularitatem exercendo actus solum in sacerdotio constitutis conuenientes, veluti si vsus fuisset statione, & sessione inter Sacerdotes, vel electione tam actiua, quam passiua ad solos Sacerdotes pertinente, ex dictis per Innocent. Panor. & alios in capitul. fin. de excess. prælat. Idque amplia procedere etiam si præfati actus essent deputati Ordini Sacerdotali per aliquod Ordinis statutum, seu iure particulari constitutionum alicuius Religionis, eo quia non sunt diuina officia, vt in terrminis consuluit Nauar. cons. 9. de cler. excom. minist. in nou. & habetur per Roderic. tom. 3. quæst. regul. q. 23. art. 12. & in sum. par. 1. cap. 166. concluſ. 1. peccat tamen secundum præfatos Doctores talis Religiosus exercendo prædictos actus honoris ei ratione Sacerdotalis Ordinis cõuenientes.

An autem durante suspensione respectu episcopi ante legitimam ætatem ordinantis a collatione ordinum per text. in d. capit. vel non est compos, & glos. & Doct.

& Doct. in d. clem. generalem, si interim celebraret fieret irregularis, vide Philip. Franc. in capitul. 1. §. scituris, sub num. 4. de sent. & re iud. in 6. Rebuff. loco cit. glos. 2. num. 7. & Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 30. numero 9. Hæc ætatis probatio quot modis fieri possit, de hac re latissime inter alios scripserunt Mandos. in in comment. ad regul. Cancell. Regul. 18. a qnæstion. 5. vsque ad 10. Cascard. tomo 2, de probat. conclus. 667. & plurib⁹ seq & Menoch. lib. 2. de præsumpt. præsumpt. 51.

Deuenio ad secundum requisitum, quod est, vt dicti ordines sacri recipiantur temporibus a iure statutis, & concordat Concil. Trid. sess. 23. c. 8. quæ qualia sint, habes in can. fin. 75. distin. & in cap. de eo, de tempo. ordin. & de ratione quare potius in temporibus ibi præscriptis, quam alijs ordines sacri conferantur, & quare potius in die Sabbati quam alijs dieb. vide per Rebu. loco præalleg. gloss. 1. num. 8. & infra, & Lopez loco etiam citat. & in Catechismo ad Paroch. in titul. de ordinis sacram. folio 206. in magnis. Amplia vt non suffragetur, neque vllam obtineat firmitatem consuetudo, qua contrarium esset introductum cap. sane, de tempor. ordin. Limita vbi ex speciali Summi Pontificis indulgentia per Breue fuerit facultas episcopo concessa in fauorem alicuius ordinandi de eum promouendo extra tempora in diebus dominicis, seu festiuis Rebuf. ibidem nu. 12. & stylum Curiæ Romanę hoc obseruare testatur Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 14. nu. 9.

Quo ad tertium requisitum, scilicet circa literas dimissorias, quæ in terminis præsentis Constitutionis sunt quoddam medium, per quod quis ab alieno episcopo promoueri possit, dicimus triplicem esse posse episcopum ordinarium, qui illa concedere valeat iux. tex. notab. in c. cum nullus, de tempor. ordin. in 6. originis, beneficij, & domicilij, & quo ad primum non sufficere originem paternā, de qua plura tradit Cæsar de Gras. decis. 15. sub tit. de probat. sed intelligi de propria, & sic vbi natus est ipse ordinandus. Doct. in d. c. cū nullus, qui ante factū consulunt ita tenendum, & post factum censent haberi pro excusatis tam ordinantem, quam ordinatum.

Circa secundum ratione beneficij intellige primo etiam si beneficium non esset tale, propter quod quis eximeretur a iurisdictione primi episcopi, vt quia beneficium nō requirat residētiam, ita scribētes in d. tex. & præter eos Henriquez sum. lib. 10. de ordinis sacram. cap. 22. sub §. 1. in glo. & nos d. text. in hac parte locum habere intelligimus, dummodo beneficium, quod possideret, sit sufficiens ad victum, iux. decretum Conc. Trid. sess. 21. de ref. c. 2. nam lex noua declarat veterem l. non est nouum ff. de legi. & quæ quantitas sufficiat ad honeste sustentandum, est arbitrarium, vt dictum fuit supra in verbo beneficiorum resignatio in octaua causa. *Quando Episc. possit conferre ordines ratione beneficij.*

Secundo intelligi etiam si beneficium esset in vna diœcesi, sed esset subiectum alteri Episcopo, nisi esset subiectum etiam quo ad iura episcopalia, vt ex mente Imolæ ibi, sub nu. 5. aduertit Gemin. ita vt in hoc casu ad istum spectet dare hanc licentiam ad ordines, & non ad illum in cuius diœcesi situm est beneficium. Tertio intellige nisi beneficium conferatur in fraudem. Franc. ibidem, sub num. 3. gl. in c. eos qui. in verbo figmento de tempo. ord. in 6.

Circa tertium ratione domicilij asserunt ijdem Doct. quod potest quis in momento absque temporis expectatione acquirere domicilium, quando scilicet trāsferret se ad habitandum in aliquo loco, expresse declarando se habere animum ibi perpetuo manendi, & domicilij contrahendi, sed Rota Rom. in decis. diuers.

decis.150.num.8.par.2.dicit,non sufficere illam animi declarationem,quia requiritur etiam aliquis actus significatiuus domicilij,puta quod emerit domum, Socin.optime in cap.fin.num.25.de foro compet.ad cuius rei plenem cognitionem,habendam,quando scilicet ex coniecturis probetur domicilium mutatum, & alibi constitutum,videndi sunt Abb. in capit.fin.de Paroch. Felin.in c.dilectus,el 2.de rescript.Petr.de Vbald.in tract.de canon.Episcop.& Paroch.cap.7. Mascard.de probat.conclus.534.Menoch.de arbitr.iudi.lib.2.centur.1.casu.86. & aliqua tradit Afflict.dec.384.& Henriquez.in suprad.cap.22.§.2.Sed quantunc ad hunc effectu ordinandi admodum R.P. Maritus in publica lectura de sacramentis in titul.de ordine Neap.habita in templo Societatis IESV tenuit, quod Episcopus possit ordinere aliquem ratione domicilij, quando in eum locum commigrauerit ibi habendo, vel tranferendo maiorem partem bonorum animo ibi perpetuo manendi,qui animus iuramento declarari potest,in eo loco domum emerit,& aliquos annos habitauerit:si vero non habeat bona, requiritur habitatio per decennium cum animo perpetuo manendi.l.2. C. de incolis lib.10.Hoc tamen intellige,quando quis ratione domicilij habens alia requisita a iure vellet initiari prima tonsupra,vel ordines minores suscipere,vel ad subdiaconatum promoueri.nam si esset primo ad Subdiaconatū ordinatus ab Episcopo originis ad tit.beneficii requirentis residentiā,ad tit.patrimonii pro necessitate,& vtilitate ecclesiæ,& alibi domicilium transferret, non posset ab Episcopo ratione domicilij contracti,vt sup. ordinari ad Diaconatum,& presbyteratum ad eundē tit.nisi audito primo Episcopo,in causa ob quam fuit ordinatus adhuc duret,quia tunc ad eundem remitti debet,vt inseruiat ecclesiæ, cui fuit ascriptus.

Vertitur tamen dubium,an si quis promoueatur ad sacros ordines cum literis dimissoriis Vicarii generalis satisfactum sit huic constitutioni. Respondeo negatiue,& omissis citationibus quam plurimorum Doctorum, quos pro hac tuēda congerere possem,quod,inquatn,ad officium Vicarii huiusmodi facultas non extendatur,tenet in specie Rebuff.in prax.benef par.1.tit. de forma Vicar. num.47.Sbroz.de Vicar.Episc.lib.2.q.41.& late comprobat Mandos.contraria diluendo in comment.in regul.Cancell.Apostol.tom.2. regul.24.q.2.quæ conclusio primo limitatur,quando Vicarius haberet speciale mandatum ab Episcopo, vt huiusmodi lite dimissoriales ad ordines etiam sacros. concedere posset. glos.in d.capit.cum nullus §.inferiores.in ver. non extendat, & fatentur Præd. Doct.quibus adde quod tale mandatum præsumitur procedere quando Vicarius publice pro habente hanc auctoritatem reputaretur, veluti quia talem licentiam ad ordines recipiendos tribueret præsente, & sciente Episcopo. Crescent.decis.1.num.4.sub tit.de offic.Vicar.imo cum perleurantes huiusmodi licentias impetrare, non soleat deueniri ad illam inquisitionem, an Vicarius habeat ad id sufficiens mandatum vel ne,ista bona fides, vniuersalis credulitas, ac reputatio debet sufficere saltem ab excusando a pœnis huius constitutionis, & in alijs iuribus contentis.Ita Mādos.d.q.6.num.7.qui etiam inferius nu.15.arbitratur quod ad hāc excusationem nō sufficiat simplex credulitas,sed tūc demū,quādo veniret iustificāda ex eo quod talis promotue vidisset innumeros antea similiter ordinari cum literis aliorum Vicariorum generalium, quibus eam facultatem habere halsque licentias concedere solitis,successisset præsens Vicarius,qui eis nō tribuit licentiam.Secundo limitatur quando Episcopus ageret in remotis, vt clare liquet ex d.c.cum nullus.§.Episcopo.vbi glos.in ver.remotis, Crescent. d.de-

d.decis.1.num.3.licet Sbroz. vna cum Rebuff.tutius existimet, vt etiam in casu absentiæ Episcopi specialiter in literis Vicariatus hæc potestas exprimatur,& intellige,vt in hoc casu validæ,sint dimissoriæ Vicario concessæ,etiam mortuo ipso Episcopo in remotis agente,si de eius morte non constabat Henriq. de c.22.sub nu.3 in glos. An vero hoc possit Vicarius capitularis Sede vacante tractatum fuit supra in verbo Capitulum Sede vac.q.10.fol.138.

Amplia hanc extrauag. vt nihilominus literæ dimissoriæ requirantur in promouendo ad sacros ordines ab Episcopo alieno,etiam si esset persona cognita,& eius qualitates supponantur,cum non sit facienda differentia inter cognitum,& alios,ex eo quod hæc constitutio literas dimissorias requirat pro forma,quæ inducta videtur,cum non solũ disponat super illo actu faciendo, sed vltra procedat,ibi.s.a suorum ordinum executione. Dec.cons.455. nu.7. & quando est data forma semper,& omnino est seruanda cap.cum dilecta de rescript. & ita concludit Mand.in d.reg.24 q.3.Secundo amplia, vt pœnæ huius constitutionis non tollantur per superuenientem ratihabitionem proprij prælati, quam partem ex pluribus ad cõtraria respondẽdo firmat Mandos.loc.cit.q.4.& Rebuff. in prax. benef.par.1.tit.de formula dimis.liter.nu.11.& 29.& verioré arbitratur Ignat. Lopez.loco superius alleg.dicens, quod opinio contraria ansam præstaret Episcopis, vt hoc quæsito colore alienos ad ordines promouerent,& inde innumerabilia damna orirentur, ideoque dicendum per hanc const. non procedere iura antiqua,item,& dicta glossarum,& Doctorum de ratihabitione cõualidante ordinationem. Neque per hoc inferimus ipsam ratificationem omnino superuacaneam esse operabitur enim aliqua,de quib.per Nauar.cons.25.& 43.de tempor. ordin.in antiq.Maiol,de irreg.lib.1.c.20.nu.1.& Paris.de resignat.benef.lib 4.q.2.num.87.

Limita in eo,qui per triennium fuerit commoratus cum aliquo Episcopo, vt ab eo ordinibus insigniri possit absq; dimissoriis proprii Episcopi,dummodo statim,& sine fraude ei beneficium conferatur ex decreto Concilii Trid. sess.23. de ref.cap.6.quod primo intelligeprocedere,& locum obtinere in illis familiaribus qui cum Episcopo cõmorantur,id est præsentes suis obsequiis assistunt,alioquin secus,si absentes fuerint in regione remota,etiam si ipsius sumptibus viuant. Mastol.lib.4.de irregul.c.2.num.5. Lopez ad Diaz.d.cap.26. qui Doctores rationem afferunt,cum propter hanc absentiam minime posset Episcopus illius mores noscere,& triennium ad hoc esse præfixum Concilio. Secundo intellige vt ipsa collatio beneficii,super qua fundatur validitas collationis ordinis eodem tempore cõcurrere debeat,vt in d.cap.9.Conc.Trid.& ratio quare Concilium requirat beneficii collationem,est,vt ordinatus ab Episcopo non suo ratione beneficii efficiatur de eius foro,sitque ei subditus.Rota Rom.in decis.diuers.731. num. 15. vol.1.quę colligitur ex Gemin.& Franc.in cap.cum nullus,de temp.ordi.in 6.illamque prædicti Domini de Rota asserunt militare etiam in prima tonsura, & Sacram Congreg.Cardinalium Concilii Trid. interpretum censuisse d. decretum habere locum tam in minoribus, quam in maioribus ordinibus, & vtroque casu opus esse beneficii collatione,habetur in eadem decis.numero 3. & illud idem innuere videtur Nauar.in cons.24.num.1. de temp. ord. in antiq. Et per eandem Congreg. diffinitum fuisse refert Paris. libro 4.de resignat. benef. quæst.2.num.92. non satisfecisse prædicto decreto eum, qui ordinauit, & post elapsos vndecim menses contulit beneficium. Tertio intellige, vt quamuis Episcopus possit ordinare familiarem suum triennalem alias tibi non subditum,ne

queat tamen dispensare super interstitiis temporum, neque si esset illegitimus ad minores ordines illum habilitare, vt per plura in vtroque negatiuam partem sustentando deducit Nauar. in consil. 27. & 28. de temp. ord. in antiq. Quarto, & denique intellige non habere locum in familiaribus Episcoporum titularium, a quibus nec ad primam tonsuram promoueri possunt, etiam prætextu familiaritatis continuæ, & commensalitatis suæ, absque proprii prælati expresso consensu, & literis dimissoriis de eod. Conc. Trid. sess. 14. de ref. cap. 2. & ratio esse potest cum isti titulares nó habeant d. œcelim, in qua ordinatus fiat domiciliarius Henriq. loc. in glos. citato.

Pœna episcopi ordinantis non subditũ ide Suarez de censuris fol. 501. col. 1.

De pœna Episcopi ordinantis eum, qui sibi subditus non est, sed alterius dicecesis, non habita eius ordinarii licentia, habetur in c. 2. & fin. de temp. ord. in 6. & in Conc. Trid. sess. 22. de ref. c. 8. in quibus iuribus disponitur vt per annum sit suspensus ob ordinum collationem. Hinc oritur dubium, an ista suspensio extendatur ad omnes ordines, an vero restringatur tantum quo ad eos, quos sic male cõtulit, de quo vide Io. Monac. in d. c. 2. nu. 6. & Gemin. sub nu. 5. vbi Io. Andreas, nu. 2 inquit, Episcopum hac pœna in duobus casibus non teneri. Primus est quando ipso probabiliter ignorante alienus clericus furtiue, vel ex simplicitate se in multitudine ordinandorum ingesserit. Secũdus casus si deceptus esset ista ignorãtia facti, potuit enim esse, quod ordinatus detulerit literas furtim impetratas a Cancellario sui Episcopi, & ita resident, Ordinatus vero cum dimissoriis falli est suspensus, quia habetur ac si sine dimissoriis.

Quinã excusentur apœnis huius extrau.

Quibus sic specialiter examinatis ampliã rursus extendendo totam huius extrauag. dispositionem, vt non solum comprehendat clericos sæculares, sed etiam regulares, & monachos, super quo tanquam indubitato nõ insisto, idque ex pluribus comprobati Mandos. in d. regu. 24. quæst. 2. Limita vt non sit irregularis, qui contra huius constitutionis dispositionem ordine sacro insignitus in eo ministrauerit bona fide, sine dolo sibi licere putans, alioquin non facturus Nauar. in cap. accepta, oppos. 8. sub num. 34. de restit. spoliat. & hoc propter verbũ præsumpserit in ea appositum, cum dispositio puniens aliquid præsumentem, non comprehendat eum, qui id bona fide, ignoranter, aut imprudens, seu inaduertens facit iux. doctrinam singularem Cardin. in clem. 1. q. 39. de priuileg. relatam supra in verbo Alienatio sub nu. 9. ideoque si quis bona fide parentum testimonio credendo se legitimam ætatem habere, cum non habeat, ordinatus fuerit, non incurrit vllam pœnam, neque est cur scrupulis ob id angi debeat, inquit idem Nau. cons. 50. de temp. ord. in antiq. qui tam in d. c. accepta, quam etiam in man. cap. 27. num. 156. Idem dicendum affirmat de eo, qui temerarie quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate, per pœnitentiam purgato peccato illius malæ susceptionis ordinem exercuerit, existimans id sibi licitum esse. Prædictam Nauarri mitigationem sequi videtur Couar. in clem. si furiosus. par. 1. §. 1. nu. 4. in fine. de homicid. & Ignat. Lopez d. cap. 26. Fuscus vero in tract. de visitat. lib. 2. cap. 28. sub nu. 37. illam non ita simpliciter recipit, eo quod non deceat ignorare, quod communiter omnes sui ordinis sciunt, sed vt prodesse possit attenta qualitate personæ, vt facilius dispensetur, & sic vt liberetur a tanto, non a toto, & Toled. in sum. lib. 1. cap. 46. vers. Quarta habetur, illam intelligit, quando scilicet taliter ordinatus putabat sibi licuisse ex probabili ignorantia facti, secus si crassa facti ignorantia, aut iuris ignorantia fuit, vt tunc suspensionem incurrat, cum præsumere dicatur, & attestatur hoc sequi Tribunal Supremi Pœnitentiarij.

Notan-

Notandum, quod in ordinato ante legitimam ætatem dupliciter potest prædi iuris ignorãtia contingere, & primo ignorando ætatem a iure præscriptam ad Sacros Ordines suscipiendos, & tunc (nisi esset inuincibilis) quia accedens ad ipsos ordines suscipiendos, illud ius tanquam vulgare, & commune scire tenetur, vix sine culpa illud ignorare potest, secundo modo accidere potest ignorando hoc ius speciale, extrauag. Pij. II. imponentis suspensionis pœnam ipso iure, quo casu etiam illius pœnæ ignorantia non impedit, neque excusat, quominus illa incurratur: conferret tamen dum ignoraret se suspensum ipso facto ad excusandam irregularitatem, si in ordine sic suscepto ministraret, ita concludit Suarez de censuris disputat. 31. sect. 1. suspensione 5. Quo vero ad ignorantiam facti non erit inutile dubitare, An stante, quod Ordinatus presbyter ante legitimam ætatem propter bonam fidem a principio a suspensione ipso facto liberatus fuerit, sicuti ex Nauarro ibi posuimus, si postea aduenente mala fide, & sciens se non habere legitimam ætatem, antequam illam ingressus fuerit, celebrauerit, contrahat irregularitatem. Huic dubitationi negatiue respondetur per Roderic. tomo 3. q. regular. q. 23. art. 14. licet toties, quoties sacra fecerit, mortaliter peccasset, sed sibimetipsi contradicit, cum contrarium cum Medina sentiat in sum. par. 1. c. 165. sub nu. 3. & de ætate singulis Ordinibus ecclesiasticis requisita late agit Ioan. Gutier. lib. 1. Canon. quæst. c. 26.

Secundo limita ex comm. Doctorũ sententia, hanc Cõstitutionem non habere locum in minoribus ordinibus, cum id ex eius præfatione, & verbis clare colligatur. Rebuff. in prax. benef. par. 2. ti. de cler. ad sacr. ord. male promot. glos. 3. Mandos. in cad. reg. 24. quæst. 1. Lopez, & Toler. locis citat, ita vt si quis contrauenie do dispositioni huius extrauag. ad minores tantum ordines initiatus fuerit minime suspensionis pœnam incurrat, voluit etiam Nauar. in man. cap. 25. num. 70. & in pluribus aliis locis. Verum vigore decretorum Conc. Trid. sess. 6. de ref. c. 5. & sess. 14. c. 2. secus est in ordinato ad minores ordines absque literis dimissoriis propriis prælati, si quidem ipso iure est suspensus ab executione ordinum sic susceptorum, nec gaudet priuilegio clericali præsertim in criminalibus ex decreto Concilii Trident. sessione. 7. capit. 10. de reformatione, ex quo sequitur, quod iste talis exercendo solenniter actum ordini minori deputatum, proprium, & peculiarem incurreret irregularitatem, in qua solus Papa dispensat. Nau. in man. capitul. 25. sub num. 76. & capitul. 27. sub. num. 163. vbi declarat illa dici deputata alicui ordini, quorum faciendorum specialis potestas traditur in ordinatione exemplificando vt ibi per eum, secus si exerceret non solenniter tanquam laicus, cum laici ex consuetudine interdum exerceant officium minorum ordinum. Idem Nauar. in d. capitu. 27. sub num. 42. & 44. idque ex D. Thoma, & D. Antonio. Tertio limita, vt in irregularitate contracta in casibus huius extrauag. possit Episcopus dispensare in foro conscientiæ, si delictum est occultum vigore facultatis concessæ a Concil. Trident. sessi. 24. de ref. capitul. 6. & quando dicatur occultum iuxta terminos Concilii. Declarant Nauar. in man. capitu. 27. numero 255. Maiol. libr. 4. de irregular. capit. 51. num. 4. Henriq. in sum. libr. 14. de irregular. capit. 20. §. 4. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 89. quibus adde Farinac. in pract. crim. titul. de delict. & pœn. quæst. 21. num. 7. quod intellige, & primo vt respectu eius, qui eam contraxit propter ætatis defectum, non possit nisi impleta ætate, siquidem receptissima est fere omnium sententia, accedente etiam Burgas. de irregular. par. 6. cap. 2. num. 30. non posse Episcopum etiam ante promotionem dispensare circa ætatem ordinandorum, nam

cum ipse aliter ordinans puniatur, in sua potestate esset illudere dictæ pœnæ, si dispensare posset inquit Vitalin. in clem. fin. nu. 32. de ætat. & qualit. Secundo intellige nisi ipse Episcopus scienter fuerit in causa peccati inducentis dispensationem, cum sic ordinauerit in eo participando arg. tex. notab. in cap. diuersis fallacijs de cler. coniug. Panor. in cap. pen. sub nu. 4. de temp. ord. Burgas. d. cap. 2. par. 6. nu 27. & 32. vbi intelligit de factis ab alijs, & non a seipso. Tertio intellige vt in istis casibus in quibus Episcopus dispensat, & absoluit sibi subditos, non possit sibi ipsi dispensare, si forte in aliquam irregularitatem incidisset, sed licitum erit eligere confessarium inferiorem, qui secum ab ea dispenset, & absoluat, nam talis confessor ab Episcopo electus in hoc casu habet vicem superioris scilicet Archiepiscopi Maiol. notab. lib. 2. de irregul. cap. 2. sub num. 12. Henriquez lib. 14. de irregul. c. 18. sub §. 3. & alij ab ipsis citati, idque ex sententia Sacræ Congregat. vt attestatur Tolet. loco prox. alleg. quæ facultas Episcoporum ad eligendum cõfessorem nouissime explicatur per Francisc. Suarez. in 3. par. D. Thom. tom. 4. di sput. 27. sect. 2. quæ adde ad dicta a me supra, in prima addit. ad ver. Archiepiscopi authoritas, fol. 43.

Quarta limitatio assignanda, scilicet, quod per illa verba præd. extrauag videlicet (a suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint,) sit nihilominus illa suspensio intelligenda de ordinibus sic male susceptis, & in quibus tantum delinquitur, vt ipsa pœna sit culpæ proportionata, & consequenter vt taliter ordinatus sit, impeditur, ne vlterius ascendat, non autem ne inferiori ordine vtatur si illum legitime susceperit, & ita resolutione præfatus Doctor Suarez, censet de censur. disput. 31. sect. 1. suspens. 6.

SEcunda Constitutio est Pij Quinti extendentis decretum Concilii Trident. sess. 21. de reg. c. 2. ad regulares non professos Romæ publicata die 12. Nouemb. 1568. tenoris seq.

Romanus Pontifex sacrorum Conciliorum auctor, & interpres, illa quę in huiusmodi Concilij, a prudentibus patribus in Spiritu Sancto legitime cõgregatis salubriter sancita sunt, pro sui pastoralis officii debito dum æquitas, honestas, & decus suadet, sicuti declarare, & moderari, ita etiam alios casus extendere consuerit. Sane cum non deceat diuino ministerio ascriptos cum ordinis de decore mendicare aut sordidum aliquem quæstum exercere, Sacro Trid. Concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps clericus sęcularis, quamuis alia moribus, scientia, & ætate esset idoneus, ad sacros ordines promoueretur, nisi prius legitimo constaret, eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficeret pacifice possidere, vel alias ordinari non posset, nisi iuxta decreti ab ipso Concilio de super editi formam, & tenorem cum autem nulla in huiusmodi decreto religiosorum clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (vti molestę accipimus) ceterorum ordinum Religiosi, seu canonici vel clerici, intra claustra monasteriorum, seu domorum more Regularium in communi viuentes, qui nunquam seu non nisi ad certum tempus professionem emittunt, & ex claustro exire, vel dimitti, ad sæculum redire libere, & licite possunt, Religionis prætextu absque titulo sufficientis beneficij nec iuxta dicti decreti tenorem ad sacros ordines se promoueri prætendunt, & a nonnulis Episcopis passim promoueantur, atque inde, plerumque illud inconueniens eueniat, vt sic promoti, & a claustro exeuntes, & per sæculum vacantes, vel mendicare, vel sordidum quæstum exercere, non sine ipsorum dedecore, ac ordinis vilipendio,

&

& quamplurimorum Christi fidelium scandalo cognatur. Nos igitur qui singulorum Dei ministrorum honorem, & dedecus (quantum in nobis est) sinceris exoptamus affectibus, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ protestatis plenitudine, hac perpetuo valitura sanctione, decretum prædictũ de Clericis sæcularibus loquens ad omnes, & singulos etiam cuiuscunque ordinis Clericos religiosos siue sæculares more religiosorum viuentes in communi non professos harum serie extendimus, & ampliamus, ac religiosis, & alijs prædictis non professis, vt ad sacros ordines promoueri, nec non omnibus, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus, vt ordines ipsos huiusmodi Religiosis personis impendere, nisi obseruata forma dicti decreti, nos virtute Sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna interdicimus, & prohibemus, ac cõtrafacientes per annum a præstatione taliũ Ordinum ipso iure suspendimus. Statuentes, & decernẽtes promotiones quarumlibet religiosarũ personarum prædictarum ad ordines huiusmodi contra ipsius decreti Concilij Trid. formam, etiam cuiusuis licentiæ illis ab Apostolica Sede, vel illarum superioribus cuiuscunque dignitatis, status gradus, & præeminentiæ existant, etiam si Pontificali dignitate fungantur, vel Cardinalatus honore prefulgeat concessæ, prætextu factas, executione prædictorum ordinum omnino carere, nullasque prorsus, & irritas existere, sicque promota personas in altaris ministerio ministrare non posse. Quinimo ministrantes, priuilegiis exemptionibus, immunitatibus, & alijs gratijs clericis concessis omnino priuari, & irregularitatis, aliasque in dicto decreto contentas pœnas eo ipso incurrere, a quibus nisi a Romano Pontifice, vel in mortis articulo minime obsolui possint. Non obstantibus, &c.

Quia hæc constitutio loquitur tantum de regularibus non professis, discrimen est inter Doctores an clericus sæcularis ordinatus in sacris absq; titulo sit ipso iure suspensus, hanc quæstionem difficilem, & aliquando controuersam fuisse in sacro Pœnitentiariæ prætorio testatur. Nau. in cons. 1. quæ. 16. de constit. & negatiuam sententiam tenent Tolet. in sum. lib. 1. cap. 48. vers. Decima octaua habetur, & latius Henriquez in sum. lib. 13. de excõmun. cap. Paris. lib. 2. de resignat. benef. quæstion. 6. num. 18. referendo Sacræ Congregationis declarationem. Cuius opinioni inter alios contradictores sunt Nauar. in præd. quæstio. 16. Maiol. lib. 4. de irregul. capitul. 15. in princ. quem sequi videtur Lopez ad Diaz. pract. crimin. cap. 48. nu. 1. ideo has opiniones conciliando iuxta com. præceptoris sentẽtiam P. Marij de Andria distinguo tres casus. Quorum primus est, quando quis titulo carens proprio Episcopo exposuit se nullum habere titulum, & Episcopus sciens vel scire debens absolute illum absque titulo ad sacros ordines promouit, tunc ordinatus non incurrit suspensionem, & habet actionem contra Episcopum vel successorem, vt eum suo sumptu alere cogatur, vel prouidere de beneficio. cap. accepimus, de ætat. & qualit. cap. Episcopus, & c. cum secũdum Apostolum de præb. c. si Episcopus. eod. tit. in 6. Quod autem diximus ad dicta alimenta præstanda teneri etiam successorem, intellige nisi Episcopus, qui ordinauit, viuat, vt promotus ad pinguiorem ecclesiam, quia tunc ipse potius quam successor tenebitur. Henriq. in sum. lib. 10. de ordinis sacram. cap. 17. sub. §. 4. qui ibidem in glos. extendit hanc obligationem prouidendi de alimentis etiam ad capitulum Sede vacante, si non restitit tali ordinationi pauperis, ex quo sequitur, quod si habet vnde de suo viuere possit, vel patrem haberet diuitem, ei non

debeñ-

debentur alimenta, d.c. Episcopus, vbi Decius. de præb. Paris. loc. cit. nu. 23. & infra. Quid si quis ordinari se fecit ad verum titulum sibi donatum, sed ipse tantundem creditoribus debeat, an sit suspensus, adde Nauar. in cons. 13. temp. ord. in antiq. & cons. 18. in nouis.

Secundus casus est quando quis habens titulum, sed non sufficientem ad honestam sui sustentationem iux. Conc. Trid. dispositionem, sincere veritatem suo Episcopo narrauit, quia patrimonium, vel beneficium erat tenue, quo non obstante Episcopo sciens vel scire debens eum ordinauerit, & tunc etiam ipse ordinatus non incurrit suspensionem, & agere potest contra Episcopum ad supplementum glos. in capit. tuis. de præb. Franc. in d. cap. si Episcopus. sub nu. 3 quo supplemento non habito non debet ascendere seu promoueri ad Diaconatum, & Presbyteratum, & in his duobus casibus procedat opinio negatiua. In quo notanda sunt duo, Primum, quod hæc inuestigatio, seu discussio tituli diligenter est facienda an sit sufficiens, vel ne, vt satisfiat decreto Conc. Trid. cum non possit dari certa regula seu taxa, erit hoc arbitrio proprij Episcopi, cõsiderata qualitate seu dignitate personæ, loci, & tẽporis. Alterũ est, quod non sit iudicandus suspensus clericus ille, qui dixerit se habere sufficiens patrimonium, cum non haberet, qñ ad sufficientiam deficeret parũ, siue quantitas, quæ non esset notabilis arbitrio boni viri ex Nauar. in cons. 18. de temp. ordin. in antiq. & cons. 12. in nouis.

Tertius casus est, quando ordinatus fuit in culpa exponendo patrimonium siue in totum, siue in partem falsum, & sic per fraudem, & mẽdacia deceperit Episcopum affirmando se habere beneficium, vel titulum patrimonialem sufficientem, aliqua dem õstrando, per quæ ordinator probabiliter ei credidit, & credere debuit, vt tunc non solum incurrat suspensionem a iure impositam in cap. neminem, & cap. sanctorum. dist. 70. sed neque ordinator eum alere teneatur ex rationibus per Nauar. adductis in cons. 14. & cons. 47. de temp. ord. in antiq. & cons. 46. in nouis. quem in vtroque sequitur Paris. in d. lib. 2. quæstio. 6. licet Tolet. in hoc vltimo dissentiat, & in hoc casu procedat opinio affirmatiua, quæ etiam comprobatur ex verbis Concil. Triden. in princ. d.c. 2. sess. 21. ibi (qui variis artibus, ac fallaciis cõfingunt se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere.) Vnde sequitur, quod si tali suspensione durante in ordine suscepto ministrauerit, incurrit irregularitatem a solo Papa delebilem. cap. 1. de sent. excom. eod. lib. declarando vt per Nauar. in man. c. 27. nu. 244. & seq. poterit vero in ea Episcopus dispensare si delictum est occultum vt supra tractatum fuit, cum hodie nõ obstet Constitutio Sixti V. stante eius moderatione habita per S. D. N. D. Clementem Papam VIII. de qua infra.

Retrocessio tituli an faciator dinatũ suspensum, & simonia cum,

Quotidianus casus est de quo quæritur, de eo inquam, qui post ordinationẽ ad subdiaconatum ad titulum patrimonii sibi donati, illud renunciauerit, & retrocesserit in fauorem parentum vel alterius, fecitque postea se ordinari ad superiores ordines, an incurrat aliquam censuram, & irregularitatem. Respondeo quod non, cuius potissima ratio est, quia prafata renunciatio seu remissio est valida, & prorsus nulla per decretum Concilii Trid. d. sess. 21. de ref. c. 2. prohibẽtis in fauorem ordinati titulum huiusmodi sine licentia episcopi nullatenus remitti, & extingui posse, & verbum nullatenus inducit actus nullitatem ipso iure, & sic haberur ac si d. renunciatio facta non fuisset, cum non præstet impedimentũ, quod iure non sortitur effectum ex regula non præstat. de regul. iur in 6. & ita concludit Nauar. in cons. 16. & cons. 42. de temp. ordin. in antiq. & cons. 17. in nouis, & Tolet. loco superius cit.

Quod

Quod intellige, nisi ante ordinationem ad subdiaconatum præcessisset, seu interueniisset pactum, siue conuentio occulte facta de non petendo, vel restituendo, postquam ordinatus fuerit, id quod sibi pro titulo donatum fuerat, quia a paritate rationis incideret in pœnam suspensionis ab ordine, contentam in c. per tuas. el 3. & c pen. de simon. iuxta sententiam Nauarri in Man. cap. 27. num. 158. & post eum sentit etiam Lopez. Diaz. in pract. crim. can. cap. 18. num. 12. quam valde probabilem sibi videri inquit Sayr. lib. 4. thes. cas. conf. cap. 15. nu. 23. eamque & alii sequuntur, nam quando donatio, seu assignatio patrimonii non simpliciter, sed ad finem suscipiendi ordines illo titulo fit, tunc donator habet vicem præsentatoris ad ordines. Suarez de censur. disput. 31. sect. 1. suspens. 7. sub num. 35. quæ opinio quamuis sit sustentabilis, pluresque vt præfertur, in eam conueniant, attamen re altius perpensa præsens casus sub dispositione prædictorum iurium non videtur comprehendi posse, quia, cum casus sit dissimilis, pœnæ extensio de vno ad alium fieri non debet, etiam si eadem ratio id suadeat, vt cõsiderat, & tenet Nauar. sibi contrarius in conf 42. nu. 3. de tempor. ordin. in antiq. & 17. in nou & quod ad casum specialem inibi duntaxat expressum, sci licet in paciscente cum ordinante, vel præsentãte restrictio fieri debeat, complures Theologos, & V. I. peritos consultos approbasse fatetur Henriq. in sum. lib. 10. de Ordinis sacram. cap. 17. §. 3. in glos. lit. O, & non induci suspensionem in paciscente cum aliis, decreuisse, seu declarasse signaturam Pœnitentiariæ, itaque seruari testatur Tolet. in sum. lib. 1. cap. 48. vers. Quinta habetur in fine, & hanc posteriorem sententiam firmauit admodum Reuer. P. Marius Andria, qui Doctor etiam pro constanti asseuerauit, (eisdem retentis) præd. promissionem, seu renunciationem etiam iuratam, ante ordinationem factam, inualidam esse, & firmitatem non obtinere, tum per Concilii Trident. decretum, prout ex dictis per Nauar. in eodem Conf. elicitur, & ex Toleto vbi supra, tum quia repugnat, seu præiudicat bono publico, & doceri Ecclesiæ, quod versatur in hoc ordinandorum titulo ex Felino & aliis in d. c. pen. ideoque remitti nequit ad tex. in c. si diligenti, de foro compet. quicquid per ambages verborum in hoc sentiat Suarez vbi supra num. 37. & proinde taliter Ordinato sequuta ordinatione est acquisitum ius ad res sibi donatas, qui etiam, stante præd. renunciationis inualiditate euitabit suspensionem comminatam in can. neminem, & c. Sanctorum 70. dist. quia videtur cum titulo ordinari cum illo non careat, & non sine titulo, vt asserit Lopez. Cui conclusioni, illam subtiliter more suo sustinendo, subscribit se Dominus Io. Hieronymus Campanilis in suo Diuersorio iuris Canonici rubr. de non ordinand. absque titulo, cap. pen. grauiter tamen peccat, & non debet impunitus remanere, quam tamen incurreret Clericus, cui non ad effectum vt promoueatur ad Ordines sed simpliciter facta esset donatio, illamque ante ordinationem retrocessisset, & postmodum eius prætextu ad illius titulum (nulla retrocessionis mentione facta) ad Subdiaconatum promotus esset: Vel & secundo quando a Patre, seu fratribus ei vti Clerico facta esset alicuius possessionis donatio ficte, & in publicam fraudem, veluti ad euitandam solutionem gabellarũ, seu collectarum, vtque ipse Clericus nudum tantum nomen retineat, qua donatione absque donatoris consensu postea vsus fuisset pro titulo ad effectum suscipiendi ordines, nam cum in primo casu valida sit retrocessio, & in secundo palam est, eum sub ficto titulo promotum esse, vtique ex vi præd. antiquorum canonum suspensus remaneret iuxta tradita per nos supra vers. Tertius est casus, quib. concinunt, & adstipulantur scripta nouissime per Suarez loco, iudicato quæ quando per.

do per nos typis mandata fuerunt, nondum quintum eius volumen prodierat, a qua suspensione, quia id supponitur secrete commissum poterit propterea Episcopus dispensare. Ad euitandas fraudes Neapoli obseruatur, quod quando contingeret donationem, seu assignationem patrimonii ab aliis fieri, producatur publicum instrumentum ab vtraque parte iuramento vallatum, præd. assignationem esse realem, & omni dolo, & fictione carere, & quod neque præteritum confectus fuerit, neque in futurum conficietur actus, seu contractus aliquis in præiudicium d. assignationis cum annullatione &c. Præcipitur etiam sub excommunicationis pœna donatori, vt non præsumat talē assignationē efficere super censib. seu reditib. alteri forsan obligatis, quorum ipse non esset verus, & legitimus Dominus prout in edicto Sacræ Ordinationis continetur. Ex quibus infertur secundum præfatum Suarez ibid. num. 36. & nos libenter amplectimur. (quamuis Henriq. in sum. lib. 14. de excommun. cap. 37. sub 2. §. contrarium annuere videatur,) quod si Clericus cum literis dimissorijs cum ficto titulo a proprio Episcopo impetratis se promoueri faceret, duplicem incurret suspensionem, vnam quia sine vero titulo ordinatus, & alterā, quia cū dimissorijs subreptitijs, & super emen titio titulo fundatis, & sic inualidis, cum paria sint nō habere literas dimissorias, & habere subreptitias, & ratio subreptionis est, quia si Episcopo de talis tituli cōditione plena notificatio facta fuisset, ipse minime talem concessisset facultatem, ideoque ad absolutionem obtinendam vtraque suspensio erit aperienda, & explicanda.

Suspensionis pœnam extendimus etiam ad Clericum, qui dispēsatione a Summo Pontifice obtenta, Sede vacante, vel suo Episcopo absente, vt ab alio Antistite ordinari possit, promoueretur ad ordines absque literis testimonialibus sui Ordinarij, quia talis licentia, siue dispēsatio intelligitur cum ista subordinatione approbationis sui Ordinarij, ad quod optime facit Concilium Triden. Sess. 23. de ref. cap. 8. vers. Quod si quis ab alio &c. & alias sine eius diceretur furtiue promotus, ex gl. in cap. 1. vers. furtiue. de eo qui furt. ord. suscepit, talesque suspensos existimauit P. Marius Andria, & quod dictas literas testimoniales non prohibeatur Capitulum Sede vac etiam infra annum dare. Nauar. in cons. 19. de tempo. ordi. in antiquis.

An vero sactis initiato absque vero, & sic cum ficto titulo, & a suspensione absoluto sit præclusa via, vt non possit ad Superiores Ordines absque noui tituli existentia ascendere. Respondeo, quod Henriq. loco præcit. inquit, quod Episcopus potest cum tali occulte dispensare, ne homo iam matrimonio inhabilis vtiliter viuat, verum Suarez in eodem etiam loco num. 39. firmat, nec talem posse sine vero titulo nouo ad altiorem ordinem promoueri, alias incideret in eandem suspensionem ea ratione, quia simpliciter iura prohibent sine vero titulo suscipere quēlibet ordinem sacrum, & non Subdiaconatum tantum, præsertim ex Concil. Trid. quod distributiue, & in plurali loquitur, Ne quis Clericus sæcularis ad Sacros Ordines promoueatur &c. Et accipi a quodam grauissimo Doctore ita fuisse obseruatum etiam in eo, qui absque dolo, & fallacijs ad titulum aliquem ordinatus fuit, quem postea a creditoribus euinci contigit; nulla eius culpa considerata. At quid si quis Sacerdos effectus, appareat illum veri tituli existentiam non habere, sed sub ficto, & supposito titulo promotum, an Episcopus possit cum eo dispensare, ipsumque ad Sacerdotalis Ordinis executionem habilitare, & videtur dicendum, quod sic præuia absolutione a dispensatione si fuerit occultum vigore Concilii Trid. Sess. 24. de ref. c. 6.

Erit

Erit igitur huius occasione perscrutandum, An in casibus propositis in prædictis textibus. 5. cap. per tuas el. 3. & c. pen. de simon. in quibus suspensionis pœna infligitur, propter pactum illud simoniæ labes consideretur. Et quidem pro ratione dubitandi prima fronte videtur affirmatiue respondendum, tum quia DD. textus sunt si tuati, & collocati sub. rubr. de simonia, tum quia adeptum uidetur ius spirituale, scilicet Ordo, dato aliquo temporali, stante remissione non petendæ portionis, sed fructuum ipsi Ordinando debendorum vigore obligationis sibi oriendę sequuta Ordinatione, ergo pactum illud redolet simoniam, cum remittere in hac materia idem sit quod dare. c. veniens. el 1. de testib. & facit tex. in l. quin etiam in prin. ff. de calumniat. & tradunt Panorm. Zabarel. & Felin. in d. cap. per tuas, ac dare & remittere æquantur non solum vbi remittitur ius acquisitum, & de præsenti competens, sed etiam quærendum ex Host. & Henr. Boic. in eodem capite.

At facilius est responsio confirmando obiecta, sed illa restringendo, videlicet vt in memoratis casibus videatur intercessisse simonia, non quidem stricte, & proprie, sed large, & improprie vt concludunt Anani. & Butr. in d. c. pen. nam re vera nihil lucri, seu commodi pecuniarij ob talem remissionem accedit Ordinatori, & Præsentatori, cum prius ad nihil ordinato tenebantur. Quod enim vere, & stricte loquendo non sit inibi simonia commissa, arguit cõmuniter a leuitate pęnæ ibi expressæ, cum Ordinatus ibi suspensus pronuncietur ab Ordine tantum sic suscepto, Ordinator vero a Coliatione ordinum per triennium, ac præsentator ac executione ordinum per idem tempus, sed si vera ibi in Ordine simonia patrata esset, Ordinator esset perpetuo suspensus ab Ordinum collatione, & Ordinatus esset suspensus nedum ab ordine simoniace suscepto, sed ab omnib alijs Ordinibus iuxta pœnas aduersus simoniacos in Ordine a iure statutas ex communi Doctorum sententia, quam refert, & defendit Vgo. in tract. de simonia tabula 4. c. 4. num. 3.

Vnde resolutiue dicendum. quod neque in illis casibus subintrent pœnæ comminatæ contra simoniacos in Ordine per extrauag. Cum detestabile. sub tit. de simon. inter communes, & ratio est, quia ibi non dicitur committi simonia directe in Ordine, sed in consequutione ad ipsum Ordinem, cum rei veritate inspecta Ordinator volebat ordinare, & Ordinatus ordinari nullo dato. Inno. Ioan. Andr. Panor. & Zabarel. in d. c. pen. loco prox. cit. Nauar. in specie in consil. 67. vers. Tertio, quod qui ordinat. & c. de simon. in nouis. Suppetit, & alia ratio relata a Doctore Ioanne Hieronymo Campanili loco superius indicato, cum enim Papa certam inibi infligat pęnam, qua plectendi sunt, quamque merentur Ordinans, seu præsentans, & Ordinatus, implicite negat ipsos alijs pœnis afficiendos ex vulg. iuris regula, quod qui vnum includit, alterum excludit, & excipit, ergo affirmandum præf. extrauag. non complecti illos casus.

Sed res dubia est, An in casu præd. c. per tuas, propter interpositam fidem ab Ordinato de non petenda portione a Rectore illius Ecclesiæ, ad quam fuit aggregatus, vt sub illius titulo ordinari possit, inducta sit saltem simonia cõfidentialis, seu beneficialis confidentia, vt locum habeant pęnæ, & censuræ extrauag. Pij V. relatæ in verbo simonia. Respondeo, quod quãuis Paris. in trac. de confid. benef. prohib. q. 1. nu. 93. & infra, ex plurib. per eum congestis affirmatiuã partẽ firmare conetur, contrarium tamen suaderi videtur ea ratione, quia pactum retrocedendi beneficium, vel eius fructus ipsemet resignanti non arguit confidentiam, sed simoniam, & vendicaret sibi locum extrauag. Pauli II. & non

Pij V. secus vero quando cum resignante beneficium conuentum fuerit, vt fructus dentur alicui cognato, vel amico ipsius cedentis, & sic tertiæ personæ, & non eidem cedenti, quia tunc iudicatur confidentia iuxta præd. Pij V. extrauag. ita Nauar. in cons. 76. nu. 6. de simc. in nou. ac tenuit P. Marius Andria, & ad casum d.c. per tuas. neutrum applicari potest, quia in illo textu per præsentatorem intelligitur Rector alicuius Ecclesiæ collegiatæ, vbi adest massa communis, quæ diuiditur inter inseruientes, qui totum Collegium repræsentando, Clericum Episopo præsentauit, asserendo illum esse ascriptum seruitio d. Ecclesiæ collegiatæ, vt ad illius titulum ordinetur Subdiaconus, facto prius ab eo pacto de non petendo portionem in d. Ecclesia.

Subsequenter (vt errādi materia subtrahatur) se offert indagandum, nec pas sim a Doctoribus tactum, videlicet. In terminis d. capit. pen. de simon. per Præsentatorem quis intelligatur. Respondeo, quod debet intelligi altero de duobus modis. Et primo, quod præsentator ad Ordines de iure communi est Archidiaconus, Episcopi oculus appellatur, vel alia persona in simili dignitate constituta, cuius officium est ordinandos examinare, & inquirere an habeant titulū sufficientem, & postea illos præsentare Episcopo Ordinatori ad text. in cap. vt nostrum, & cap. Ad hæc. vbi gloss. de off. Archid. & ita exponit Hostien. quem etiam refert Alex. de Neuo in vltima apostilla ad Abbatem in d. cap. pen. Secundo modo potest sumi huiusmodi præsentator pro Episcopo Ordinario faciente literas dimissorias suo subdito, vt promoueri possit ab alio Antistite, per quas illum approbatum ¦, & examinatum, (ex mandato Concilij Trident. sess. 23. de refor. cap. 3. dimittere debens,) præsentare videtur; vel si hanc licentiam daret certis personis iux. text. in cap. si Episcopus, de præb. libr. 6. ex interpretatione P. Marij de Andria in publica lectura de simonia, & sic excipitur ex dispositione illius tex. laicus præsentans ad aliquem titulum beneficii, vt ibidem Card. Zabarel. annuit in finalibus verbis quia pœna suspensionis ab Ordinum executione ibi lata non cadit in laicum.

Existentia tituli debet cōstare in quolibet ordine sacro. Nota cōtra examinatores.

Prædicta intellige non habere locum in initiato prima tonsura, vel ordinato ad ordines minores, in quibus non requitur titulus glos. in c. 2. de præb.

Obligationem episcopi ad prouidendum de alimentis, seu beneficio ordinato sine titulo, sicuti in primo, & secundo casu dictum est, extende etiam si ordinauerit aliquem, qui prius erat in sacris constitutus ex tex. in d. cap. Episcopus, vbi Decius in 1. notab. de præben. Secundo intellige nisi episcopus tituli inuestigationem, seu scrutinium, Archidiacono, vel examinatoribus commiserit, quia si in hoc negligenter se gesserint, vel ad eorum falsam relationem aliquis sine vero titulo fuerit ordinatus, tunc actio petendi alimenta dabitur contra ipsos, & in subsidium contra episcopum glos. notab. in cap. adhæc. in ver examinentur, de off. Archid. & in d. cap. cum secundum Apostolū. in vet. successores. Sylvest. in verbo Archidiaconus q. 8. Henriq. in sum. lib. 10. de ordinis sacram. c. 17. sub §. 4. Tertio intellige, quod episcopus cui ex causa committitur ordinatio certæ personæ iam approbatæ, & examinatæ a proprio episcopo (prout ita ex decreto Concil. Trident. sess. 23. de refor. cap. 3. dimitti debet) ipse non tenetur inuestigare titulum tex. in c. si episcopus. de præb. in 6. Maiol. lib 4. de irregul. c. 13. sub numer. 8. neque examinare personam, si vero sciret eum indignum peccaret ordinando Innoc. & Panor. in d. cap. cum secundum Apostolum. Vnde timori episcopi pro securitate examinant tales sic dimissos, & bene faciunt, & ita seruatur Neapoli.

Secun-

Secundo extende ad Capitulum sede vac. seu eius Vicarium, vt teneatur subdito sine titulo cum eius licentia, & dimissoriis ordinato alimenta subministrare per ea, quæ diximus erga initium a fortiori, ideo cauti sint canonici, vt in commissione Vicario facienda apponant clausuram, quod nequeat licentiam ad ordines concedere absque expresso consensu totius Capituli ad id consulto congregati, cum agatur de eorum præiudicio, & interesse; Nec enim desunt Doct. qui asserunt Vicarium, seu Officialem generalem Capituli sede vac. non posse literas commendatitias ad ordines dare, nisi ei specialiter concederentur, sicuti post Pauin, in tract. de off. & pot. Cap. sede vac. par. 2. q. 10. sub num. 17. & Mandos. in commen. ad reg. 24. Canc. q. 6. sub num. 10. ad notauit etiam Io. Gutier. lib 2. can. q. c. 17. sub num. 20. Insuper in hac materia ordinationis aduertendum est, quod beneficium obtinens tenue, & adiuncto patrimonio si vtrumque simul esset sufficiens ad victum potest ordinari ab episcopo propriæ patriæ ad dictum titulum seruatis de iure seruandis: quod si beneficium tenue esset extra propriam patriam, & ibi adiuncto patrimonio vellet ordinari ab episcopo illius beneficij absque dimissorijs episcopi propriæ patriæ, hoc non consulerem ob suspicionem fraudis declinandi iurisdictionem episcopi propriæ patriæ, Doct. in d. c. nullus, & glo. in c eos, in verbo figmento, de temp. ordi. in 6. quæ fraus detegeretur beneficium fuisset de proximo collatum, præsumeretur etiam si reuerteretur ad habitandum in propria patria, sic ordinatus cum dimissorijs dicti episcopi ordinatoris de proximo post ordinationem.

Accepi a quibusdam sciscitari, An loco beneficii ordinari quis possit ad titulum seruitij in aliqua Ecclesia, cui ascribitur, & deseruire tenetur in ordine suscepto, iuxta decretum sacros. Conc. Trid. sess. 23. de refor. cap. 16. & ex cuius communis massæ fructibus participat. Et respondendum videtur, quod sic, quia titulus deuinctum sibi reddit eum, qui ordinatur. Maiol. lib. 4. de irreg. c. 16. sub num. 2. & taliter ascriptus certæ Ecclesiæ a nullo Episcopo recipiendus est, ex declaratione Sacræ Congregationis, teste Parisio lib. 2. de resign. benef. q. 6. nu. 34. Ad cuius maiorem comprobationem adducitur Breue quoddam fel. rec. Sixti V. quod impressum reperitur in Synodo Veneta, celebrata ab Illustr. & Reueren. D. Laurentio Priolo Venetiarum Patriarcha anno 1592. tenoris sequen.

Venerabili fratri Patriarchæ Venetiarum, Sixtus Papa V.

Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Romanum Pontificem, quam Dominus Ecclesiæ suæ sanctæ præesse, & prodesse voluit, assidue inuigilare decet, vt in ecclesijs magnarum precipue Ciuitatum, non desint qui ministerio Diuino ascripti ad Dei gloriam, & hominum religionem augendam designentur. Relatum si quidem nobis nuper fuit, in ista Ciuitate Venetiarum nobilium, & populi frequētia celeberrima, perpauca esse beneficia, sub quorum titulo multi pauperes Clerici patrimonij sufficiētis titulo carentes iuxta Cōstitutionem nostram possint promoueri. Nos igitur singularum Ecclesiarum particulariter id exponentium necessitatibus, vtilitatibusque prouidere desiderantes, fraternitati tuæ, vt omnes & singulos dictæ Ciuitatis Clericos, qui vita, moribus ætate, natalium legitimitate, & aliis qualitatibus a iure requisitis, per te idonei reperti fuerint, etiam si titulo beneficii Ecclesiastici, vel pensionis annuæ non sint prouisi, aut patimonialia, aliaque bona non possideant, dummodo alicui Ecclesiæ dictæ Ciuitatis de consensu eiusdem Ecclesiæ Rectoris fuerint ascripti pro cele- Sixt. V.

bratione Missarum, & diuinorum officiorum, ex quarum seruitio, & elemosynis a pijs Christi fidelibus elargiendis aliquid ad sustentationem victus capere possint, & ab eadem Ecclesia, cui ascripti fuerunt, nullo vnquam tempore amoueri, vel ipsi ab ea recedere possint, & debeant, nisi illis de competenti beneficio, aut pensione super fructibus ecclesiasticis assignanda prouisum fuerit, uel ita eorum exigentibus demeritis, ab ipsa Ecclesia amouendi veniant; ad quatuor minores, nec non sacros etiã Presbyteratus Ordines debitis temporibus, seruatisq; Concilij Trid. decretis promouere libere, & licite valeas, licentiam Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & facultatem prędictam, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 30. Decembris 1590. Pontificatus nostri anno quinto.

M. Vestrius Barbianus.

Quæritur, An Superiores Regularium possint quemadmodum Episcopi, vt in sess. 23. c 11. & 13. dispensare super temporum interstitiis cum subditis suis? Congregatio Concilii censuit Superiores Regulares non posse dispensare super interstitiis Regularium ordinandorum: sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui tamen quo ad causam dispensationis iudicium suum formare debet ex attestatione Superiorum Regularium,

P. Aemilius Cardinalis Sancti Marcelli.

Tertia, & quarta constitutio est Sixti V. in serta in Constitutione Sanctissimi D.N.D. Clementis VIII. Moderatoria Bullæ fel. rec. Sixti Papæ V. contra clericos male promotos, ac in episcopos in ordinum collatione peccantes.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Romanum Pontificem decet ea, quæ ob iustas causas interdum statuta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet, moderari, & immutare, prout in Domino salubriter conspicit expedire. Alias sane emanarunt literæ fel. rec. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinũ collatione peccãtes, tenoris infrascripti, videlicet, SIXTVS Episcopus Seruus Seruorũ Dei ad perpetuã rei memoriã, Sãctũ, & salutare Sacri ordinis Sacramentum ab ipso Domino, & Saluatore nostro Iesu Christo institutũ, beatisq; Apostolis, & eoũ legitimis successorib. singulari diuinæ bonitatis munere traditũ, ita ad Dei omnipotentis gloriam salutemque animarum sancte, ac religiose administrari decet, vt quæ vel ex typo, & figura veteris legis, vel alias ex multa Sanctorum Patrum prouidentia circa ordinandorum natales ætatem, vitæ, ac morũ probitatem, sanctitatem, scientiam, & alias qualitates in sacris ordinationibus requisitas per Sacros Canones, vel Apostolicas Constitutiones, aut generalium Cõciliorum decreta salubriter statuta fuerunt, ea inuiolate obseruentur. Nam si in veteri testamẽto tam multa de integritate, & munditia Sacerdotum, & ministro

rum

rum Altaris, deque eorum præstantia, & dignitate legimus de quibus dixit Dominus per Malachiam Prophetam, Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legē requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est: certe multo maior ratio, & diligentia adhibenda erit in promouendis tam inferiorum graduum Clericis, quam etiam presbyteris, qui ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in ędificationem Corporis Christi constituuntur; prout de his ipsi, & diuino verbo, & Beatorum Apostolorum præceptis, ac simul Sanctorum Patrum statutis sæpissime traditum est. Quare nos pro ea, quæ nobis a Domino iniuncta est cunctarum Ecclesiarum cura, & solicitudine, ipsos Pastores, & præsules Ecclesiarum, quorum proprium munus est personas idoneas Clericali militiæ ascribere, & ad minores, maioresque ordines rite promouere, auctoritate nostra duximus admonēdos, vt in exequendo hac in parte suo Pastoralis officio attentius posthac inuigilent, canonicas sanctiones, vt par est, obseruent, ac vt nemini detur offensionis occasio, neue eorum ministerium vituperetur, studeant vitare ea omnia scandala, & absurda, quæ ex vitiosa, & minus canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi nostri dolore frequentius exoriri.

Cum enim multi, etiam interdum inhabiles, & indigni, non vocati sancta Dei vocatione, sed potius Satanæ dolis decepti, prætextu deuotionis, & pietatis rem quidem sacram, & diuinum munus, intempestiue tamen, & inordinate, affectantes, seu temporale aliquod commodum, aut lucrum sibi proponentes, vel nimia simplicitate, & imperitia, malitiaue, aut fraude ad suscipiendum Clericalem characterem, aliosque ordines, ante ætatem legitimam, vel a non suo episcopo, aut non prævio debito examine, & approbatione, siue alias minus rite, vel etiam temere se ingerant: Debent sane Episcopi paterna charitate, & prudentia eorum saluti, qui sæpe nesciunt quid petant, melius etiam quam ipsimet postulant, & salubrius consulere, nec tam quid flagitent quam quid expediat considerare, summa vero diligentia prouidere, tum in alienę diœcesis subditis ordinandis, ne quem quam promoueant sine eorum Ordinarij literis dimissoriis tum in recognoscendis ipsis literis, ne falso, aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non habeat, confectæ sint, tum denique in examinandis natalibus, ætate, vita, moribus, scientia, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in suæ vel alienæ diœcesis personis ad Clericalem honorem, & ecclesiasticos ordines promouendis desideretur eorum, quę ex præscripto sacrorū Canonum requirunt.

Vt igitur Præsules Ecclesiarum intelligant, si in re tam graui, & tanti momenti culpa, aut negligentia peccauerint, se non modo in tremendo Dei iudicio, verum in hoc quoque sæculo Rom. Pontifici suæ villicationis rationem fore reddituros; Præsenti Cōstitutione perpetuo statuimus, & ordinamus, vt si in posterū Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas ad primam tonsuram minoresque ordines suis subditis conferendos a Sede Apostolica auctoritatem habens, quemcunque sæcularem, vel cuiusuis ordinis, aut militiæ regularem, ex aliquo crimine vitio, aut defectu, seu alias inhabilem, vel irregularem existentem, vel extra tempora a iure statuta, vel absque veris dimissoriis, sui Ordinarii literis, aut per saltum, vel furtiue, aut quod sæculares sine titulo sufficientis beneficii, vel patrimonii, aut ante ætatem per sacris generalis Tridentini Concilii decreta primæ tonsuræ, aut cuique ordini præscriptam, aut non seruatis tēporū interstitiis, ita vt

aliquis vnico die, seu continuatis diebus, ad plures Ordines Sacros, vel post vnum ordinem susceptum sine causa rationabili antequã tempus ab eodẽ Conc. Tridentino præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, sine dispensatione, aut indulto Apostolico, Clericali charactere non legitime insigniuerit, aut ad ordines minores, vel Sacros, vt præfertur, vel alias male promouerit, siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita vsus error, & probabilis facti ignorantia eum excuset, vt in quo deliquit, in eo puniatur, a collatione quorumcunque ordinum, atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existat, aliisque grauioribus pœnis nostro, & pro tempore existentis Romani Pont. arbitrio puniatur.

Quo si spreta huiusmodi suspensione, & interdicto in præmissis se tenere ingesserit, etiam a regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterii, & a perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcunque beneficiorum per eum in titulum, vel commendam, seu alias obtentorum suspensionem, eo ipso incurrat, eiusque interdicti, aut suspensionis relaxationem; aut pœnarum remissionem ab alio, quam a Rom. Pontific. pro tempore existente, nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. rec. Pij 2. & aliorum Rom. Pont. nostrorum prædecessorũ, qui per suas Constitutiones, aut in Cancellaria Apostolica publicatas regulas cõtra huiusmodi Clericos male promotos, diuersas pœnas inflixerunt, vestigiis inhærentes, eosdem Clericos posthac male promotos ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorũ, & ab omni spe & facultate ascendẽdi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus; & si in eis ministrare præsumpserint, illos sic irregulares effectos, omnib. & quibuscunq; per eos in tit. commendã, aut alias obtentis dignitatib, officiis, & beneficiis Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, quomodocunq; qualificatis, sæcularibus, vel cuiusuis ordinis aut militiæ regularibus; ac etiã si ipsi Clerici regulares fuerint, actiua & passiua voce, ipso facto priuamus, & iis priuatos atq; ad illa, & alia similia vel dissimilia in posterum obtinenda, in perpetuum inhabiles, & incapaces esse decernimus, & declaramus; dignitatum, officiorum & beneficiorum huiusmodi, sic pro tempore vacantium, dispositionem nobis, & Apostolicæ Sedi perpetuo reseruantes.

Vt autem homines, qui nimia indulgentia, & spe impunitatis, ac veniæ facilitate, hactenus fuerunt ad huiusmodi facinora procliuiores, ea sublata, & præclusa ab his abstineant, & caueant in futurum tam absoluendi, quam dispensandi facultatem in casibus superius expressis, etiam in foro conscientiæ nobis, & successoribus nostris duntaxat, auctoritate, & tenore præmissis, perpetuo reseruamus, Inhibentes ne a quoquam sæculari, vel cuiusuis ordinis regulari Presbytero, vel Prælato quauis auctoritate fungente, nec per quæcunque Iubilea, & indulgentias, etiam plenissimas, & extraordinarias per nostros prædecessores, aut nosmet ipsos, vel successores nostros, anno Iubilei, aut alio quouis tempore, & Cruciatæ Sanctæ, vel quocunq; alio titulo, modo, & forma, Motu proprio, & Consistorialiter, seu ad quorũcunq; Principum, Regum, aut Imperatoris instantiam, eorũque cõtemplatione, & intuitu, cum quibusuis amplissimis in genere, vel in specie derogatoriis clausulis concessa, vel in posterum concedenda, nec vigore aut prætextu facultatũ, aut Priuilegiorũ Mare magnũ, aut alias quomodolibet nuncupatorum, quibusuis, Congregationibus, aut personis regularibus, aut Episcopis, per decreta Concilii Tridentini, aut officio sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ, vt minoribus, aut etiam Maiori Pœnitentiariis nostris & Roma. Pont. pro tempore existentis,

existentis, vel alias quomodolibet pro tempore concessorum, Personæ, sic vt præfertur, delinquentes, tam scilicet Antistites, seu Abbates promouentes, quam Clerici male insigniti seu ordinati a reatib. & excessib. præfatis absolui, præterquã in mortis articulo possunt, aut debeãt, nec cũ iis super irregularitate propter p̃missa contracta, etiã si crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat dispensari.

Verum enimvero quia grauioribus morbis fortiora sunt adhibenda remedia, & iuxta personarum, locorum, ac temporum qualitates leges sunt immutandæ, pœnæque aggrauandæ, & emolliendæ, cum huiusmodi peccatum Satana suggerente, hominumque fragilitate assentiente, videatur iã ad culmẽ vitiorum ascendisse, & in præcipiti esse; Ideo, vt homines saltem pœnę timore, & proprij honoris confusione, a peccato deterreantur, nouum huic veneno antidotum cogimur præparare. Ac propterea volumus, vt qui absolutionem, & dispensationẽ huiusmodi petent, semper quamuis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium Sacræ Pænitentiariæ, sed a nobis, & pro tempore existente Rom. Pontifice in vtroque foro absolutione petere teneantur; alioquin ipsæ concessiones, & absolutiones; etiam cum clausula, quod præsentis Constitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expressis, prorsus nullæ, irritæ, & inualidæ existant, ac nemini penitus suffragentur.

Ceterum si quis Antistes, vel Abbas, seruatis quidem cunctis præmissis, & ceteris omnibus, quæ in ipsius tonsuræ, & ordinum collatione obseruari debent, personas habiles, & idoneas, sed tamen recepta ab iis, quibus tonsuram, aut ordines confert, pecuniæ pretio, vel præmio simoniace in futurum insigniuerit, vel promouerit: volumus, vt præter alias censuras, & pęnas contra simoniace ordinantes, & ordinatos a sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis alias inflictas, & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia, & singula supradicta in sic promouentibus, & promotis locum habeant. Decernentes præsentes literas sub quibusuis concessionibus, facultatibus, & gratiis, etiam in casibus quibuscunque. Sedi Apostolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cęnæ Domini reseruatis, etiam sub nomine Iubilęi plenarii, vel Cruciatæ Sanctæ, absoluendi facultatẽ quibusuis personis generaliter, vel specialiter tribuentibus, minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, & censeri: sicque in præmissis vniuersis, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici, Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis causa, & instantia iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nos obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, ceterisque contrariis quibuscunque. Vt autem præsentes literæ omnibus innotescant, mandamus illas ad Valuas S. Ioan. Latera. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ, affigi, & publicari, & post quindecim dies qui in Vrbe sunt, qui vero extra eam, & citra Montes intra quatuor menses, qui demum vltra Montes erunt, intra octo menses a die publicationis huiusmodi computan. perinde afficere, & arctare, ac si eorum cuique personaliter intimatę fuissent, ac earundem præsentium literarum exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eandem fidem in iudicio, & extra illud adhiberi, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitę, vel ostensę. Nulli ergo

Cõgruitti de simon.

omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, declarationum, priuationis, reseruationum, inhibitionis, volũtatum, decretorum & mãdati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Nonis Ianua. Pontificatus nostri. Anno Quarto. Nos animaduertentes in dictis literis nihil fere, quo ad ea, quæ in ordinum collatione seruanda sunt, disponi vltra id, quod in Sacris Canonib. & in Concilii Trid. decretis, ac aliorum Romanorũ Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutionibus dispositum fuit, sed diuersas pœnas & censuras Ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in ordinum collatione peccantes, & similiter contra Clericos tam sæculares, quam cuiusuis ordinis, instituti, & militiæ regulares male promotos constitui, absolutionemque & dispensationem Sedi Apostolicæ reseruari, & alias sicut in præfatis literis continetur, considerantesque tam promouentes, quam eos qui ad dictos ordines promouentur, sæpe censuris, & pœnis huiusmodi, ob illarum multiplicitatem in eorum perniciem animarum variis modis illaqueari, nonnullos ex Prælatis, & Episcopis in conferendis huiusmodi ordinibus nimis scrupulose procedere, multosque metu pœnarum, & censuratum præfatarum ab ordinum collatione prorsus deterreri, adeo vt Clericorum, & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus sit, omnium in præmissis securitati, ac animarum saluti paterna charitate prospicere volentes: Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione supradictas literas ad terminos Sacrorum Canonum, ac constitutionis re. me. Pij Papæ IIII. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, Cum ex sacrorum ordinum, sub dat. videlicet Quintodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus sui Anno Quarto, cuius tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad dispositionem decretorum Sacri Concilii Trident. restringimus, & reducimus, nec non censuras & pœnas in eisdem Sixti literis contra quoscunque, præterquam contra Simoniace ordinãtes, & ordinatos, inflictas, quas volumus in suo robore permanere (aliis etiam pœnis & censuris per eosdem Canones, ac Constitutionem Pii IIII. Concilium que Tridentinum iniunctis saluis & firmis remanentibus) moderamus & abolemus. Decernentes sic, & non aliter per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam eiusdem Romanæ Curiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & definiri debere, irritum quoque & inane quic quid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1595. Pridie kal. Martii Pontificatus nostri Anno Quinto.

Hãc Bullam Cle. 8. recitatã duabus annotationibus Sayr lib. 4. The. casu conf. cap. 17. in fi.

Quantum vero ad regulares attinet vltra prædictas Constitutiones, & decreta Concil. Trid. præsertim in d. sess. 23. cap. 12. & 13. & sess. 7. c. 11. de ref. extat sequens decretum.

De mandato S. D. N. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. Tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcunque Regularium superioribus, vt de cetero obseruent, & obseruari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur, cuius tenor est talis.

Con-

Congreg. Concilij censuit, superiores Regulares posse suo subdito itidem regulari, qui præditus qualitatibus requisitis ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere, ad episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius monasterij, in cuius familias, ab ijs, ad quos pertinet, is regularis positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcũque alium Episcopũ, dum tamen ab eo episcopo, qui ordines contulerit, examinetur quo ad doctrinã; & dum ipsi regulares non distulerint de industria, concessionẽ dimissoriarum, in id tẽpus, quo Episcopus Diœcesanus vel abfuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verum cum a superioribus regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente literæ dimissoriæ dabuntur, in eis vtique huius modi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis actiuæ, & passiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ reseruatas pœnas incurrent. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 15. mensis Martij 1596.

Notandum qũod eadem sacra Congreg. Card. declarans id, quod in Concil. Trid. sess. 23. c. 10. de refor. statuitur videlicet.

Abbatibus, & alijs quibuscunque quantumuis exemptis, nõ liceat in posterũ intra fines alicuius Diœcesis consistentibus, etiam si nullius Diœcesis, vel exempti esse dicantur, quiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre; nec literas dimissorias clericis sæcularibus, vt ab alijs ordinentur concedat. Aut ipsa Congregatio, quod Abbates Regulares, habentes ius baculum deferendi, & Mitram, postquam sacerdotalem ordinẽ, & munus benedictionis susceperint, possunt tonsuras, & ordines minores sæcularibus, episcopi iurisdictioni subiectis, conferre: Si modo ipsius episcopi consensus accedat: & a dicto episcopo quisque literas dimissorias impetrauerit, ita vt satis non sit, id generatim ab episcopo concessum esse, sed hac concessione semper opus sit singulis, &c.

Possunt etiam ipsi Abbates eosdem ordines conferre aliis Regularibus, qui dimissorias speciales Superiorum suorum, & specialem consensum episcopi loci habuerint, ac præterea aliis sæcularibus, qui aliorum Episcoporum iurisdictioni subiecti sint, dummodo superiorum dimissorias attulerint, & specialem consensum Episcopi loci, in quo ordines huiusmodi cupiunt suscipere.

Possunt etiam ex priuilegio Apostolico (de consensu tamẽ ordinarii vt supra) confirmationis sacramentum conferre; prout declarauit sacra Congregatio prædicta in sess. 7. can. 3. de confirmatione.

Præscriptæ declarationes reperiuntur etiam impressæ in compendio Priuilegiorum Fratrum Minorum, & alium Mendicantium, & non Mendicãtium, nouissime impresso Brixiæ anno 1590. in verbo ordines sacri, fol. 457. & 458. *Ita declarauit sacra Cõgreg. Cõ. die 7. Septemb. 1593.*

ADDITIO. In ordinatione Regulariũ dispensatio super interstitijs pertinet ad Epũm ordinantem, dẽt tamen fieri mentio in literis dimissorialibus suorũ superiorum petentium ab Episcopo, vt super illis dispensare dignetur attenta necessitate, vel vtilitate ecclesiæ seu religionis, prout refert Sorb. in Compen. Priuil. Mend. in verbo Ordines sacri. Quomodo intelligatur arbitrium Episcopo concessum auctoritate Concil. Trid. sess. 23. de ref. cap. 11. in dispensando super interstitijs, & an Epi-

restatur Io. Bap. Confectius in Collect. priuile sac. ord. fol. 136. & vide supra fol. 387.

scopus ordinas tacite aliquem dispensare censeatur. Pro horum dubiorum decis remittimus lectorem ad Maio lib. 3 de irregul c. 24. num. 13 ad Lopez ad Diaz. cap. 25 in ver vna eadem die. & ad Menoch de arbit iud. li. 2. cent 5. casu 564 qui Doctores vno ore illa determinant, quod sic, ampliando etiã si ab alio episcopo ordinetur de licentia tamen sui episcopi, & Nauar de primo agit in cons. 27. nu 2 de tempor ordin in antiq Item quæ dicatur ecclesiæ necessitas, & vtilitas, vt sufficiens causa ad dispensandum reputetur post gl in sum dist. 74 Abb. & Zabar. in quæris de ætat & qualit hoc & alia egregie resoluit Sorbus loco præalleg. Notandum insuper circa annum interponendum ab vno ad alterum ordinem sacrum attendendum esse annum ecclesiasticum non autem solarem. Hinc sacra Congregatio declarauit eos, qui ad Subdiaconatus ordinem quatuor temporibus. Quadragesima promoti fuerint posse anno sequenti eisdẽ quatuor temporibus Quadragesimæ ad Diaconatum promoueri, licet annus naturalis integer tunc lapsus non fuerit, cum futuro anno Paschæ festum celerius, quam superiori celebretur.

Sciendum est etiam qualiter extat Sanctiss. D. N D. Clementis diuina prouidentia Papa Octaui Constitutio contra eos, qui cum ad sacrum Presbyteratus ordinem minime promoti sint, Sacerdotis tamen auctoritatem temere sibi assumentes Missarum celebrationes vsurpare, & Sacramentũ Pænitentiæ Christi fidelibus ministrare præsumunt. Ro. publicata die 4. Decemb. 1601. tenoris sequent.

Clem 8.

Cõgruitti. de clerico non ord ministran.

ETsi alias fel. rec. Paulus Papa IIII. prædecessor noster ad nefariam, & sacrilegam quorundam hominum temeritatem coercendam, qui cum ad sacrum presbyteratus ordinem minime promoti sint, Sacerdotis tamen auctoritatem sibi tenere assumentes, Missarum celebrationem vsurpare, & Saramentum Pænitentiæ ministrare præsumunt, decreuit huiusmodi delinquentes a Sanctæ Inquisitionis Iudicibus tradi debere curiæ sęculari debita animaduersione puniendos, & postea re. mem. Sixtus Papa V. etiam prædecessor noster prædictum Pauli Papæ Quarti decretum innouari, ac serio obseruari mandauerit, eo tamen dictorum hominum prorupit audacia, vt prætextu ignorationis huiusmodi decretorum, ac pœnarum contra ipsos; vt præfertur, inflictarum, illis se minime subiacere, & obnoxios esse putent, ac propterea se ab eisdem liberari, & absolui posse prætendant. Nos igitur animaduertentes huiusmodi perditos, & nefarios homines ad sacrum Presbyteratus ordinem non promotos Missarum celebrationem vsurpare præsumentes, non solum actus idololatriæ saltem extrinsece, seu per externa, & visibilia Religionis, & pietatis signa exercere, sed etiam quantum in ipsis est efficere, vt Christi fideles, qui credunt eos ordinatos esse, & rite conficere Sacramentum Eucharistiæ, idololatriæ crimen ignoranter incurrãt, purum videlicet Panem, & Vinum tanquam verum Christi Domini nostri corpus, & sanguinem eisdem adorandum proponentes. Confessiones autem audientes non solum Sacramenti Pænitentiæ dignitatem contemnere, verum etiam Christi fideles decipere, dum scilicet inique sibi assumunt gradum Sacerdotalem, auctoritatem absoluendi a peccatis magno cum periculo, & scandalo plurimorum; Propterea, vt grauissima hæc scelera committentes, posthac debito supplicio puniantur; Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine S. Inquisitionis iudicium conscientiæ consulere, & ne in futurum de pœna hisce delinquentibus

tibus imponenda dubitari possit, prouidere volentes supra dictorum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, hac perpetuo valitura Constitutione decernimus, atque statuimus, vt quicunque non promotus, ad sacrum Presbyteratus ordinem repertus fuerit Missarum celebrationem vsurpasse, vel Sacramentalem confessionem audiuisse a Iudicibus Sanctæ Inquisitionis vel locorum ordinarijs tanquam Ecclesiæ misericordia indignus a foro ecclesiastico abijciatur, & ab ordinibus ecclesiasticis, si quos habuerit, rite degradatus, statim Curiæ sæculari tradatur per Iudices sæculares debitis pœnis plectendus. Non obstantibus, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in cõciliis, etiam generalibus editis, etiam in corpore iuris clausis: Quibus omnibus, & singulis illarum tenores pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, specialiter, & expresse derogamus, ceteris quecontrarijs quibuscunque. Vt autem huiusmodi Constitutionis ignorantia de cetero allegari, aut prætendi nunquam possit, atque vt præsentes literæ omnibus innotescant, volumus illas ad Valuas Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & in Acie Campi Florę more solito publicari, & affigi, atque ijs inde amotis earundem exempla, etiam impressi ibi affixa relinqui, factaque huiusmodi publicatione omnes, qui in Vrbe post mensem, qui vero extra eam, & citra Montes, potest quatuor menses, qui demum vltra Montes fuerint post decem menses a die publicationis præsentium cõpuãdos afficere, & arctare, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent, Ac præterea mãdamus, ut de præsentium literarum exemplis etiã impressis, & manu Notarij publici scriptis, & sigillo Officii Sanctę Romanę Inquisitionis, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandẽ prorsus fidem haberi, quæ huiusce præsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sãctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die prima Decembris 1601. Pontificatus nostri Anno Decimo.

POENÆ PECVNIARIAE.

COMMVNIS est Scribendum conclusio in cap. vt clericorum, de vita, & hon. cler. addendo etiam Felin. in c. irrefragabili, §. ceterum. de off. ord. & Petr. Follerin. in pract. crim. can. c. 33. nu. 126. Posse aliquando Episcopum correctionis zelo Clericos pro delicto pœna pecuniaria punire, potissime vbi ea magis timeretur, iuxta glo. in cap. licet, & ibi Panor. de pœnis, videretque alias pœnas negligi, & parui pendi, & ad emendationem nihil proficere, adhibita tamen cautela ne in illa imponenda modũ excedat, sed peccati qualitatem, & personarum conditionem attendere debet, & quod ipsis Doctoribus vti honestius (sequendo Hostien. in sum. de off. ord. §. quid pertinet.) visum est, nempe ut illam pœnam Episcopus ad effugiendam auaritiæ suspicionem, sibi non retineat, in propriam conuertendo vtilitatem, sed in pios vsus eroget, & deputet, id expresse decreto Conc. Trid. sess. 25. de ref. c. 3. præcipitur, vt mulctæ pecuniariæ, eo ipso, quod exactæ fuerint, pijs locis assignentur, adeo quod referatur Sacram eiusdem Concilij Congregationem censuisse, nec posse Episcopum ex mulctis, & pœnis, quas exigi cõtigerit in eius Curia aliquam portionem Vicario suo assignare pro eius mercede. Super quo etiam Concilium Toler. celebratum anno 1565. actio 2. c. 14. relatum ab Ignatio Lopez in addit. ad Diaz. in pract. crim. can. c. 145. dispo-

fuit, vt sequitur Pœnæ pecuniariæ, si quando a Iudicibus Ordinarijs, iuxta rationem delicti, vel delinquentis qualitatem, eas imponi contigerit, in pios tantum vsus, & pro executione iustitiæ, nõ pro priuata Episcoporum vtilitate expendantur arbitrio Episcopi, vel Vicarij. Deputeturque ab eodem Episcopo, qui eadem pœnas recipere debeat, earumque rationem reddere teneatur. Hactenus verba Concili Tolet. Pluraque imitatione digna circa dictarum pœnarum iniunctionem, depositionem, adnotationem, ac distributionem faciendam, Gabriel. Paleot. S.R.E. Cardinalis dictauit, & ordinauit suo Archiepiscopali Bononien. par. 4. tit. de causis in foro Episcop. fol. 270. & latius par. 6. tit. de administratione fori Archiep. fol. 435. & seq. Illud sane concordi omnium consensu, (Felino attestantur loco indicato, sub num. 6) admittitur, vt in casu quo Episcopus euidenter indigeret, ac pauper esset licite possit dictas pœnas sibi vendicare, & in proprium vsum expendere; In quam sententiam descenderunt etiam Henric. Bott. in tract. de Synodo Episcop. par. 3. sub nu. 25. ibi, Puto tamen, &c. Couar. lib. 2. var. resolut. c. 9. sub num. 9 ac Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 32. nu. 3 Ego tamen adhuc tutius existimarem consulendum esse Sacram Congregationem notificando, & redditus, & onera Episcopatus.

PRAECEDENTIA.

Congruti de maior. & obed.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod per Gregor. xiij. edita fuit declaratio circa Præcedentiam Fratrum Mendicantium, & Confraternitatum Laicorum in processionibus, vt patet ex eius Constitutione Romæ publicata die 17. Iunij 1583. folio 1323. in Bullario incipien. Exposcit pastoralis officij, & infra.

De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quicunque ex dictis Fratribus mendicantibus inter se de præcedentia huiusmodi contendentibus, aut Confratribus confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ, ac iuris præcedendi sunt, ij, (quibuscunque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugiis prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionib. tam publicis, quam priuatis præcedere debeant, quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedẽtiæ huiusmodi inter fratres quidẽ Mẽdicantes ij, qui antiquiores in loco controueliæ, inter Confratres vero inter se litigantes ij, qui prius Saccis vsi sunt, in processionibus tam publicis, quã priuatis præcedere debeant, ita vt si contigerit noua monasteria, aut domos alicuius ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius ordinis ex dictis Mendicantibus monasteria, aut domus prius erecta, & instituta sint, ille ordo, qui prius monasteriũ, seu domum in loco habuerit, præcedat. Præterea quia inter prædictos plerumq; alia in processionibus, & alia in conciliis generalibus, & aliis actib. publicis, siue priuatis, ratio circa modum præcedendi seruatur, nolumus per præsentes prærogatiuis dictorum ordinum quo ad præcedentias huiusmodi quæ propriis ordinibus, præterquam in processionibus prędictis debentur, aut fratribus Capuccinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub Conuentualium Sancti Francisci, aut Minorum de obseruantia fratrum nuncupatorum Cruce, vt solent, incedere possint, aliquod præiudicium generati. Sicque per quoscunque Iudices, &c. Non obstantibus &c.

Et

Et quoniam post dictam Constitutionem ortę fuerunt multæ lites, ideo die 26. Augusti 1593. Sacra Congregatio Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præfecta, ad tollendas omnes lites, & controuersias quæ inter Regulares plerumque solent oriri, super eorum precedētia in processionibus, ceterisque actib. tum publicis, tum priuatis, illud in futurum obseruandum censuit, quod in hac alma Vrbe omnium Magistra seruatur.

Die 30. Augusti 1593. Illustris. & Reuerendiss. D. Card. Alexandrinus retulit suprascriptam Congregationis sentētiam Sanctissimo, placuisse, & iuxta eam in casibus occurentibus semper rescribi, & si opportunum fore videbitur generalem Constitutionem desuper fieri mādasse illa, Gre. XIII. quæ incipit. Exposcit, aliisque contrarijs, quibuscunque non obstantibus.

Habentur istæ declarationes impressæ in Priuilegijs ordin. Camalduens. fol. 218. & in collectione Priuilegiorum sacrorum ordinum Mendicantium, & non Mendicantium per Io. Bapt. Confectium fol. 188. Impress. Florentiæ.

De præcedentia in processionibus inter regulares, & clericos sæculares plura tradit Præpos. in cap. concilia §. Episcopos 17. dist. ad quem spectet diffinire controuersias, quæ oriri solent circa præcedentiam in processionibus, vide Conc. Trid. sess. 24. de regular. c. 13. & nouissime Roderi. tom. 3. quæ regu. art. 1. Item an omnes clerici de iure teneantur accedere ad processionem, vide Archid. Gemin. & Præpos. in c. quando. 38. dist. & Felin. in c. dilectus, num. 7. de off. ordin. & quid in Religiosis, vide Panor. in c. nimis praua, el 2. de excess. prælat. Hodie tamen per Conc. Trident. d. c. 13. sancitum est, vt exempti omnes tam clerici sæculares, quam regulares, etiam monachi, ad publicas processiones vocati accedere compellantur, iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt. Et publicę processiones dicerentur veluti si pro bono publico in dictę essent, vt alias essent consuetę & publice, vt declarauit Sacra Congregatio, vel etiam vt inquit Abb. loc. cit. num. 2. quando processio fieret ex magna causa, vt in nouo introitu Episcopi, vel imminēte peste seu alio flagello, vel ad generales Littanias, quę fiūt post Pascha ante festum Ascensionis, vt ibi per eum. Verum non obstante d. decreto Cōc. Trid. c. 13. censuit Sacra Congregatio si monachi, seu Regulares vere vltra dimidiū milliare a ciuitate distarent, non esse vtique compellendos ab Episcopo accedere ad processiones. Quam declarationem vide infra in verbo priuilegia Regularium.

An in casu, quo Regulares exempti tenentur accedere ac processiones, si citati, seu vocati venire renuerent, possit contra eos Episcopus per censuras procedere, & uidetur dicendum, quod non, sed per alias pœnas ecclesiasticas ex Gambar. in tract. de potest. legati a latere lib. 8. cap. fin. num. 77. & Henriq. in sum. lib. 7. de indulgent. cap. 25. sub § 7. Et quid in Religiosis, qui ex priuilegio eis concesso habent, ut non teneantur ire ad processiones, si ab Episcopo uocati plures, accessissent, an debeant iterato eodem modo accedere. Respondeo quod non, tum quia priuilegium est facultatis, & possunt ire si uolunt, & si nolunt abstinere, tū quia precario uidentur iusse, & sic nullum ius est Episcopo acquisitum, ut in specie determinat Calderin. in cons. 8. sub tit. de regular. quem refert, & sequitur Felyn. in c. dilectus, sub nu. 7. de off. ordin.

Circa Confraternitates laicorum, quæ laicorum Confratariæ nuncupantur, an sint loca religiosa, deque alijs in proposito late tract. Io. Gutierrez lib. 1. canon. quæst. cap. 35. Item in quibus Episcopus, & in quibus Iudex laicus se intromittere

tromittere possint circa has confraternitates, & laicorum collegia. Vide Patis. no rabiliter in cons. 34. volum. 4. & Nauar. in cons. 3. de foro compet. in nouis, Borgnin. Cauale. decis. 17. nu. 16. par. 2. quibus adde Conc. Triden. sess. 22 de refor. cap. 8. & 9. Item an possit compelli ab Episcopo, & censuris distringi, vt accedat ad publicas processiones, Respondeo plaries per Sacram Congregationem fuisse decretum non posse compelli, vt fuit etiam rescriptum Episcopo Scalensi tenoris sequentis. Reuerendissime Domine vti frater. Quamuis Thesaurarij Magistri, & Confratres Sanctæ Mariæ Anunciatæ magis conscientiæ suæ, ac pietati satisfeciſſent si amplitudini tuæ, eos ad publicas processiones vocati morem gessissent, cum tamen ad eas accedere detestauerint, neque ab amplitudine tua cōpelli, neque vllis propterea censuris distringi, atque innodari debuerunt, quod sæpius alias consulti responderunt Illustrissimi Patres Sacri Concil. Triden. Interpretes, itaque interdictum hac de causa latum protinus tollas oportet, ac de cetero a similibus compulsionibus omnino abstineas, Deus amplitudinem tuam incolumem seruet.

Romæ die 6. Maij. 1597.

Amplitudinis Tuæ vti frater. Cardinalis Matthæus.

PRAEDICATOR.

Leo X.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod de Prædicatorum officio, eorumue examine, & approbatione extat Leonis X. constitutio in Concilio Lateranen. fol. 205. in Bullar. incip. Supernæ. & infra.

Congr. titul. de offi ord. vel de offic. de lega. ac titul. de præd.

Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, vt nullus, tam clericus sæcularis, quam cuiuscunque etiam Mendicantium Ordinis Regularis aut quius alius, ad quem facultas prædicendi, tam de iure, quam de consuetudine, vel priuilegio, aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per superiorem suum respectiue diligenter examinatus, (in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus) ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus, & idoneus reperiatur, & hic quocunque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & ideonei tate sua per literas authenticas, seu alias sui examinatoris, approbatorisque, Episcopis, & alijs locorum ordinariis fidem legitime faciat. Mandantes omnibus, qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt Euangelicam veritatem, & Sanctam Scripturam iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationē Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbauit, legendosque hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent, & explanent; nec quicquam eius proprio sensui contrarium, aut dissonum adijciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius Sacræ Scripturæ uerbis, & præfatorum Doctorum interpretationibus, rite, & sane intellectis non discordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, uel antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere, nequaquam præsumant, cum veritas dicat. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. ipsosque qui hactenus similia asserere ausi sunt, mentitos, ac eorum causa reliquorum etiā recte prædicantium auctoritati non modicum detractum fuisse constet: inhibentes omnibus, & singulis Clericis sæcularibus, vel regularibus præfatis, ceteriſque cuiuscunque status, gradus,

gradus, & ordinis existant, qui hoc onus assument, ne de cetero in sermonibus suis publicis, alia quæque futura ex literis sacris constanter prædicere, nec illa a Spiritu Sancto, vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienans inanesq; diuinationes asseuerando, aut alio quocumque modo tractanda assumant, sed ex diuinæ vocis præcepto Euangelium omni creaturæ cum vitiorum detestatione, & virtutum commendatione enucleent, & declarent, & pacem ac dilationem mutuam a Redemptore nostro tantopere commendatam, vbique fauentes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum, & Prælatorum, ac aliorum Superiorum, eorumque status scandalosa detractione, quos coram Vulgo, & laicis non modo incaute, sed etiam intemperanter reprehendunt, & mordent, & ab eis male gestorum expressis quandoque nominibus aperta, & manifesta redargutione abstineant. Denique constitutionem felicis recor. Clementis Papę V. quæ incipit, Religiosi, quam tenore præsentium innouamus, & approbamus, inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hac ratione ad vtilitatem populi prædicantes, & cum Domino lucrifacientes talentum, quod ab illo acceperant, superlucrari, & eiusdem gratiam, & gloriam consequi mereantur. Ceterum si quibusdam eorum, Dominus futura quędam in Dei Ecclesia inspiratione quadam reuelauerit, vt per Amos Prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus prædicatorum princeps, spiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite supernere, hos aliorum fabulosorum, & mendacium gregi cõnumerari, vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipsius gratia Spiritus, Ambrosio teste, si incipientib. loqui feruor contradictione sopitur: tunc Spiritui Sancto iniuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo prouenient: volumus, vt lege Ordinaria tales assertæ inspirationes, antequã publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apostolicæ Sedis examini reseruatæ intelligantur. Quod si sine morę periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc eodem ordine seruato, Ordinario loci notificentur; vt illi adhibitis secum tribus, aut quatuor doctis, & grauibus viris, & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si qui autem cõtra præmissorum aliquod committere quicquam ausi fuerint, vltra pœnas contra tales a iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, a qua non nisi a Rom. Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolui possint, eos incurrere volumus. Et vt eorum exemplo alij attentare tamalia minime audeant, eius prædicationis etiam officium interdictum esse perpetuo decernimus. Non obstantibus &c. Nulli ergo &c.

Cle. 1. de priuil.

Adsunt etiam aliqua Concilii Triden. Decreta; in quibus plura ad concionatores, pertinentia statuuntur, nempe. Sess. 5. de refor. c. 2. sess. 24 cap. 4. & sess. 25. in Decreto de purgatorio, & instructiones Prædicationis verbi Dei reperies apud acta Ecclesiæ Mediolanen. par. 4. pag. 473. & declarationem Sacræ Congregationis de punitione Regularis prædicantis absque Episcopi licentia habes infra in verbo priuilegia Regularium. Quando vero possint Parochus hanc facultatem in sua parochia dare post Nauar. in Man. cap. 24. nu. 141. exprimit Henriq. in sum. lib 7 de indulgent. c. 28 sub §. 8. An autem prædicare sit actus Sacri Ordinis, ita vt non possit per Episcopum alicui, qui non sit in sacris constitutus demandari, vide eundem Nauar. in cons. 2. de tempo. ordin. in antiq. & cons. 7. de off. iud. deleg. in nou.

Grego-

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam. rei memoriam.

SAncta Mater Ecclesia, cuius Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes late diffundens, antiquæ Israeliticæ gentis, populique Dei peculiares reliquias, pio nũquã desinit affectu miserari, grauiterque contristatur Iudeorum quo damnationem præcipuis auctam muneribus, & gratijs, cuius erat adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium, & promissa, vnde otiã Christus Saluator noster secundum carnem nasci dignatus est, per diuersas orbis partes tot iam secula dispersam, ac contagiosi gregis more per inuia, & inaquosa misere vagantem, verbi Dei fame, & aquæ refectionis siti perire, longeq; nõ a terrena tantum super quem dominus fleuit, sed quod grauius est, a cælesti quoque Hierusalem, nisi Christus quem negauit, confiteatur exturbari, quia miseratione, & mœrore nos quoque non leuiter commoti in dies semper aliquid excogitamus, vnde eorum conuersioni, & saluti opportunius prouideatur, ipsisq; ad intelligentiæ viam, quam sibi præcluserunt, valeant Deo propitio peruenire. Quare solicito hæc animo meditãtes, & felici recordationis Nicolai Papæ Quinti, nonnullorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, præsenti Cõstitutione generali præcipimus omnibus Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ecclesiarum prælatis, etiam Cardinalatus honore prædictis, vt in suis quisq; ciuitatib. terris, & locis in quibus competens aliquis numerus Iudæorum qui synagogam constituat, commoratur, curent sabbati, vel alio cuiuscumque hebdomadis statuto die ad Iudæos ipsos in locum præstituũ non tamen sacrum, nec vbi sacra confici solent, conuocatos per aliquem Magistrum in Theologia, aliumue idoneum virum ab eis eligendum cum mercede congrua illi ex ipsum Hebræorum collatione, aut alias prout commodius eis videbitur hebraicæ si fieri poterit linguæ peritum sermones, vel lectiones haberi, in quibus illis exponãtur scripturæ veteris testamentis, Moysis scilicet, & Prophetarum, præsertim vero, quæ eo sabbato leguntur, seu lectæ in eorum sunt synagogis iuxta Sanctorum tamen Patrum interpretationes, & verum catholcæ ecclesiæ sensum, ac in eis differatur de veritate Christianæ fidei, de certo aduentu, & incarnatione filij Dei, illiusque Natiuitate, vita, Miraculis, Passione, Morte, Sepultura, Descensu ad inferos Resurrectione, in cælum ascensione, de eius Euangelio in toto terrarum orbe per Apostolos eius, & alio Sanctos prædicato, innumeris, atque clarissimis virtutibus, & illustrium miraculorum gloria confirmato, ac de eius spirituali, & vero Regno, & de impio idolorum cultu sublato, & gentium vocatione, de perpetua Hierusalem, & terræ eorundem Iudæorum desolatione, tum ipsorum vbique terrarum dispersione, & captiuitate, & de alijs similis argumenti dogmatibus, & articulis ex lege, & Prophetis de diuina præterea, & irrita Iudæorum aduentus Messiæ, & carnalis illius regni expectatione, de vana eorum quæ sæpe quinimo quotidie eos frustrata est spe reditus in terram promissionis, & restaurationis tertij templi, & demum de multiplicibus, & varijs erroribus, & hæresibus eorum, in quas miserrime se demerserunt, postquã Christum Dominum in carne venientem agnoscere noluerunt, & de falsa per eorũ Rabinos tradita, sacrarum scripturarum interpretatione, quarum literarum sensum fabulis, mendacijs, & uarijs dolis, & modis detorquentes corruperunt, & deprauarunt, & hactenus corrumpere, & deprauare non desinunt,

sinunt, deque omnibus alijsque eos possint ad agnitionem fidei ad errorum suorum correctionem, ad orthodoxamque fidem conuertere, pro loci temporis, sumptique argumenti ratione prudenter agant, veris, & ex sacra scriptura depromptis demonstrationibus, nulla cum obtrectatione, aut iracundia, sed magna cum charitate, & modestia veritatis lumẽ illis aperire conẽtur; ad quos sermones, & lectiones volumus, vniuersos & singulos vtriusq; sexus ludęos a duodecim annis supra, infirmitate, aut alia legitima causa, de qua ordinarios docere debeãt non impeditos, in ciuitate, & locis vt præfertur habitãres, vel aliũde obueniẽtes, etiã si inibi domicilium non habeant, ita per circuitum conuenire, vt tertia saltem eorum pars, nec vnquam minor semper adsit. Quod si facere neglexerint interdicti cum fidelibus commercij, & alijs pœnis arbitrio ordinarij, pro contumaciæ modo imponendis, donec satisfecerint competenter ad ipsos sermones audiẽdos compellantur. Si quis vero de numero fidelium ita fuerit salutis, aut sui, aut proximi sui, de quo vnicuique mandatum est immemor, qui eos a salutaribus huiusmodi sermonibus, seu lectionibus directe vel indirecte abduxerit, aut impedierit, seu contenderit quoquomodo, excommunicationis sententia sit eo ipso ligatus, & contra eum ad alias pœnas ordinarij arbitrio omnino procedatur. Ceterum imperatorem regesque, & principes omnes, nec non respublicas, magistratus, & dominos temporales sæculares rogamus, & obtestamur in domino, vt Patriarchis, Archiepiscopis, episcopis, & alijs ordinarijs prædictis, eorumque vicarijs, & ministris suum in præmissis auxilium præstent, amplissimum ab omnipotenti Deo præmium in supremis gloriæ ęternæ tabernaculis, habituri, &c. Datũ Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1584. Kal. Septembris Pontificatus nostri anno tertio decimo. Sequitur publicatio facta Romæ die 14. Septembris 1584.

PRIVILEGIA REGVLARIVM.

PRÆTER Summistas sciendum est, priuilegia Regularium fuisse moderata per Concilium Lateranense sub Leone X. deinde per Conc. Trid. & per eius Sacram Cõgregationem fuisse factas aliquas declarationes, ac postremo per Constitutiones præsertim Pij IV. Greg. XIII. quas referam. Moderatio priuilegiorum per Sedem Apostolicam Fratribus mendicantibus, & alij religiosis concessorum per Leonem Decimum facta in Concilio Lateranensi habetur in Bulla rio, fol. 217. incip. Dum intra mentis arcana, & infra. *Leo. X.*

1 Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, quod Episcopi, & eorum superiores, & alij Prælati præfati, Parochiales ad eosdem Fratres ratione locorum suorum legitime spectantes, quo ad ea, quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum consecrationem, administrationemque pertinent, sine tamen visitatorum insolito grauamine, vel impensa visitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, si Religiosi fuerint iuxta ipsius ordinis regularia instituta, intra septa regularis loci Sęculares vero presbyteros, & Fratres huiusmodi beneficia obtinentes, libere tanquam suæ iurisdictioni subiectos punire. *ca. per. exemptionẽ de priuile. in 6. Con. Tri. sess. 25. de regul. c. 11.*

2 Ac tam prælati quam presbyteri sæculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Missas in ecclesijs domorum eorundem, deuotionis causa, celebrare volentes, libenter recipere debeant.

Ac

3 Ac ab eisdem Prælatis ad Processiones solennes pro tempore faciendas requisiti (dummodo eorum loca suburbana vltra vnum miliare a ciuitatibus respectiuè non sint remota) accedere. Videbis Concil. Tr. sess. 24. de ref. c. 14. & extat declar. congreg. Concil. vt infra.

Clem. dudum de sepul. & vide Coc Tr. sess. 23. de ref. c. 25. ac de clauatione Concil. supra relatam in ver. confessor et alia vt infra.

4 Nec non superiores eorundem Fratrum, Fratres, quos ad audiendes confessiones subditorum eorundem Prælatorum pro tempore elegerint, eisdem Prælatis personaliter exhibere, ac præsentare, si eos sibi exhiberi & præsentari petierint, alio quin eorum Vicarijs (dummodo ad Prælatos vltra vltra duas dietas accedere nō cogantur) omnino teneantur. Possintque illi per eosdem Episcopos, & Prælatos super sufficienti literatura, & aliqua saltem huiusmodi sacramenti peritia diligenter examinari, Talibusq; præsentatis admissis, vel etiam indebite recusatis, confitentes, constitutioni, quæ incipit, Omnis vtriusque sexus, quo ad confessionem duntaxat satisfecisse censeantur. Ipsique Fratres, etiam forensium, cōfessiones audire valeant, laicos tamen, & clericos sæculares a sententijs ab homine latis nullatenus absoluere possint.

5 Eucharistiæ vero, & extremæ vnctionis, aliaque ecclesiastica sacramenta illis, quorum etiam infirmorum, ac decedentium confessiones audierint, dicentibus proprium sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram Notario publico facta doceretur. Eorundem vero Fratrum ob sequio infirmantibus sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio.

Vide Cl. 1. de priuile & Nauar. in manuali cō fes. c. 27 sub nu. 101.

6 Pacta autem, & conuentiones inter eosdem Fratres, & Prælatos, atque curatos pro tempore inita valeant, nisi per subsequutum Capitulum proximum generale, vel prouinciale refutata per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit.

7 Parochias autem cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud ecclesias domorum, & locorum eorundem suam elegerint sepulturam intrare non possint, nisi prius præmonito, & requisito ac recusante parochiano presbytero, & tunc sine eius, ac ordinarij præiudicio, nisi eiusdem Fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ hic in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione fuisse dicitur. De hac re vide decretum Sacræ Congregationis, vt infra.

8 Volentes quoque sepeliri habitu eorundem Fratrum in claustro non degentes, sed in propijs domibus habitantes, in eorum vltima voluntate sepulturam sibi eligere possint.

Coc. Tri. sess. 23. de refor. c. 12.

9 Quodque Fratres ipsi ad ordines promouendi, per Ordinarios de grammatica, & sufficientia examinari, & dummodo competenter respondeant per eosdē Ordinarios libere admitti, ac nullatenus in eorū ecclesijs, seu domibus, aut alijs eorum locis ab alio quam a diœcesano Episcopo, vel eius vicario, super hoc cum debita reuerentia requisito, & absque rationabili causa contradicente, vel eo a diœcesi absente, ad dictos ordines promoueri debeant. Vide declarationem Concilij supra relatam in ver. Ordo, fol. 392.

10 Nec ab alieno Episcopo consecrationem ecclesiæ, vel altaris, aut cœmeterij benedictionem petere, seu in ecclesijs per eos pro tempore ædificandi primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint nisi vbi Ordinarius bis aut ter cum debita reuerentia, & instantia requisitus, sine legitima causa id recusauerit.

Cle 1. de

11 Et absque curatorum consensu sponsum, & sponsam benedicere nequeant.

12 Et

12 Et vt debitus honor matrici ecclesiæ reddatur, tam ipsi Fratres, quam alij clerici læculares, etiam super hoc Apostolicæ Sedis priuilegio muniti die Sabbati maioris hebdomadæ, antequam campana cathedralis, vel matricis ecclesiæ pulsauerit, campanas in ecclesiis suis pulsare minime possint, contrafacientes pœnã centum ducatorum incutrant. Vide supra in verb. campana. *pr Ccc. Tr sess. 24 de ref c 1.*

13 Censuras autem per eosdem Ordinarios latas, & promulgatas, ac in matrici ecclesia ciuitatum, nec non in collegiatis, & parochialibus ecclesiis castrorum, & oppidorum respectiue solenniter publicata, quando super hoc ab eisdem Ordinarijs requisiti fuerint, in ecclesiis, domorum suarũ publicare ac seruare. De qua re vide plura in Cle. 1 de sent. excom. Conc. Trid. sess. 25. de regula. c. 12.

14 Et vt animarum vtriusque sexus Christi fidelium saluti vberius consulatur, illos quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscunque status, & conditionis fuerint ad soluendum decimas, siue aliam bonorum, seu fructuum quotã, in locis in quibus decimæ ipsæ, aut similia solui consueuerunt, etiam sub onere conscientiarum suarum monere, & hortari, ipsisque etiam illas soluere recusantibus absolutionem denegare, & super hoc requisiti, id populo etiam publice prædicare, & persuadere teneantur. *c 1. de deci. in 6. Cle. cupientes de pœnis Cõ. Tr. Jess. 25. de ref. c. 12. Vide declarationem Cõcilij vt infra.*

15 Conseruatores autem eisdem Fratribus pro tempore a Sede Apostolica deputandi doctrina, & probitate præstantes, & in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant, & coram eis per socium Fratres, quibus dati fuerint, vltra duas dietas a loco suæ solitæ habitationis nullus trahi possit, priuilegijs super hoc alias eis concessis nullatenus suffraganubus.

16 Excommunicati quoque ordinem Mendicantium profiteri volentes, vbi de interesse tertij ageretur absolui non possint nisi præuia satisfactione.

17 Procuratores quoque, & negotiorum gestores, ac operarij eorundem Fratrum seruitijs insistentes sententijs excommunicationis promulgatis, illaqueati sint, & esse censeantur, si illis causam dederint, aut dantibus consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint.

18 Fratres autem, & Sorores Tertij ordinis, nec non Mantellati, Corrigiati, Pizocharæ, Cordellati, & alij quocunque nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes, sepulturam, vbi voluerint eligere valeant. Sed die Paschatis tantum Eucharistiam nec non extremam vnctionem, ceteraque ecclesiastica sacramenta (pœnitentiæ sacramento duntaxat excepto) a proprio sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbant, perferenda teneantur, ac in foro sæculari coram iudicibus conueniri possint. Et ne censura vilescat ecclesiastica, & minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur, ijdem dicti Tertij ordinis ad diuina audienda in ecclesiis suorum ordinum tempore interdicti nullatenus admittantur, si causam dederint interdicto, vel causam ipsam nutriant, seu foueant, aut dantibus auxilium, consilium, vel fauorem quoquo modo præstiterint. Collegialiter autem viuentes, seu cum Claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem, seu cælibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam ducentes, priuilegijs, quibus fratres ordin. cuius tertiæ regulæ habitum gestant, gaudere debeant. De hac materia videre poteris Ca. Zaba. in clem. cum ex eo. de sen. excom. vbi gloss. clem. 1. de rel. dom. Capi. decis. 115. c. cum plantare. §. fi. & ibi gl. in ver. nullatenus. c. v. priuilegia, & c. quidam. de priuil. & clem. 1. §. fin. eo. tit. Conc. Tri. sess. 24. de refor. c. 11. vbi de obseruantia.

19 Omnia etiam singula supradicta ad reliquos Religiosos ordinum quorũcunque extendi & per eos etiam seruari debere volumus, atque decernimus. Saluis tamen

tamen in reliquis desuper non expressis, tam Episcoporum, quam Fratrum, & aliorum Religiosorum prædictorum iuribus, quibus per præmissa in aliquo præiudicare, seu quicquam innouare non intendimus. Non obstantib. constitutionib. & ordinationib. Apostolicis, ac statutis, & consuetudinib. dictorum ordinũ, iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq;, & indultis, ac literis Apostolicis &c. Dat. Romæ in publica sessione in Lateranensi sacrosancta Basilica solenniter celebrata, anno Incarnationis Dominicæ 1516. 19. Decembris. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Leo X. Prædicta verba (expresso voto) declarata fuerunt deinde per eundem Leonem X. vt per eius constitutionem incip. Nuper in sacro Lateranensi Concilio, & infra, Cum autem sicut accepimus a quibusdam nimium curiosis vertatur in dubium, an votum prædictum de voto solenni religionis intelligatur, cum illud tria substantialia compreliendat, obedientiam scilicet, paupertatem & castitatem, & circa dictas mulieres virginalem seu castam vidualem vitam ducentes de virginitate, & castitate tantummodo mentio fiat. Nos ad tollendum omne dubium motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine harum serie decernimus, & declaramus, quod in præmissis de voto solenni religionis minime intelligi debeat, ita vt mulieres virginalem, aut cælibem vitam simpliciter vouentes etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes, priuilegijs & immunitatibus prædictis in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dicta constitutione nostra voluimus non obstare. Ceterisq; contrariis quibuscunq; Datum Romę sub annulo Piscatoris die prima Martij 1518. Pontificatus nostri anno Quinto.

Reperitur hæc declaratio impressa in collectione priuilegiorum per Io. Bapt. Confec. fol. 110. & in priuileg. Minimorum f. 78 D. Tertiarijs mulieribus in cõgregatione viuentibus videnda erit Constitutio Pij V. incip. Circa in ver. mulieres quoq; & Constit. Greg. XIII. incip. Deo sacris, quæ fuerunt relatę supra in verbo Monasteria monialium fol. 339. & ille tertius ordo fuit reformatus per eundem Pium V. vt in eius constitu. incip. Ea est officii nostri ratio. fol. 119. in Bullario.

Ne liceat Regularibus leuare defunctorum funera, sine proprio defuncti Parocho.

Decretũ sacræ Cõgregationis. Licet in Sacro generali Lateranensi Concilio statutum, & ordinatum fuerit, vt fratres Ordinum Mendicantium, ceterique Religiosi Regulares non possint intrare Parochias cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias Domorum, & locorum eorundem suam elegerint sepulturam, nisi prius prænonito, & requisito, ac recusante parochiano presbytero, & tunc sine eius, & Ordinarii præiudicio; Significatum tamen est Sacræ Congregationi S. R. E. Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium propositæ nonnullos fratres præsertim Ordinis Minorum de Obseruantia, cuiusdam consuetudinis prætextu, quã neque antiquitate vallari, neque obseruantia vim dimitti, neq; pacifica, & non interrupta possessione firmatam esse constat, contendere sibi licere, defunctorum funera proprio eorum parocho absente, eoque non requisito, efferre & leuare; idq; haud leues controuersias, & altercationes, aliquibus in locis, non sine populi scandalo, & Dei offensione excitasse, Ideo volens eadem Sacra Congregatio omnem eiusmodi dissensionum, & scandalorum materiam, & occasionem præcidere, atque in futurum prouidere, vt tam parochi, quam Fratres ipsi, vnanimiter se vo-

se voluntate, & ea, qua par est charitate, vltima hac Christianæ pietatis officia defunctis præstent, declarat, & huius decreti tenore statuit, prædictis Fratrib. Ordinis minorum de Obseruantia, aliisque quibuscunque Regularibus quorumcunque Ordinum, & Congregationum, tam Mēdicantium, quam non Mendicantium existant, nullo modo licere; etiam specialis alicuius consuetudinis prætextu parochias cum Cruce processionaliter, aut alias ad efferenda, & leuanda defunctorum funera intrare, vel illa leuare, & efferre, nisi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præsente, si tamen ipse aliter fieri non cōsentiat, & permittat, vel nisi requisitus, venire expresse omnino recuset. Atque ita obseruari mandat, & districte præcipit, firmis ceteroqui, & in suo robore permanentibus ijs omnibus, quæ super quarta funerum, & canonica portione, alijsque iuribus, ad sepulturas pertinentibus a sacris Canonibus, & Conciliorum decretis, Summorumque Pontificū constitutionibus hactenus sancita, ordinata sunt, vel alias ex particulari consuetudine, vel alio iure obseruantur. Roma die xij. Ianuarij. M. DCIIII.

Alex. Card. Floren.

Hieronymus Augucchius Secret.

Romæ, apud Impressores Camerales, M. DCIIII.

Post Concilium Lateranense sequitur. Conc. Trid. vbi etiam fuerunt moderata, & correcta in aliquibus Regularium Priuilegia, & ideo standum est eius dispositioni, & ex d. Concil. aliqua recollecta habes supra in verbo exemptio, reliqua patent ex d. Conc. lectura, & non absre inserandas esse censui quasdam declarationes ad regulares pertinentes.

DECRETVM SACRÆ CONGREGATIONIS Illustriss. ac Reuerendiss. DD. S.R.E. Cardinalium Sacrosancti Trident. Concilij Interpretum super intelligentia, & obseruatione cap. 12. vers. Dies etiam festi. sess. 25. de Regular. & quædam aliæ decisiones eiusdem Congregationis ad Regulares spectantes.

COngregatio Concilii censuit, Decretum c. 12. vers. Dies etiam festi, sess. 25. de Regular. ita esse intelligendum, vt Regularium Ritus illis festis semper permaneat, quo ad Missas celebrandas, & cetera diuina officia, tam publice quā priuatim ab ipsis Regularibus in eorum ecclesiis persoluenda. Nec circa hæc ab Episcopis quoquomodo, quicquam in contrarium eisdem Regularibus præcipi posse, Quod si de facto præceperint, Regulares neutiquam ipsis Episcopis obedire teneri. Verum quo ad Conciones, & lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debere se cōformare Euangeliis, & Epistolis, quibus clerus sæcularis vtitur illis diebus festis.

Congregatio itē Concilii censuit, Regulares, qui absque licentia Episcopi prædicauerint in ecclesiis, quæ suorum ordinum non sunt, tametsi Decreto eiusdem Concilii. c. 12. sess. 5. contrafecerint, non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tantum a suis Superioribus.

Congregatio Concilii etiam censuit, Regulares monasterii vltra medium miliare a ciuitate distantis non posse ab Episcopo compelli accedere ad processiones.

Congregatio itidem Concilij censuit Episcopos, aut alios locorum ordinarios vigore cuiusuis Decreti eiusdem Concilij, nullam habere facultatem, quouis tempore in monasterijs domibus, & ecclesijs Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum sæcularium, visitandi sacristias, paramenta, vasa Sacra, altaria, & cetera huiusmodi, aut etiam tabernaculum, seu pyxidem, in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur.

Hier. Card. Matthæius.

Locus † sigilli. Io. Franc. Fagnanus Sac. Congre. Conc. Sec.

Romæ, Ex Typographia Cameræ Apostolicæ. 1602. Superiorum permissu.

Decretum Sacræ Congreg.

Declarauit etiam Sacra Congregatio die 2. Iulij 1587.

Regulares qui quo ad confessiones audiendas idonei generaliter ab ordinarijs eorumue examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indistincte absque aliqua limitatione temporis, certorumue locorum aut generis personarum admittantur in Diœcesi propria. De ceteris vero, qui non adeo idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio ordinariorum relinquitur ipsos cum limitata facultate, prout eisdem ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domibus laicorum confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem auditę confessionis pro Medico aduenientę relinquere.

F. Michael Bonel. Card. Alex.

Georgius Palearius Secret.

Decretū eiusdem.

Insuper sciendum est, quod per Sacras Congregationes super interpretatione Sacri Conc. Trid. & Regularium iussu Greg. XIII. declaratum fuit nempe, quod Regulares omnes in Ciuitatibus Italiæ existentes, sibi conseruatores eligerent coram quibus conuenirentur, ac semel electus non nisi in capitulis prouincialibus mutarent, eorumque nomina intra mensem a die electionis Episcopis locorum ordinarijs indicerent, alioquin coram ipsis ordinarijs conueniri possent.

Has declarationes refert Io. Bapt. Confect. in Summario priuileg. ord. Mendic. tit. 17. c. 4 fol. 154. & tit. 4. cap. 9. fol. 63, & notandum quod quidam sunt conseruatores secundum iura, & priuatarum personarum, de quibus habetur in cap. 1. & cap. fin. vbi Io. And. alijque Doctores de off. deleg. in 6. & in Conc. Trid. sess. 14. de ref cap. 5. quidam vero sunt conseruatores priuilegiorum regularium, de quibus post Guid. Papam in decis. 11, & decis. 18. & decis. 347. Mandos. de sign. gratiæ tit. Conseruatoriæ, Nauar. in man. c. 27. nu. 125. & in cons. 1. de off. deleg. in antiq. & 3. in non. latissime de eis agitur per Sorb. in Compen. priuil. Mend. in verbo Conseruatores ordinis, Emanuel. Roderic. tom. 1. quæst. regular. q. 65. & Confect. loco proxime citato, quam declarationem de conseruatoribus eligendis per regulares habes etiam in Conc. Prouinc. Mediolan. quinto sub tit. de Episcopo, episcopali iurisdictione, & foro fol. 126. in volumine actorum ecclesiæ Mediolan.

Decretum

Decretum, quo declaratur, Episcopis, in ecclesiis Regularium Pontificalia exercentibus licere Baldachinum erigere.

DEcet, Episcopis, pro eo, quo in ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu, inquocunque suarum Diœcesum loco, quoties eo, ibi Pontificalia exercere, aut, in Pontificalibus adesse, & assistere contingit, eam, quam par est, reuerentiam & honorem, decoro cultu, & ornatu exhiberi. Quare non sine graui animi dolore, auditum est, nonnullos Regulares, vano quorundam immunitatum & priuilegiorum prætextu, Episcopis in eorum Ecclesiis in Pontificalibus intersentibus, nó modo renuisse in eis, supra locum Episcopalis solij, Baldachinum erigere, verú id etiã iussu ipsorummet Episcoporũ curantes, prohibere & arcere ausos fuisse. Atque ideo Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, facto verbo cum Sanctissimo Domino nostro Clemente Papa viij. ac de Sanctitatis Suæ speciali, & expresso mandato hoc præsenti decreto, perpetuis futuris temporib. valituro, declarat, statuit decernit, & mandat, vt de cetero Episcopi, vbi tam ex consuetudine, & priuilegio, quã ex sacrorum Canonum constitutionibus, & Pontificalis Romani præscripto, aut alio iure, Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis cum mitra, vel etiã sola cappa induti, in quibusuis Regularium Mendicantium, quam non Mendicantium, Monachorum, etiam Cassinensium, Clericorum, Presbyterorum, & cuiusuis alterius Ordinis, & Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Ecclesijs, interesse possunt, ipsi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant, in loco ad solium Episcopi constituendum opportuno & congruo, Baldachinum attollere; Eis autem id facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eisdẽ Episcopis illud asportari, & in quacunque eorundem Regularium; aut alia quantumuis exempta Ecclesia, supra Episcopale solium, seu Pontificale Faldistorium, erigi facere, atque sub eo sedere & stare, quemadmodum in proprijs & Cathedralibus eorum Ecclesiis stare & sedere solent, eo tamen duntaxat tempore, quo Pontificalib. aderunt, peragetur. Si qui vero Regularium huic declarationi statuto, decreto, & mandato, inobediẽtes, & cõtumaces fuerint sciant se ab eisdẽ Episcopis ad id, per cẽsuras, & pœnas ecclesiasticas, huius Decreti virtute cogi, & compelli posse, aliisque pœnis tã spiritualib. quã tẽporalib. arbitrio Sũmi Romani Põtificis subiacere, & obnoxios fore. Non obstantibus quibusuis Cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac dictorum Ordinum, Religionum, Militiarum, Societatum, & Congregationum quocunque nomine censeantur, statutis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis & cum quibuslibet etiã derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis in cõtrarium præmissorum hactenus quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis: quibus omnib. & singulis, etiã si talia essent, quæ sub generali expressione & derogatione non venirent, sed de illis, eorumque totius tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, mentio habenda foret, eorum tenores, præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habens eadem Sanctitas sua, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogant, ceteriscque in contrarium facientib. quibuscumque. Romæ die 10. Iunii 1603.

Alex. Card. Flor. Epis. Præneslin.

Hier. Agucchius Secret.

Nota hanc declarationem pro ampliatione Clem. Archiepiscopo. de priuileg. quia antea non poterant prohiberi ab exemptis, Card. Zaba. in d. Clem. §. similimo etiam eis inuitis poterant exercere ea, quæ in d. Clem. continentur, & per eosdem Episcopos iuxta terminos huius decreti possunt hodie compelli censuris, & pœnis ecclesiasticis vigore huius decreti, nam antea oportebat agere coram superiore exemptorum idem Card. in d. Clem. §. fi. in fine & dictum fuit supra in ver. Archiepiscopi auctoritas in 30. auctoritate. fol. 82.

Quarta funeralium.

Quasdam alias declarationes habes supra in verbo confessor, & quantum ad quartam funeralium attinet, apud Conuentum Sancti Aloysii, seu Sancti Ludouici de Neap. ordinis Minimorum conseruatur sequens declaratio authenticata ab Auditore Cameræ Apostolicæ tenoris sequentis.

Illustrissimi, & Reuerendiss. DD. Fratrum Minimorum Sancti Francisci de Paula Sacra Religio a suis primordiis gaudet quodam Apostolico priuilegio per fel. mem. Iulium secundum Pont. Max. Anno Domini MDVI. sui vero Pont. 3. Beato Francisco de Paula Patri, & Fundatori prædicti ordinis tunc in humanis agenti, & suæ Religioni benigne concesso, in quo Indultum extitit, Monasteria, Domus, & Conuentus dicti Ordinis tam constructa olim, quam in futurum construenda nedum decimas ex Noualibus, Prædijs, Hortis, verum etiam nullum Parochis ecclesiarum quartam funeralium teneri debere persoluere vt in dicto Priuilegio latius est videre, ad huius effectum huic Sacræ Congregationi præsentatum. Et quia licet hoc non obstante aliquibus in locis prædicti ecclesiarum Parochi, & Rectores perperam forsan intelligentes Sacri Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. sensum, seu illum in eorum fauorem retorquentes, nituntur a prædictis Fratribus huiusmodi funeralium portionem seu quartam extorquere, quoties Cadauer aliquod apud ipsorum Fratrum monasteria sepeliri contingit, magnas pro ea fratribus molestias inferentes assidue. Ideo Frater Petrus a Mera Prouincialis minister dictæ Religionis minimorum Sancti Francisci de Paula in Castellæ Prouincia Illustrissimis & Reuerendissimis DD. VV. humiliter supplicat vt ad sedanda scandala, & euitandas lites dignentur declarare, an per d. sacrum Cõcil. Trid huiusmodi priuilegio derogatum veniat quo ad solutionem prædictam, vel decreto ipsius Concilii non obstante debeat obseruari, & Fratres d. Ordinis ab ea solutione immunes & liberos censeri. Quas D. Opt. Max. Congregatio Concilij censuit huiusmodi priuilegio ante quadraginta annos ante Concilium, vt proponitur concesso minime derogatum esse eiusdem Concilij decretis.

Hier. Card. Matthæius.

Locus † Sigilli.

Aliam declarationem habes impressam in 1. Tomo Regular. quæst. Emanuel. Roderici art. 79 q. 2. fol. 365. videlicet.

Congregatio Concilij censuit, non comprehendi monasteria ædificata a quadraginta annis citra, aut quæ in dies ædificantur, vel in futurum ædificabuntur, præsupposito, quod huiusmodi monasteria sint eius religionis, cui a Sede Apostolica indultum sit, vt quartam funeralem non debeant soluere Episcopo.

Antonius Card Carafa.

Publica-

Publicato Concil. Triden. pro eius obseruatione fuerunt editæ a Pio IV. duæ Constitutiones derogando etiam priuilegiis Regularium in his, in quib. statutis, & decretis dicti Concilij contrariantur, quæ relatæ fuerunt supra in verbo Concilium Tridentin. fol. 183. de quorum priuilegiorum abrogatione habentur per Emanuel. Roderic. tomo. 1. quæst. regul. q. 8. Et cum per Pium V. fuissent editæ tres Constitutiones pro Regularibus prima incip. Et si Mendicantium. fol. 982. in Bullar. secũda incip. Ad hoc nos Deus. fol. 1135. Tertia incip. Ad exequendum. fol. 999. in Bullario & uide infra in verbo Vicarius perpetuus, & prælegatæ Pij V. Constitutiones sunt tenoris sequentis.

Bulla confirmationis, & nouæ concessionis priuilegiorum omnium Ordinum Mendicantium, cum certis declarationibus, Decretis, & Institutionibus S. D. N. D. Pij V. motu proprio.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ETSI Mẽdicantium ordines, qui sedulo in vinea Domini quotidie exhibere nõ cessant famulatum, summo semper studio (etiam dum in minoribus essemus) amplexi sumus, ad summi tamen Apostolatus apicem (Meritis licet imparibus) diuina fauente clemẽtia assumpti, dum id mente recolimus, facere non possumus, quin eos propensiori charitate, & paterno affectu amplectamur: ac exinde pro suis sanctis studiis, honestisque laboribus, proque saluteanimarum, ab Apostolica Sede (cuius continue pacem, & dignitatem, ordines ipsi fortiter tutati sunt) tam spiritualia, quam temporalia subsidia ornamentaque acceperint, & accipiant, quibus, & sancta sua officia, ac vitam suam Regularem facilius, atque expeditius exequi, & transigere possint, & ceteræ religiosę personæ, ordinesque alij, exemplo ipsorum, promptiores, alacriores que ad sua officia persoluenda reddantur. Hinc est quod nos attendentes plerosque ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & episcopis, qui eosdem ordines præcipue tanquam fructiferos in agro Domini Palmites, & colere, & adiuuare debebent, non solum id exequi negligere, verum etiam Concilii Trid. decretis in prauum sensum retortis, eos, & eorum quẽliber, variis afficere incõmodis, & perturbationibus, eorumque priuilegiis non modicum afferre grauamen, conantur.

Quidam enim Episcopi, (vt accepimus) nolunt admittere quosdam regulares ad prædicationem, etiam in suis ecclesiis faciendam, quamuis de eorum habilitate ad huiusmodi opus exercendum, habeant bonum testimonium a suis superioribus.

Alii vero volunt, vt ne dum semel, sed etiam pluries in anno coram ipsius, vel eorum Vicariis prædicatores præsententur, ac pro licentia prædicandi, (quam non nisi in scriptis dare volunt) aliquid quandoque exigunt.

Alii etiam episcopi, maximam Regularibus iniuriam irrogare videntur, dum præter ordinem, & veterem consuetudinem, absque vlla ratione quosdam reii-

ciunt, & quosdam (pro eorum libito) admittunt ad prædicationem huiusmodi habendam in locis suæ Diœcesis.

Quorundam etiam locorum ordinarii, quosdam Religiosos probos viros, & idoneos, (etiam a suis superioribus approbatos) ad confessiones audiendas admittere nullo modo volunt.

Quidam ex eis volunt, non solum singulis annis, sed etiam pluries in anno in aliquibus partibus eosdem confessores sibi præsentari.

In aliquibus vero oppidis tam episcopi, seu eorum Vicarii, quam presbyteri curati nolunt, vt fratres mendicantes vocati ad audiendas confessiones infirmorum, (maxime si infirmitas est grauis) aut etiam sanorum in priuatis illorum domibus, vel alibi præterquã in suis ecclesiis, aut Monasteriis possint accedere.

Nonnulli etiam audent confessores Monialium, (qui pleno iure subsunt Regularibus) examinare, cum tamen id minime per Concilium decernatur; sicut & de fratribus, qui sunt audituri confessiones aliorum fratrum.

Qui etiam in aliquibus partibus nituntur asserere, seu facere, ne quis quam infra annum possit sacram Eucharistiam in ecclesiis Mendicantium recipere, neque etiam Moniales tertiarias nuncuparas suorum ordinum, (vt aliqui asserunt), in aliquibus partibus fieri, cum tamen solum in Paschate, (quo ad sæculares duntaxat) iuxta priuilegia Summorum Pontificum prædecessorum nostrorum eisdem ordinibus concessa id obseruari debeat.

Alii vero Episcopi, seu eorum Vicarij audent ad eorum libitum dare licentiam quibuscunque, Monasteria Monialium etiam Sanctæ Claræ ingrediendi, etiam si Regularium curæ subdita sint.

Quidam vero sub prætextu exquirendi voluntates puellarum, ante professionem earum volunt eas extrahere a Monasteriis, & per longum tempus alibi detinere, ipsasque puellas, seu nouitias de pleriſque rebus interrogare, neque necessarijs, neque in decreto Conc. Triden. desuper contentis, ex quibus non modica potest oriri occasio scandali.

Alii vero plerique noluerunt quosdam Regulares aliarum Diœcesum sacris ordinibus initiare, ac etiam a sui Ordinis Prælatis approbatos admittere nolunt.

Aliqui vero singulis dominicis diebus in suos Parrochianos ad sonum campanæ excommunicationem promulgant, vt non possint interesse Missis, Concionibus, & diuinis officijs, nisi in propria parochia.

Alii vero ipsis prohibent vt omnino in aliis ecclesiis, (etiam requisiti) non celebrent.

Alii vero in aliquibus partibus, in eorum ecclesiis conciones Sacræ Scripturæ, & sermones pro mortuis haberi nolunt; & si aliquid ipsis relictum fuerit, vt ab ipsis Missæ dicantur, vel alia officia pro mortuis celebrentur, ipsis sibi ea vsurpant dicentes, quod ipsi ea exequi non possunt, quia ipsi sunt Pastores.

Alii vero sub excommunicationis latæ sententiæ, & exilii per decennium a diœcesi pœna inhibuerunt ne Missę in eorum ecclesiis celebrentur, in diebus festiuis, antequam rector Parrochialis ecclesiæ celebrauerit.

Alii etiam nolunt vt dum prædicatio in ecclesia Cathedrali habetur, alibi prædicetur.

Ac insuper in quibusdam locis omnem ordinem, & quietem perturbant, dum controuersias iam diu sopitas, & extinctas super precedẽtia excitarunt, & vbi nullæ erant peperierunt, dum pro arbitrio, & voluntate eorum hos illis præferre voluerunt.

Qui-

Quidam etiam Episcopi volunt Regulares a cura animarum excludi, & illam solis presbyteris sæcularibus committi.

Quidam vero quartam funeralium extendere volunt, etiam ad Missas, legata, & alia quæcunque, quæ domibus Regularium relinquuntur.

Alii autem volunt quartam partem omnium eorum, quę etiam pro ornamento ecclesię, palliorum, planetarum, coronarum, pannorum, & eorum etiam quę pro victu fratrum relinquuntur.

Aliqui etiam in quibusdam partibus, etiam volunt, vt non solum ius sepulturę solui consuetum, quod semper soluitur, neque denegatur, sed etiam omne illud, quod ecclesiis ordinum, ad eorum libitum partes dant, quando sepeliuntur ibidē defunctorum corpora, id totum curatis etiam de nouo soluatur, instanter conantur, impedientes ne aliter corpora defunctorum ad monasteria fratrum deferantur, vnde in hoc maxime tam partes, quam ipsos fratres grauari contingit.

Aliqui vero, etiam ex locis mendicantium, qui curam habent animarum, volunt pro seminario decimas exigere, ac in casu retinentię etiam pignus exigunt.

Alii autem prefatos fratres, ac moniales sub eorum cura degentes subsidium regium persoluere cogunt, cum multę earundem Monialium vix habeant pro earum victu, & vestitu necessaria uitæ.

Alii etiam in quibusdā partibus pauperes mēdicantes, eleemosynas petere prohibent, pro eorum duntaxat sustentatione, & si inuenerint eos panem, vel aliquid aliud simile amore Dei sibi collatum portantes, quandoque ab eis auferre minantur, afficientes eos graui iniuria, & contumelia.

Nonnulli vero Episcopi, vel Capitula canonicorum pauperes mendicantes, tam fratres, quam Moniales suorum ordinum, tam de redditibus bonorum, si quæ habent, quam de possessionibus, Vineis, Agris, & aliis suis bonis quibuscunque non solum largitione fidelium sibi concessis, sed etiam alias iustis de causis ab eis acquisitis, ac pecuniis emptis sibi decimas, ac primitias aliis respectiue soluere cogunt.

Alii autem ausi sunt inquirere, & processus facere contra aliquos Regulares intra claustra delinquentes, vel de quorum delictis aliqua erat suspicio, non expectata aliorum superiorum censura.

Alii vero episcopi monialiū monasteria ingredi, & illa ingrediēdi licentias suis concedere, & aduersus illas processus formare, ipsorum ordinum superioribus irrequisitis præsumunt.

Aliqui etiam dominium temporale super moniales habere prætendunt.

Nonnulli vero frequentissime Regulares citant, & iurisdictioni suæ subiicere tentant, ac eorum conuentum occupant, ipsos expellendo, ac in ipsos iurisdictionem, vel potestatem exercent.

Aliqui vero ipsos carceribus, (absque causæ cognitione) mancipant, ac manibus, pedibusque laborant, vt Regulares Mendicantes suæ dictioni subyciant, & vsque adeo se intromiserunt in gubernatione conuentuū, & in correctionibus fratrum, vt Prouincialibus, & Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut vlla iurisdictio.

Aliqui autem conuentuum Priores, & Guardianos rationes, & cōputa facere cum Syndicis conuentuum huiusmodi prohibent.

Fratres quoque qui ad episcopos huiusmodi recursum habent, a Prioribus, & Guardianis prædictis castigari, & puniri interdicuntur.

Inhibent quoque superioribus ordinum, ne faciant processus contra fratres, ac

in ipsos imperium, & brachium sæculare exercent.

Alij vero ipsos extra claustra degentes, sub eorum protectione recipiunt eosque sic permanere permittunt, eosque etiam inuitis suis superioribus detinent.

Aliqui vero bonorum ipsorum fratrum tanquam ad eos (si extra claustra defuncti fuerint) spectantium possessionem occupare præsumunt, & ad habitum Religionis reuersis, sua bona consignare nolunt.

Ac etiam vniones a Sede prædicta, aut alias rite factas ds beneficiis ecclesiasticis impediunt, & sibi relaxari debere volunt, & contradictores excommunicationis gladio feriunt.

Alii vero Regulares campanas diebus festiuis pulsare, vel eodem tempore, quo ipsi celebrant, Missas celebrare nolunt.

Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quãdam domum Regularem, triginta, vel quadraginta ducatos exigere non erubuerunt.

Alii vero eos mortuorum corpora associare, alii autem illos cum Parocho similia munera subire, non permittunt, nisi maior canonicorum pars interuenerit.

Alii vero mortuorum officia in Regularium ecclesiis peragi nolunt, nisi eum ipsorum præsentia, & ipsorum Moniales vel alias personas, etiam si in earum funere Parochus interuenire non deberet, sepelire prohibent, nisi ipsi parocho prius certum quid solutum fuerit; & si aliquem, ipsi sciuerint, in Regularium ecclesiis sepulturam elegisse, eum (vt dicitur) non ante ad illas deferre sinunt, quã ad Parochi ecclesiam delatum, inibique officium peractum fuerit.

Postremo vero testamenta sine presbyterorum præsentia fieri prohibent, & si quid ipsis Regularibus relictum fuerit, id asserentes contra Concilij Tridentini canones esse, reuocare omnino procurant.

Ac propterea volentes præmissis, ac alijs similibus excessibus, & grauaminibus ex nostri pastoralis officij debito prouidere, attẽdentes etiam illos, qui onus dici, & æstus, tam in prædicationibus, quam in ceteris spiritualibus muneribus quotidie sustinent, nisi etiam aliquantis per subleuentur, facile fore, vt oppressi a suis officijs omnino desistant, ne in posterum eis aliquod inferatur grauamen. Concilii Triden. huiusmodi decreta, quorum falsa, seu minus vera intelligentia præmissa irrepserunt, quorumque declaratio non, nisi ad nos spectat, modo, & forma infrascriptis declarandũ censuimus. Nos igitur motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostri, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, declaramus canonem sessionis 24. cap. 4. per quem omnibus regularibus, etiam in suorum ordinum ecclesiis contradicente episcopo, prædicationis officium interdicitur; Mendicantium ordinum fratres huiusmodi, quando a suis Generalibus, vel eorum ministris prouincialibus, ad id deputati fuerint non comprehendere, neque eos afficere posse, Immo volumus quod in suis ecclesiis quando eis placuerit, licite, & absque vllo impedimento, vel contradictione, etiam episcopi, (nisi ipse prædicauerit) prædicare possint.

Quod vero in sess. 23. cap. 15. circa confessiones a Regularibus non audiendas statuitur, hoc etiam dictorum ordinum fratres, a præfatis suis Generalibus, vel Ministris Prouincialib. ad audiendas confessiones vtriusq; sexus Christi fidelium approbatos (vt præmittitur) minime cõprehendat, ita vt a confessionibus audiendis, tam intra eorum ecclesias, & Domos, quam extra, minime prohibeantur, super hoc literas felicis recordationis Pauli Papa III. etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem fratribus mendicantibus regularis obseruantiæ, posse

con-

confessiones sæcularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & Monasteria sua, & vbilibet audire, approbando, & de nouo concedendo.

Statuimus etiam, quod ille qui semel in vna diœcesi admissus per episcopum fuerit, semper in eadem diœcesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari, vel præsentari in dicta diœcesi debeat, tam quo ad prædicationes faciendas, quam quo ad confessiones audiendas, nec aliquid pro prædictis exigi, vel recipi debeat.

Confessores vero monialium, quæ degunt sub cura regularium, ab Ordinario examinari nolumus, quemadmodum neque etiam fratres, si debeant audire confessiones aliorum fratrum, examinari debent.

Lectores insuper ex eisdem fratribus, & in Theologia graduati qui cum licentia suorum superiorum ad gradum admissi fuerint, cum ipsorum doctrina ambigendum non sit, tam confessiones audituri, quam prædicationis munus subituri, ab episcopis minime examinentur.

Cumque in honestum sit, quemlibet in alienam messem falcem inijcere, cũq; Monialium monasteria non, nisi de episcopi, vel superioris licentia, & in casibus necessarijs aliquis ingredi præsumat, in sessione 25. can. 5. prohibetur, hoc tantũ in illis Monasteriis locum habere volumus, quæ ordinarijs ipsis pleno iure subsunt in quibus, in casibus necessarijs, ipsi dare licentiam possint, & non in aliis Monasteriis, ita vt in præfatis monasteriis, quæ ordinarijs ipsis pleno iure non subsunt, ipsi ordinarij illa ingredi non possint prout in regulis earum, seu de iure statuitur, & eis aliquos processus aduersus moniales ipsas, seu fratres huiusmodi, propterea, seu alias ipsorum ordinum superioribus irrequisitis, quoquo modo formare, aut facere possint, omnino prohibemus; ita vt aliquam iurisdictionem, seu aliud quodcunque dominiũ, in Moniales, & fratres huiusmodi, respectiue habere, exercere, aut exequi nullatenus possint, aut debeant, imo illas, & illos omnes, ab eorum superioritate, dominio, & iurisdictione, & potestate eximimus, & liberamus, prout eis concessum est per sua priuilegia, a sede præfata obtenta, & ita præfatæ moniales, ac fratres, sint excluſi a superioritate, & iurisdictione ordinariorum respectiue huiusmodi, vt etiam in illarum, vel illorum Syndicis, aut procuratoribus deputandis, vel in disponendis illorum facultatibus, vel alia sibi non competentia facienda, vllatenus nõ se intromittãt, nec etiam ordinarij ipsi regulares præfatos citare, & iurisdictioni suæ subijcere, ac eorum conuentus occupare, ipsos ab eis expellendo, ac in ipsos iurisdictionẽ aliquam, & potestatem exercere, (vt præmittitur), aut ipsos carceribus mancipare, & contra eos aliquid aliud facere possint, vt suæ dictioni subijciantur, neque etiã se intromittant vllo pacto, aut aliqua ratione in gubernatione conuentuũ, tã fratrum, quam monialium huiusmodi, & illorum correctionibus, sed omnia ista, & alia necessaria ad correctionẽ, & gubernationem fratrũ, aut monialiũ huiusmodi, & eorũ Generalibus, ac ministris, seu prouincialibus, vel aliis eorũ, aut earum respectiue superioribus, etiã ratione cõputa faciendi cũ Syndicis conuentuũ huiusmodi, omnino relinquãtur, nec vllo modo in præmissis, & alijs, fratres, & moniales huiusmodi tangentibus, ordinarij prædicti per se, vel alios, se intromittant.

Fratres quoque si contigerit, eos ad huiusmodi ordinarios recursum habere, a præfatis Generalibus ministris, seu Prouincialibus, Prioribus, Guardianis, & alijs superioribus castigari, & puniri posse, & debere, neque ipsos ordinarios præfatis superioribus ordinũ huiusmodi, vllatenus inhibere, quinimo præfatos superiores processus contra fratres suos, & Moniales huiusmodi, quando opus fuerit, circa

delicto-

delictorum inquisitionē, vel castigationem facere posse decernimus, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis.

Inhibemus etiam ipsis ordinariis, ne fratres extra claustra degentes sub eorum protectione recipiant, eosque inuitis suis superioribus detineant.

Prohibemus quoque eisdem ordinarijs, ne aliquo modo se intromittant in bonis dictorum fratrum, extra claustra suorum Monasteriorum pro tempore degentium, siue decedentium, & quamuis in habitu, siue absque habitu moriātur, volumus quod eorum bona mobilia, & immobilia, ad ordinem, quam professi sunt pertineant disponenda, iuxta constitutiones, seu ordinationes præfatorum ordinum, neque illa ordinarij præfati occupare præsumant, imo huiusmodi, & ad habitum religionis reuertentium, bona omnia Monasterijs ipsis, cum ea quæ acquirit monachus de iure, Monasterio acquirantur, pertinere etiam decernimus.

Ac ipsis ordinarijs, ne quascunque vniones etiam perpetuas a Sede prædicta, vel alias, vt præfertur hactenus factas, & pro tempore faciendas de beneficiis Ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin suum sortiantur effectum impediant, omnino etiam prohibemus, & censuras ecclesiasticas, & alias pœnas, per eos in cōtradictores pro tempore latas, nullius esse roboris, vel momenti, similiter decernimus, & declaramus.

Insuper volumus quod præfati regulares, quibus cura animarum inest, possint per se ipsos iuxta suorum superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, seu cappellanos sæculares, ipsorum Regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos, & ab ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos præfatam curam exercere, neque in eorum deputatione, vel amotione, neque alicuius partis fructuum consignatione, pro præfatis Cappellanis, seu Vicarijs sæcularibus, si per tales curam exerceri contigerit, episcopi vllo pacto se intromittant.

Prohibemus insuper eisdem ordinariis, ac aliis quibuscunque personis, ne impediant ipsos fratres, quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, seu festiuis, aut aliis totius anni temporibus campanas pulsare, & etiam tempore quo ipsi celebrauerint, Missas celebrare, nec non mortuorum corpora associare, & illa per fratres ipsos, quando in ecclesiis suis præfatis delata fuerint, etiam absque præsentia rectorum ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere, ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse, necessariamque præsentiam Rectorum, aut aliorum clericorum, quin infirmi libere sua possint condere testamenta minime esset, ac ipsos regulares legata aut quæuis alia sibi in testamentis relicta, exigere, & obtinere posse, neque aliquod ius in contrarium esse, decernimus, & declaramus.

Volumus etiam quod puellarum Deo dicandarum, an scilicet coactæ vel seductæ fuerint, examen faciendum, non nisi infra quindecim dies, postquam iuxta Concilium Tridentinum episcopi, vel vicarii requisiti fuerint fieri possit, quibus elapsis, amplius in hoc illis se intromittere non liceat, cuius occasione, nec episcopus, nec eius vicarius intra septa monasteriorum ingrediantur, sed stent ante crateram ferream, & interrogationes, alias, quam eas quæ præfatum Concilium Tridentinum iubet, eis fieri omnino prohibemus, ac similiter volumus, quod puellæ seu nouitiæ ipsæ, ad alias interrogationes respondere minime teneantur.

Sessionis vero 23. cap. 8. neminem nisi a proprio episcopo ordinari posse statuens; in regularibus locum non habere omnino declaramus, ita quod fratres huiusmodi præfatos, etiam sacros ordines, a quolibet antistite gratiam, & cōmunionem Apostolicæ Sedis habente, ordinarij loci minime requisita licentia, in locis

cis seu domibus fratrum huiusmodi, aut alibi recipere possint.

Et insuper sessionis 22. decretum, per quod populum sæpe ad suas ecclesias, saltem dominicis, & maioribus festiuis diebus conuenire debere monet, in sequendo: volumus quod fratribus huiusmodi, non solum prohiberi non possit, ne Missas, & alia diuina officia faciant, in eorum ecclesis, verum etiam in quibuscunque alijs, vbi celebrari Missas solitum est, etiam ipsis non uocatis, seu ad id requisitis, celebrare valeant.

Ac etiam quod conciones, & lectiones sacræ scripturæ, & sermones pro mortuis, etiam in ecclesis suis facere, ac eleemosynas pro celebrandis huiusmodi Missis, & aliis diuinis officijs peragendis, si eis illas donari, seu relinqui contingit, recipere, nec non Missas, & diuina officia huiusmodi, etiam in diebus dominicis, vel festiuis, etiam antequam rector Parochialis ecclesiæ celebrauerit, celebrare, & facere, & quando eis videbitur, etiam si tunc in ecclesia cathedrali prædicetur, prædicare, ac etiam quicunque vtriusque sexus Christi fidelis, totius anni tempore illas, & illa, in ecclesiis fratrum huiusmodi audire possint, ipsique Christi fideles vllatenus desuper molestari, aut impediri per locorum ordinarios, seu Rectores parrochialium ecclesiarum, aut alios quoscunque vllo pacto, causa, vel occasione non valeant, seu debeant, sed præfati Christi fideles, audiendo Missas, & alia diuina officia in ecclesiis fratrum huiusmodi diebus dominicis, aut festiuis, præcepto ecclesiæ de illis audiendis, satisfeciisse censeantur.

Ipsique Christi fideles Sacramentum Eucharistiæ (resurrectionis Dominicæ festiuitate duntaxat excepta) sumere, eisque illud per fratres huiusmodi administrari valeat, nec ad aliud faciendum, per locorum ordinarios, aut ecclesiarum rectores præfatos, seu alios quoscunque (illorum licentia minime requisita) etiam sub censuris ecclesiasticis, & aliis pœnis, cogi, vel compelli possint, seu debeant, eisdem decernimus, & declaramus.

Et licet in Sessione 25. cap. 7. caueatur, quod cæsuræ, & interdicta ecclesiastica, etiam a laicorum ordinariis promulgata, mandante episcopo, a Regularibus in eorum ecclesiis publicari debeant, tamen si tempore celebrationis alicuius ex festis sanctorum ordinum eorundem, ac alias in aliis festiuitatibus, iuxta eorundem ordinum priuilegia Apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud in præfatis festiuitatibus, & earum octauis suspendimus.

Controuersias autem omnes de præcedentia, quæ eadem sessione 25. cap. vero 13. per episcopum terminari mandantur, non nisi durantes, per illum dirimi, finitas autem, nullo pacto innouari posse statuimus.

Cumque licet c. 12. sessionis 25. statuat, quod in domibus virorum, seu mulierum, quibus animarum personarum sæcularium cura imminet, nulli etiam ad nutum amouibiles, nisi deputentur, nisi de ordinarii consensu, ac præuio examine huiusmodi præcedente ad curam huiusmodi, admitti posse omnino volumus præfatos regulares.

Quartam autem funeralium de qua sessione 24 cap. 13. nequaquam soluere teneantur monasteria, quæ a quadraginta annis citra, fundata existunt, postquã Concilium ipsum loquitur tantum de monasterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt, & vbi solui consuenit, id tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus ferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu legatis, vel alijs fratribus ipsis, seu monialibus huiusmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis solui debet. sicq; intelligi Concilij decretum, quo ad quartam huiusmodi

modi

modi soluendam debere decernimus. Vbi vero non est cõsuetudo soluendi quartam huiusmodi, de nullo supra scriptorum solui debere declaramus. Nec ad quartam seu aliam partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento ecclesiæ, pallio rum, planetarum, cortinarum, pannorum, & aliorum, quæ dictis ecclesijs relinqui, vel dari contigerit, etiam si pro victu fratrum, aut alias relinquantur, aliquid contribuere teneantur.

Ac etiam ius sepulturæ solui tantum consuetum curatis, & non aliquid aliud eis solui debeat, quamuis partes ad earum libitum, ecclesijs ordinum huiusmodi, seu eorum fratribus alia quęcunque tribuant, seu eleemosyna elargiantur, quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorũ huiusmodi, nec propterea impediti debeant quin possint defuncto corpora præfata, ad eorum ecclesias tumulanda deferri facere.

Inhonestum quoque esse censentes mendicantium ordines ad aliquorum onerum contributionem teneri, illos, illorumque loca, etiam si curam animarum habeant, ac quæcunque beneficia illis vnita ad contributionem pro seminatio, aut decimarum aliquarum solutionem, immo illos, & eorum domos, Monasteria beneficia, & loca quæcunque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque possessiones, vineas, agros, & prata, ac alia bona quæcunque tam ad ipsos, quam ad moniales pfatas, et largitione fideliũ, seu alias iustis de causis ab eis acquisita, ac pecunijs empta, vel alias quomodolibet pertinentia, minime teneri, illosque, & illas a quibuscunque decimis, primitijs, quartis, mediis, & aliis fructuum partibus, nec non subsidijs caritatiuis, etiam per nos concessis, ad quorumcunque etiam regum, Principum, & dominorum temporalium instantiam, quacunque etiam vrgentissima, & de necessitate exprimenda causa, ac etiam alijs quibuscunque oneribus, tam ordinarijs, quam extraordinarijs, etiam ratione fructuum, olerum, virgultorum, lignorum, beneficiorum, & aliarum quarumcunque rerum, tam pro victu, quam vestitu, aut alias sibi necessarium quomodolibet, etiã Auctoritate Apostolica nunc, & pro tempore impositis, ita vt penitus, & omnino ad alicuius rei contributionem minime teneantur, omnino eximimus & liberamus, illosque, & illas, ad illos, & illa etiam si sæculares, & aliæ personæ quæcunque in eas exigendi possessione fuerint, minime teneri debere volumus, nec sub c. 12. sess. 25. comprehendi posse, vel debere decernimus.

Quod vero de vsu quæstarum Eleemosynarum auferendo loquitur sess. 21. ca. 9. id ad mendicantiũ ordines nullo modo referri posse, vel debere, etiam decernimus, quin potius cum ex eleemosynis huiusmodi viuere cogantur, eis id facere liberum omnino esse declaramus.

Quoniam vero ex nimia episcoporum sibi irrogata auctoritate, ipsi personas regulares suæ iurisdictioni subiicere omnino studeant, ac decreto concilij præfati sess. 25. cap. 9. edito, quo cauetur quod si regularis intra claustra existens, & extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalosus sit, termino ab episcopo præfigendo, a suo superiore omnino puniatur, sin minus ab ordinario delinquentes puniri possint, confisi variis indebitisque grauaminibus regulares afficiant, ordinarios præfatos aliquid contra regulares, in claustris degentes huiusmodi, quouis prætextu, occasione, vel causa innouare non posse, vel debere: nec aliquos processus contra ipsas personas regulares formare, aut facere posse volumus, nisi propter manifestum scandalum, & suorum ordinum superioribus prius consultis, & negligentibus, alioquin omnia & singula contra præmissa, facta, & gesta, ac facienda in futurum pro nullis, & infectis habeantur.

Licen-

Licentia vero pro construendis domibus regularibus, quæ 3. capit. 25. sessionis nisi de Ordinarii licentia construi prohibentur: gratis omnino dari, & non nisi legitima subsistente causa (superioribus explicanda) illas recusari posse.

Nec non fratres præfatos (etiam solos) mortuorum corpora associare.

Ac mandatum in die cenæ domini fieri solitum in ecclesiis seu domibus fratrum cuiuslibet ordinis prædictorum, solenniter facere, & prædicta die prædicare hora, qua eis videbitur, nec per locorum Ordinarios, aut rectores ecclesiarum, seu alios quoscunque prohberi posse etiam decernimus, & declaramus.

Mandantes etiam vniuersis locorum ordinariis, ne mortuorum officia agere rectores parochialiū; in ecclesiis ipsorū fratrū (cōtra illorū voluntatē) permittāt.

Ac moniales dictis fratribus subditas, vel personas, sepulturam in eorum ecclesiis eligentes (nulla soluta parocho portione) sepelire, vel si fratres ad mortuorū corpora associanda vocati fuerint, illa absque fratrū huiusmodi præsentia, sepeliri facere audeant, vel præsumant.

Cūque maxime deceat liberam esse cuiusuis testantis voluntatem, prauū illū vsum paruo adhuc tempore (vt præfertur) introductum per quē testamenta absque presbyterorum præsentia fieri interdicuntur, omnino abrogamus.

Postremo quod cap. 13. sess. 25. cautum fuit quod omnes scilicet tam clerici quam regulares, quicunque ad publicas processiones vocati, accedere compellantur, id quo ad fratres præfatos de illis tantum processionibus intelligi volumus, ad quas secundum consuetudinem antiquam locorum, soliti sunt accedere, vel quæ pro bono pacis ecclesiæ, vel pro victoria cōtra infideles indicūtur, quod etiā de illis conuentibus, (qui collegia nuncupantur) minime intelligi volumus, in quibus fratres sub arctiori clausura degunt, ita vt nec in Choro cantent, nec ad mortuos accedant, sed tantum studiis, & lectionibus vacent.

Præterea si forte inter episcopos vel collegia, aut capitula, vel alias quasuis personas, & præfatos fratres, seu moniales, aut eorū aliquos super præmissis, vel aliquo eorū coram quocunque seu quibuscūque iudicibus, etiā causarū Palatii Apostolici Auditoribus, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, tam in Romana curia, quam extra eam, vbilibet lis, seu lites respectiue pendeant, nos litem, seu lites, & causam, vel causas huiusmodi ad nos aduocamus, ac illam, & illas, quarū statum, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium præsentibus habere volumus pro sufficienter expressis, cassamus, & extinguimus, ac partibus ipsis perpetuum silentium desuper imponimus.

Ac insuper vt facilius præmissa omnia illibata persistant, omnia, & singula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, dispensationes, fauores, & gratias, quæ decretis Concilij Trid. alias, quam vt superius est dictū, concessum, & declaratum, non contrariantur expresse eisdem fratribus, nec non monialibus quibuscunque, & sororibus tertij ordinis prędictorum ordinū respectiue ordinibus, ac illorū ecclesiis, Domibus, & personis, etiā viuæ vocis oraculo in genere, vel in specie, tam per Recol. memor. Eugenium 1111. Sixtum 1111. Leonem X. Paulū 111. ac dictum Paulum 1111. & Pium etiam 1111. quā alios quoscunque Romanos Pontifices, etiā prædecessores nostros, ac nos, & Sedem eandē quomodolibet concessa, confirmata, & innouata, nec non nostras, & prædecessorum nostrorū, ac alias quascunque desuper confectas litteras, quarū omniū tenores, ac eorundem prædecessorum nostrorū nomina, & alia de necessitate exprimenda,

menda, ac si de verbo ad verbum (nil penitus, omisso), & forma in illis tradita obseruata inserti forent, etiam præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere, ac fratribus superioribus, & personis ordinum huiusmodi, nec non alijs quibuscunque, quos illa concernunt, suffragari debere, seu posse volumus.

Nec non priuilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, dispensationes, exemptiones, fauores, & gratias, tam spirituales, quam temporales, modo, & forma, quibus concessa sunt, etiam per viam communicationis, & extensionis, actiue, & passiue inter se, & alios quoscunque ordines respectiue de nouo concedimus, illaque omnia, & singula ad domos, & loca quæcunque dictorum mendicantium ordinum, & monialium quarumcunque, ac sororum de tertio, ordine nuncupatarum, in congregatione viuentium dictorum ordinum (vt præfertur) hactenus recepta, & in posterum recipienda, nec non eorum personas, & bona, etiam si priuilegiorum, & aliarum gratiarum præfatorum authentica originalia, propter temporis antiquitatem, vel varias vrbis ruinas deperdita existent, (dummodo de eis alias legitime constet) extendimus, & ampliamus.

Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices, & personas quauis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, & auditores præfatos, sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, nec non quicquid secus super his, a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, & irritum, & inane decernimus. Quocirca dilectis filiis nostro prædicatorum Cardinali protectori, & Sancti Hieronymi generali ordinum, ac curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, etiam generali auditori, nũc, & pro tempore existentibus, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorũ per se, vel aliũ, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorũdem fratrum, aut monialium, vel alicuius eorũ, fuerint desuper requisiti, solenniter publicantes eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant, (auctoritate nostra) præsentes, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos literæ ipsæ concernunt pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum desuper contra præsentium tenorem per quoscunque (etiam locorum ordinarios) quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris remedia, (appellatione postposita) compescendo, legitimisque super his habendis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, (etiam iteratis vicibus) aggrauando, & interdictum ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc, (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, & alijs Apostolicis, nec non in prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem episcopis, vel quibusuis alijs personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu simili, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti

ficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentis, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum (nihil penitus omisso) & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent: præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus. Nec non omnibus illis, quæ in literis cõfirmationis, & innouationis, priuilegiorum eorundem, alias per eosdem Paulum IIII. & Pium etiam IIII. prædecessores nostros prædictos, ordini fratrũ minorum huiusmodi concessorũ concessũ est, non obstantibus contrarijs quibuscunq; aut si loco cũ ordinarijs, vel quibusuis aliis cõmuniter, vel diuisim, ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nõ possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quia difficile foret earundem præsentium literarum notitiam, ad quascunque personas peruenire, & vbique illas præsentare, etiam motu, & scientia similibus, volumus, & decernimus, quod transumpti, earundem præsentium literarum, etiam per impressionem factis) manu alicuius Notarij publici subscriptis aut sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillatis, quemadmodum adhiberetur præsentibus literis originalibus (præsentarentur vbique) adhibeatur, tam in iudicio, quam extra illud plena & indubitata fides, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis, suspensionis, statuti, decreti, mandati, abrogationis, auocationis, cassationis, extinctionis, impositionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, concessionis, extensionis, Ampliationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se nouerit incursurum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo sexagesimo septimo, decimoseptimo, kalend. Iulij Pontificatus nostri anno secundo.

Cæ: Glorierius.

H. Cumin.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Per eundem Pium V. fuit facta extensio dictorum Priuilegiorum ad alios ordines non mendicantes decimo septimo Kalen. Septemb. 1567. incip. ex superne.

Declaratio Priuilegiorum Fratrum ordinis Prædicatorum.

PIVS PP. V. vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, & aliis personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, nec non Metropolitan. & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, Canonicis, ac eorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, officialibus, seu Vicariis, in spiritualibus, generalibus, vbilibet constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

AD HOC NOS DEVS prætulit in familiam domus suæ, vt singulis oppor-

opportuna prouisionis auxilia fidelis seruitutis, iniuncta prouidentia, pro tempore dispensantes Religiosorum, quorumlibet, præsertim Fratrum ordinis Prædicatorum in humilitatis spiritu, sub Religionis iugo, Deo seruientium, necessitatibus intendamus, & dispendiis, & oppressionibus, diuina cooperante clementia salubriter occurramus. Sane licet, Nos, & quamplures Romani Pontifices prædecessores nostri, propter vberes fructus, quos dictus ordo fratrum Prædicatorum, multa præfulgens gloria meritorum, & gratia sanctitatis in agro militantis Ecclesiæ in propagationem fidei Orthodoxæ, eatenus produxerat, ac in futurum ducturum fore, firma spe sperabatur, & vt Fratres ipsi quietius eorum sanctis officiis, vitæque regulari, ac verbi Dei prædicationibus libentius, & alacrius ad ipsius fidei Christianæ propagationem incumbere valerent, & incumberent, cum effectu, quamplura priuilegia, indulta, gratias, exemptiones, & immunitates eis concesserint.

Et inter cetera, per quasdam alias nostras literas declarauerimus, Canonem, sessione 24. cap. 4. Tridentin. Concilij, per quem omnibus regularibus etiam in suorum ordinum Ecclesiis, contradicente Episcopo, prædicationis officium interdicitur, fratres huiusmodi quando a suis Generalibus, vel eorum Ministris, Prouincialibus, ad id deputati fuerint, nō comprehendere, neque eos afficere; immo voluerimus quod in eorum Ecclesiis, quando eis placeret licite, etiam absque vllo impedimento, vel contradictione, etiam Episcopi, nisi ipse prædicaret, licet in Cathedrali Ecclesia tunc prædicaretur, prædicare possent.

Circa autem quartam funeralium, de qua in session. 25 cap. 13. eiusdem Concilii, Nequaquam domos, seu Conuentus, & Monasteria, quæ a quadraginta annis citra, tunc fundata existebant, postquam Concilium ipsum loquitur tantum de Monasteriis, seu domibus ante quadraginta annos fundatis, & quæ ipsa quartam soluere consueuerunt, & tantum ceræ, & aliorum, quæ tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu Legatis, vel alijs fratribus ipsis, seu Monialibus relictis, aut alias quomodolibet donatis solu debere, sicque decretum Concilij huiusmodi, quoad dictam quartam funeralium soluendam intelligendum esse decreuerimus. Vbi vero non est consuetudo quartam funeralium huiusmodi, de nullo suprascriptorum solui debere declarauerimus. Nec ad quartam, seu aliam partem eorum, quæ etiam pro ornamento Ecclesiæ, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & aliorum, quæ dictis Ecclesiis, seu fratribus, etiam pro eorum victu, aut alias relinqui, vel dari contingeret, aliud contribuere tenerentur, accuratis, seu parochialium Ecclesiarum Rectoribus ius tantum sepulturæ eis solui consuetum, & nec aliquid aliud, quamuis partes ad earum libitum Ecclesiis ipsorum fratrum, seu eisdemmet Fratribus alia quæcunque tribuissent, seu elargiti fuissent, quando in eorum Ecclesiis corpora mortuorum sepeliuntur eis soluere, seu ad aliquorum onerum contributionem eisdem curatis faciendam teneri, nec propterea impediri posse fratres ipsos, quin possent defunctorum corpora præfata, ad eorum Ecclesias tumulanda deferri facere.

Neque dictos fratres, illorumque loca, etiam si curam animarum haberent, aut quæcunque beneficia eis vnita ad aliquam contributionem pro Seminario, aut decimarum aliquarum solutionem pariter teneri, nec cogi posse, immo illos, & eorum domos, Monasteria, beneficia, & loca ab illis quomodolibet dependentia, eorumque bona quæcunque, tam ad eos, quam ad Moniales prafatas quomodolibet pertinentia, a quibuscunque decimis, primitijs, quartis, mediis, & aliis

fructuum

fructuum partibus, nec non subsidiis charitatiuis, etiam per nos, ex quacunque causa concessis, ac aliis quibuscunque oneribus, tam ordinariis, quam extraordinariis. Nec non ab omni iurisdictione, & superioritate ordinariorum locorum, ita vt ordinarii ipsi aliquam iurisdictionem, siue potestatem in eos exercere, siue eos eorum iurisdictioni subiicere, vel aliquid contra eos facere minime possent exemerimus, & liberauerimus.

Nihilominus, sicut accepimus, nonnulli Episcopi, siue alii locorum ordinarii, aliique Ecclesiarum prælati, nec non Canonici, siue capitulares personę, ac parochialium Ecclesiarum Rectores, & alia tam Ecclesiasticæ, quã sæculares personæ, qui nõ cessant dictos fratres, & Moniales, eorumque personas, siue œconomos, & procuratores, super præmissis diuersimode molestare, & ipsos in eorundem quiete, & spiritualibus muneribus turbare.

Alii enim prætendentes quod cum Canon Concilii huiusmodi, super quo, vt præfertur, nostra emanauit declaratio, loquatur nisi de vna quarta Cathedrali, seu parochiali Ecclesiæ solui consueta, nec dictum Concilium, nec nos cogitauerimus de duabus quartis, scilicet vbi consueuit solui, & Cathedrali, ac parochiali Ecclesiis, & ideo dictis in locis cessare dispositionem dictæ declarationis nostræ, & Canonis Concilii.

Alii vero ĕt prætendentes, (quod dictis nostris declarationib. non obstantib.) fratres prædictos quantumcunque ab eorundem Superioribus approbatos in eorum Ecclesiis, & locis prædicare non posse, nisi primo se coram ordinariis ipsis, siue eorum Vicariis, & licentiam suorum Superiorum muneris dictæ prædicationis præsentauerint, & ab eisdem ordinariis, seu dictis eorum Vicariis benedictionem obtinuerint.

Alii etiam locorum ordinarii, nec non Canonici, & capitulares personæ tam Metropolitanarum, & Cathedralium, quam Collegiatarum, nec non parochialium Ecclesiarum Rectores, siue aliæ personæ Ecclesiasticæ etiam prætendentes dictos fratres alienas parochias, cũ eorũ Cruce eleuata ad leuanda cadauera eorũ, qui in Ecclesiis domorũ, & locorũ eorũdẽ fratrum elegerint sepulturam, intrare, & dicta cadauera ad ipsorum fratrum Ecclesias pro eis inibi tumulandis, recusante ipso loci ordinario, siue capitulo, vel Rectore, deferre, seu deferri facere non posse.

Alii autem ex consuetudine prætendentes, quod fratres ipsi cum eorum Cruce non possint leuare cadauera defunctorũ ex eorundem domibus, & eorũ funus exequi, sed capitulis, siue capitularib. personis, seu Rectoribus ipsis id tm̃ licere, & primo ad ipsorum Capitulorum, siue presbyterorum Ecclesias dicta corpora deferri debere, & in eisdem Ecclesiis funus, siue funeris officium peragi, postea vero per ipsos presbyteros retentis funeralibus vniuersis, siue solutis sibi certis pecuniis per heredes defuncti pro funere, & exequiis, siue missis in eorundem Ecclesiis celebrandis, tunc, & non alias licere Fratribus corpus, siue cadauer defuncti ad eorum Ecclesiam deferre.

Alij etiam prætextu diuersarum consuetudinum, & concordatorum, etiam cũ dictis fratribus initorum, prætendentes a dictis fratribus, & Monialibus velle habere, & sibi exigere licere quartam, seu aliam portionem, etiam quorumcunque Legatorum, & seu aliarum piarum largitionum, ipsis Fratribus, & Monialibus, siue eorundem domibus, Ecclesiis, & locis quoquomodo factarum.

Alii etiam prætendentes iurisdictionem, & superioritatem in dictos fratres, & Moniales, eorumdemque domos, Conuentus, Monasteria, & loca exercere

posse, & propterea ipsos fratres,& Moniales ad solutionem diuersorum onerum,& impositionum,dictorumque subsidij,& decimarum cogunt,& compellunt.

Alijque in erectione,siue institutione,& acquisitione nouorum locorum, siue domorum,Conuentuum,& Ecclesiarum dicti ordinis,& alias præmissorum occasione eosdem fratres, & Moniales molestant, & perturbant, contra nostrarum,& dictorum prædecessorum nostrorum literarum formam, & tenorem.

Nos præmissis,& alijs similibus granaminibus, perturbationibus, & molestijs fratribus, & Monialibus præfatis illatis eorundemque fratrum,& Monialium quieti,& tranquillitati consulere,& vt fratres ipsi facilius & promptius eorundem officia,& vitam regularem, ac munus prædicationis eis iniunctum, ad summi Dei laudem,& fidei Catholicæ propagationem, exequi, & adimplere,illisque incumbere possint, & ad illa promptiores reddantur, opportune,prouidere,ac omnem ambiguitatem,etiam nostræ amplioris declarationis ministerio remouere volentes, Ipsosque fratres,& Moniales,& eorum singulos a quibusuis excommunicationis,suspensionis,& interdicti,aliisq; Ecclesiasticis,sentẽtijs,censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt,& ad effectũ præsentium dumtaxat consequendũ,harũ serie absoluẽtes,& absolutos fore censentes,Nec nõ literarũ præfatarũ, ac cuiusuis litis,& causæ,desuper inter quoscunque, & in quauis instantia penden. status,& merita,nomina que,& cognomina iudicum,& collitigantium, eorumque iura,& titulos,ac sententiarum desuper forsan latarum, Nec non transactionum,siue conuentionũ inter eos initarũ,ac instrumentorum, aliarumque scripturarũ desuper quomodolibet confectorum,& inde secutorum quorumcũque tenores,præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad alicuius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instãtia, sed de mera deliberatione,& ex certa scientia nostris, omnes lites, causas, controuersias, & quæstionum materias, super præmissis, & eorum occasione, inter fratres, & seu etiam Moniales præfatos ex vna,Nec non Episcopos,& locorũ ordinarios,ac Canonicos, siue capitulares personas,parochialium Ecclesiarum, Rectores,& alias quascunque personas Ecclesiasticas,seculares præfatas, partibus ex altera, coram quocunque Iudice,seu quibusuis Iudicibus Ecclesiasticis,& sæcularibus,etiam Sedis Apostolicæ de Latere legatis,ac Vicelegatis,ac etiam ab eadem Sede delegatis,& subdelegatis,ac aliis quibusuis,etiam S.R.E. Cardinalibus,& Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus,quomodolibet in prima, seu alia quacunque etiã forsan vlteriori instantia introductas,& adhuc forsan pendentem,etiam forsan si super illis,etiam contra dictos fratres,& Moniales,per vnam,vel plures sententias iudicatum,& inter ipsas partes concordatum,siue transactum desuper fuerit,Apostolica auctoritate,tenore præsentium ad nos auocamus, eaque omnia,& singula cassamus,& extinguimus,ac pro cassis,& penitus extinctis habere volumus,& declaramus, eisdemque Episcopis,locorum ordinarijs, Vicarijs, Canonicis, Capitularibus personis, nec non parochialium Ecclesiarum Rectoribus, & ceteris, personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, desuper perpetuum silentium imponimus.

Ideo hic Pont. ad se auocat omnes controuersias ipsis Fratribus desuper illatas.

Nec non omnia, & singula priuilegia, indulta, concessiones, suppressiones, extinctiones, vniones, incorporationes, applicationes, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, cõmunicationes, indulgentias,& alias quascunque gratias dicto ordini fratrum Prædicatorum, & eiusdem pro tempore

Confirmat que omnia priuile-

rũ existentibus Magistro Generali, Prouincialibus, Superioribus, fratribus, & Monialibus præfatis, eorundemque domibus, Conuentibus, Monasterijs, Ecclesijs, & locis, ac membris, colonis, seruitorib. Procuratoribus, œconomis, ac alijs personis quibuscunque dicti ordinis regulam professentibus, etiam oblatis, & tertii habitus Monialibus nuncupatis, per quoscunque Romanos Pontifices, prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam, ac dictæ Sedis Legatos, Vicelegatos, Episcopos, locorum ordinarios, & quascunque alias personas, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisq; quibusuis clausulis, statutis, & etiam irritantibus, decretis hactenus quomodolibet concessa, approbata, & innouata, literasque desuper, tam sub plũbo, quam in forma Brevis, & alias quomodolibet confectas, & expeditas, ac prout ea omnia, & singula per eosdem prædecessores, ac nos, & Sedẽ præfatam, aliosq; prædictos concessa, approbata, & innouata fuerunt. Quorum omnium, & singulorum tenores, formas, & datas, ac si de verbo ad verbum inserterentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, eisdem auctoritate, & tenore approbamus, confirmamus, & innouamus, illaque omnia, & singula efficacia existere, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri: Nec non ab omnibus, & singulis, quauis etiam de Latere legati, Vicelegati, Nec non Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quauis alia Ecclesiastica, siue sæculari, & temporali præfulgeant dignitate, & præeminentia, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis in eisdem contentis, perpetuo inuiolabiliter obseruari debere decernimus.

gia eis dẽ Fratribus concessa.

Et insuper quod fratres dicti ordinis (ab eorum Superioribus tamen approbati) in eorum Ecclesiis, quando eis placuerit, etiam quod in Cathedrali Ecclesia (non tamen ab Episcopo met) prædicent, libere, & licite absque aliquo impedimento, siue etiã ipsius Episcopi cõtradictione, & absque eo, quod coram dicto Episcopo, se non præsentauerint, nec eisdem licentiam in muneris prædicationis huiusmodi exhibuerint, & ab eodem Episcopo benedictionem, vt præfertur, non obtinuerint prædicare, & munus prædicationis huiusmodi exequi.

Declarat & eorundem priuilegia circa prædicationes.

Nec non fratres ipsi quæcunque corpora defunctorum, qui sein eorum Ecclesijs sepeliri ordinauerint, vel si a defunctorum hæredibus, siue curam funeris habentibus, vocati fuerint, ipsorum fratrum Cruce eleuata, etiam sine dictorũ Canonicorum, ac Capitularium personarũ, nec nõ curatorum, vel aliorũ præsbyterorum interuentu ex ipsorum defunctorum domibus leuare, eaque accipere, & associare, ac ad ipsorum fratrũ Ecclesias directe deferri, & in eorum Ecclesijs (non tamen tempore Interdicti) sepeliri facere, saluo duntaxat iure parochiali, Nec fratres ipsi ad alterius cuiusuis contrariæ cõsuetudinis, vsus, siue moris, obseruationem teneri, vel super præmissis a quoquam quauis auctoritate, molestari, seu perturbari possint, vel debeant.

Mortuosq; sepeliẽdos.

Quartam funeralium, quo ad domos, siue Conuentus, & Monasteria ipsius ordinis, tempore dicti Concilij Tridentini, ante quadraginta annos fundata, & erecta ratione illorum vbi consuetudo illam soluendi tantum extitit, ac de ceris, & alijs, quæ deferuntur iuxta cadauer, dum ad sepulturam defertur, non autem de alijs quibusuis eisdem fratribus, seu Montalibus, aut eorum domibus, Conuentibus, Monasterijs, Ecclesiis, & locis, etiam pro funeris, siue anniuersarij, aut Missarum celebratione donatis legatis, siue alias quomodolibet largitis, & vbi duę quartę forsan solui cõsueuerint, vna scilicet parochiali Ecclesię, alia vero Episcopo, siue Cathedrali, aut Collegiatę Ecclesię, siue Canonicis, & Capitulo

Et quartã funeralium.

eiusdem, vna tantum, scilicet Episcopo, vbi vero consuetudo illam soluendi non fuit, siue domus, Conuentus, & Monasteria dictorum fratrum, & Monialium, post quadraginta annos erecta, siue fundata fuerint, nequaquam nec vllo modo soluere, seu tradere, omnem aliam præmissis contrariam consuetudinem, siue morem, hiarum serie cessantes, & extinguentes, ac omnibus, & singulis quorum interest desuper perpetuum silentium imponentes.

Et circa exemptionẽ a decimis. & constitutionibus.]

Minusque fratres, & Moniales ipsi, ad aliquorum onerum Realium, vel personalium, etiam ratione eorundem domorum, seu Conuentuum, Monasteriorum, Ecclesiarum, & locorum, ac quorumcumque beneficiorum, eisdem, vnitorum, etiãsi, vt præfertur curam animarum habeant contributionem, siue solutionem etiam pro Seminario, & decimarum, quarumcunque, aut cuiuscunque subsidii, etiam charitatiui, & Triennalis nuncupati, nunc, & pro tempore pernos, & quoscunque Romanos Pontifices, aut Sedem prætatam impositorum, & imponendorum ex quauis causa, quantumcunque vrgentissima tenentur, vel desuper aliter molestari possint, seu debeant.

Et ædificationẽ nouorũ locorũ.

Quodque fratres, & Moniales præfati, vbique locorum nouas domos, siue Cõuentus, & Monasteria, ac Ecclesias, dictorum ordinis, cum clausuris, cellulis, refectuariis, dormitoriis, aliisque officijs necessarijs, ordinarii loci, siue cuiusuis alterius licentia, desuper minime requisita, construere, ædificare, erigere, & instituere, nec pariter super his molestare possint, siue debeant, eisdem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo, statuimus, ordinamus, & declaramus, eisque fratribus, & Monialibus, super præmissis omnibus, & singulis licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Exemptionẽq; a iurisdictione ordinariorum.

Ac etiam ipsos fratres, & Moniales, eorumque domos, Monasteria, beneficia, & ab illis quomodolibet dependentia loca, ac bona quæcunque cuiuscunque qualitatis, & quantitatis existant, dictorumque bonorum colonos, laboratores, & conductores, ac oblatos, & tertii habitus Moniales, aliasq; personas prædictas, a quibusuis decimis, etiam prædialibus, & primitiis, quartis, mediis, & aliis partibus fructuũ, ac subsidijs, etiam charitatiuis præfatis, ac ab omni iurisdictione, & Superioritate quorumcunque locorum ordinariorum, etiam de nouo, quatenus opus sit auctoritate, & tenore similibus eximimus, & liberamus, ac exemptos, liberos, & immunes penitus esse volumus, Nec nõ, quatenus opus sit, illos eorumque singulos, in ius, & proprietatem Beati Petri, & Sedis Apostolicæ, ac sub eorũ speciali, & immediata protectione suscipimus, ac eos solum, & dumtaxat immediate Sedi prædictæ, & nobis, ac pro tempore existenti Romano Pontifici, subiacere decernimus, & declaramus.

Et vt fratres & Moniales a præmissis molestijs, & perturbationibus subleuati, quietius Altissimo famulari, & vberiores fructus quotidie in agro Domini, pro Christiana Religionis defensione, & ampliatione perferre possint, tam vos omnes & singulos supradictos, quam quascunque alias personas in dignitate Ecclesiastica vbilibet, & in quibusuis Mundi partibus constitutas, & quoscunque locorum ordinarios, ac eorum Vicarios, & officiales, Nec non Canonicos Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarũ, per eosdem fratres & seu Moniales, ac dicti ordinis Fratrũ Prædicatorũ, Superiores, & domorũ Priores, ac eorundẽ singulos pro tẽpore eligendos, in eorũ, & dictorum eorum ecclesiarum, indultorum, concessionũ, & gratiarum, & singulorum aliorum præmissorum Conseruatores, & Iudices vnicos, qui, quamdiu dictũ officium exercuerint, & ipsi exercuerint, a nemine, quo minus illud exerceatis, & exerceant, sub

aliquo-

aliquo prætextu, ac sub excommunicationis, siue suspensionis a diuinis latæ sententiæ, quam eo ipso incurrere volumus, & declaramus respectiue pœna impediri, vel molestari possitis, & possint, dicta auctoritate deputamus. Ita quod vos, seu alij quicunq; sic electi, sub excõmunicationis, & sub suspensionis latæ sententiæ pœna huiusmodi, quam statim, quod munus, siue officium Conseruatoris huiusmodi acceptare, & debite ac plenarie exequi neglexeritis, & neglexerint, absq; alterius declarationis ministerio incurrere volumus, Nec ab aliquo quam a nobis, & pro tẽpore existente Romano Pontifice (præterquã in mortis articulo) absolui posse, eosdem Priores, Superiores, & fratres, ac Moniales, etiam tertij habitus oblatos, & alios præfatos, ac eorum singulos, aduersus inferentes eis, aut eorũ Procuratoribus, Agentibus, Seruitoribus, & familiaribus in præmissis, & eorundẽ aliquo, molestias, siue perturbationes aliquas, seu iniurias, grauamina, vel damna, in Personis, rebus, & bonis, seu exigẽdo ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera defendere, perseuerare, ac omnem eorum iurisdictionẽ exercere, Nec non sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, cõtra rebelles, & inobedientes cũ effectu promulgare, ac omnibus facultatibus Cõseruatoribus dicti ordinis fratrum Prædicatorum, illiusque fratribus, & personis per quascunque literas Apostolicas quomodolibet concessis vti, ac priuilegia Superioribus, Prioribus, & fratribus, ac Monialibus præfatis pro tempore concessa, eis obseruari facere debeatis, & debeant.

Declaretiam eosdẽ Fratr. & alias personas eiusdẽ ord. alibi quã corã eorũ Conseruatoribus cõuenire nec cõueniri posse.

Neque Superiores, Priores, Moniales, oblati, & ceteræ personæ ordinis huiusmodi, & ab eis dependen. præfatæ coram alijs quam vobis, & dictis Conseruatoribus, et vigore, seu prætextu quarũcunque Cõstitutionũ & ordinationũ, aliquorum Regnorum, etiã quod non habentes Superiorem in illis Regnis, corã sęcularibus Iudicibus respondere debeant, ac teneãtur in iudicium vocari, vel alias molestari, quauis occasione, vel causa, possint, vel debeant. Quodque ipsi fratres, & Moniales oblati, & aliæ personæ præfatæ, siue actores, siue rei existãt, corã aliquo alio Iudice ordinario, vel delegato, quã prędicto suo Conseruatore (corã quo primo vnam sniam diffinitiuam, antequam ipsi ad aliud iudicium euocentur, seu causæ cõmittatur, vel transferatur, obtinere debeant, & teneantur) vt præfertur, et quauis occasione, vel causa molestari, vel in iudicium trahi, siue ad iudicũ euocari, vel agere minime possint, siue debeant eisdem auctoritate, & tenore, etiam statuimus, ordinamus, & decernimus.

Conseruatorũ iurisdictio, et facul.

Et insuper aduersus molestatores, inquietatores, & alios iniuriatores huiusmodi, volẽtes eiusdẽ ordinis, Magistro Generali, Prioribus, Superioribus, fratribus, Monialibus, oblatis, seruitoribus, œconomis, Procuratoribus, & alijs eorum personis pfatis illo remedio prouidere, per q ipsorũ cõpescatur temeritas, & aliis aditus, & voluntas committendi similia præcludatur. Discretioni vestrę per præsentes mandamus, Quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus estis deputati Conseruatores, & Iudices ordini fratrum Prædicatorum, ac illius pro tempore existentibus Magistro Generali, Prioribus, Superioribus, fratribus, Monialibus, oblatis, præsentibus, & futuris, quibusuis alijs personis præfatis, efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eos super iis, ac eorum priuilegiis, immunitatibus, gratiis, concessionibus, facultatibus, exemptionibus, indultis, ac aliis quibusuis eisdem concessis per quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, aliosque Ecclesiarum Prælatos, nec non eorum Vicarios, officiales, Capitula, Collegia, & Clericos, ac Ecclesiasticas personas, tam sæculares, quam Sancti Benedicti, Sancti Augustini

Ciſtercien. Carthuſien. Cluniacen. Præmonſtraten. & aliorum quorumcunque ordinum, & Congregationum, ac Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, & S. Iacobi de Spata, ac Ieſu Chriſti, & quarumq; aliarum Militiarum Religioſos, & Milites, exemptos, & non exemptos, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, & laicos, Cõmunitates, Ciuitatum, Vniuerſitates, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac alias ſingulares perſonas, Ciuium, & diœceſum, ac quarumcunque aliarum partium, ſuper præmiſſis. & eorum aliquo, quouis prætextu, & quæſito colore, & contra præmiſſorum ſingulorum tenorem, & formam indebite moleſtari, aut eis, vel eorum alicui, moleſtias, grauamina, damna, ſeu iniurias, & iacturas, irrogari, facturi dictis Prioribus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, oblatis, aliiſque perſonis prædictis, cũ ab eis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti, ſuper dictorũ privilegiorũ, indultorũ, exẽptionũ, libertatũ, facultatũ, & aliarũ, gratiarũ præfatarũ obſeruatione. Nec nõ ſuper quibuſuis moleſtiis, damnis, iniuriis, atque iacturis ſibi pro tẽpore illatis, ſeu inferri cõminatis, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginẽ ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſola facti veritate inſpecta, in aliis vero, prout qualitas eorũ exegerit iuſtitiæ cõplementũ, Moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, Nec non cõtradictores, quoslibet, & rebelles, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis extiterint, quandocunque, & quotieſcunque expedierit, auctoritate noſtra, per cenſurã Eccleſiaſticã, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſæcularis: & nihilominus legitimis ſuper his, per vos habendis ſeruatis proceſſibus, illos, quos cenſuras, & pœnas præfatas, ac alias per vos pro tempore latas incurriſſe vobis conſtiterit, eas incurriſſe declaretis, ac cenſuris, & pœnis prædictis, quoties opus fuerit, ẽt iteratis vicibus aggrauare curetis. Ceterũ ſi per ſummariã informationem, per vos ſuper iis habendam, etiam vobis conſtiterit, quod ad loca, in quibus moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, Nec non ceteros, quos præſentes literæ concernunt, pro tẽpore morari cõtigerit, pro monitionibus, requiſitionib. & inhibitionib. ipſis, ac citationib. de eis faciẽdis, tutus nõ pateat acceſſus Nos vobis, monitiones, requiſitiones, & citationes, ac inhibitiones quaslibet, tã contra in iudicio præſentes, quam alios quoſcunque ſua quomodolibet intereſſe putantes, & quacunq; auctoritate, ſiue dignitate præfulgẽtes, in decreto, ſiue executione dictæ citationis ſiue inhibitionis nominãdos, etiã ſub eiſdẽ cẽſuris, ac aliis arbitrio veſtro imponendis, & applicãdis pœnis etiam pecuniarijs, etiã per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus ſit veriſimilis cõiectura, quo ad ipſorum monitorũ, requiſitorũ, & citatorũ notitiã peruenire valeãt, faciendi, & decernẽdi, eoſque citandi, ac eiſdem moleſtatorib. iniuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus, ac aliis quibus opus fuerit, etiã ſub cẽſuris Eccleſiaſticis, ac aliis pœnis, etiam pecuniariis, ſuo arbitrio moderandis, inhibendi, eaſque incurriſſe modo præmiſſo declarandi, aggrauandi, & auxiliũ brachii ſæcularis inuocandi: Nec non cauſas, & controuerſias quaſcunq; dictorũ fratrum Monialium, & dicti ordinis Superiorum oblatorum, ac aliarũ perſonarum præfatarum, ſuper quibuſuis rebus, & negotiis, motas, & mouendas, actiue, & paſſiue, cũ omnibus, & ſingulis earũ incidentibus, dependentib. & emergẽtib. annexis, & cõnexis, modo præmiſſo, & tã coniunctim, quam diuiſim, arbitrio veſtro, audiendi, cognoſcẽdi, decidẽdi, & in ſuis ſtatu, & terminis reaſſumendi, & fine debito finiendi, & terminandi, & eorundẽ. Nec nõ ſentẽtias per vos ferẽdas poſtquã trãſiuerint in rẽ iudicatã, vel alias de iure executioni locus fuerit, debito

exequen-

exequendi, & executioni demandandi, plenam', & liberam, earundem tenore præsentium concedimus facultatem,& potestatem. Ac volumus,& eadem Apostolica auctoritate decernimus. Quod monitiones, requisitiones, citationes,& inhibitiones, sic factæ huiusmodi, ipsos monitos, requisitos, citatos,& inhibitos arctent, perinde, ac si eis factæ, insinuatæ,& intimatæ personaliter extitissent.

Sicque in præmissis omnibus,& singulis, per quoscunque Iudices,& Cõmissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ac S.R.E. Cardinales; sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere. Ac irritum,& inane, quicquid secus super his, a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. *Clausulæ derogatoriæ.*

Non obstantibus tam fel. rec. Bonifacii Papę VIII. prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam, a fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne Iudices a Sede prædicta deputati extra Ciuitatẽ,& diœcesim in quibus deputati fuerint, cõtra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis vices suas cõmittere præsumant,& de duabus dietis in concilio generali edita, dõmodo vltra tres dietas aliquis vigore Præsentiũ ad iudiciũ non trahatur. Seu quod de aliis quã manifestis iniuriis,& violentiis, ac aliis, quæ iudicialẽ nõ requirunt indaginẽ, pœnis in eos, qui secus egerint,& in id procurantes adiectis, Conseruatores, se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscunque constitutionibus a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, tam de iudicibus delegatis, quã personis vltra certũ numerũ ad iudiciũ non vocandis, aut alias editis, quę vestrę in hac parte possent iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare. Quod quę vos filii Canonici officiales,& Vicarii nõ sitis de personis quæ deputari possunt in Conseruatores. Priuilegiis quoque indultis,& literis Apostolicis, ac exemptionibus, facultatibus,& aliis conseruatoriis, per nos, ante eosdem prædecessores nostros Ro. Pont. quibuslibet Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus,& aliis piis locis. Nec non ordinibus, Congregationibus Militiis, Communitatibus, & aliis Collegiis, ac vniuersitatibus etiã studiorũ generaliũ, Ciuitatibus, Castris, Terris, & locis, ac personis tã Ecclesiasticis, quã sæcularibus, cuiuscunque dignitatis, etiã Patriarchali, Episcopali, Archiepiscopali,& alia maiori dignitate, seu auctoritate fungentibus, ac Capitulis, Conuentibus, Ducibus, & aliis Dominis temporalibus, etiã per modum statuti perpetui, etiam Motu,& scientia similibus, ac quibuslibet aliis personis, cuiuscunque qualitatis, conditionis, gradus, præeminentiæ, seu dignitatis, ac Vniuersitatibus, etiam studiorum generalium, seu Collegiis, etiam exemptis sub quibuscunque tenoribus,& formis, ac cum quibuslibet etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus,& insolitis clausulis, etiam de non trahendis, irritantibusque,& aliis decretis, etiam Mare magnum, seu Bulla aurea nuncupatis, aut alias quomodolibet concessis, confirmatis,& innouatis. Quibus omnibus,& singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa,& individua, ac de verbo, ad verbum, non autẽ per clausulas generales idẽ importantes, mentio, seu quæuis alia expressa habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissa, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse pari motu derogamus, contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, *Decretũ irritans.*

vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari, non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscunque tenoris existant, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua eiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Ceterum etiam volumus, & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quauis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus.

Declaratio facultatum, & iurisdictionis dictorũ Conseruatorũ.

Quodque data præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum in præmissis, & eorum singulis cœptis, & non cœptis præsentibus, & futuris perpetuata potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate possit in præmissis omnibus cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modũ alium legitimum perpetuata extitisset, cõstitutione prædicta super Cõseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante.

Et quia difficile foret præsentes literas ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda fuerit loca deferre, etiam volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus.

Quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die xxij. Septembris. 1571. Pontificatus nostri Anno sexto.

Bulla S. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. super declaratione assignationum portionum Vicariis in vnione Beneficiorum facien.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD Exequendum Pastoralis officii debitum, vigilantibus studiis intendentes, ad ea, per quæ Cathedralium & Collegiatarum, aliarumue Ecclesiarum, nec non Monasteriorum, beneficiorum, seu Collegiorum, ac aliorum piorum locorum prospero profectui, diuinique cultus augmento, & opportunæ congruæque sustentationi parochialium ecclesiarum eisdem vnitarum statui feliciter dirigendo, & personarum in illis curam animarum exercentium vtilitati recta ratione & prouida moderatione consuli, & salubriter prouideri valeat, liben-

ter

ter interponimus nostræ solicitudinis partes. Hinc est quod nos, ad quorum aures (quod non sine animi nostri molestia referimus) peruenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in deputandis Vicariis, ac in assignatione portionum Vicariis perpetuis parochialium dictis ecclesiis, Monasteriis, beneficiis, Collegiis, vel locis piis perpetuo vnitarum ex Concilio Tridentino facienda, ita modum excessisse, vt parum, aut nihil ex fructibus, redditibus parochialium ecclesiarum sic vnitarum ecclesiis, Monasteriis beneficiis, Collegiis, aliisue locis piis remanserit, ad idque multæ ortæ sint super hoc cõtrouersiæ circa interpretationes decreti dicti Cõcilii. Nos ad eas tollendas animum intendentes, considerantesque vniones ipsas, ideo a prædecessoribus nostris factas esse, vt ex redditibus, & emolumentis beneficiorum vnitorum Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, beneficiis, & locis piis, quibus illa vniuntur, facilius onera eisdem incumbentia supportentur, & promptius a Ministris ecclesiasticis in eisdem diuina officia celebrentur; Hospitalitas seruetur, aliaque charitatis opera exerceantur, ac etiam vt nihilominus cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceretur: Motu proprio, & ex certa nostra scientia auctoritate Apostolica hac nostra perpetuo valitura Cõstitutione statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius Concilii mente fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos præfatos in assignatione portionis ipsis Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prælatorum arbitrio facienda ita se continere & arbitrari debere, vt non maior Centum, nec minor Quinquaginta scutorum annuorum summa computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obuentionibus communiter percipi solitis eis omnino assignetur: nisi Vicariis temporariis solitum fuisset plus assignari, siue in quantitate, aut quota fructuũ, pecuniaque numerata, fundo, seu alia re stabili portio huiusmodi constituatur, cuiuscunq; valoris parochialis ecclesia vnita fuerit, & habita etiam ratione reddituum, & onerum loci, cui parochialis ipsa vnita fuerit, ita quod portiones vltra, vel infra dictas summas scutorum Centum, & scutorum Quinquaginta hactenus assignatæ, vel in posterum forsan assignandæ quoad excessum, & defectum huiusmodi nullius roboris, & momenti existant, & ad summas prædictas reductæ, & auctæ respectiue censeantur, nisi tamẽ valor annuus ipsius parochialis vnitæ habita ratione (vt præfertur) minor sit Quinquaginta scutis, quo casu portio assignata, vel assignanda Vicario perpetuo non debeat excedere summam annuam valoris dictæ parochialis, sed sufficiat quod omnes fructus eis duntaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum esset, eos qui commodis priuantur, eadem onera quæ prius sustinebant debere sufferre. Volumus, & statuimus quod Ecclesiæ, Monasteria, Collegia, beneficia, & pia loca huiusmodi, in quorum parochialibus ecclesiis vnitis continget Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipsis Vicariis perpetuis assignatorum, ad solutionem Quindenniorum, quam nobis, & Camerę Apostolicæ soluunt, vlterius non teneantur; sed eis detractio fiat ad ratam certorum quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur. Ita tamen, quod Vicarii perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere a Sede Apostolica nouam prouisionem suę deputationis, & soluere Annatam pro portione fructuũ, reddituum, & prouentuum certorum sibi assignata, & expedire literas apostolicas, nec alias ad possessionem dictarum Vicariarum, perpetuarum, & seruitium earundem parochialium admitti possint, nisi soluta Annata, & expeditis literis Apostolicis nouæ prouisionis, vt præfertur. Alioquin integrũ Quindennũ

solui

solui debere; nec Vicarii prędicti antea tuta conscientia fructus percipere possint. Volumus insuper & ita mandamus quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum prævio examine approbatione deputentur. Et si dictę parochiales vnitæ erunt Monasteriis Regularium Mendicantium, possint a superioribus dictorum Monasteriorum nominari ex ipsis Mendicantibus, quos si ordinarii prævio examine per se, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen superiorum suorum amouibiles deputare. Idemque etiam seruetur in Regularibus Monachis tantum, dummodo in ea parochiali, in qua vnus ex eis Monachis fuerit, seruata forma prædicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alii ex dictis Monachis. Sicque per quoscunque iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi potestate, indicari, dicari, & interpretari debere; Nec non irritum, & inane decernimus; quicquid secus a quoquam quauis auctoritate attentatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque cõtrariis quibuscunque. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica, & ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe de more publicentur, & inter, Constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret eas ad singula quæque loca deferri, quod earum Transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, declarationis, statuti, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo kl. Nouembris. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

ANno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi Millesimo Quingentesimo sexagesimo septimo, indictione decima die vero decima quinta Mensis Nouembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D.N.D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius secundo; Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ ibidem dimissis copiis affixis per nos Io. Andream Rogerij, & Antonium Clerici Cursores Apostolicos.

Ioannes Guerardi Magister Curs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Tan-

Tandem per Greg.xiii.fuit facta reductio dictarum Constitutionum pro Mēdicantibus, & aliis Regularibus contra locorum ordinarios ad terminos iuris, & Conc.Trid.Romæ public.die 23.Martii 1573.fol.1208.incip.

In tanta rerum,& negotiorum mole,quæ Rom.Pont.ex omnibus mundi partibus assidue premitur, vix vitari potest,ne aliqua interdum exiliant,quibus post ea recognitis necesse est moderationis remedium adhibere.Cum itaque alias fel.rec.Pius Papa V.prædecessor noster,auditis grauaminibus, quæ fratribus ordinum Mendicantium ab ordinariis locorum, & Parochialium ecclesiarum Rectoribus multis inferri dicebātur,super sacris concionibus,& lectionibus habendis,confessionibus audiendis,pœnitentiis iniungendis,fratribus ad ordines promouendis,celebratione Missarum,Cura animarum,sacramētorum administratione, sepulturis, quarta funeralium,legatis, donationibus,eleemosynis, collectionibus,aliisque huiusmodi iuribus,nec non decimis,& diuersis oneribus, ac etiam super statu,& regimine Sanctimonialium ipsis fratribus subiectarum,formatione processuum,censurarum publicatione,processionibus,præcedentia,locorum acquisitione,ceterisque aliis rebus tunc expressis, multa per quasdā suas literas pro dictis fratribus non modo statuerit, sed & quæ tam in Conc.Trid.decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit, multaque præterea priuilegia eisdem decimo septimo kal Iunii,Pontificatus sui anno secundo,& deinde ea omnia diuersis aliis ordinibus,& congregationibus Regularium non Mendicantium,etiam per modum communicationis concesserit.Postea per quandam suā constitutionem de vicariis perpetuis in parochialibus ecclesiis vnitis per ordinarios locorum instituendis,& portione illarum vicariis assignanda editam,alia super constitutione fratrum eorundem ad exercitium curæ animarum in eius parochialibus ecclesiis,quæ domibus,& locis suis vnita sunt decreuerit: Demum animaduerso quod eo omnia multis dubitationib.inuoluta, magnisque difficultatibus obstructa multas magnasque dissensiones,altercationes,& lites inter prædictos locorum ordinarios, & fratrum ipsorum ordines, non sine graui diuini cultus,& animarum detrimento ac populorum scandalo concitauerant, contra ac ipse sperabat,& præter suam expectationem, vt qui interdum conquererētur multa aliter,alioque sensu a se prolata fuisse,quam literis expressa essent. Cupiēs his mederi incommodis primum illa omnia quæ regularibus aliorum ordinum, quam Mendicantium communicauerat,& secundum præmissa concesserat Motu proprio restrinxerit:Deinde plenius prouidere volēs prioribus literis a se quo ad ipsos Mendicantes magna in parte moderatis,& omnes, & quascunque alias literas; quæ de aliis ordinibus, & congregationibus extra Mendicantium ordines de obseruantia nuncupatos emanauerant,omnino abolerit,causas omnes iam de his etiam in Romana curia pendentes ad se aduocando, lites extinguendo,ac formatos super illis processus,latasque sententias annullando, quemadmodum aliis suis literis in registro proxime compertis,nunquam tamen publicatis,plenius continetur. Postremo circa confessariorum Regularium etiam Mendicantium approbationem iuxta Concilii prædicti decretum faciendam, etiam lectores in Theologia graduatos,& certos alios tunc expressos comprehendi debere declarauerit.Nos hac tanta varietate cognita, quæ etiam ex multiplici literarum,& constitutionum editione procedit,præsentibus, & futuris discriminibus occurrere volentes,De nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus,& ordinamus prædictis,& aliis omnibus literis,& Constitutionibus, quæ ab eodē prædecessore eisdem de rebus pro quorumcunque Regularium, etiam Mendicantium

cantium ordinibus,& congregationibus quomodolibet emanarunt,ac omnibus & quibuscunque in eis contentis,eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse,quæ siue ex iure veteri siue ex sacris d. Concilii decretis,siue alias legitime ante dictarum literarum,& constitutionum editionem erat,& si ipsæ non emanassent futura fuisset,ad quam dispositionem,& decisionem,suumque pristinum,& integrum statum, ac terminum illa omnia reducimus. Quin etiam tollimus,& abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, nec non prohibitiones,declarationes,mandata,& quęcunque alia ipsis literis,& constitutionibus apposita,& alias eorum occasione, vel causa factis, his nostris statuto,ordinationi,& reductioni aduersantia, quibuscunque illa sint] concepta formulis,ac præseruationib.declarationib.modificationib.restitutionib.mentis attestationib.derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacissimis, & inuiolabilibus clausulis,etiam motu,& potestatis plenitudine similibus, & ex certa scientia etiam pro conseruatione status regularis, & ex quibuscunque aliis vrgentissimis causis quotiescunque roborata. Decernentes illa omnia pro nullis,& infectis haberi,omnesque supradictos illarum vsu,commodo,& effectu carere,ac omnes lites,controuersias,quæ coram quibusuis iudicibus siue ordinariis, siue commissarijs,etiam causarum Palatij Apostolici Auditoribus,& S.R.E. Cardinalibus, etiam de latere legatis,prædictarum literarum, & constitutionum occasione super præmissis iam motæ sunt, nec dum decisæ,aut finitę,vel etiam quę iam decisę sunt,si modo tractum habeant successiuum, easque rursus,& inter quoscunque excitari in posterum contingat, secundum prædictam dispositionem, nec aliter decidendas:futura vero dubia,& difficultates quandocũque, & vbicunque oriẽtur,ad nos,& Sedem Apostolicam vbi & cetera, quæ ad decreta dicti Cõcilij pertinent quotidie declarantur omnino referenda esse; nec non irritum, & inane quidquid secus super his per quoscunque scienter vel ignoranter contigerit attẽtari. Mandamus &c. Non obstantibus &c. Datum Romæ &c. Anno Incarnationis Dominicę 1572. Kal. Martij. Pontificatus nostri Anno Primo.

Quibus sic stantibus deinde per Sixtum V. fuit facta confirmatio Priuilegiorum,indultorum, & exemptionum fratrum Minorum, & Monialium Sancti Francisci de obseruantia,ac Sanctæ Claræ, & Tertii ordinis de pœnitentia,die 3. Octobris 1587. cum clausula in his omnibus,in quibus decretis Conc. Triden. non aduersentur, vt per eius constitutionem incip. Et si mendicantium ordines fol. 244. in Bullar. cetera ergo priuilegia non aduersantia remanent, vt clare etiam patet ex dispositione d.Conc.sessi.25.de regula.cap.20.in fin.ibi (in ceteris omnibus præfatorum ordinum priuilegia,& facultates,quæ ipsorum personas,loca,& iura concernunt, firma sint, & illæsa) vt per Emanuel. Roder.in to. primo,quæst.Regul.q.8.art.8.& per Io.Bapt.Confect.in d.Summario priuileg.tit.3. cap.4. vbi de Regularium priuilegiorum confirmatione, & validitate fol.56.qui etiam tractant,An regularium priuilegia per non vsum,seu contrariũ vsum, aut per præscriptionem tollantur, quæ clausula est clarior illa Gregor. XIII.confirmantis d.priuilegia,quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus, & decretis sacri Conc. Trid.non aduersentur sub die 21. Aprilis 1575. fol.1234. incip. Benigna.

Per Sãctissimũ D.N.D. Paulũ V. sub die 29. Aprilis 1606. fuit facta cõfirmatio priuilegiorum monachorum ordinis Cęlestinorum cum hac clausula,quatenus Sacri Concil. Trid.decretis,nec non Regularibus dictę congregationis institutis a Sede Apostolica approbatis non aduersentur,ac reuocata non sint,nec sub aliquibus

quibus reuocationibus comprehensa Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo confirmamus,& approbamus,illisque perpetuæ,& inuiolabilis Apostolicę firmitatis robur adijcimus ac omnes,& singulos tam iuris,quam facti,& solennitatum etiam de iure necessariarum,aut alias quomodolibet requisitarum forsitan omissarum , & alios defectus si qui intercueniunt in eisdem supplemus.

Insuper Greg.XIII. non solum reuocauit tres constitutiones prædictas Pij V. sed etiam per eundem fuit facta reductio quarundam literarum Pij V. sub die 29. Nouembris 1568. pro militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani ad terminos decretorum Concil. Trid. qui milites cum etiam regulares sint, vt dixi supra in ver. monasteria monialium fol. 394. dictam Cõstitutionem inserendam esse censui quæ habetur in Bullar. fol. 1295 incip. Circumspecta & infra. Motu proprio, & non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera voluntate,ac deliberatione,& certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine,omnia & singula priuilegia,exemptiones,gratias,& indulta Magistro, Conuentui, Militibus,& Militiæ dicti hospitalis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros,& Sedem prædictam in genere vel in specie quomodolibet concessa,& confirmata,nec non dicti Pij V. literas super eorundem confirmatione emanatas sub datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Nouemb. 1568. Pontificatus sui anno tertio ad prædicti Concilij Decretorum terminos tenore præsentium reducimus,ac reducta esse,nihilque ex ipsis priuilegijs,exemptionibus,gratijs,& indultis ordinarijs locorum detractũ esse quo minus ipsorum militum Vicarij,Cappellani,ministri,seruientes,ascripti coloni,procuratores,& familiares militum huiusmodi, quibus ea iam concessa sunt,& in posterum concedi contigerit,ab ipsis ordinarijs tanquam Sedis Apostolicę delegatis de eorũ excessibus,criminib. & delictis etiam extra visitationẽ, quando & quoties opus fuerit,inquiri,visitari,puniri,& corrigi possint,ipsorũque ordinariorum iurisdictioni plene in prædictis subiecti existant. (Exceptis tamen ijs,qui ecclesiis,alijsque locis dictorum militum actu seruiunt,& intra eorũ septa,& domos residẽt,ac sub eorum obedientia viuunt,quę omnia debere simul concurrere intelligantur,siue ijs,qui legitime,& secundũ regulã prędictę Religionis professionem fecerint,de qua loci ordinario constare debeat:) & ita in præmissis omnibus,& singulis per quoscunque Iudices &c. Non obstantibus,&c. *Sess. 24. de reff. gen. c. 11.*

Eiusdem Pij Papæ V. literis memoratis quo ad alia, & in eo maxime quod voluit prædictorum militum priuilegia,illorumque confirmationem non comprehendere neque ecclesias, neque personas in his, quæ ad curam animarum pertinent,sed an his dicti Conc. Trid. decreta omnino seruari debere, in suo robore permanentibus. Volumus autem quod præsentium transumptis &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 25. Nouemb. 1580. Pont. nostri anno nono. *Sess. 25. de reg. c. 11.*

Per eundem Greg. 13. die 7. Ianuarii 1584. fuit facta declaratio facultatis ordinariorum visitandi,& corrigendi loca,& personas Militiæ, & hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani in his duntaxat, quæ concernunt curam animarũ, aut sacramentorum administrationem,in quibus Conc. Trid. decreta,& Constitutionem fe. rec. Pii V. sub die 22. Septembris 1571. iubet am seruari omnino voluit fol. 1326. in Bullar. incip. Consuenit,& vide cap. per exemptionem de priuileg. in 6. & Conc. Trid. sess. 25. de regula. cap. 11. & dicta Pii V. Constitutio sequens est. *Greg. 13.*

Brene.

Breue per quod datur forma Episcopis, & aliis locorum superioribus, vt tanquam Sedis Apostolicæ delegati tantum visitare possint parochiales ecclesias ordinis S. Io. Hierosolymitani in his duntaxat, quæ curam animarum, & Sacramentorum administrationem respiciunt, & hoc gratis absque vlla impensa, & onere fol. 1134. in Bullar. incip. Exposcit, & infra.

Pij V. Decernimus, declaramus, statuimus, omnes, & singulos locorum Episcopos, & alios superiores tanquam Apostolicæ Sedis delegatos omnes, & quascunque parochiales ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica suarum ciuitatum, & diœce. quibus animarum cura imminet, ad dictam religionem, eiusque Milites, Cappellanos, Ministros, Rectores, quomodolibet pertinen. etiã quod in eis episcopalem, & temporalem iurisdictionem religio, & milites prædicti haberent, eorumque ecclesias, Rectores, Vicarios, & Ministros quoscunque (in his tamen duntaxat, quæ animarum curam, illiusque exercitium, & sacramentorum administrationem respiciunt) visitare, omnesque actus visitationem concernentes exercere posse, & debere, ac Rectores, ceterosque huiusmodi ministros curam animarum exercentes minus idoneos repertos, siquidem ad nutum amouibiles sint, statim amouere: sin vero titulares sint, illico suspendere, ac superiores eorum monere, vt intra aliquem breuẽ terminum in locum amotorum subrogent alios idoneos, prius tamen per ipsos Episcopos, & alios superiores examinatos, & approbatos, Titularibus vero suspensis deputent alios idoneos pariter examinatos, & approbatos, vt supra in coadiutores, seu Vicarios iuxta decretum Concilii, sess. 21. cap. 6. Interea vero dum hæc subrogatio, seu deputatio fiat, ipsi Episcopi, & alii superiores pro necessitate curiæ animarum prouideant arbitrio suo, quod si superiores dictorum Rectorum, & ministrorum intra tempus præfixum non subrogauerint, aut deputauerint vt supra, tunc dicto termino elapso ipsi Episcopi, & alii superiores alios præuio examine iuxta eiusdem Concilij formam idoneos repertos in locũ amotorũ subrogent. Titularibus vero suspensis coadiutores deputet iuxta dictum capitulum sextum, sess. 21. qui tamen in dictis parochialib. perinde inseruiant, ac si subrogati, aut deputati ab ipsis superioribus religionis, & militũ prædictorum fuissent. Volumus autem, quod Episcopi, & alij superiores prædicti visitationem huiusmodi, & prædicta omnia solum tanquam delegati Apostolicæ Sedis, & gratis, & absque vllis dictæ religionis Rectorum, & ministrorũ impensa, & onere faciant, in collatione item ordinum, nec non consecratione ecclesiarum, & sacrorum vasorum, ac benedictionibus, & alijs actibus spiritualitatem concernentibus, ac institutione præsentatorum ab eisdem militibus ad beneficia, aut approbatione, seu cõfirmatione, quas ab eisdem fieri harũ præsentiũ vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendant, vt nullos admittant, qui qualitates a cõcilio requisitas nõ habeant, ac præuio examine iuxta eiusdem Concilij decreta idonei non existant. Nolumus autem Episcopos, & alios superiores locorum suprascripta facultate visitandi vti, qui cum eadem religione, & militibus super iurisdictione Episcopali in locis visitan. coram quibuscunque iudicibus litigãt nisi ipsi Episcopi, & alij superiores in quasi possessione antiqua exercitij iurisdictionis huiusmodi existerent, saluo tunc iure vtrique illæso in petitorio, sed quod Episcopi, & alij superiores viciniores ius aliquod in iurisdictione huiusmodi non habentes, nullumque interesse prorsus prætendentes facultate prædicta vtantur. Nolumus item per præsentes vllum afferri præiudicium iuri visitandi dictas parochiales ecclesias, & alia beneficia curam animarum habentia, quod antea religioni, & militibus prædictis competebat, inhibemusque expresse

presse dictis Episcopis,& aliis superioribus,ne hac facultate visitan.eis per præsentes concessa alio vtantur modo, quam præscripto, sicque quoscunque Iudices,&c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 22. Septem. 1571. Pontificatus nostri Anno sexto.

In confirmatione priuilegiorum religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani facta a Sanctiss. Cle. viii. die 27. Iunii 1592. in fine addita est hæc clausula, volumus autem quod fel. rec. Pii V. 22. Septemb. anno sexto, ac Greg. 13. prædecessorum nostrum literis, sub annulo piscatoris 25. Nouembris anno nono Pontificatuum suorum expeditis, suo robore, & efficacia permanentibus, præsentes literæ non comprehendant, neque ecclesias neque personas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concil. Trident. huiusmodi omnino seruari debeant.

Reuocatio Priuilegiorum Hospitalis Sancti Lazari Hierosolymitan. de Hospitalibus,& pijs locis leprosorum.

PIVS PAPA V.

GRaues ad nos quotidie querelæ deferuntur de Magistro, Conuentu,& fratribus Hospitalis Sancti Lazari Hierosolymitani, qui obtentu priuilegiorum suorum, multa secus quãtũ par esset fidentius conati, præ studio dũ habeãt quod ambiunt, neque modum pietatis vllius, neque benignitatis erga se nostræ ponderantes, varijs artibus moliuntur quemadmodum disturbent, atque deijciant omnes alios a regimine, cura, & possessione illarum Hospitalium, & religiosorum locorum, quæ sub inuocatione S. Lazari leprosorum aliquando fundata, constructa, & instituta, deinde aut Ecclesijs, Monasterijs, Xenodochijs, Collegijs, vniuersitatibus, etiam studiorum generalibũ, diuersisque alijs sacris, & religiosis locis vnita, aut in eorum commodum suppressa fuerunt, seu quorum curam, seu bonorũ administrationem, seu fructuum dispensationem, vel ipsæ Ecclesiæ, vel Conuentus, vel venerabilium locorum sodalitates, vel honesti Ciues, vel etiam priuatim alij spectatæ probitatis viri habent, & aut in illis, aut ex illis prædictis Ecclesijs, Monasterijs, Xenodochijs, Collegijs, vniuersitatibus, pijs locis, & pauperibus suarum quisque Ciuitatum, & locorum, vti diuersæ, & multiformes charitatis, & misericordiæ species suadere videntur, variæ item egestates, necessitatesque expetunt, pie sancteque suppeditant. Quin etiam Magister, & Conuentus in vniuersum, singulatim vero quidam fratres, iam aliquot huiusmodi administratores, & possessores, imo vero primarias quasdam Italiæ Vrbes litibus, & controuersijs multifariam concitatis, grauiter infestarunt. Quocirca nos indignũ rati, tot tantasq; piorum operum rationes, iampridem accõmodas, dictorum priuilegiorũ causa impediri, volentesq; sicut officii nostri munus, pietatisq; causa postulat, sedulo prouidere, vt Hospitalium, & locorũ huiusmodi optimus status, rerumq; dispositio cõmoda, & vtilis perpetuo constet, hoc quoq; Sacrosanctum Iesu Christi patrimonium pijs, honestisq; vsibus perpetuo illibatum conseruetur, ac simul Magistro, Conuentui, & fratribus prædictis, omnis omnino molestandi via præcidatur, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas causas, in Romana Cu. & extra eam, coram quibuscunque

buscunque Iudicibus ordinariis, & delegatis, etiam causarum Palatii Apostolici Auditoribus, ac S.R.E Cardinalibus, inter Magistrum, Conuentum, & fratres prædictos; etiam collationem, commendam, aut aliam concessionem a dictis Magistro, & Conuentu habentes, ac quoscunq; alios curam, regimen, & administrationem, ac possessionem Hospitalium, locorum, & bonorum prædictorum per viam vnionis, suppressionis, commissionis, prouisionis, Commendæ, administrationis, alteriusue concessionis, aut etiam priuilegio, fundatione, consuetudine, permissione, vel alio quocunque modo habentes; super eisdem Hospitalibus, locis, & bonis, eorumq; regimine, administratione, possessorio, spolio, rebusque aliis latius deductis, & illorum occasione, tam coniunctim, quam diuisim, in quacunque instantia pendentes, quarum singularum merita, nec non iudicum, & aliorum collitigantium nomina, cognomina, gradus, & nobilitates, huiusq; huiusmodi statum, præsentibus haberi volumus pro expressis, in statu, & terminis in quibus reperiuntur, harum serie ad nos aduocamus, ac litem, & lites huiusmodi penitus extinguimus, dictisq; Magistro, Conuentui, & fratribus, ac quibuscunq; aliis etiam in quorum in fauorē de dictis Hospitalibus, & locis S. Lazari leprosorum, prætextu huiusmodi priuilegiorum dispositum est, vt præfertur, perpetuum silentium imponimus, Præterea omnes, & quascunque collationes, prouisiones, Commendas, cōcessiones, commissiones, & alias dispositiones, de ipsis Hospitalibus, & locis, ab eisdem Magistro, & Conuentu quibuscunque factas, inde secutas, a nobis, & Apostolica Sede etiam Motu simili confirmationes, vel nouas prouisiones, ac etiam concessiones, facultates, & licentias, quod Hospitalia leprosaria, & alia loca quæcunque tam in Vrbe, quam quibuscunque Terris, dominijs, & locis, sub inuocatione S. Lazari leprosorum huiusmodi fundata, constructa, erecta, & instituta, & qua fundari, construi, erigi, & instituiō tinget, etiam si per Magistrum, Conuentum, & fratres huiusmodi recepta, aut possessa non sint, vbi vllo vnquam tempore fuit, est, vel erit Hospitalitas leprosorum, seu infirmorum S. Lazari nuncupatorū, de qua legitime coram locorum ordinarijs constet, etiam si ibi ris patronatus laicorum essent, cum omnibus vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & applicationibus, illis pro tempore factis, Hospitali S. Lazari prædicto subiecta, & incorporata, & ad ius, proprietatemque, & omnimodam dispositionem, institutionem, & collationem Magistri pro tempore existentis, & Conuentus prædictorum, iuxta ipsius Hospitalis stabilimēta pertinere censeātur, prout alia eius Hospitalia, Cappellæ, Oratoria, beneficia, & loca spectabant, illaq; per fratres prædictos, non autem per alias ecclesiasticas, aut sæculares personas, etiam Ciuitatum, & Terrarum, Oppidorum, & Villarum Communitates, vel vniuersitates regi, & gubernari, & in signum recognitionis superioritatis dicti Hospitalis, aliquo rationabili Canone, seu censu, per Magistrum, & Conuentū, ac diffinitores generalis Capituli dicti Hospitalis imponendo, singulis annis respondere, præterea Hospitalia, & loca huiusmodi obtinentes, cuiuscunque dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, responsiones, & iura Annatarum, vacantium, mortuariorum, arreragiorum, & passagiorum Hospitali S. Lazari, & illius Aerario communi soluere teneantur, & ad id etiam per Magistrum, & Conuentum prædictos compelli, & non soluentes censuris, & pœnis ecclesiasticis innodari Hospitalibusq; priuari possint, Nec nō quæcunque alia priuilegia, concessiones, facultates, & indulta, dictis Magistro, Conuētui, fratribus, & personis, super reuocatione huiusmodi Hospitalium ad pristinam Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani naturam, ac regimen, & administrationem,

histrationem, etiam per modificationes, & reformationes nostras illi concessa, & confirmata, quibuscunq; concepta formulis, ac etiam restitutionis, præseruatiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non vim contractus inducentibus, & alijs decretis suffulta (quorum omnium tenores, etiam præsentibus haberi volumus pro expressis) auctoritate Apostolica, tenore præsentium specialiter, & expresse reuocamus, & Apostolicas ac alias literas, nec non processus, & inde secuta quæcunq; cassamus, & annullamus, volumusque illa omnia vires, & effectum de cetero non habere, ipsaq; Hospitalia, & loca, eorumq; res & bona, deinceps vt antea regi, & gubernari ac de illis disponi, nec vllo annuo censu, canone, subsidio vel alio onere, per Magistrum, Conuentum, & diffinitores prædictos grauari, nec ad aliã responsionẽ aut iura aliqua, eis præstanda vllo vnquam tempore teneri, nec sub aliquo alio iure Magistri, Conuentus, & Hospitalis S. Lazari huiusmodi consistere debere, Districtius inhibentes etiam Magistro, & Conuentui, ac quibuscunq; alijs etiã in quorum fauorem de dictis Hospitalibus seu locis prætextu huiusmodi priuilegiorum dispositum est, vt præfertur, ne illorum occasione seu prętextu vel alias quocunque modo se præmissis interponere, aut quempiam vlterius super illis vexare, impedire, vel turbare quoquomodo præsumant. Quod si secus fecerint eos, & eorum singulos excõmunicationis sententia innodamus, ac magistratu, dignitatibus, officijs, beneficijs, iuribus, priuilegijs, & indultis quibuscunq; eorumq; vsu & commodo priuamus, inhabilesq; ad omnia esse volumus, eo ipso. Ac decernentes sic per quoscunq; iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quauis causa, & instãtia sublata &c. iudicari &c. debere. Ac irritum &c. attentari. Et nihilominus vniuersis, & singulis locorum ordinarijs tenore præsentium mandamus, vt ipsi per se, vel alium, seu alios Ecclesijs, Monasterijs, Xenodochijs, Hospitalibus, Collegijs, vniuersitatibus, Sodalitatibus, Rectoribus, Commendatarijs, Administratoribus, & personis prædictis eorumq; singulis quandocunq; requisiti fuerint, aut molestiam aliquam ab ipsis Magistro, Conuentu, & fratribus coniunctim, vel diuisim irrogari intellexerint, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes procurent auctoritate nostra illos omnes in suis possessione, & iuribus pacifice conseruare, non permittentes eorum quempiam per ipsos Magistrum Conuentum, & fratres, aut alios quoscunque super ijs quomodolibet molestari contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas aliasq; grauiores censuras, & pœnas ceteraq; iuris, & facti remedia appellatione postposita cõpescendo, censuraſque & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauãdo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, & nostra de non tollendo iure quæsito, ac alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, & Conuentus prædictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis consuetudinibus, stabilimẽtis, vsibus, naturis alijsq; priuilegijs, & indultis Apostolicis illis, ac eisdem Magistro, Cõuentui, & fratribus a quibuscunq; Ro. Pont. & nouissime tam a re. me. Pio Papa iiij. prædecessore nostro in ipsius Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, & regulæ restitutione, & ampliatione, quam etiam a nobis in illius modificatione etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessis, cõfirmatis, & extẽsis, quibus inter cetera cauetur expresse, quod vniones, annexiones, & incorporationes similes, vel dissimiles, ac quæcunq; aliæ distractiones hmõi Hospitalium, & locorum quacunq; ratione, vel causa, etiam

motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & etiam cum expressa huiusmodi priuilegiorum, & stabilimentorum derogatione, nullius penitus sint roboris, vel momenti, & habeantur prorsus pro infectis, nec censeatur in hac parte vnquam derogatum per quascunque clausulas, & etiam derogatoriarum derogatorias fortiores, & efficaciores, nisi dum, & quoties de illorum, ac etiam certarum in specie desuper confectarum literarum de verbo ad verbum vere, & non per clausulas idem importantes inserto tenore de ipsorum S. R. E. Cardinalium consilio derogetur, nec etiam tunc, nisi ad id Magistri, & Conuentus prædictorum expressus accedat assensus, & semper in huiusmodi quæ sic fient de consilio prædicto, derogationibus censeatur apposita clausula, quod tunc demum effectum sortiantur, cum consensus Magistri, & Conuentus prædictorum accesserit, & non aliter, nec alio modo, quodque priuilegii statutis, stabilimentis, aliisque præmissis etiam per quascunque literas apostolicas etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioresque, & insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacunque verborum expressione in se continentes, nullatenus derogari possit, nec quo ad illa derogatum censeatur, nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertus, & huiusmodi derogationes consistorialiter factæ, & per trinas distinctas literas eundem tenorē continentes, tribus distinctis similibus vicibus, Magistro, & Conuentui prædictis intimatæ, & insinuatæ fuerint, ac ipsorum Magistri, & Conuentus ad id expressus accedat assensus, & aliter factæ derogationes nemini suffragentur, ac Magister, & Conuentus prædicti ad parendum literis derogatoriis huiusmodi & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus, & subexecutoribus, eorumque mandatis, & monitionibus minime teneantur, sed literarum huiusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ censuris ecclesiasticis per eosdem executores, vel sub executores satis innodari possint. Quibus omnibus etiam si de eis, &c. tenores &c. in genere, & in specie ad effectum sufficientis derogationis eorum pro plene, & sufficienter expressis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Ceterum iubemus presentes consuetis Vrbis locis publicari, & exempla de more applicari, easq, sic publicatas Magistrum, Conuentum, & fratres prædictos, ceterosque omnes, & singulos quorum interest, æque obligare volumus, ac ipsæ præsentes (quibus sola nostra signatura sufficiat, & vbique tam in iudicio quam extra illud fidem faciat) essent omnibus singulatim, ac personaliter intimatæ.

Placet Motu Proprio. M.

Anno a natiuitate D. millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die vero vndecima mensis Augusti, Pont. Sanctissimi D. N. Pii diuina prouidentia Papæ V. anno eius Secundo Retroscriptæ literæ affixæ & publicatę fuerunt Romę in Acie Campi Florę & Valuis Cancellariæ Apostolicę, vt moris est per nos Io. Andream Rogerium, & Scipionem de Octauianis S. D. N. Papæ Curs.

Ioannes Andreas Panizza Magister Curs.

De priuilegijs huius militiæ vide Pii 4. Constitutionem num. 126. incipien. inter assiduas. fol. 892. cum ibidem adnotatis per Dominum Laertium Cherubinum.

Postremo

Postremo animaduertendum est, qualiter vtriusque sexus religiosis personis ordinum mendicantium Pius V. concessit exemptiones ab exactionib. Gabellis, Pedagijs, & vectigalibus vt per eius Constitutionē sub die 29. Iulij 1566. fol 944. in Bullar. incip.

Dum ad vberes, quos sacri mendicantium ordines in agro dominico quotidie faciunt fructus, attente respicimus, & attentæ considerationis indagine perscrutamur, ipsorum religionis syncerit atem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus sub humilitatis spiritu, deuotum altissimo præstant famulatum; Dignū, quin potius debitum reputamus, vt illis ea libenter concedamus, per quæ semotis quibuslibet grauaminibus promptiores eiusdem altissimi inhæreant seruitijs. Hinc est quod nos volentes, eosdem mendicantium ordines, ad dilectos filios eorum fratres, & monachos, ceteraque personas, ac etiam moniales quaslibet eiusdem ordinis sub illorum cura degentes specialibus fauoribus, & gratijs prosequi; motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiā, sed ex certa nostra sciētia, ac de Sedis Apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes, & singuli Mendicantium ordinum huiusmodi fratres monachi, & dilectæ filiæ in Christo moniales, seu sorores, ac aliæ vtriusque sexus personæ regulares vbilibet per totum Christianum orbem diffusi, & constituti, illorumque monasteria, Cœnobia, domos, Cōuentus, Ecclesiæ, Cappellæ, Oratoria, & alia loca etiam vnita, ac membra, & dependentia, nec non terræ cultæ, & incultæ, possessiones, prædia, agri, & alia omnia, & singula mobilia, & immobilia, ac se mouentia, & vbilibet, ac quibuscunque rebus consistentia bona, nec non eorum in dictis bonis laboratores, coloni, Arrendatarij, locatarij, & affictuarij negotiorumque suorum gestores vniuersi quomodolibet nuncupati, nunc, & pro tempore existentes in perpetuum ab omnibus, & singulis exactionibus, tam vrbanis, quam rusticis, nec non Datijs, Gabellis, pedagijs, vectigalibus, Collectis, impositionibus, & oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, ac tam realibus, quam personalibus, mistis, & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento, ac faculatibus, equorum taxis, militumque hospitijs, ac alias quibuscunque nominibus nuncupatis, quauis auctoritate, quomodolibet imposi consueuerunt, & in futurum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium, & rerum cuiuscunque generis, vel qualitatis existentium, tam per mare, & aquam dulcem, quam per terram, vndecunque, & quomodocūque pro tempore delatarum, nec non animalium quorumcunque mortuorum, & viuorum, & quæ alias quomodolibet, & ex quauis causa, ac super quibuscunque rebus tam in alma Vrbe nostra, quam extra eam, vbilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, nec non a contributionibus, & solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu & vestitu, quam quocunque alio vsu suo tantum, ac tā emendo quam vendendo, & alias quomodolibet negotiando, nec non etiam a solutione quadrantis pro singulis libris carnium de animalibus quæ nūc, & pro tempore ex armentis occidi contigerit, nec non etiam, quæ in suis ædibus, prædijs, & possessionibus priuatim detinent, & nutriunt, ac a contributione sumptuum, & expensarum, quæ aliquando pro pontibus, & viis, aquæductibus, muris, mœnibus, aliisque machinis struendis, & reparādis seu reficiedis, ac ciuitatū, terrarū, & locorū quorūcūque fortificationibus, nec nō ēt alias in omnibus, & p oīa, ac tā in dicta Vrbe, quā extra eā, vbilibet penitus, & oīno liberi immunes, et exēpti, ac liberæ, & exēptæ, liberaq; immunta, & exēpta sint, & esse censeātur, ac

Pij V.

In fauorem omnium clericorū unde c. quā-quā de cēsi. & cle. præsēti eo. tit. & Concil. Tri. sess. 25. c. 20.

Has immunitates ēt omnes aliæ regulares per suas priuile. dicūtur habere, ut sunt Benedictini et ēt p exēptionē factā a Pio V. Exēptio aquadrātē carnis pro singulis libris carnium.

Hic corrigitur L. ad instruct. cum. gl. Doct. C. de sacr. sanc. ecc. & olim correcta fuit per Aut. ité nulla cõitas. C de episco et cler et p eadẽ faciunt. c. non minus. et c. aduersus, de im. eccl. et c. quã quam de censi. in 6. & c. fi. de uit. & ho. et alia supra dicta.

pro talibus teneantur, & reputentur, quodque terræ, agri, & possessiones, & loca aratiua, (vt præfertur) in illis, quæ aliquando pro pascuis animalium ad certũ tempus reseruantur nullatenus vnquam comprehendantur, nec comprehendi censeantur, ac etiam monasteria, Cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcũque millium, tam equitum, quam peditum hospitiis quemad modum magno cum nostro dolore hucusque in plerisque locis factum comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant. Et insuper quod fructus, redditus, prouentus, & alia quæcunque bona monasteriorum, Cœnobiorum, & aliorum locorum regularium præfatorum, ab aliis, quam a Syndicis procuratoribus, & religiosis fratribus monachis, & monialibus aliisque personis præfatis exigi, illaque duntaxat in beneficium loci, vel sustẽtationem ipsorum religiosorum fratrum, & monialium expendi, nec per alios quoscunque, quouis nomine censeantur, nec in alium, quam præmissum vsum conuerti, seu expendi possint, neque debeant, nisi de consensu superiorum illius loci, cui data, vel consignata, aut donata fuerint, seu ad quem alias spectabũt, nec etiã soli tutores, aut Curatores, seu protectores, & alio nomine Sanctesii, aut alias nuncupati de eisdem bonis vllo modo disponere possint. Quodque idipsum etiam de eleemosynis, oblationibus, quibuscunque aliis donatiuis intelligi, & obseruari debeat, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo statuimus, ordinamus, volumus, & declaramus. Nec non fratres monachos, moniales, ac alias regulares personas eorũque monasteria, Cœnobia, conuentus, Ecclesias, cappellas, oratoria, & alia loca, & terras, possessiones, prædia, agros, & bona, nec non laboratores, Colonos, Arrendatarios, ac gestores, prædicta, vt præfertur, libera, immunia, & exempta, eiusdẽ auctoritate, & tenore facimus, ac fore, & esse decernimus. Mandantes propterea dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus Cameræ Apostolicæ Camerario, præsidentibus, & clericis, ac commissariis, agentibus, & officialibus quibuscunque, vt omnibus, & singulis, tam virorum quam mulierum monasteriis mendicantium ordinum huiusmodi existentibus sub ditione nostra temporali, mediate vel immediate constitutis, tantum sal, quantum pro eorum vsu suffecerit singulis annis omni dilatione cessante, & contradictione remota contribuere, & assignare, ac cõtribui, & assignari facere debeant realiter, & cũ effectu. Districtius etiã in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac excõicationis maioris lata sententiæ, ac duorum millium ducatorum auri de Camera pro vna, Basilicæ Sancti Petri de Vrbe, & pro altera, medietatibus, singulis monasteriis, & locis præfatis quæ molestari seu perturbari contigerit, irremissibiliter applicandorum pœnis, eo ipso, & quoties cõtrafactum fuerit, incurrendis. Inhibentes &c.

Nota quod sub reuocatione supra relata facta per Gregor. 13. incip. In tanta fol. 410. non comprehenditur ista Constitutio Pii V. vt animaduertunt auctor Catechetis Neap. fol. 302. & Sorbus in d. Compen. fol. 541.

S. D. N. D. Pauli V. extat cõstitutio qua reuocauit facultates superioribus quorumcunque ordinum concesse cognoscendi causas suas subditorum officium Sãctæ inquisitionis pertinentes, quam habes supra in verbo hæretici. Idem reuocauit, ac de nouo cõcessit indulgentias regularium, quam habes in verbo Indulgentiæ super declaratione ordinum mendicantium.

Pius

Pius Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex tam vniuersalis Christianę, quam singularum eius Religionum præcipuus defensor. & infra.

Motu proprio non ad ipsorum fratrum, vel alicuius eorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulos quatuor mendicantium ordinum, videlicet Sancti Dominici, & Sancti Francisci, ac Eremitarū Sancti Augustini, nec non Carmelitarum, ad quos etiam recenseri volumus seruos Beatæ Mariæ nominibus comprehensos fratres, eorumque domus, monasteria, & loca, etiam si in Communi propria bona tam mobilia, quam immobilia, & stabilia, ac alia quæcunque possederint mendicantium vocabulo, & omnibus, & singulis mendicantium priuilegijs eis quomodolibet concessis vti posse, & debere, nec super præmissis vllo vnquā tempore molestari posse authoritate Apostolica per præsentes statuimus, & declaramus. Ac tam Cōcilij Tridentini, quam omnia, & singula alia decreta, statuta, ordinationes, priuilegia, & iura de mendicantibus loquētia ad omnes, & singulos ordines præfatos, eorumque domos, & loca, etiam propria bona in Communi tamen retinentes extendimus, & ampliamus, illaque de illis loqui etiam authoritate præfata per easdem præsentes declaramus. Ac insuper eisdem ordinarijs, & quibusuis alijs tam ecclesiasticis, quam sæcularibus quauis authoritate fungentibus in virtute Sanctæ obedientiæ, & alijs arbitrio nostro moderandis pœnis similiter per præsentes mandamus, vt si quid per eos tam nostro, quam prædecessoris nostri temporibus, tam ratione seminarij, subsidij, & decimarum, quam aliorum onerum huiusmodi exactum fuit, id totum eisdem fratribus omni mora, & dilatione postpositis restituant, districtius inhibentes eisdem locorum ordinarijs, ceteriſque personis tam ecclesiasticis, quam sæcularibus quauis authoritate fungentibus, & cuiusuis dignitatis, gradus, & conditionis existentibus, ne eosdem mendicantium ordinum fratres præfatos bona huiusmodi retinentes, quouis prætextu super seminarij, subsidij, & decimarum contributione molestari, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant. Decernentes, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 1. Septembris 1569. Pontificatus nostri anno secundo.

Publicata die 16. Septembris 1567.

Adde hāc cōstitutionē ad c. vnicū. §. sane. de reli. dom. in 6. fuerūt ēt cōnumerate alię religiones inter mēdicātes ordines, vt notaui in ti. de verb. sign. huius libri.

Hęc breuiter de priuile. Regulariū dixisse sufficiāt, cetera particularia satis abū de habētur in d. Cōpēdio priuilegiorū cū additioni. Sorbi, ac in Cōpēdio priuilegiorū Minimorū, pſertim in verbo Notāda priuilegiorū p Passārellū. D. Io. Bap. Cōfectius duos libros edidit vno volumine cōtētos, sic inscriptos, Collectio priuilegiorū sacrorū ordinū mēdicātiū, & nō mēdicātiū iuxta sacri Conc. Trid. reformationē, & Sūmorū Pōtificū nouissimas cōfirmationes, & innouationes, alter vero sic. Sūmariū materiarū notabiliū ex supradictis priuilegijs, & literis Apost. nec nō iure cōi, ac decretis sac. Cōc. Tri. desumptū, & sub suis titulis, & ordine in vnū cōgestū atque redactū, Impres. Florētię anno 1597. Nouiss. vero Eman. Redoric, magnū volumē edidit Regulariū, & Canonicarū qstion. Salamāticę Impres.

QVARTA EPISCOPALIS.

QVONIAM sequens Rotæ Rom. decisio ad quartam Episcopalem pertinens inter volumina nouissimarum decisionum diuersorum eiusdem Rotæ Auditorum minime excussa reperitur, & perspiciens ad sedandas lites, quæ excitari possent, plurimum prodesse, vt aliis innotescat, ideo communitari consulẽdo illam, fideliter, sicuti impressa ad manus peruenit meas, sic typis mandare curaui.

Fuit dubitatum per Ill. & Reuerendissimum D. Seraphinum Oliuarium Razalium Rotæ Auditorem in causa Syracusan. quartæ, An opera pia, in quibuscõ sumenda sunt bona hæreditaria, sint priuilegiata a iure, ita vt non debeatur quarta Episcopo Syracusano. & die Marcurij 5. Martii 1586. fuit facta resolutio infrascripta, videlicet.

Circa propositum dubium plures cõsideratæ fuerunt difficultates. Prima fuit, an Reuerẽdissimo D. Episcopo Syracusano debeatur quarta ex relictis pro maritãdis, seu monachandis puellis pauperibus, & pro pane præstando quolibet hebdomada pauperibus, & circa hunc articulum Domini dixerunt regulam esse, quod de relictis pauperibus, in genere nulla debetur quarta glo. in c. 2. in ver. decreuit, & ibi Inn. num. 1. Abb. num. 8, de sepult. Bal. in l. id quod pauperibus, nu. 30. vers. addo tertiam rationem, C. de Episc. & cler. Rom. cons. 233. num. 2. vers. tertio fallit. Petr. de Vbald. de canonica Episcopali c. 5. nu. 10. & 11. & cap. 7. nu. 15. & 50. & ratio est, quia quando relinquitur pauperibus in genere, relinquitur personis, nõ autem pijs locis, de relictis autem personis nõ detrahitur quarta Episcopalis, iuxta tex. in c. ex parte, il terzo de verb. sing. Inn. Abb. Petr. de Vbal. vbi supra. Fallit autem hæc regula in relicto facto pauperibus certi loci, quia tunc legatum videtur factum intuitu illius loci, & sic factum loco pio, vt post Io. And. limitat Abb. in d. c 2. num. 3. & Pet. de Vbal. vbi sup.

Secunda difficultas est, An de relictis pro restauratione Ecclesiæ matricis, ædificatione, & reparatione Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorũ locorum piorum debeatur quarta, & Domini censuerunt non deberi, iux. tex. in c. vlt. ibi, seu fabrica, de testa. & in d. c. ex parte, ibi, vel ob fabricam, Rom. d. cõs. 233. in princ. Capyc. decis. 23. num. 4 Sed circa hunc articulum insurgit alia difficultas: An hoc casu debeatur quarta, quando de præsenti non indigent restauratione. Nam affirmatiuam tenuerunt Host. Io. And. Anch. in d. c. vlt. de testam. vbi Couar. existimat esse magis communem opinionem; Contrarium vero tenuerũt Goffred. Card. Barb. & ipse Couar. per tex. in c. nobis 2. q. 2. quia legatum Ecclesia non indigente seruandum est in futuram Ecclesiæ refectionem, & restaurationem. Ideo in hoc conflictu attendenda est forma legati. Si enim testator vult statim, vel in singulos annos solus aliquid pro restauratione Ecclesiæ, quæ reparatione non indigeat, tunc seruari poterit communis sententia; si vero legat pro restauratione Ecclesiæ, quoties ea indigebit, tunc contraria sententia erit sequenda, & sub hoc articulo cadunt etiam relicta pro subuentione Ecclesiæ respectu luminariũ, ornamentorum & aliorum ad cultum diuinum pertinentium, ex his namque non debetur quarta, d. c. fin. si vero vlus est indeterminatus, & nõ destinatus perpetuo cultui diuino, tunc debetur quarta, d. cap. ex parte, & c. requisisti, de testam.

Tertia

Tertia difficultas est, An de relictis pro aliis operibus piis in genere detrahatur quarta, & hæc pendet a futuro euentu, si enim executores distribuerint legatũ in fabricam, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, vel in concernentia diuinum cultum, tunc quarta non deducitur, d.c. fin. & c. ex parte, & Couar, in d.c. fin. nu. 7. quia distributio quam facit executor censetur facta ab ipso testatore, l. vnum ex familia, §. 1. vbi Dinus, Bart. & Doct. de leg. 1. secus si executores distribuerent legatum in vsum non priuilegiatum locorum piorum.

Quarta difficultas versatur circa legatum factum pro maritandis duabus puellis singulis annis, & pro vna puella consanguinea: & concluſum fuit, neque etiam hoc casu deberi quartam, quia aut sunt pauperes, & non debetur quarta, vt supra dictum est, cum legatum sit factum personis, & non locis, aut non sunt pauperes, & vltra præfatam rationem, militat alia ratio, quod tale legatum non dicitur pium, & ideo ex eo quarta non debetur, Tiraq. de priuil. piæ causæ in princ. Quare concluſum secundum legatorum differentias, & distinctiones supra deductas esse hac causa pronunciandum.

Seraphinus Oliuarius Auditor.

De hac quarta episcopo debita vide Molinã de iusti. & iu. diſpu. 215. hanc quartam episcopo non deberi de relictis confraternitatibus laicorum, & esse magis, communem sententiam elicitur ex Doctoribus relatis per Parisium conſ. 34. nu. 29. lib. 4 Menoch. de recuperan. poſſeſ. remed. ii. nu. 31. Anton. Gabr. lib. 6. com. opi. de causa pia concluſ. 9. num. 13. late Abb. conſil. 31. parte 2. pro contraria parte vero vide Barba. conſil. 1. num. 4. & Alex. conſil. 102. nu. 5. lib. 7. legatum factum pauperibus de quibus præſumatur teſtatorem ſenſiſſe Menoch. lib. 4. de præſimp. 115. legatum factum ſimpliciter eccleſiæ cuius eccleſiæ causa relictum præſumatur. idem præſump. 114. eo. lib 4. legatum ad pias causas quando factũ præſumatur idem lib 4 præſump. 115.

REGVLAE, ORDINATIONES, ET CONSTITVTIONES Cancellariæ Apoſtolicæ Sanctiſs. D N D. Pauli diuina prouidentia Papæ V.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Paulus diuina prouidentia Papa V. ſuorum prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, normam, & ordinem rebus gerendis dare volens, in craſtinum aſſumptionis ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicẽ, videlicet, die XVII. menſis Maij, Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo ſexcenteſimo quinto, Reſeruationes, Conſtitutiones, & Regulas infraſcriptas fecit, quas, etiam ex tunc ſuo tempore duraturas, obſeruari voluit, & quas, Nos Alexander Sancti Laurentii, in Damaſo Diaconus Card. Montaltus, S.R.E. Vicecancellarius, die 21. menſis Maii dicti Anni in Cancellaria Apoſtolica publicari fecimus.

Reseruationes generales, & speciales.

1 In primis fecit easdem reseruationes, quæ in Constitutione fel rec. Benedicti Papæ XII. quæ incipit, Ad regimen, continentur, & illa innouauit, ac locum habere voluit, etiam si officiales in eadem constitutione expressi, Apostolicæ Sedis officiales ante obitum eorum esse desierint, quo ad beneficia, quę tempore quoof ciales erant, obtinebant. Declarans nihilominus beneficia, quæ dictæ Sedis officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi, eiusdem Sedis Notarij erant etiam dimissis ipsis officijs, & quandocunque assequuti fuerint, sub huiusmodi reseruationibus comprehendi. Ac reseruauit beneficia, quæ per constitutionem Ioannis xxij. quæ incipit, Execrabilis, vacant, vel vacare contigerit. Quam constitutionem & reseruationem S.S. tam ad beneficia obtenta quam alia quęcunque de quibus ordinarij & alij collatores contra Concilij Tridentini decreta disposuerunt, & disponent in futurum extendit, & ampliauit, & ea etiam beneficia dispositioni suæ reseruare voluit, de quibus per dictos Ordinarios aut alios collatores contra eiusdem concilij decretorum formam dispositum fuerit.

Reseruatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum ac tempore vacationis Episcopatuum, vacaturorum beneficiorum.

2 Item reseruauit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, nec non omnia Monasteria virorum, valorem annuum ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, nunc quomodocunque vacantia, & in posterum vacatura. Et voluit quod excessus huiusmodi in literis exprimatur; Ac etiam reseruauit dignitates, & beneficia omnia, ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcunque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatuum, Archiepscoporum, & episcoporum, nec non Abbatum, & aliorum quorumcunque Collatorum, & Collatricum sæcularium, & regularium, quomodolibet, non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem, pertinentia, quę post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu monasteriorum, vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, seu amissionem, vel priuationem, vsque ad promotionem successorum, ad easdem Ecclesias, aut Monasteria, vel dignitates, Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem, quomodocunque vacante & vacabunt in futurum.

Reseruatio Dignitatum, nec non suorum, & S.R.E. Cardinalium familiarum beneficiorum.

3 Item reseruauit generaliter dispositioni suæ omnes dignitates maiores, post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes principales in Collegiatis Ecclesiis, Reseruauit etiam Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, & Præceptorias generales ordinum quorumcunque, sed non militiarum, Ac quæcunque beneficia, quæ sui, etiam, dum Cardinalatus fungebatur honore, existentes, ac S.R.E. viuentium nunc,

nunc,& qui erunt suo tempore Cardinalium familiares, continui commensales obtinent,& in posterum obtinebunt eorum familiaritate durante,ac in quibus, seu ad quæ,ius eis competit,aut competierit,etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinaliu n eorundem,vel alias recesserint. Declarans dignitates, quæ in Cathedralibus,etiam Metropolitanis,post Pontificales non maiores existunt,et quæ ex Apost. Sedis Indulgentia,vel ordinaria auctoritate,aut consuetudine præscripta, vel alias quouis modo in collegiatis Ecclesiis principalem præeminentiam habere noscuntur,sub reseruatione prædicta comprehendi debere.

Reseruatio Beneficiorum Collectorum & Subcollectorum.

4 Item reseruauit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque Collectorum,& vnicorum in quacunque ciuitate,vel diœcesi, qui suo tempore officia exercuerint,Subcollectorum fructuum,& prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante locum officio obtinebant,& in quibus,seu ad quæ ius,tunc eis competebat.

Reseruatio beneficiorum Curialium,dum Curia transfertur.

5 Item reseruauit omnia, et singula beneficia ecclesiastica,quorumcunque Curialium, quos dum curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo,decedere contigerit in quouis loco,quantumcunque etiam a dicta Curia remoto,

Reseruatio beneficiorum Cubiculariorum,& cursorum.

6 Item reseruauit generaliter idem D.N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia Cubiculariorum,Cursorum suorum.

Reseruatio beneficiorum Ecclesiarum S. Ioan. Lateranen. & S. Petri, ac B. Mariæ Maioris de Vrbe, & beneficiorum titulorum Cardin. a Curia absentium.

7 Item reseruauit dispositioni suæ generaliter quoscunque canonicatus,& præbendas,ac dignitates,personatus,& officia,in S. Ioannis Lateranen.& Principis Apostolorum,ac Beatę Marię Maioris de Vrbe Ecclesiis; nec non ad collationē, prouisionem,& præsentationem,seu quamuis aliam dispositionem S.R.E. Cardinalium a Rom. Cur. absentium,ratione suorum Episcopatuum,Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum,& Diaconiarum,spectantia, quamdiu absentia sua durauerit,canonicatus,& præbendas,dignitates,personatus,administrationes,& officia,ceteraq; beneficia,ecclesiastica,cum cura, vel sine cura vacātia, & in antea vacatura,tam in eadem Vrbe,quam in Ecclesiis, Ciuitatibus, & Diœcesibus dictorum Episcopatuum consistentia,ac decreuit irritum,&c.

Reser-

Reseruatio Mensium Apostolicorum, & de Alternatiua pro Episcopis residentibus.

8 Item cupiens idem D. N. Papa pauperibus clericis, & alijs benemeritis personis, prouidere, omnia beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularium, qualitercũque qualificata, & vbicunq; existẽtia, & singulis, Ianuarij, Februarij Aprilis Maij, Iulij, Augusti Octobris, & Nouembris, mensibus, vsque ad suæ voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam, alias quam per resignationem, quocumque modo vacatura, ad collationẽ, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorum, & collatricum sęcularium, & quorumuis ordinum regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium) aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerant, acceptatis, & obseruatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum quomodolibet pertinentia, dispositioni suę generaliter reseruauit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam Motu proprio, fient de mense, in quo vacauerint, dispositiue mentionem fieri: alioquin gratias nullas esse. Ac consuetudines, etiam immemorabiles, optandi maiores, & pinguiores præbendas, nec non priuilegia, & indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs, aut ijs illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriatũ derogatorijs, & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis, quibusuis personis, & collegijs cuiuscunque dignitatis, & status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus quomolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi minime suffragari. Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsis quamdiu apud Ecclesias, aut diœceses suas vere, ac personaliter residerint duntaxat, de omnibus, & quibuscunque beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sæcularibus, & regularibus, ad liberam ipsorum duntaxat (non autem aliorũ cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec ẽt cum cõsilio, vel cõsensu, seu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut alias) pertinentibus, quæ in antea in mensibus Februarij, Aprilis, Iunii, Augusti, Octobris, & Decembris, extra curiã ipsam vacare contigerit. (Dummodo alias dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint) libere disponendi facultatem concessit; ac etiam voluit, vt, si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet, Ianuarij, Martij, Maij, Iunij, Septembris, & Nouembris, vacaturorũ (quę etiam dispositioni suæ, vt prefertur, reseruauit) seu ẽt aliorũ dispositioni suæ, & dictæ Sedis quomodolibet reseruatorum, vel affectorum, sese, intromiserint, aut quo minus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectũ consequantur, impedimentum quo quomodo præstiterint, vsu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso priuati exiſtãt; ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficijs, illius prętextu deinceps faciedę, nullius sint roboris, vel momẽti. Illi vero, qui gratiã alternatiuę prędictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patẽtes literas manu propria subsignatas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque ciuitate, vel diœcesi datas, declarare, & literas ipsas huic ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea, vt incipiant gratia supradicta. Decernẽtes hic in dictis omnibus per quoscunq; &c. iudicari debere, ac irritum, &c.

De

De literis in forma Rationi congruit expediendis.

9 Item voluit idem D.N.Papa, quod concessa per fel.re. Gregorium Papã xiiij. & Innoc.ix. prædecessores suos, & de eorum mandato, expediantur in forma Rationi congruit, sub die coronationis suæ, vt moris est, & idem quo ad concessa per piæ me. Greg.xiij. Sixtum Quintum, & Vrbanũ vii. etiam prædecessores suos, ad sex menses duntaxat, ab ipso die Coronationis incipiendos, obseruari voluit.

Declaratio reseruationis Ecclesiarum & beneficiorum per prædecessores reseruatorum.

10 Item declarauit, omnium, & singularum Ecclesiarum Cathedralium, & monasteriorum prouisiones, quas prædicti prædecessores sui, ordinationi, & dispositioni, eorum, nec non omnia, & singula beneficia ecclesiastica, quæ dicti prædecessores etiam prædictæ dispositioni cum interpositione decreti, reseruauerant. (quæ quidem Ecclesiæ, & Monasteria, nec non sic reseruata beneficia tempore obitus eorundem prædecessorum vacabant, aut Ecclesiæ ipsæ, vel Monasteria huiusmodi, si commendata, vel eis administratores deputati non fuissent, etiã tunc vacassent) remansisse, & remanere per huiusmodi reseruationem, & decretum affecta, nullumque de illis, præter Romanum Pontificem, ea vice se intromittere, vel disponere potuisse, siue posse quomodo. Decernens irritum, & inane, si secus super illis attentatum forsan erat tunc, vel in posterum contingeret attentari.

Reualidatio literarum prædecessoris, gratiæ, & iustitiæ, infra annum concessarum.

11 Item prædictus D.N. omnes, & singulas ab ipsis Clem. VIII. Leone XI. prædecessoribus suis infra annum, ante diem obitus eorum concessas, gratiæ, vel iustitiæ literas, temporibus debitis eorum exequutoribus seu Iudicibus non præsentatas, omnino reualidauit, in statum pristinum, in quo videlicet ante fuerãt, vel pro quibus erant obtentæ, quo hoc plenarie restituit, ac decreuit, per exequutores, seu Iudices prædictos, vel ab eis subdelegandos, ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse, & debere iuxta illarum formam.

Reuocatio vnionum.

12 Item rationalib. suadentibus causis, ipse D.N. omnes vniones annexiones incorporationes, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismembrationes, etiam perpetuas, de quibusuis Cathedralibus, nec non aliis Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, Officiis, & beneficiis ecclesiasticis, eorumue domib. prædiis, & locis, per cessum vel decessum, aut quãuis aliã dimissionẽ, vel amissionẽ, qualiacũq; fuerint, inuicẽ, vel aliis ecclesiis, monasteriis, & mẽsis, etiã capitularibus, dignitatibus, personatibus, officijs, beneficijs, ac piis, & aliis locis, vniuersitatibus, etiam studiorum generalium, & collegijs, etiam in fauorem S.R.E. Cardinalium, seu ecclesijs, monasteriis, & beneficijs per eos obtentis, quomodolibet,

Apo-

Apostolica, vel alia quauis (non tamen Concilij Tridentini) auctoritate, nec non pro fundatione, seu donatione, augmento vel conseruatione collegiorum, & aliorum piorum, & religiosorum locorum, ad fidei Catholicæ defensionē, & propagationem, bonorumque artium cultum institutorum, factas, quæ suum non sunt sortitæ effectum; Ac quæcunque concessiones, & mandata super vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & aliis præmissis taliter faciendis, reuocauit, cassauit, & irritauit, nulliusque decreuit existere firmitatis, nec alicui quascunque clausulas, vel adiectiones, aut decreta, quæ Sanctitas sua pro expressis haberi voluit, in quibusuis Apostolicis, etiam quæ motu proprio, aut ex certa scientia, & consistorialiter processerunt, & emanauerunt literis, etiam si in eis decretū esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut ius quæsitum fore, quomodolibet cōtenta aduersus reuocationem, & irritationem huiusmodi, voluit aliquatenus suffragari.

Reuocatio facultatum quibusuis concessarum.

13 Item reuocauit quascunque facultates concessas quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis, & personis, nec non Apostolicæ Sedis Nunciis, ac fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicę debitorum collectoribus, de dispensando cum quibusuis personis super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium, & ętatis defectibus, & de incōpatibilibus beneficiis ecclesiasticis insimul retinendis, nec non de Notariis publicis creandis, ac disponendo quomodolibet de quibusuis beneficiis ecclesiasticis, & aliis prędictis, officia ipsorum Nunciorum, & Collectorum directe non concernentes, etiam si in literis desuper confectis sint clausulę restitutorię, & derogatorię, & aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi voluit, quo ad omnia, in quibus facultates ipsę non sunt sortitę effectum, etiam si, Nunciis eisdem dictę Sedis Legatis de latere, competens sit concessa potestas. Decernens irritum, &c.

Reuocatio facultatum conferendi beneficia reseruata.

14 Item reuocant quascunque facultates, & literas desuper confectas, per quas quicumque sui prædecessores Romani Pontifices quibusuis personis ordinariā collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum ecclesiasticorum de iure, vel consuetudine habentibus, & quauis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia dignitate, vel alio, non tamen Cardinalatus honore fungentibus, quauis cōsideratione, vel intuitu, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesserant, aut quamdiu viuerent, vel suis ecclesiis, seu monasteriis præessent, aut ad aliud tempus, de beneficijs ecclesiasticis generaliter reseruatis, seu affectis, ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem, communiter, vel diuisim spectantib. disponere libere, & licite valerent, aut etiam ad id per eosdem prædecessores Vicarij perpetui, vel ad tempus constituti forent.

De

De Dictionibus Numeralibus.

13 Item vt in Apostolicis literis committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio, voluit, statuit, & ordinauit, quod dictiones numerales, quæ in dictis literis ante Nonas, Idus, & Kalend. immediate poni consueuerunt, per literas, & syllabas extense describantur, & illę ex prædictis literis, in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad Bullarium nullatenus mittantur.

De concurrentibus in Data.

16 Item voluit, quod de concurrentibus in data eiusdem diei super vacantibus, seu certo modo vacaturis beneficijs, illi, quibus gratiæ Motu proprio conceduntur, ceteris simili modo gratias non habentibus, alias graduati, non graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, nec non colorato titulo possessores non possessoribus ac inter personas alias in Curia præsentes absentibus ab ea, ac inter præsentes non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes, ceteris paribus, oriundus non oriundo, & diœcesanus non diœcesano. In reliquis vero singuli, qui prius Apostolicas desuper literas eorum exequutoribus præsentauerint, aliis, in ipsorum, de quibus agi cõtigerit, beneficiorum assecutione præferantur.

De non tollendo ius quæsitum.

17 Item, ne per varias, quę pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in causis, plerumq; fiunt suggestiones, iustitia postponatur, idem D. N. decreuit, & declarauit, suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcunq; signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas Apostolicas, pro commissionibus seu mandatis, aut declarationibus huiusmodi, etiam si Motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam ante motam litem, a Sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato, faciendas, nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

Regula de vigniti.

18 Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignarit aliquod beneficium, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni cõsenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatæ, & postea infra viginti dies a die per ipsum resignantem præstandi consensus, computãdos, de ipsa infirmitate decesserint, & ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur, per resignationẽ sic factam, collatio huiusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

De idiomate.

19 Item voluit, quod si contingat ipsum, alicui personæ de parochiali Ecclesia vel quouis alio beneficio exercitium curæ animarum Parochianorum quomodolibet habente prouidere, nisi ipsa persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idio-

idiomia loci, vbi Ecclesia, vel beneficium huiusmodi consistit, prouisio, seu mandatum, & gratia desuper, quo ad Parochialem Ecclesiam, vel beneficium huiusmodi, nullius sint roboris vel momenti.

De non impetrando beneficium per obitum viuentium.

20 Item, si quis supplicauerit sibi de beneficio quocumque, tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis, vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio, & quæuis dispositio, dicto supplicanti per obitum huiusmodi, denuo faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti.

De vnionibus, & vnionum confirmatione.

21 Item voluit, quod petentes beneficia ecclesiastica alijs vniri, teneantur exprimere verum annuum valorem secũdum communem æstimationem, tam beneficij vniendi, quam illius, cui vniri petitur, alioquin vnio non valeat, & semper in vnionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest, & idem voluit obseruari in quibusuis suppressionibus, perpetuis concessionibus dismembrationibus, & applicationibur, etiam de quibuscunque fructibus, & bonis ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus vnionum singularumque dispositionum huiusmodi.

De Mendicantibus transferendis.

22 Item de Mendicantibus transferendis, qui ad alios Ordines transierint pro tempore, voluit Constitutionem fel. recor. Martini Papę Quinti prædecessoris sui desuper factam, & in libro Cancellariæ Apostolicæ descriptam, quæ incipit. Vã ambitiosæ cupiditatis, &c. similiter obseruari,

De male promotis.

23 Item de Clericis extra tempora a iure statuta, siue ante ætatem legitimam, aut absque dimissoriis literis ad sacros ordines se promoueri facientibus pro tempore, etiam voluit Constitutionem piæ mem. Pii Secundi similiter prædecessoris sui desuper editam, & in dicto Cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit Cum ex sacrorum ordinum, &c. pari modo obseruari.

De moneta.

24 Item declarauit idem D. N. quod libra Turonen. paruorum, & florenus auri de Camera, pro æquali valore in concernentibus literas, & Cameram Apostolicam computari, & æstimari debeant.

De beneficijs vacaturis per promotionem ad Ecclesias, & monasteria.

25 Item prædictus D. N. Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quod quæcumque concessiones, gratiæ, & mandata, etiam Motu proprio, & cũ derogatione huius Constitutionis, quæ ab eo, pro quibusuis personis emanauerint, de prouidendo

eis

eis de quibusuis beneficiis vacaturis per promotionem quorumcunque ad Ecclesiarum, & monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones & mandata dictę promotionis promouendorum ipsorum præcesserint, nec non quæcumque collationes, prouisiones, & dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, ac quibusuis aliis beneficijs ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus, quæ per promouendos, vel assumendos ad quascunque Prælaturas inter illarum vocationis, & huiusmodi promotionis, vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis vbicunque resignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde secutis pro tempore, sint cassæ, & irritæ, nullius que roboris, vel momenti.

De non iudicando iuxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.

26 Item cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinauit idem D. N. quod Iudices in Romana Curia, & extra eam pro tempore existentes, etiam si sint S. R. E. Cardinales, causarum Palatij Apostolici Auditores, vel quicunque alij, non iuxta supplicationum signatarum super quibusuis impetrationibus, (olim in dicta Curia duntaxat sint commissiones iustitiam concernentes, per placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ) sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus, & concessionibus cōfectarum tenores, & formas iudicare debeant. Decernens irritum, &c. & si literæ ipsæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest, instantiam ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per eius Officiales, quibus huiusmodi tenores, & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

De regulis Cancellariæ producendis.

27 Item attendens D. N. Papa, quod super habendis de Cancellaria Apostolica regulis, & constitutionibus inibi descriptis, faciliter per eos, qui in Romana Curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret, quod super earundem regularum, & Constitutionum, quæ iuxta varietatem occurrentium causarum, & negotiorum aliquoties immutari conuenit, probando tenorem, vel effectum testium, plerumque tenacem desuper memoriam non habentium, depositionibus stari deberet, voluit, statuit, & ordinauit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus causarum Palatii Apostolici, & alijs, (etiam si S. R. E. sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore deputatis, auctoritate Apostolica, Iudicibus, etiam in causis actu pendentibus, super huiusmodi tenore vel effectu probando duntaxat, stet, fidemque adhibeat schedulæ, seu scripturæ desuper a duobus de maiori parte, quod danda sit, a tergo signatæ, & etiam a duobus alijs literarum Apostolicarum Abbreuiatoribus in ipsa Cancellaria auscultatæ, & D. Vicecancellarii, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptæ, vt moris est. Quicquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris, vel momenti.

De

De subrogandis collitigantibus.

28 Item D.N. cupiens litium succidere anfractus,& no'noui collitigantibus aduersarij dentur,prouidere,voluit,statuit,& ordinauit, quod quoties deinceps aliquē super quouis ecclesiastico beneficio collitigantem,in iure, vel ad ius,si quod forsan eius aduersario in dicto beneficio competierit,surrogari concesserit (dummodo prædictus collitigans in dicto beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum aduersarium,postquam illud per triennium pacifice possederit,lis tunc mota fuerit) aliorumquorumlibet de præmisso iure siue tunc vacet, vel cū vacauerit,impetrationes, vel concessiones, etiam Motu proprio,infra mensem ante concessionem huiusmodi factæ, nullius sint roboris,vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obuiare,qui viuentium beneficia,illorum præsertim,quibus,aut propter senium,aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum,impetrans,vt illis decedentibus,tanquam collitigantes in eorum iuribus facilius subrogentur,voluit vt deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio defuncti,quod illo viuente in casibus præmissis, vel similibus impetrauerit, aliquo modo subrogetur,ac subrogatio, vel gratia si neutri, seu nouæ prouisionis,aut perinde valere,taliter impetranti nullatenus suffragetur,quod etiam strictissime obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem, & amotionem ex quibusuis criminibus,& excessibus forsan perpetratis,etiam si vsque ad diffinitiuam sententiam,quæ tamen in rem non transierit iudicatam, processum foret.

De verisimili notitia.

29 Item voluit,& ordinauit,quod omnes gratiæ,quas de quibusuis beneficijs ecclesiasticis cum cura,vel sine cura,sæcularibus, vel regularibus, per obitum quarumcunque personarum vacantibus,in antea fecerit,nullius roboris,vel momenti sint,nisi post obitum,& ante datam gratiarum huiusmodi tantum tempus affluxerit,quod interim vacationes ipsæ de locis,in quibus personæ prædictæ decesserint,ad notitiam eisdem D.N. verisimiliter potuerint peruenisse.

Non valeant commissiones causarum,nisi literis expeditis.

30 Item quod omnes,& singulæ cōmissiones causarum,quas in antea fieri contigerit,obtentæ,vel occasione concessionum duntaxat Apostolicarum de beneficijs ecclesiasticis gratiarum,super quibus literæ Apostolicæ confectæ nō fuerint, ac processus desuper habendi,nullius sint roboris,vel momenti.

De impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

31 Item voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, teneatur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis, & si ille in curia fuerit,eius ad id accedat assensus,alias desuper gratia sit nulla,& idē seruari voluit, si dicti familiares eorundem Cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transierint, quo ad

bene-

beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerint, & in quibus, vel ad quę, priori ipsa familiaritate durante, ius eis competierit, ita quod quo ad illa, & Cardinales quorum prius familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum. Declarans præsentem constitutionem locum non habere in illis beneficiis, quæ familiares ipsi tempore obitus eorum in dicta Curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuissent, & ratione officiorum per eos obtentorum dictæ dispositioni generaliter reseruata, vel effecta fuisse apparerent. Nec non illos, quo ad effectum dictæ Constitutionis, familiares eorundem Cardinalium censeri, qui ipsorum Cardinalium familiares continui commensales ad minus per quatuor menses, etiam ante Cardinalatum, fuisse probarentur. Decernens irritum &c.

Super eadem familiaritate.

32 Item idem D.N ad euitandas lites, & contentiones. quæ ex præcedenti sua Constitutione exoriri possent, vestigiis prædecessorum suorum inhærēdo, voluit, statuit, & ordinauit, quod si beneficia, quæ per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt (cessantibus Apostolicis reseruationibus) ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti Constitutione non comprehendantur, quo ad hoc, vt in prouisionibus talium beneficiorum super expeditione literarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat, sed beneficia huiusmodi ad collationem, seu quamuis aliam dispositionem Cardinalis Ordinarii collatoris, vt præfertur, libere spectare censeantur, & si apud Sedem Apostolicam beneficia huiusmodi, per obitum dictorum familiarium vacauerint, tunc in prouisione talium beneficiorum super expeditione literarum illius Cardinalis exigatur consensus, si in Romana Curia præsens fuerit, ad quem eorundem collatio, vel dispositio, vt præfertur, pertinere deberet.

Signatura per Fiat, præferatur alteri per Concessum.

33 Item voluit idem D.N. quod concurrentibus eadem die super quocunque beneficio, per Fiat, & concessum, signaturis, ex eis, per Fiat, etiam vt petitur, habens, alteri per concessum, etiam Motu proprio habenti, præferatur, etiam si in illa per Concessum prægnantiores, & quantumlibet priuilegiatiuæ essent clausulæ.

De Annali possessore.

34 Item Sanctissimus D. N. vt improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinauit, quod quicunque beneficium ecclesiasticum tunc per annum immediate præcedentem pacifice possessum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetrauerit, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris eiusdem, & quotannis illud ipse possederit, ac specificam, & determinatam, ex qua clare poterit constare, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competat, causam in huiusmodi impetratione exprimere, infra sex menses, ipsum possessorem, ad iudicium euocari facere, causamque ex tunc desuper infra

annum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue prosequi debeat, & teneatur. Alioquin impetratio prædicta', & quacunque inde sequuta nullius existant firmitatis', & idem impetrans de damnis, & interesse possessorem præfatum propterea contingentibus, ei satisfacere, & si possessorem ipsum iniuste, frinole, & indebite molestasse repertus extiterit, quinquaginta florenos auri persoluere Cameræ Apostolicæ, sit adstrictus, nec alius quam præmissæ vocationis modus, etiã per literas si neutri, aut surrogationis, aut alias sibi, quo ad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur; illudque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur, quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia ecclesiastica cuiuscunque qualitatis, per priuationem, & amotionem, vel alias propter commissa, excessus, & crimina vacantia, vel vacatura, & similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia, per deuolutionem.

De Triennali.

35 Item statuit, & ordinauit idem D.N. quod si quis, quacumque beneficia ecclesiastica qualiacumque sint, absque simoniaco ingressu, ex quouis titulo, Apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu præsentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, prouisio, electio, & præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit (dummodo in beneficijs huiusmodi, si dispositioni Apostolicæ ex reseruatione generali in corpore iuris clausa reseruata fuerint, se non intruserit) super eisdem beneficijs taliter possessis molestari nequeat, nec non impetrationes quaslibet de beneficiis, ipsis sic possessis factas, irritas, & inanes censeri debere decreuit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

De non appellando ante diffinitiuam sententiam'.

36 Item idem D.N. vt finis litibus celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus, & expensis, suorum prædecessorum constitutionibus, & statutis inhærendo; statuit, & ordinauit, quod in causis pendentibus, & quas in posterum cõtigerit agitari, nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interloquutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, vel a grauamine minime concernente negotium principale, quod non possit per appellationem a diffinitiua sententia reparari, nullæque causæ appellationum committantur, nisi in commissione exprimatur quod interloquutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen sit tale, quod in appellatione a diffinitiua non valeat reparari. Alioquin appellationes, & commissiones in posterum, & quicquid inde sequutum fuerit, nullius sit roboris, vel momenti, commissionibus appellationum iam iudicibus præsentatis, & exhibitis, in suo robore permansuris, in quibus, latis super eisdem sententijs, secundo, vel vlterius ab eis non liceat appellare, Appellantes vero, & appellationes, etiam ab interloquutoriis, & grauaminibus huiusmodi, suo, vel alterius nõie prosequentes, si succubuerint, vltra expensas, & damna, ad quæ refarcienda de iure condemnatus compellitur, viginti florenorum auri pœna mulctentur.

Non

Non ſtetur commiſſioni poſt concluſionem.

38 Item ſtatuit, & ordinauit, quod in commiſſionibus de iuſtitia, ſeu mandatis etiam conſiſtorialibus, per eum ſeu de eius mandato, vel auctoritate, in cauſis, in quibus concluſum exiſtat, in poſterum concedendis, etiam ſi in eis de concluſione huiuſmodi implicite, vel explicite mentio facta fuerit, nihil cenſeatur eſſe conceſſum, niſi per conceſſionem commiſſionis huiuſmodi derogetur expreſſe.

De literis Religioſorum expediendis.

38 Item voluit, & ordinauit, quod ſi aliqui Religioſi petunt aliquod beneficiũ ad nutum amouibile, cum clauſula, quod exinde pro ſolo nutu Abbatis, vel Superioris amoueri non poſſint, literæ, quo ad ipſam clauſulam, nullatenus expediantur, niſi idem D.N ponat in ſignatura, quod non poſſit amoueri, vel ad partem clauſulam ipſam concedat.

De clauſula ponenda in literis permutationum beneficiorum.

39 Item ſi committatur alicui beneficij reſignationis receptio ponatur clauſula, Attente quoque prouideas, &c. & ſi ex cauſa permutationis reſignationes fiant, ponatur clauſula. Quod neuter permutantium ius acquirat, niſi quilibet ipſorũ ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.

De ſupplendis defectibus.

40 Voluit, quod ſi petatur ſuppleri defectus in genere, nullatenus literæ deſuper concedantur, niſi in petitione deſuper huiuſmodi defectus exprimantur, vel, per fiat vt petitur, ſupplicatio ſignata fuerit.

De derogatione Iuris patronatus.

41 Item voluit, quod ſuper quouis beneficio eccleſiaſtico de iure patronatus laicorum non expediantur literæ, niſi ponatur expreſſe, quod tale beneficium tanto tempore vacauit, quod eius collatio ad Sedem Apoſtolicam legitime eſt deuoluta, vel quia tempus patronis laicis ad præſentandum a iure præfixum lapſum exiſtat, aut ad id patronorum ipſorum accedat aſſenſus, & ſi per ipſum iuri patronatus huiuſmodi derogari contigerit, iuris patronatus huiuſmodi mentio diſpoſitiue, ac ſpecifice, & determinate, non autem conditionaliter fiet; & ſi illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis prouiſionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio ſimilis mentio facta non fuerit, non cenſeatur quomodolibet derogatum.

De commendis.

42 Item voluit, quod nulli sæculari de regulari, nec religioso de sæculari, beneficiis, commenda detur, nisi in signatura, per clausulam ad partem super petitione commendæ huiusmodi, de commenda ipsa mentio fiat.

De reformationibus.

43 Item voluit, statuit, & ordinauit, quod super quibuscunque reformationibus signatis super impetrationibus quorumcunque beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quib. petitur, quod literæ super prima data expediri possint si ex huiusmodi expeditione sub tali data cuiquam videatur posse fieri præiudicium, literæ huiusmodi sub ipsa prima data nullatenus expediantur, nisi reformationes huiusmodi per fiat sub prima data signatæ fuerint.

De consensu in resignationibus, & pensionibus.

44 Item voluit, & ordinauit, quod super resignatione cuiuscunque beneficii ecclesiastici, seu cessione iuris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ literæ nullatenus expediantur, nisi resignans vel cedens, si præsens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni huiusmodi in eadē Cancellaria expresse consenserit, & iurauerit, vt moris est, & vt ipsum resignantem, seu cedentem pluries super vno, & eodem beneficio in fauorem diuersarū personarum successiue consentire contigerit, voluit Sanctitas sua, quod primus consensus tenere debeat, & alii posteriores consensus, ac literæ illorum prætextu, etiam sub priori data, expeditæ pro tempore, nullius sint roboris, vel momenti, nec literæ reseruationis, vel assignationis, etiam Motu proprio, cuiusuis pensionis annuæ super alicuius beneficii fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persoluere tunc habebit.

De ingressu religionis.

45 Item non dentur literæ super beneficiis vacaturis per ingressum Religionis, nisi ille præcesserit datam desuper petitionis.

Non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

46 Item voluit, quod si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimendum, talis impetratio non valeat, nec literæ desuper expediantur.

De executione facienda.

47 Item voluit, statuit, & ordinauit, quod quotiescumque per signaturam suam vel de eius mandato factam, super exequendis aliquibus, cum adiectione proprii nominis, vel dignitatis cuiusuis, iudex datur, literæ desuper expediantur cū expressione, quod idem iudex executionem faciat per se ipsum.

De

De dispensationibus in gradibus consanguinitatis.

48 Voluit, quod in literis dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clausula, Si mulier rapta non fuerit: Et si scienter, ponatur clausula addita in quaterno.

Super defectu natalium.

49 Voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, Quod non præiudicetur, illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

Super dispensationibus.

50 Item, quod per quamcunque signaturam in quauis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectum huiusmodi dispensationis concernat, vel alias nihil conferat aut operetur.

Nulli suffragetur dispensatio, nisi literis confectis.

51 Item, cum concessiones super gratiis dispensationum quarumcunque quibusuis per ipsum Dominum Nostrum concessarum, vel concedendarum, per regulas Cancellariæ Apostolicæ sint prouide limitatæ, licet aliquando in petitionibus super huiusmodi concessionibus obtatis multa sint petita, ne quis talium concessionum prætextu, id dispensatiue tenere, aut facere præsumat, ad quod concessionum huiusmodi se non extendant, voluit idem D. N. quod nulla talis dispensatio cuiquam in iudicio, vel extra, suffragetur, antequam super ea literæ Apostolicæ sint confectæ.

De clausulis ponendis in literis Indulgentiarum.

52 Item voluit, quod in literis Indulgentiarum ponatur, quod, si ecclesiæ, vel cappellæ, vel alias, aliqua Indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit; huiusmodi literæ sint nullæ.

De indulgentijs concessis ad instar.

53 Item voluit idem D.N. quod literæ super Indulgentiis non expediantur ad instar, nisi specificentur.

De exprimendo valore Beneficiorum in impetrationibus.

54 Item voluit, quod in gratiis, quas quibusuis personis, de beneficiis vacantibus seu certo modo vacaturis, fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcunque beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerint, seu de quibus ei fuerit prouisum vel concessum, aut mandatum prouideri, verus annuus valor per marchas argenti, aut Sterlingorum, vel libras Turonen. parvorum, seu florenos

auri, aut ducatos, vel vncias auri, seu aliam monetam secundum communem æstimationem exprimantur, nisi personæ prædictæ beneficia, quæ tũc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ ius eis competit, iuxta ipsarum oblationes, aut alias dimittere teneantur: alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ, & idem seruetur in graciis, quas a Sanctitate sua Motu proprio emanare contigerit, quo ad beneficia tamen de quibus per Sanctitatem suam pro tempore prouideri, seu prouideri mãdatur, aut alias disponitur, ac literis per quas pro tempore ad ecclesiarũ Parochialium, & Cathedralium, ac Monasteriorum regimina promotis conceditur, vt Monasteria, & alia beneficia ecclesiastica sæcularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quæ ius eis competit, retinere possint.

De clausulis in beneficijs vacantibus ponendis.

55 Voluit, & ordinauit, quod qnando prouider, sed mandat prouidere alicui de beneficio ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt clausulæ, si petantur, etiam si illud quouis modo, &c. seu per Cõstitutionem Execrabilis vacet, ac specialiter reseruatum, inter aliquos litigiosum sit, & eius collatio deuoluta fuerit, & si pro collitigante, vel subrogationem, aut si neutri, vel si nulli, &c. petente, si tunc lis specifice exprimatur. Nec detur aliqua generalis reseruatio dispositiue, nisi desuper in concessione specialis, & expressa, ac pure, & non sub conditione, mentio fiat, & tunc reliquæ reseruationes ibi contentæ veniant. Si vero tempore expeditionis inde literarum, generalis reseruatio huiusmodi probari non possit, aut in nouis prouisionibus, seu pro collitigantibus, si neutri, vel si nulli, &c. sit expressum, quod ab aliquibus asseritur, illum cuius beneficium conceditur, collectorem, vel vnicum subcollectorem, abbreuiatorem, vel familiarem, Notarium, aut dictę Sedis officialem fuisse, clausula ponatur, etiam si dictum beneficium ex eo, quod tali, collector, vel vnicus subcollector, abbreuiator, vel familiaris, Notarius, aut dictę Sedis officialis fuit, dispositioni Apostolicę generaliter reseruatum existat, dũmodo non sit in eo alicui specialiter ius quęsitum: in reliquis vero nulla clausula detur, vnde reseruatio generalis elici possit, nisi desuper signatura per duplex fiat signata sit, aut reseruatio, vel alias specialiter habeatur.

De expressione qualitatum Beneficiorum in impetrationibus.

56 Item voluit, quod super beneficiis ecclesiasticis, de qualitatibus illorum, videlicet, an dignitates, personatus, vel officia sint, eisque immineat cura animarum & ad illa consueuerint, qui per electionem assumi, mẽtio fiat, alias gratię desuper factę sint nullę, & si qualitates huiusmodi affirmatiue, vel conditionaliter nõ exprimantur, negatiua expresse desuper fiat in beneficiis, quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas consueuerint habere.

De beneficiis vacantibus per contractum matrimonij.

57 Item, si reseruetur beneficium per contractum matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficium reseruatum specialiter, vel affectum, nisi sequatur matrimonium, sed in beneficiis per promotionem,

aut

aut ingressum Religionis, vel assecutionem, vacaturis ponatur clausula, etiam si non petatur. Cum beneficia huiusmodi præmisso, vel alias quouis modo, &c. præterquam per obitum obtinentis, vacare contigerit, etiam si vacent.

De clausulis ponendis in literis Religiosorum.

58 Item voluit, quod si petatur aliquem in Religiosum recipi, & sibi de quouis beneficio ecclesiastico prouideri per simplicem signaturam fiat, receptio huiusmopi duntaxat detur adiecto, si petens idoneus sit, aut aliud canonicum non obsistat, & exprimatur, si certus numerus Regularium sit ibidem, cui etiam non derogetur nisi expresse concedatur; & si numerus iste non existat, ponatur. Dummodo receptionis locus huiusmodi nimium propterea non grauetur, possintque executores prouisionis huiusmodi, ad receptionem emissionis professionis, non expectato probationis anno, procedere.

De translatione Religiosorum.

59 Item si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo Monasterio, vel alio regulari loco dependente, prouideri, & appareat ex petitione huiusmodi, quod alterius Monasterij, vel loci religiosus sit, licet ibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat.

De clausula, si est ita.

60 Item, quod in literis super beneficijs, per constitutionem Execrabilis, vacantibus, ponatur clausula, si est ita, similiter de quibuscunque narratis informationem facti requirentibus.

Petenti prouideri de vacaturo dentur literæ de vacanti.

61 Item petenti sibi prouideri de vacaturo, dentur literæ de vacanti, prout expedierit impetranti.

Reuocatio decimarum, & aliarum impositionum.

62 Item reuocauit quascunque decimarum, subsidiorum vigesimæ, & aliorum onerum impositiones, quę a prædictis Clemente VIII. Leone XI prædecessoribus suis, ex quauis causa, etiam in subsidium expeditionis contra Turchas, & orthodoxæ fidei hostes, emanarunt, & quascunque facultates super decimarum, vigesimæ, & onerum huiusmodi exactione, quibusuis fructuum, prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum collectorib. & Apostolicæ Sedis Nunciis ab eisdem prædecessoribus concessas. Suspendit quoque ad suæ Sanctitatis, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, quascunque plenarias Indulgentias, ab eisdem prædecessoribus ex quauis causa, etiam expeditionis huiusmodi, concessas, si quæ per Nuncios, vel Quæstores deferebantur. Nec non deputandi, & eligendi confessores, qui plenarie absoluant, & alia faciant earundem Indulgentiarum suspensarum effectum, reliquasque facultates ipsas Indulgentias quomodolibet concernentes, præterquam quo ad ea, in quibus Indulgentiæ, & facultates in aliqua sui parte sint fortitæ effectum, ita vt illis, qui impien-

tes iniuncta eis in literis Indulgentiarum huiusmodi, iam consequuti sunt facultatem eligendi confessores, qui absoluant eos plenarie in mortis articulo, per huiusmodi suspensionem non praiudicetur, quin facultate ipsa vti possint in futurum, decreuit quoque irritum, & inane, quicquid, facultatem reuocatarum earūdem prætextu, in posterum contigerit attentari.

Reuocatio facultatum percipiendi pretium officiorum.

63 Item reuocauit, cassauit, & annullauit, ac irritas declarauit, quascunque facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ pro tempore vacantium, in toto, vel in parte, ac quasuis cōcessiones, & collationes, aliasque dispositiones, per fel. rec. Innocentium Papam Nonum prædecessorem suum de dictis officiis, etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum earundē in antea vacaturis, in fauorem quarumcunque personarū, ecclesiarum, monasteriorū, piorū locorum, collegiorum, seu eorū mensarum etiam perpetuo, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, & sub alia quauis verborum forma, quam, & præmissorū tenores pro expressis haberi voluit, concessas, & factas quo ad officia, quę post obitum ipsius prædecessoris vacarunt, & in posterum quomodolibet vacabunt.

Item, reuocauit, cassauit, & annullauit, ac irritas declarauit quascūque Infeudationes, Inuestituras, gratias, & concessiones quoquomodo, etiam in emphyteusim ad tempus, seu in perpetuum, etiam Motu proprio, & de plenitudine potestatis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, (extra tamen Consistorium, & sine S. R. E. Cardinalium consilio, & consensu) a die Constitutionis fel. rec. Pii Papæ Quinti prædecessoris sui super prohibitione alienandi, & infeudandi, Ciuitates, & loca S. R. E. sed data Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, millesimo, quingētesimo, sexagesimo sexto, Quarto kal. Aprilis, Pontificatus sui Anno secundo, vsque in præsentem diē, per quoscunque Romanos Pontifices suos prædecessores, aut mandato, vel auctoritate eorum, quomodocunque, ac qualitercunque, & quouis colore factas, & concessas, de Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis S. R. E. & Sanctæ Sedi Apostolicæ tam mediate, quam immediate subiectis, tunc videlicet de tempore dictarum Infeudationum, Inuestiturarum, gratiarum, & Concessionum, nondum deuolutis; Nec non quascunque prorogationes, & extensiones quarumcunque infeudationum, Inuestiturarum, gratiarum, concessionum de dictis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis, tunc videlicet, de tempore, dictarum prorogationum, & extensionum, nondum finitarum, quibusuis personis cuiuscunque gradus, status, & conditionis, ac præeminentiæ, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, aut alia quauis præfulgeant dignitate, etiam in vim contractus, & ex quocunque titulo etiam oneroso, et per quascunque, tam sub plumbo, quam in forma Breuis sub Annulo Piscatoris, aut etiam quomodocunque, & qualitercunque, expeditas literas, ac sub quauis verborum forma, quam, & prędmissorum omnium tenores Sanctitas sua pro expressis haberi voluit latissime extenden.

Quod.

Quod fructus in tertia parte augeri possint vigore clausulæ.

64 Item, cum nonnulli in impetrationibus beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum, asserendo illorum fructus, & certum per eos expressum annuum valorem non excedere, & nonnunquam obtinent a Sanctitate sua, vt huiusmodi valorem annuum augere possint, vt verius possit in confectione literarum super huiusmodi impetrationibus summa, ac valor ipse annuus exprimi, aliter desuper non specificato, ne de virtute huiusmodi concessionis in posterum hæsitari contingat, declarauit prætextu concessionis huiusmodi, valorem ipsum vsque ad tertiam partem valoris expressi, & in prima, quæ desuper fiat literarum expeditione, duntaxat, augeri posse, & eas, quas, literis iam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento prædicto, denuo desuper expediri contigerit, literas cum aliquo augmento valoris huiusmodi, nullius esse roboris, vel momenti, etiam si Motu proprio beneficiales gratiæ, dispositiones quæcumque a Sanctitate sua emanarent.

De insordescentibus.

65 Item, ne personis, pro quibus literæ suæ Sanctitatis emanabunt, ob generalem absolutionem a censuris ecclesiasticis, quibus ligati forent, ad eorum effectum indifferenter concedi, & in literis Apostolicis apponi solita, præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis, statuit, & ordinauit huiusmodi absolutionem, & clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi continget, non suffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus Ecclesiasticæ libertatis, via facti, ausu temerario, Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel executores, Apostolicæ Sedis, & eius Officialium, eis commissa exequentes, impedientibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati a iure, vel ab homine, per quatuor menses, scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscunque aliis, qui censuris aliquibus, etiam alias quam vt præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum insorduerint.

Officiales nihil exigant vltra debitum.

66 Item, idem Dominus Noster exactionibus quas Sanctitas sua, non sine displicentia, plerumque fieri intellexit per officiales Romanæ Curiæ, qui constitutis sibi emolumentis pro exercitio Officiorum, quæ obtinet, non contenti, vltra, a prosequentibus negotiorum quorundam expeditionem in eadem, exigere non verentur, obuiare volens, districte præcipiendo inhibuit omnibus, & singulis, quæuis officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cetero quicquam, prætextu Officiorū, quæ obtinent, quouis colore, etiam ecclerioris expeditionis, vltra emolumenta huiusmodi, exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quæ eis incumbunt, malitiose differre, sub excommunicationis, & præter illam, suspensionis

a per-

a perceptione emolumentorum huiusmodi pro prima ad semestre, & pro secũda ad annum, & pro tertia vicibus quibus sic excesserint, priuationis Officiorum, per eos obtentorum, in quibus sic excesserint, pœnis. Ac voluit, quod Sanctæ Romanę Ecclesiæ Vicecancellarius, & Camerarius, excedẽtes ipsos, respectiue prout eis subsunt, per subtractionem emolumentorum eorundem, ac alias, vt præmittitur, compellant ab huiusmodi illicitis exactionibus abstinere, & contra eos, per prædictas pœnas, & alias, prout melius expedire viderint, procedant.

Quod Cardinales non comprehendantur sub Regulis faciendis.

67 Item, cum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ipsi Sanctissimo Domino Nostro assistant, ac propterea debeant specialibus prærogatiuis, & priuilegiis gaudere, idem D. Noster statuit, & ordinauit, decreuit, & declarauit, quod in quibuscũque Constitutionibus, & Regulis per Sanctitatem suam imposterum, post hanc primam editionem, & suarum Constitutionum, & regularum publicationem, faciendis, non includantur ipsi Cardinales, nisi illæ eorundem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsæ Constitutiones edendæ, de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum consilio, editæ fuerint.

De potestate Reuerendissimi Domini Vicecancellarii, & Cancellariam Regentis.

68 Primo, quod possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in literis Apostolicis, aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.

Item, quod possit corrigere nomina, & cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratiæ, & concessiones fiunt, ac beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

Item, quod possit omnes causas beneficiales, etiam non deuolutas, committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

Item, quod processus Apostolica auctoritate decretos aggrauare possit cum inuocatione brachii sæcularis, & sententias executioni demandari facere contra intrusos, & intrudendos, per literas Apostolicas desuper conficiendas, & non alias.

Super regulis Cãcellariæ ultraglosã scripserũt Rebuff. Gomesius & Mandosius.

Item, quod possit signare supplicationes, manibus duorum Referendariorum, signatas, de beneficiis ecclesiasticis, sæcularibus, & regularibus, dispositioni Apostolicæ generaliter non reseruatis, quorum cumlibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem librarum Turonen. paruorum seu totidem in alia moneta secundum communem æstimationem, valorem annuum non excedat.

Item, quod possit signare supplicationes etiam duorum Referendariorum manibus signatas, de nouis prouisionibus, si neutri, & subrogationibus pro collitigantibus, in quibus non detur clausula generalem reseruationem importans.

Item, quod possit, ad ordines suscipiendos arctatis, prorogare terminos dictis suscipiendis ordinibus, vsque ad proxima tunc a iure statuta tempora, in quibus sic arctati, successiue ad ipsos ordines promoueantur.

Placet publicentur, & describantur.

Lectæ,

Lectæ, & publicatæ fuerunt supradictæ Regulæ, Ordinationes, & Constitutiones, Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexcentesimo quinto, die vigesima prima mensis Maii Pontificatus prælibati Sanctissimi D.N. Anno Primo.

Claudius Ciccolinus Apostolicæ Cancellariæ Custos.

RESIDENTIA.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod contra obligatos residere, & nō residentes attenditur dispositio Sacrorum Canonum, vt in tit. de cleri. non residen. & Conc. Trid. sess. 6. de refor. c. 1. & 2. & sess. 23. de refor. c. 1. ac sess. 24. de refor. generali c. 12. Pius V. super residentia facienda in parochalibus per obtinentes eas, ac canonicatus, aut dignitates, seu aliud beneficium constitutionem edidit Rom. publicatam die 15. Iunii 1568. fol. 1021. in Bull. incip.

Cupientes pro nostri pastoralis officij munere Christi fidelium animarum sa luti, quantum cum Deo possumus salubriter consulere, & parochialibus ecclesiis ab earum Parochis, prout tenentur, in diuinis debite, & laudabiliter deseruiri, inhærendo etiam decretis Sacri Concilij Tridentini, Motu proprio, & ex mera deliberatione certaque scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnes, & singulos Rectores parochialium Ecclesiarum cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, in quibuscunque Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, Diœcesibus, ac aliis Christiani Orbis partibus constistentes, qui parochialem Ecclesiam, ac canonicatum, aut dignitatem, etiā post Pontificalem maiorem, seu collegiatis Ecclesiis, seu aliud quodcunque beneficium ecclesiasticum, etiam quarumcūque dispensationum a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris seu principalem in quibusuis Patriarchalibus, aut Metropolitanis, vel Cathedr. seu etiam a nobis hactenus quomodolibet impetratarum, ac literarum Apostolicarum desuper expeditarum titule, quas omnes hac præsenti constitutione abolemus, & reuocamus, seu quocunque alio prætextu obtinent, cum prima, & præcipua debeat esse cura animarum, eos ad residendum in Ecclesia Parochiali, & ibi in diuinis deseruiendum, debitoque eorum officio fungendum omnino teneri, & obligatos esse, ac ad id per Episcopos, & aliorum locorum ordinarios etiā tanquam Apostolicæ Sedis delegatos, sub sententiis, & censuris ecclesiasticis, ac pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam priuationis dictarum Parochialium, & aliorum quorumcunque beneficiorum pœnis, quacunque appellatione remota, cogi, & compelli posse, & debere auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, præcipimus, & ordinamus. Eos tamen si residentes in Ecclesiis parochialibus omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, etiam canonicatus sui vel dignitatis, seu alterius cuiuscunque beneficii, exceptis duntaxat quotidianis distributionibus, & aliis quæ ex iusta causa absentes percipere nō solent lucrari volumus. Sicque per quoscunque iudices, &c. Non obstantibus, &c.

Pij V.

Hæc constitutio loquitur de habentibus parochialem, & canonicatū ex dispēsatione, aliter tamen esset, si dignitati vel prębendę parochialis sit annexa. c. extirpandæ §. qui vero. de præb. & c. super eo eod. tit. lib. 6. & quid si tunc animarum curæ incumbere voluerit vide Conc. Trid. sess. 22. de refor. cap. 3. vers. quod si alicui.

Quod

Quod autem communis opinio asserit Clericis absentibus ex quauis causa iusta deberi quidem fructus ecclesiasticos, quia censentur vt præsentes, c. de cetero, & cap. ad audientiam, de cler. non resid. cap. 1. eod. tit. lib. 6. non autem distributiones quotidianas, quæ non dantur nisi interessentibus horis Canonicis, & diuinis officijs, vt d. c. 1. & c. cum non deceat. de elect. in 6. & c. licet de preb. Hoc quidem sane intelligendum est, vt locum habeat in distributionib. propriis, & veris, quæ actu distribuuntur interessentibus: Aliæ enim quæ non actu distribuuntur, sed in fine anni, non dicuntur proprie distributiones; & in his non procedunt iura disponentia priuilegiatis non deberi distributiones gl. ver perceperint d. c. 1. de cler. non resid. li. 6. & ibi Dom. Gemin. in §. qui vero, & in c. licet de præbend. ver. distributiones enim proprie, extrauag. Ioan. 22. cum nonnullæ ecclesiasticæ. Calder. cons. 21. de præbend. & in cons. 1. de cler. non resid. Abb. in d. c. licet, & in c. olim, de verb. signif. optime declarat Card. Paris. in cons. 32. vol. 4. itaque clericus absens ab ecclesia sua, vt literis operam nauaret in aliquo publico studio, vel academia bonarum Artium Iuris Diuini, & humani ad maiorē ecclesiæ vtilitatem, potest tuta conscientia percipere illas distributiones impropriè dictas, quæ mensa communis, seu grossa dicitur, nempe census, & fructus seu decimas, vel alios redditus decimarum loco assignatos ecclesiæ, qui in fine anni distribuūtur clericis, & ei de iure debentur ex iusta causa absenti, nō autem mortuaria, ceteraue emolumenta in dies obuenientia, quæ interessentibus tantum pro labore distribuuntur dietim.

ADDITIO. Iuxta præfatam doctrinam consuluerunt etiam Felyn. in consi. 18. loquens in canonico absente ex causa studij, & Rebuff in cons. 134. nu. 3. loquēs in canonico absente commorante in seruitio Episcopi. scilicet quod fructus, qui cōputantur inter grossos, & singulis annis percipiuntur nomine Capituli per eius ministrum, & in communi ponuntur, ac postea in fine anni secūdum numerum canonicorum diuiduntur in portiones, prædictis ex iusta causa absentibus debeantur, idq; comprobatur tum auctoritate glossæ notab. in extrauag. vnic. in ver. in totū sub tine sede vac. inter com. quam sequitur Rota diuers. decis. 31. sub nu 5. par. 1. & Hieron Gonzalez in comm. ad 8. regulam Cancel. §. 7. proœm. nu 205. dicentis distributiones quotidianas proprie esse, quæ actu distribuuntur, & non alias, tū ratione, nā in pluribus ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis sunt Canonicatus non habentes præbendas distinctas, aliosue fructus præter memoratas distributiones, in quibus dū taxat Canonicatuū redditus consistunt, & tunc huiusmodi distributione dicuntur efficere præbēdam, eiusque loco succedunt, ac fructuū nomine veniunt optime Philip. Prob. alios citans in addit. ad Ioan. Monac. in c. vn. nu. 60. de cler. non resid. in 6. & Tiber. Decian. in propriis terminis in cons. 43. nu. 13. vol. 1. quas si non possent absentes ex causa studij consequi, eorum priuilegium redderetur inutile, & sine affectu, nihilque eis prodesset, quod est inconueniēs. arg. tex. in c. in his de priuileg. & in capitul. si Papa. eod. titul. lib. 6. Rebuf. in praxi titul. de differ. inter priuileg. & rescript. num. 11. & in specie tradunt Horat. Lucius in tract. de priuil. scholar. priuil. 98. limit. 1. ac Gregor. Tolos. in instit. nou rei benef. c. 7. sub nu. 12. Et quamuis Alexander Moneta in tract. de distribut. quotid. par. 2. q. 10. nu. 24. & infra in hoc quodammodo aliter sentire videatur, ego tamen id habeo pro absolute. fertur etiā Sac. Conc. Trid. Congregationē illud declarare in eum, qui sequitur modū videlicet Congregatio censuit Canonicum absentem studiorū causa percipere quidem fructus præbendæ, nō autem distributiones quotidianas, quod si in huiusmodi distributionibus

bus omnes Capituli redditus cõsistant, percipere etiã distributiones dempta tertia parte, quæ inseruientibus accrescit, nullo autem casu debere ipsum Canonicum percipere distributiones Missis, aut defunctorũ anniuersarijs applicatas, Eadem Sacra Congreg. declarans, c. 3 Conc. Trid sess. 21 de ref. (referente Gonzalez in præcit. §. 7 nu. 79 censuit dicens sic, Absentia causa studiorũ, etiã obtenta a Sede Apostolica nõ excusat ab amissione istius tertiæ partis detractæ, sicut nec excusat ab amissione ceterarum distributionum quotidianarũ: quæ ne præsenti declarationi aduersetur in hunc sensum accipienda est. Et de Canonico Sacræ Scripturæ Lectore in qualibet ecclesiæ iux formam c. 1. Conc. Trid. sess. 5 de ref. habendo idem Doctor nu. 180. subnectit eiusdem Sac Congregationis declarationem sub his verbis, Idẽ censendũ est de docentibus in ecclesiis qui quamuis a seruitio chori absentes essent, possunt percipere fructus suorũ canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus, sed ex gratia diebus quibus legũt habẽdi sunt sicut præsentes in choro & inseruiẽtes non modo illis horis, vt si mane legunt pro horis matutinis, & Missa solenni, sed etiã pro toto die, vt declarauit S. D. N. Greg. XIII. Et licet Domini de Graff in decis. 12 sub tit. de præb. & decis. vn nu 8 sub tit. de cle. nõ resid. voluerint, quod distributiones quotidianæ etiam dicantur, quamuis solutio semel tantum certo tempore fiat, non autem in dies singulos vel horas quando tamen in solutione habetur respectus ad seruitium singularum horarum canonicorum, cui dicto annuit ẽt Mandos. de Signat. grat. tit. Pensiones vers. Distributiones quotidianę & in cõs 13 nu. 3. illud intelligendum est, vt sint tales impropriæ sumptæ secundum distinctionẽ a D. Authore præhabitã. Accedit præterea iuxta eosdẽ terminos fuisse per Dominos de Rota in vna Salamantina canonicatus, & præben. conclusum tenle Caputaquẽsi decis. 29 par. 2 nempe quod in condemnatione fructuum perceptorum per iudicẽ facta licet non comprehendantur distributiones quotidianæ, quæ dantur interessentilius qualibet hora pro seruitio personali, illæ vero, quæ fiunt in fine anni pro seruitio facto etiam vnius diei debeantur, & in sentẽtiam veniant: quod vltimum scilicet An Canonicus in lite quam super Canonicatu patiebatur, succumbens, cõdemnatus ad relaxandos fructus colligenti a die mota litis, dicta condemnatio se extendat ad distributiones quotidianas, tangit etiam Alex. Mon in præalleg tract. par. 1. q. 6. nu. 16. & diserte explicat Gonzalez loco superius indicato nu. 55. & infra.

Verum reuocatur in dubium an vt canonicus ex causa studij absens possit legitime fructus percipere, sit necessaria licentia sui Episcopi. Respondeo quod receptior sententia se habet in negatiuam partem, quam etiam tenet Navar. in Man. ca. 25. num. 121. imo quod de consuetudine fere vniuersali huiusmodi licentia non petatur, nec requiratur, posit Pan in c. tua sub num. 5. de cler non resid affirmant Rebuff in prax tit. de dispen. de non resid. num. 25. Mandos. de signat. grat. verbo Indultum percipiendi fructus &c. & Greg. Tolos. loco præalleg. sub numero 10. & ratio est, quia ius eam concedit in cap. fin. de magistr. Conc. Trid sess. 5. de ref. cap. 1 final & frustra precib impetratur, quod iure communi conceditur. in l. 1. C de thesaur lib. 10 Limitatur vt Episcopi licentia requiratur, quando conferret se ad profitendum alias scientias præter illas Sacræ Theologiæ, vel iuris Pontificij, nisi in contrarium vigeret consuetudo Navar. loco cit. Lopez ad Diaz in pract. can. crim. cap. 52.

Prædictam conclusionem videlicet non requiri Episcopi licentiã, & consensum propter absentiã causa studij, intellige ad effectum lucrifaciendi fructus, secus tñ quo ad discessum, seu se absentandũ ab ecclesia, tum ne proprius Prælatus contemni videatur, tum etiã quia ipse Episcopus cognoscere, & dijudicare habet, an absentia-

sentia sit pro causa studij, quanto tẽpore duratura, & ad quam scientiam adipiscẽdam, qui etiam tanquam superior licentiandi arbitrari debet, an sit habilis siue aptus ad discendũ, ne illi ingenium, & natura repugnent, ac resistant, aut in loco ad quẽ se transferre destinauerit, regatur, & vigeat generale studium, ad tex. in c. 2. vbi Doc. de priuil. in 6. an minus competens studiorum exercitium c. tuæ de cler. nõ resid. Item Episcopus attendere debet qualitatẽ status ipsius ecclesiæ ne propter talem discessum graue detrimentũ patiatur in cultu diuino ex ministrorum defectu arg. tex. in c. pen. de cler. non resid. Pan. in d. cap. tuæ sub numer. 5. & Alex. Mon. in pracit. tract. par. 2. q. 14. sub num. 27. quam licentiam si sine causa proprius Prælatus cõcedere denegaret, tunc potest haberi recursus ad superiorem, ut eum compellat ad illam dandam. idem Pan. in c. relatum. num. 6. & in eo c. tuæ, nu. 3. vbi etiam Card. Zab. q. 4. de cler. non resid.

Et quoniam hæc concessio est limitata ad certum tempus scilicet ad quinquennium, & non vltra d. c. fi. non otiose dubitatur, quid si dictum tempus ab Episcopo prorogetur. Respondeo, quod hæc Episcopi licentia nihil operatur, ita sane sacra censuit Congregatio his verbis videlicet. Licentia, vt quis abesse possit causa studij, a seruitio suæ Ecclesiæ, vel sui Canonicatus non suffragatur vltra quinquennium impetrata a die, quo cœpit studere, quam declarationem refert Lopez vbi supra, & Rodriq. in sum. par. 2. c. 38. Num autem Canonici, vt prædicto indulto percipiendi fructus in absentia gaudeant, possint eodem tempore in studio esse vltra duos ex eodem collegio videndi sunt Host. Panor. & alij in ca. ad audientiam de cler. non resid. quib. adde Horat. Lucium d. priuil. 98. limit. 2.

Prædicta amplia, vt in tantum sit priuilegiata, ac prærogatiua digna absentiaratione studiorum suscepta, quod in hoc casu non tenetur Canonicus loco sui Vicariũ, seu substitutũ relinquere, tum quia defectus ipsius absentis potest suppleri per alios de Capitulo tum quia contingere posset, quod detracta portione substituti nihil sibi remaneret. Panor. in ca. licet nu. 9. de præb. Nec omnino Ecclesiæ dicitur non seruire, (inquit Oldr. cons. 220. num. 3.) qui proficiendo in studio literarum parat se vt ipsi, imo & vniuersali Ecclesiæ possit existere fructuosus arg. text. in cap. cum ex eo. de elect. in 6.

Limita vt non sufficiat Canonico ad hoc vt huius priuilegij commodo potiri possit, in studio morari, & scholas ingredi, qui re ipsa nõ proficeret, operamque daret, ut addisceret sed otiose viueret, ita sentire videatur Abbas ind. c. fin. nu. 6. & Felyn. sub nu. 3. & in specie Alber. de Rosate loquens contra eos, qui vadunt ad studium non causa studendi, sed vt habeant fructus beneficiorum sine labore residentiæ in l. & qui data opera sub nu. 1. ff. ex quib. caus. maior. & c. Sforcia Oddo. in tract. de resid. in integ. par. 1. q. 7. art. 14. num. 131.

Item limita in Parochis, qui hodie post Conc. Trid. Sess. 23. de ref. c. 1. §. eadem omnino, non possunt studiorum causa absentiam facere, nec Ordinarij talem licentiam eis concedere, vt declarauit Sacra eiusdem Conc. Congregatio relata per Hieron. Gonzalez in comment. ad 8. reg. Canc. gl. 6. num. 35. Sic dicens Obtinentibus Parochiales Ecclesias post Conc. Trid. studendi licentia, ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi, non datur. Et potest esse ratio secundum præf. Doc. nã cũ hodie parochiales Ecclesiæ prouideantur per concursus præsupponitur, quod ille, qui tamquam idoneior Parochialem ecclesiam per concursum alios superando assecutus fuerit, iam prius ita studuerit, quod studiorum causa abesse necesse non sit, & ideo cessat occasio absentiandi ne sub hoc prætextu seruitij defraudetur. Hinc Pius 4. quadam sua constitut. Romæ in Cancellaria Apost. publicata die 24. Nouemb. 1564.

1564. fol. 831. in Bullar. declarauit, quod dispensationes de non residendo, & beneficiorum fructibus percipiendo ratione studii non valeant sine consensu ordinariorum, vt sequitur.

Sanctissimus in Christo Pater, & dominus noster D. Pius diuina prouidentia Papa iiij. ad cuius aures nuper peruenit, nonnullos curata vel alios sacros ordines, aut personalem residentiam requirentia beneficia obtinentes sub prætextu, quod literis operam dare cupiebant, post confirmationem Conc. Trid. per sanctitatem suam factam, & publicatam secum, vt literarum studio in loco, vbi illud vigeat generale, actu insistendo ratione beneficiorum, per eos obtentorū huiusmodi vsque ad quinquennium, vel aliud tempus tunc expressum, dummodo infra primum illius annū subdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoueri minime tenerentur, & tam ijdem interim, quam alij, etiam ad eosdem ordines, vel eorum aliquem, seu aliquos promoti, quod similiter studentes beneficijs per eos obtentis, vel Vicarios idoneos, per locorum Ordinarios etiam congrua fructuū beneficiorum huiusmodi portione illis assignata, vel alias deputandos in diuinis deseruiendo, animarum curam illis imminentem exercendo, & alia incumbentia onera supportando, vsque ad similе tēpus personaliter in eisdem beneficijs residere non tenerentur; nihilominus inter ea omnes eorundem beneficiorum fructus percipere possent, per ordinariam Sanctitatis suæ signaturam seu Pœnitentiariæ suę officium dispensati, vbique pariter indulgeri obtinuerunt, nullum in his, vel fraudi, vel circumuentioni locum, præsertim quo ad absentes a Romana Curia, de quorum qualitatibus facilis notitia haberi non potest, quantum humana ratione prouideri potest, relinquere volens, Conc. etiam Trid. Decretis inhærendo huiusmodi dispensationes, & indulta hactenus concessa, ac tam ipsius Pœnitentiariæ, quam Apostolicas, & alias desuper confectas, & conficiendas literas, processusque habitos, & habendos, per easdem dictis, absentibus nullatenus suffragari, nisi singulorum Ordinariorum locorum, in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt, consensus gratis præstandus ad id accedaat, Apostolica auctoritate declarauit, decernens irritum, &c. *Sess. 23. c. 1. de ref.*

In quæstione illa, An scilicet priuilegium, quo gaudent duo Canonici existētes in Episcopi obsequio, vt lucrari possint fructus in absentia, extendatur ad alios clericos inferiores non canonicos, dicimus, quod licet quidam Doctores affirmatiue sentiant, dummodo interueniat ipsius Episcopi dispensatio, hoc tamen non ita indistincte a Dominis de Rota admittitur, scilicet quando solum occuparentur in seruitio personali ipsius Episcopi, sed ita demum si alterum duorum concurrat, vel scilicet vtilitas in specie illius ecclesiæ, de cuius fructibus lucrandis quæritur ex Io. And. in cap. 1. sub num. 4. de cler. non resid. in 6. Puteus decisio. 194. in fin. lib. 3. vel vrgens necessitas ipsius episcopi ex Panor. in d. cap. ad audientiam. sub num. 8. & Nau. etiam addit, & ecclesia non indigeat seruitio, differentiæ ratio assignatur, cum non sit tanta communio inter Episcopum, & clericos inferiores, sicut est inter Episcopum, & Canonicos, qui sunt membra corporis eius ad text. in capit. requisisti, de testam. accedit etiam, quia cum hæc sit materia damnosa ecclesiis, cum per talem subtractionem diminuatur cultus diuinus, potius est restringenda, quam relaxanda. Abb. in c. cum dilectus nu. 7. de cler. non resi. *Cap. de cetero. etc. ad audientiā. de cle. nō resid. De. 222. diuersici par. 2. Cap. 1. de cle. nō resi. in 6.*

Item propositionem illam, quæ se habet, non debere canonicos absentes distributiones quotidianas percipere, nisi diuinis officijs interfint, amplia, & primo proce-

procedere etiam per illud spacium trium mensium, quo (iuxta decretum Conc. Trid. sessio. 24. de ref. capit. 12. §. præterea) ab esse licet, etiam si consuetudo esset in contrarium, sicuti censuit Sacra Congreg. referente Parisio. lib. 1 de resign. benef. q. 10. num 65. Secundo amplia vt nec liceat Capitulo aliquo prætextu prædictas distributiones quotidianas donare, aut remittere ei, qui ab ecclesiæ seruitio abfuerit, quinimo eum, qui illas receperit teneri ad restitutionem, nec illas suas facere posse prout fertur eandem Sacram Congregationem declarasse, & colligitur ex eodem text. Concilii ibi. s. (quauis collusione aut remissione exclusa,) sequitur Menoch. in addit. ad casum 429. num. 6. de arbi. iud. ad quod vide Nauar. notab. examinantem ac limitantem in miscellan. 56. de orat. Ceterum in quibus casibus principalis assertio limitanda foret, deque aliis ad hanc materiam pertinentibus post Doctores, & præsertim Philip. Prob. in d. c. 1. Adde Petr. Duen. in tract. regul. & fallent regula 206. Couar. lib. 3. var. resol. c. 13 Nauar. in cons. 9. & sequ. de cler. non resid. in antiq. & Hoied. in tract. de benef. incompatib. par. 1. c. 17.

Quæ vero sint iustæ causæ excusantes a personali residentia, & ex quibus liciũ sit per substitutum deseruire, plures enumerantur per Io. de Sylu. in tracta. de benef. par. 4 q. 6. & post eum de illis agunt Rebuf. Lopez. & Hoieda locis citat. Inter quas potissima, & rationabilis reputatur, quando graues superuenirent inimicitiæ, ita vt non possit parochus sine vitæ discrimine in beneficio residere, glo. in cap. fin. ver. excusationem, de cler. non resid. qua inimicitiarum causa durante poterit per annum ab ecclesia parochiali abesse de licentia Episcopi, qui idoneũ Vicarium constituere debet, vt dictæ ecclesiæ inseruiat, assignata ei de illius fructibus congruenti mercede ex declaratione Sacræ Cõgregationis relata a Lopez vbi supra, & interim debet ipse Episcopus partes suas interponere, vt inimicitiæ extinguantur, ac animaduertere, an culpa ipsius Parochi factum sit, quo minus inter annum reconciliatio processerit, quia nulli debet suus dolus patrocinari capit. audiuimus, de colluf. deteg. De signis vero seu coniecturis, ex quibus inter aliquos inimicitiæ, & odium præsumatur, nouissime scripsit Menoch. in tract. de præsump. lib. 5. præs. 43. Causas autem, ob quas Concil. Trid. sessi. 23. de refor. cap. 1. permittit Episcopis in propria ecclesia, & diœcesi non residere, & ad tempus abesse, in gratiam eorundem Episcoporum declarat Tolet. in sum. lib. 5. cap. 4.

Præter Summistas in hoc verbo rursus sciendum est, extare infrascriptas, Sacræ Congreg. Concilii declarationes relatas per Hiero. Gonzalez in commentar. ad reg 8. Cancel. Romæ impres. gl. 6. nu. 254. & infra, & sunt videlicet: An deficiente Magistro Grammaticæ in ciuitate, possit in ea curatus habitare, relicto idoneo Vicario, & approbato cũ congrua mercede in parochiali, dummodo solennibus diebus interfit? congregatio censuit non posse.

Item an Episcopo liceat pro cathedralis Ecclesiæ seruitio, & item suo, aliquem ex curatis suæ Diœcesis ex ipsorum Ecclesiis, constituto in illis idoneo Vicario, ad certa negotia adhibere, qui quando in huiusmodi sunt seruitio, a suis ecclesiis minime abesse censeantur; congregatio censuit non licere. Et iterum.

An si Episcopus iudicauerit expedire, vti opera alicuius curati pro Secretario, vel pro Vicario foraneo, possit abesse, vel excusetur a residentia, dummodo cura suæ ecclesiæ diligenter exerceatur. Congregatio censuit non posse.

Item Episcopus non potest vti opera parochi in visitatione, vel alia opera suæ Diœ-

Diœcesis, nisi pro tempore duorum mensium a Concilio permisso, & idoneus Vicarius deputetur.

Item Inquisitoris, vel Subcollectoris Apostolici officium exercens, a residentia parochiali non excusatur.

Item obtinens parochialem ecclesiã per prouisionem Sedis Apostolicæ, & habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & prouentuum ad dictam ecclesiam parochialem pertinentium, possessionem, licet in limine adeptæ possessionis prædictæ molestus fuerit per aliquem in petitorio, tamen tenetur ad residentiam in dicta ecclesia.

Itẽ, An Cappellani coadiutores Rectorũ parochialiũ instituti auctoritate Apostolica teneantur ad personalem residentiam, vt Rectores ipsi? Congregatio censuit teneri. Quam declarationem narrat idem Doctor in præcit. commen. glo. 4. § 9. nu. 16. qui etiam inferius. num. 30. attestatur eandem Sacram Concilii Trid. Congregationem censuisse, quod, propter deputationem coadiutoris, parochus cui datus est coadiutor, non poterit abesse a residentia. Nam parocho illiterato, qui suo muneri minus habilis est, potest episcopus coadiutorem dare, iuxta formam decreti Concilii Triden. sess. 21. de ref. capit. 6. qui si tunc abesse poterit, sequeretur, quod melioris conditionis esset stultus, quam peritus, contra text. in cap. eum, qui. de præben. lib. 6. & vide etiam supra in verbo, distributiones quotidianæ.

Ante publicationem Concilii Trid. Pius Quartus edidit Constitutionem super Residentia Episcopali Romæ publicatam die 13. Septembris. 1560. fol. 678. in Bullar. incip.

De salute gregis Dominici nobis ex alto cõmissi, attentius cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quæ grex ipse continua suorum eum eo residentia Pastorum præseruetur a noxis, & in deuium prolabens ad rectitudinis tramitem reducatur, vt pastores ipsi residentiam ipsam, prout tenentur commodius facere, ac circa ipsius gregis curam libentius, ac feruentius inuigilare, & illum ab errorum præcipitijs præseruare, ac in fide orthodoxa, & deuotione nostra continere valeant opem, & operam efficaces impẽdimus prout rerum, & temporum qualitate pensata conspicimus in Domino salubriter expedire. Hinc est, quod nos Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera deliberatione; Vniuersos, singulos venerabiles fratres nostros Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas ab Ecclesiis, & diœcesibus suis absentes in virtute sanctæ obedientiæ ac sub interdicti ingressus Ecclesiæ pœna, eo ipso, absque alia declaratione incurrenda districte præcipiendo monemus, vt omnibus postpositis quanto citius, in Romana Curia videlicet moram trahentes, intra vnum extra eam vero in Italia intra duos, extra vero Italiã existentes, intra quatuor menses a die publicationis præsentium in locis infrascriptis faciendam computandos, se itineri committere, & legitimis itineribus ad ecclesias, seu diœc. suas proficisci, & sese personaliter conferre, ac ibidem, vt tenentur, residere, & pastorale officium exercere debeant. Si quis autem a Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, seu Cathedrali Ecclesia sibi quocunque titulo nomine, seu iure commissa, quacunque illa dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeant, legitimo impedimento, seu iustis, & rationabilibus causis cessantibus sex mensibus continuis extra suam Diœc. morando abfuerit quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ Ecclesiæ, & pauperibus loci per superiorem ecclesiasticum applicandorum pœnam ipso iure incurrat. Quod si per alios

Pius. 4.

Conc. Tr. sess. 6. de ref. c. 1. & sess. 23. de ref. c. 4.

sex mẽses in huiusmodi absentia perseuerauerit; aliam quartam partem fructuũ similiter applicandam, eo ipso amittat; crescente vero contumacia, vt superiori sacrorum canonum censuræ subijciatur, Metropolitan. suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitan. vero absentem, suffraganeus Episcopus antiquior residens sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ ipso iure incurrenda, infra tres menses literas, vel nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur, qui in ipsos absentes, prout cuiusque maior, aut minor contumacia exegerit supremæ sedis auctoritate animaduertere, & Ecclesijs ipsis de Pastoribus vtilioribus prouidere poterit, sicut in Domino nouerit salubriter expedire. Eosdem autem Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos mandatis nostris parentes, & apud suas Ecclesias, seu in earum Dioec. personaliter residentes specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, vt liberius, & cõmodius eorum officio fungi valeant, eis, & eorum, cuilibet, vt quando residerint etiam prætextu quorumcunque delictorũ & excessuum etiam atrociorum, etiam, hæresis, & læsæ Maiestatis criminum per eos quomodolibet commissorum, ad comparendum personaliter in Rom. Curia per quoscunque iudices ordinarios, vel delegatos etiam S. R. E Cardinales, nisi vigore specialis commissionis manu nostro, vel Romani Pontificis pro tempore existentis signatæ trahi aut citari non possint, nec debeant, atque aliter factas citationes, & censuras in eis appositas, ac inde secura quæcunque nulla, & irrita, ac nullius roboris & momenti fore, ac eos minime efficere, aut arctare statuimus & ordinamus. Nec non eos, & quemlibet ab omnibus & singulis decimis, subsidijs, & aliis oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, quomodolibet nuncupatis, per nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Sedem Apostolicam etiam Motu proprio & ex certa scientia, etiã ad instantiam Regum & Principum quomodolibet, & ex quauis etiam quantumuis vrgentissima iustissima ac pia, & necessaria causa etiam pro defensione fidei Catholicæ ratione dictarum ecclesiarum nunc, & pro tempore impositis, illorumque solutione, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, ex simili scientia penitus, & omnino eximimus, & liberamus, nec ad id a Dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, nec non Cameræ Apostolicæ Thesaurario, Præsidentibus, & clericis, ac decimarum, subsidiorum, & aliorum onerum huiusmodi collectoribus, & subcollectoribus, seu exactoribus, & commissarijs ad id pro tempore deputatis etiam vigore quorumcunque priuilegiorum, indultorum, & literarum, etiã præsentibus derogantium, ac illarum totum tenorẽ de verbo, ad verbum exprimentium eis quomodolibet concessorum, & concedendorum cogi, seu compelli, & ob non solutionem huiusmodi aliquas sententias, censuras, & pœnas incurrere posse decernimus, illisque & quibusuis aliis in virtute sanctæ obedientię, & sub nostrę indignationis, nec non excommunicationis aut suspensionis, ac priuationis suorum officiorum, & beneficiorum, quæ obtinent, & pro tempore obtinebunt, eo ipso incurrendis pœnis, ne eosdem Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas sic in dictis Ecclesijs, vel earum Dioec. residentes, quamdiu in illis residerint, vt præfertur, ad solutionem decimarum subsidiorum, & onerum præfatorum cogere, ac propter illorum non solutionem excommunicationis, aut alias sententias, censuras, & pœnas promulgare quomodo audeant, seu præsumant districtius inhibemus. Et insuper eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, sic, vt præmittitur, residentibus, vera priuilegia, & indulta eis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam, & Generalia Concilia, & Cancellariæ

Cõc. Tr. sess. 6. de ref. c. 2. & sess. 7. de refor. c. 14. & sess. 25. de regul.

riæ Apostolicæ Regulas concessa, quæ in suo robore permanere volumus, tanquam a dicta Sede delegati in quibuscunque ciuilibus, criminalibus, vel mixtis causis contra quoscunque clericos sæculares particulares, etiam extra eorũ monasteria, seu regularia loca degentes regulares quomodolibet exemptos auctoritate nostra procedere, & causas ipsas cognoscere, fineque debito terminare ac quicquid terminauerint exequi, & obseruari facere, ipsosque exemptos pro tempore delinquentes iuxta eorum excessus, & delicta punire, corrigere, & omnem iurisdictionem in eos exercere, omniaque alia, & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, quæ nosmet facere, exercere, & exequi possemus in omnibus, & per omnia facere exercere, & exequi libere & licite valeant, plenam, & liberam licentiam, ac facultatem, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Decernentes ab eorum ordinationibus, interlocutionib. & decretis ante diffinitiuam sententiam, vel vim diffinitiuæ habentem, & vbi agetur de morum correctione nullatenus, etiam ad nos, & Sedem Apostolicã appellari posse, & nihilominus per appellationes quoscunque cõtra præsentium tenorem quomodolibet interpositas minime causas deuolui, aut etiam per quasuis inhibitiones etiam cum quibusuis censuris, & pœnis eis a quibusuis ordinariis iudicibus, vel delegatis forsan faciendas, illarum vlteriorem cognitionem, & expeditionem, & vbi de morum correctione agetur etiam legitimam executionem minime impediri, aut censuris, & pœnas huiusmodi ligari, aut irretiri censere Sicq. in præmissis, &c. Non obstantibus &c.

cap. 3. §. Nec liceat. & sess. 24. de ref. gen. c. 11.

Cõcil. Tri. sess. 13. de refor. ca 1. & sess. 24. de refor. gen. c. 10. & 20 sess. 22. de refor. c. 1.

Dispositio huius Constitutionis est conformis d. Concilii citatis in margine. Quo publicato in anno 1564. Idem Pius IV. pro executione decretorum d. cõcilii contra non residentes alteram edidit Constitutionem Romæ publicatam die 14. Decemb. 1564. fol. 835. Incip.

In suprema militantis Ecclesiæ specula, meritis, licet insufficientibus diuina dispositione constituti, cunctos non solum vigilantæ nostræ commissos dominicos greges, sed etiam singulorum pastorum suorum actus intensa nostræ mentis acie collustrantes studium efficax, operamque sedulam ad hoc omnino statuimus adhibere, vt quemadmodum operosum Sac. Conc. Trid. progressum felicemque exitum, Domino cooperante, præstitimus; Ita sanctissima huius decreta, ipsorum præsertim, qui in Apostolicæ solicitudinis partem vocati sunt Pastorum officium concernentia non tepide, neque dissimulanter exequamur. Sane licet in concilio præfato saluberrima fuerit ordinatione decretum quod omnes, & singuli Venerabiles fratres nostri Patriarchæ, Primates Archiepiscopi, & Episcopi, & alii beneficiali apud ecclesias sponsas suas residere teneantur nonnulli tamen (quod nõ sine animi nostri mærore referimus) adeo sui, gregumque, quos deperditos, Saluator noster proprio sanguine redimere dignatus est sibi creditorum obliti sunt vt etiam nunc in alma vrbe vel alibi commorentes, & sacro sancta spiritualis matrimonii inter eos, suasque ecclesias solenniter contracti iura confundentes, sponsas suas in longa quasi viduitate relictas, ac prædictas ecclesias quomodocunque sibi concessas inuisere, & apud illas, vt probos, & prouidos patres familias decet, residere non curent, in perditionem animarum suarum, & subditorum suorum, ac pernicioſum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciam alicuius, etiam temporalis pœnæ metu frangendam, & seu conuincendam esse censentes; Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis præfatis, ac

aliis quibuscunque, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel preeminentia prefulgentibus, predictas ecclesias in commendam, vel administrationem, aut alio quouis nomine obtinentibus, & aliis quibuscunque beneficiatis curam animarum habentibus, qui iuxta decreti super residentia in concilio predicto promulgati tenorem, personalem in suis ecclesiis residentiam facere tenerentur, in virtute sanctę obedientię, & vltra pœnas in dicto decreto Concilii contentas, etiam sub priuationis eorum a regimine, & administratione ecclesiarum suarũ, ac aliis nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis successoris nostri arbitrio imponendis pœnis, districte precipiendo per Apostolica scripta mandamus, quatenus omni mora cessante in eisdẽ suis ecclesiis iuxta formã, & tenorem dicti concilii personaliter resideant; Et nihilominus si quos mandato nostro huiusmodi, quod absit, non parere contigerit, ne etiã tales absentes melioris in hac parte conditionis quã ceteri in suis ecclesiis residentes existant; hac nostra perpetuo valitura sanctione presentes statuimus, & ordinamus, quod deinceps omnia, & singula mobilia, immobilia, etiam in Vrbe, vel eius districtu existentia, & se mouentia, res, & bona iura, & actiones cuiuscũque qualitatis, & quantitatis, & valoris, ac vbicunque locorũ consistant ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos & alios quoscunque, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, preeminentia prefulgentes, Ecclesias predictas in titulum, vel commendam, siue administrationẽ, aut alio quouis nomine obtinẽtes, & alios quoscunque beneficiatos curã animarũ habentes, qui extra predictas ecclesias, ac diœceses, etiã in Romana Curia, aut alibi degentes, & iuxta decretum, formã Concilii huiusmodi non residentes decesserint, pertinẽtia, & per illos suarũ ecclesiarũ, ac quorumcunque Monasteriorũ, prioratuũ, Præposituratũ, & aliorum beneficiorũ ecclesiasticorũ, cum cura, & sine cura sæcularium, & regularium, quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuũ, redituum, & prouentuũ ecclesiasticorũ, nec nõ pensionum annuarũ sibi super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus reseruatarum, & assignatarũ occasione quæsita, etiã si facultatem specialẽ de illis, aut eorũ parte testandi, & alias libere disponendi a nobis, & quibuscunque aliis Romanis Pontificibus, prædecessoribus, & successoribus nostris etiã cũ clausulis, qũ facultates huiusmodi reuocari non queant, aliisque irritantib. decretis obtinuerint, & in vim illarum literarũ desuper confectarum de rebus, & bonis huiusmodi iamque disposuerint, tanquam spolia ad Cameram Apostolicam legitime pertineant. Licearque dilectis filiis moderno, & pro tempore existenti commissario nostro generali, & suis, dictæque Cameræ deputatis in euentum decessus huiusmodi solitum inuentarium super rebus, & bonis prædictis cõficere, illaque prout de reliquis clericorum spoliis fieri solet, ad dilecti filij nostri moderni, & pro tẽpore existentis Generalis Thesaurarii manus redigere, dictæque Cameræ applicare cuiusuis licentia desuper minime requisita. Ac facultates, & desuper confectas literas prædictas, etiam motu, & scientia similibus etiam in recompensam laborum, & obsequiorum, etiam nobis, & Ecclesiæ Romanæ dictæque Sedi impensorum, quomodolibet concessas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illarum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes in euentum obitus huiusmodi etiam si in Vrbe, aut eius districtu, vel alibi extra suas ecclesias, vt præfertur, contigerit ex nunc, pro tunc, & ex tunc, & contra, in dictæ contumaciæ pœnam eiusdem potestatis plenitudine, & tenore reuocamus, cassamus, & annullamus; Ac tam eas, quam earum prætextu quomodolibet pro tempore condita, factaque testamenta, codicillos, legata, donationes, & alias

dispo-

dispositiones quaslibet, etiam ad pias causas, vel in remunerationem seruitiorum nulla, inualida, nullius que roboris, vel momenti fore, neque cuiquam contra præsentium tenorem suffragari. Et sic per quoscunque iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales in quauis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis alias iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Per hoc autem nostris, & Romanorum Pontificum prædecessoræm nostrorum ordinationibus, reseruationibus, & decretis, quo ad Prælatorum, & aliorum beneficiatorum, etiam in suis Ecclesijs aut Diœc. residentium, & ibi decedentium, quæ etiam ampliamus, & extendimus ad habentes ecclesias in Vrbis districtu, ibique residentes, & decedentes spolia Cameræ Apostolicæ applicata hactenus emanatis nulla tenus præiudicare, neque quicquam in eis alterare intendimus, sed ea in suo robore, vt antea manere volumus, præterquam quo ad eos, qui in suis ecclesijs iuxta formam prædicti Concilij resederint, & specialem licentiam testandi habuerint: hanc enim tantum saluam eis esse volumus, ita vt generalis licentia testandi eis quidem residentibus minime suffragetur, sed sola speciali si quam habuerint, tueri se possint. Ceterum &c. Non obstan. &c.

REVERENTIA DIVINORVM OFFICIORVM. & Ecclesiarum.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod vltra dispositа in c. decet, de immunit. eccles. in 6. & in decreto Concilij Triden. de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ, incip. Quanta cura, vers. Ab Ecclesiis vero, &c. adest Constitutio Pii V. fol. 924 in Bullar. incipien. Cum primum. § Vt igitur.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod contra illicita in Ecclesiis facientes, vltra pœnas per sacros Canones, & leges ciuiles comminatas; sunt aliæ pœnę statutæ per Constitutionē Pii V. sub dat. Romę Kal. Aprilis 1566. incip. Cum primum §.

Vt igitur Deo Optimo Maximo, gloriosæ Virgini, & Sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorii Decimi prædecessoris nostri Constitutionem innouantes, ac statuta Trid. Concilio obseruari volentes, statuimus, & ordinamus, vt ad Ecclesias sit humilis, & deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationibus insistant, & omnes genibus flexis Sanctissimum Sacramentū adorent, ad nomen Iesu Christi Domini nostri cum exhibitione reuerētiæ caput inclinēt, nullus in dictis Ecclesiis seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetumque committat, cessent vana, fęda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iudiciorū, & alia quęcunq; diuinū officium perturbare possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, siue præsumat, dum celebrātur Sacra Missarū mysteria, & alia diuina officia. Qui vero prędicta petulanti animo contempserint, præter diuinæ vltionis acrimoniam, nostri quoque arbitrii pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque Ordinarii in suis Ecclesiis facient obseruari. Quicūque vero in Ecclesiis, dum ibi Sacrificium Missæ, & diuina celebrātur officia, ac verbū Dei prædicatur, de ambulare, vociferari, aut verso tergo ad Sanctissimum Sacramentum irreuerenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut diuina perturbet officia facere præsumpserit, pœnam viginti quinque

ducatorū incurret, præter alias arbitrio nostro imponēdas, & moderandas pœnas & qui non habebat in ære, luet in corpore aut exilio mulctabitur. Qui vero in Ecclesijs cum mulieribus impudicis, siue etiam honestis colloquium scurtile habuerit, aut alios in honestos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per mensem. Qui in Ecclesiis, vt supra, obscœnis, & honestis verbis, aut signis vsus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscunque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur. Mandamus præterea omnibus, & singulis Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium Ecclesiarum Capitulis, Rectoribus, Vicarijs, Sacristis Ostiarijs & aliis ipsarum Custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesiis delinquentes admoneant, & vt in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsis Ordinarijs, vel Officialibus nostris puniendos deferant, quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent.

Pauperes quoque Mendicantes, seu eleemosynas petentes per Ecclesias tempore Missarum, prædicationum, aliorumque diuinorum officiorum non sinant, sed eos ad valuas Ecclesiarum stare faciant, sub pœnam duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice nisi eos ejici curauerint, & Parochi dimidij aurei. Religiosis etiam claustralibus, siue regularibus præcipimus in virtute Sanctæ obedientiæ, vt in Ecclesijs suis deputent aliquem, qui tales ejciat, & si negligentes fuerint, grauissime ab Ordinario corripiantur, quod si illi parere recusauerint, grauissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum etiam corporaliter punientur arbitrio nostro, siue Superiorum, & vt in ecclesijs nihil indecens relinquatur ijdem prouideant vt capsę omnes, & deposita seu alia cadauerum conditoria super terram existentia omnino amoueantur prout alias statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.

Sequitur Edictum de non fabricando in Ecclesijs, neque in earum porticis, de non sepeliendis mortuis, nisi in cœmeterijs, ac tumbis, nec non de fenestris Ecclesias introspicientibus remouendis, ac remurandis.

Iacobus miseratione Diuina tituli S. Mariæ in Cosmedin S. R. E. Presbyter Cardin. Sabellus S. D. N. PP. in alma Vrbe, eiusque districtu, ac suburbijs Vic. Generalis,

Vniuersis, & singulis Patriarchalium, & Collegiatarum Parochialium, & aliarum dictæ Vrbis, & suburiorum Ecclesiarum Archipresbyteris, Canonicis, Præpositis, Rectoribus, & quorumuis Monasteriorum, & Conuentuum cuiuscunq; Ordinis in eadem Vrbe, & suburbijs existen. Abbatibus, Prioribus, & Guardianis, Capitulis, & Præpositis, Hospitaliumque, & Confraternitatum, aliorumque piorum locorum Custodibus, Gubernatoribus, & Administratoribus, seu quouis alio nomine nuncupatis, ne de cetero sub ducentorum ducatorum auri, totiens contrauentum fuerit persoluendorum mandati executiui, & in iuris subsidium excommunicationis, alijsque censuris Ecclesiasticis arbitrio imponendis, erogandis pœnis audeant, siue præsumant, aut aliquis eorum audeat, siue præsumat per se, vel alium, seu alios, in dictis eorum Ecclesiis, & porticis fabricare, nec fabricari facere et ex causa cappellarum, altarium, & sepulchrorum construendorū, seu aliquid innouare, aut innouari facere, vel permittere, minusque quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, & conditionis existentium, licentiam in dictis eorum Ecclesiis, & porticis fabricandi, vel fabricari faciendi, aut aliquid innouandi, vt supra concedere, sine nostra expressa licentia in scriptis obtenta, ne-

que.

que supra dictas Ecclesias,& porticus, cęmeteria,aliquas stantias,mansiones vel habitationes cõstruere, & constrvi facere,aut id permittere, vel illas ad vsum priuatum concedere. Minusque mortuos,nisi tantum in cęmeterijs,tumbis, siue sepulchris ad huiusmodi officium fabricatis sepelire,vel sepeliri facere, vel id permittere;eosdemque prænominatos omnes requirimus,& monemus, quod infra quindecim dierum spacium a publicationes præsentium die computandum,sub similibus pœnis debeant,& quilibet eorum debeat quascunque fenestras domorum vicinarum,& contiguarum Ecclesijs supradictis etiam ipsorum introspicientes dictas Ecclesias remouisse,obturasse,remurasse,remouerique, obturari,& remurari fecisse,nec non infra terminum prædictum, vbi cœmeteria desunt,tũbas, siue sepulturas communes in dictis eorum Ecclesijs ad sepeliendum capaces,& sufficientes,locis tamen prius per nos,seu nostrum Vicegerentem, assignãdis,construxisse,& construi fecisse. Alioquin ad prænominatas,& alias arbitrio nostro reseruatas pœnas contra inobedientes,& præmissa non obseruantes, procedere curabimus,volumus autem,& decernimus,quod præsentibus in locis solitis affixis,& publicatis,ita eorum quemlibet arctet executio perinde,ac si personaliter intimati fuissent. In quorum fidem &c. Datum Romæ,in ædibus nostris,sub anno a Natiuitate D.N. Iesu Christi millesimo quingẽtesimo sexagesimo sexto. Indictione nona,die vero vigesima octaua mensis Nouembris Pontificatus Sanctissimi in Christo P. & D. N. D. Pii Diuina prouidentia Papæ. V. Anno. 1.

A. Binarinus Vicegerens.

Triphon Victorellus Notarius.

Quamuis præfatum edictum sit locale sub hoc verbo apte locandum censuimus, cum sit valde decens, vt quæ in Alma verbe Romana omnium Magistra obseruantur,ab aliis in occurrentibus casibus imitentur.

Sciendum est etiam,quod quæ sanctissime ob honorem Dei,& vt Ecclesiis,sacrisque templis debita habeatur reuerentia,per antiquos Canones introducta,& statuta est immunitas quod ad tutelam personarum ad eas confugientium,vt inde per vim extrahi non possint,neque debeant pro d. immunitatis renouatione, ac obseruãtia,nouissima emanauit Põtificia Cõstitutio fel. mem. Gregorii XIIII. publicata Romæ die 28. Maii. 1591. tenoris sequen. *c. minor. cũ duobus seque. 17. q. 4 c. interalia c. Ecclesiæ. & c fi. de im eccles.*

Cum alias nonnulli prædecessores,nostri,& præsertim felic. record. Sixtus Papa V. nec non Pius etiam Quintus,sancto zelo ducti diuersas facultates,& indulta,extrahendi,etiam casibus quibusdam a iure non permissis ex Ecclesiis criminosos,& delinquentes,complurib⁹ sæcularibus principib. eorumque Curiis,& Magistratibus sub variis modis,& formis concesserint,prout in illis plenius continetur. Experientia postmodum docuit, tum ob diuersitatem, & differentiam huiusmodi indultorum, tum quia plerique eorundem Principum Ministri, ex hoc ipso illa diuersimode,etiam latius quam parerat,& ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerunt, illisque abuti cœperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus locis libertatis,& immunitatis Ecclesiasticę perturbationem,& cofusionem,alias vero ne ipsos quidem laicos indultis huiusmodi vti voluisse, aut potuisse,quod populis inueterata erga Ecclesias reuerẽtia deuotis,& assuetis,scandali potius,quam quietis occasionẽ præberet, illud etiã absurdũ sæpe *Greg. 14.*

numero secutum est, vt infirma interdum conditionis laici non modo iuris, sed etiam literarum penitus ignari, & imperiti, dum quasi potestates, aut ministri Curiæ sęcularis in aliquo castro, aut oppidulo iurisdictionem exercebant, facultatem, & indultorum huiusmodi limites longe excesserint, eaque suo arbitratu in sensus minus rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos detorserint, & illorum prætextu, quicquid sibi in mentem venit attentare præsumpserint in graue iurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticæ præiudicium, locorum, & personarum diuino cultui dicatarum contemptum, ipsius Diuinæ Maiestatis offensam, & scandalum plurimorũ. Quare pro commisso nobis a Domino Pastoralis officii munere, prædictis absurdis, & scandalis obuiare, ac differentia huiusmodi ad vniformem regulam reducere, omnemque dubitandi ac perperam interpretandi occasionem dilucida declaratione submouere, abusus tollere, & ne Ecclesiastica iura plane conculcentur, & negligantur, opportune prouidere decreuimus: prout etiam dictus Sixtus Prædecessor noster eisdem de causis motus statuere decreuerat, licet morte præuentus hoc adimplere nequiuerit; ita tamen vt quando præsens temporum calamitas, & nimia, quæ iam inualuit peruersorũ hominum malitia id exposcit, aliquid, etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora vltra id, quod prisca illa maiorum nostrorum disciplina, & vetus sacrorum Canonum norma præscripserat in quibusdam casibus congrua moderatione adhibita, permittamus. Hac itaque nostra perpetuo valitura Constitutione, omnia, & quæcunque priuilegia, indulta, & gratias tam per prædictum Sixtum ac Pium Quintum, quam alios quoscunque nostros prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemque Apostolicam, eiusue Legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasterijs, Sacellis, domibus regularibus, & sęcularibus locisue sacris, aut Religiosis, aliisque in casibus a iure permissis hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudulentis decoctorib. etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & causis vrgentissimis, ac necessariis, & æquipollentib. casib. in iure expressis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extẽsis, perpetuo, vel ad certum nondum elapsum tempus, seu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, seu alias quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis, vicibus, approbata, & innouata ac vsu recepta, literasque Apostolicas sub plumbo, aut in forma Breuis, seu alias quomodocunque desuper confectas, quarum tenores hic habere volumus pro expressis, ac ad verbum insertis sublata penitus omni differentia, ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Ecclesias, locaque Sacra, & Religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumue cœmeteriis committere non verentur, aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæretis, aut læsæ Maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur, Sed vniuersis, & singulis Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis ceterisq; Ecclesiarum & Monasteriorum Prælatis tam sæcularibus, quam cuiusuis Ordinis Regularibus districte præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in casibus prædictis delinquentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, & alia loca supradicta Sacra, seu Religiosa respectiue confugientes & in eis se recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumue aliquod, iudicio suo commisisse videbuntur

debuntur

debuntur, quando a Curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, ministris, & officialib. Curiæ sæcularis, absque irregularitatis nota, aut alicuius censuræ Ecclesiasticæ incursu, tradi, & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat. Ne autem Curia sæcularis, prædicta Ministri facultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi olim, vt præfertur attributa, & per præsentes reuocata, abuantur, volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia sęcularis, eiusque Iudices, & officiales, ab Ecclesiis Monasterijs, locisque sacris prædictis laicum aliquem, vt præfertur, delinquentem in nullo, ex casibus supradictis sine expressa licentia Episcopi, vel eius officiales, & cum interuentu personæ ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentes ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiam si alias Ordinarij sint, aut nullius Diœcesis, aut Conseruatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat; Occurente autem casu in loco exempto, & nullius Diœcesis, tunc Episcopum viciniorem deuolutum hæc cognitio, & non ad alios; capere, extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu quo ipse Episcopus, & dictæ personæ ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis superius expressis culpabiles tradere, aut capturæ, carcerationi interuenire, & assistere recusauerint; tuncque reuerentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores prædictos delinquentes minori quod id fieri poterit cum scandalo, & & tumultu, extrahere curent. Quodque delinquentes laici prædicti, postquam vt præfertur, ab Ecclesiis, locisque sacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam sæcularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæque sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina superius expressa commiserint, tuncque demum de mandato Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curię sæculari, quacunque appellatione postposita, consignentur. De crimine vero hęresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea Curia sæcularis se quoquomodo intromittant: sicuti etiam prohibemus, ne contra ecclesiasticas personas sæculares, aut cuiusuis Ordinis, vel Militiæ, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani regulares, quoquomodo, etiam vigore prædictorum priuilegiorum, indultorum, aut concessionum, quæ omnia ad terminos Iuris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittat; illasue ab Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, locisque sacris aut religiosis, etiam in casibus in hac Constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, alias, quam de iure, & per priuilegia eiusdem Ordinibus, aut Militijs concessa permittitur, quomodolibet præsumât. Quod si quis quacunque dignitate, & auctoritate præditus, præmissorum, aut alio quouis prætextu, quicquam præter, aut contra huius nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto, censuras, & pœnas eadem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores, per sacros Canones, & Conciliorum generalium, nostrorumque prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ, sicque per quoscunque Iudices, &c. Non obstantibus, &cet.

De hac materia præter Doctores tam Ciuilistas, quem Canonistas, variis in locis tractantes, Summistas in verbo Immunitas, Boer. decis. 109. & seq. aliosque quamplures, amplum, & aureum de ea elucubrauit tractatum Regemius de

Gonni,

Gonni,& post eum scripserunt Didac.Couar.doctissime lib.2. var.resol. cap.20. Iulius Clar.in pract.crim.§.fin.quæst.30.Nauar.in man.c.23.num.17. & infra aliqua Menoch.in tract.de præsumpt.lib.5.præsum. 10. Anastasius Germonius lib.3.de sacrorum immunitatibus.c.16.Roderic.in sum.par.1. c.155.& tom.2. q. regular.q.50. art.3.præfatam inibi Constitutionem recitans Salaman. impress. & nostris tẽporibus diffuse Prosper Farinac.in sua praxi crimin. par.1. tit.de carceribus.q.28.per totum.

De seruo confugiente ad ecclesiam est tex.in c.inter alia.in fin. de immuni.ecclesię quem amplia,vt si confugerit ad Vrbem possit libertate donari per Constitutionem Pii V.tenoris sequentis.fol.948.in Bullario.

PIus Papa V.Motu proprio,& c. Dignum, & rationi congruum esse videtur vt ea,quæ ex veteri instituto officium Senatus Cameræ Vrbis, & ipsius Conseruatores consueuerunt, vel alias illis concessa existunt, munimine Apostolicæ superioritatis in posterum roborentur,& in vsum, si ad hoc non existant, reducantur. Nos siquidem, qui etiam in minoribus constituti semper, & continue Romanum populum paterno dilectionis amore prosequuti sumus,& ipsius priuilegia,ea maxime,quæ Christiano populo necessaria,& vtilia esse videntur confirmare desideramus.fel.Recor.Pauli Papæ III.prædecessoris nostri,qui per suas in forma Breuis literas ipsos Conseruatores,& populũ in facultate,& priuilegio mancipia quæque Sclauos vulgariter nuncupata,qui baptizati,& Christiani prius facti fuerint,ad Senatus Cameræ ipsius Vrbis officiũ,ac illius Conseruatores pro eorum libertate confugientia,prout ex veteri consuetudine hactenus, vt ipse prædecessor narrauerat, Conseruatores præfati tum ex speciali priuilegio Pontificali,tum imperiali potestate ab aspero seruitutis iugo liberandi facultatem habuerant,etiam si lapsu temporis deperdita fuissent,redintegrauit, vestigiis inhærendo,motu simili,& ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine eosdem Cõseruatores pro tempore existentes speciali fauore prosequentes, ac literas Apostolicas Pauli prædecessoris,ac si de verbo ad verbum insererentur pro expressis habentes,illasque in totum iuxta illarum tenorem confirmantes,ipsos Conseruatores,ac officium Senatus Cameræ Vrbis in iurisdictionem, facultatem, & potestatem mancipia quæcunque sub iugo seruitutis quomodolibet allegata ad huiusmodi Senatus Camerę Vrbis officium pro tempore existen.ac ipsius Vrbis Conseruatores confugientia, ac libertatem acclamantia, per eosdem Conseruatores libertate donare, & Romani Ciues, liberique homines effici possint, prout ipse Paulus prædecessor redintegrauerat, redintegramus, ac pro potiori cautela de nouo damus, concedimus, & gratiose impertimur. Itaque mancipia, seu Sclauos eadem, quæ ab eisdem in posterum liberabuntur,pro liberis hominibus, & Romanis ciuibus in omnibus, & per omnia vbique haberi, teneri, & reputari debere, Dantes, & Concedentes eisdem mancipiis,sic vt præfertur ab eisdem Conseruatoribus liberatis facultatem in iudiciis contra quascunque personas standi, contrahendi, testandi, & alia faciendi, quæ ceteri ciues Romani liberi homines facere consueuerunt, & faciunt, & ea in omnibus, & per omnia habere, & libera esse decernimus, volumus, & mandamus, ac ex nunc, prout ex tunc, & e contra omni iuri cuiuslibet statutorum, consuetudinum, & aliorum contrariorum rigore penitus reiectis liberamus,& sic in præmissis omnibus per quoscun-

quoscunque tam ordinarios, quam delegatos etiam quacũque iurisdictione fungentes iudices, & personas, sublata, eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, sententiandi, & diffiniendi facultate, potestate, & authoritate, iudicari, sententiari, & diffiniri debere, ac quicquid secus scienter, vel ignoranter contra præsentium tenorem fieri, & attentari contigerit irritum, & inane decernentes: non obstãtibus Motu proprio, & seu literis forsan desuper per viam decreti, vel alias per dictum Paulum prædecessores sub Dat. Romę apud Sanctum Petrum Quinto idus Nouembris anno Pontificatus sui Quinto decimo supradictarũ suarum literarum in forma Breuis etiam forsan ad instantiam dicti Populi Romani decretis, derogatorijs, ac quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dictæ vrbis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, reformationibus, & decretis, ac quibusuis priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis in genere vel in specie per quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros tam sub plumbo, quam in forma breuis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam irritantibus, & aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, tenores illorum, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso inseretẽtur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ac omnibus illis, quæ dictus prædecessor voluit non obstare, ceteriscque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod sola signatura præsentium sufficiat, & vbique in iudicio, & extra fidem faciat, regula contraria non obstante, seu si videbitur, literæ desuper per Breue nostrum, seu sub plumbo, aut alias, prout melius videbitur expediri possint, & quia ad illos seruos duntaxat, qui antea vt præfertur sacro baptismatis lauacro mediante Christiani facti fuerint, & non de aliis. Datum Romæ apud Sanctum Marcum. Quinto idus septembris Anno primo.

SEQVESTRVM.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod Pius Quartus tradidit facultatẽ iudicibus lite pendente, decernendi sequestra, super fructibus beneficiorum Sedi Apostolicæ reseruatorum, siue affectorum, & ordinaria, vel alia auctoritate nulliter collatorum, adiiciendo pœnas desuper litigantium, vt per eius Constitutionem Romæ in Cancellaria Apostolica publicatam die 26. Octobris 1560 fol. 896. in Bul. incip. Sanctissimus, & infra.

Hac sua perpetuo valitura Constitutione statuit, & ordinauit, quod quoties in antea aliquem super quouis beneficio ecclesiastico, vt præfertur, reseruato, seu affecto, & dicta auctoritate, vel alias nulliter collato, tam in dicta curia, quam extra eam litigare contigerit, & iudici ordinario, seu cui causa desuper commissa fuerit, etiam summarie, & extraiudicialiter, quantũ sibi pro rei qualitate sufficere parte legitime citata videbitur, constiterit beneficium ipsum in dictis mensibus vacauisse, aut alias, vt præfertur, reseruatum, seu affectum, & nihilominus ordinaria, seu alia auctoritate nulliter collatum, & indebite detentum existere, idem Iudex reproducta citatione, fructus, redditus, & prouentus beneficiorũ

sic nulliter collatorum, & indebite detentorum sequestrari mandet, & faciat, ac alia exequatur in præmissis necessaria, & opportuna. Super quo eidem iudici omnem potestatem, & auctoritatem, impartitus est. Idemque Sanctitas sua in causis nunc in quauis instantia coram eisdem iudicibus pendentibus similiter obseruari mandauit. Præterea decreuit, & declarauit sic resignantes, seu cedentes, & nihilominus lites huiusmodi prosequentes, ne eorum malitia illis prodesse, & fouentibus bonum ius nocere valeat, ad fructuum, reddituum, & prouentuum dictorum beneficiorum per eos receptorum restitutionem, ac expensarum in litibus huiusmodi factarum refectionem, omniaque, & singula damna, & interesse, in quib. condemnati fuerint, si non cessissent, vel resignassent, per iudices tam ordinaria, quam delegata, vel alia auctoritate fungentes, coram quibus lites ipsas pro tempore pendere seu moueri contigerit condemnandos fore, & condemnari debere, ac ad id teneri, & obligatos esse. Ipsosque, ac etiam in dictis beneficiis successores quoscunque ad paritionem sententiæ, seu sententiarum, ac literarum executorialium pro tempore latæ, seu latarum, & decretarum, a quibus appellare non liceat ad restitutionem, seu relaxationem possessionis, ac fructuum, reddituum, & prouentuum, nec non refectionem expensarum, ac damnorum, & interesse huiusmodi, perinde ac si contra eosdem successores sententia, seu sententiæ latæ, & literæ executoriales huiusmodi decretæ fuissent, cogi, & compelli. Sic tamen, quod post quam alter ipsorum sententiæ seu sententiis, ac restitutioni, vel relaxationi possessionis, & fructuum, reddituum, prouentuum, nec non damnorum, & interesse huiusmodi refectioni, aliisque præmissis realiter, & cum effectu paruerit, alter de super molestari non possit. Et ita in præmissis &c.

Hãc Cõstitutionem explicat Gonzalez in proœmio octauæ regulæ Cancel. c. 7. nu. 1. & 2.

Extat etiam Pij V. constitutio, quod fructus beneficiorum lite pendente deponi debeant apud personam a iudice eligendam, non obstantib. quibuscunque statutis disponentibus, quod Capitula, & canonici percipiant, publicata Romæ die 3. Iunij 1568. fol. 1013. in Bullar. tenoris seq.

Pij V.

Cordi nobis est lites minuere, & a laboribus subditos, maxime personas ecclesiasticas diuino cultui debitas, releuare. Sane cum sicut accepimus in plerisque cathedralibus, & collegiatis Ecclesijs earum Cõstitutionibus, & statutis, etiam a Sede Apostolica approbatis, & confirmatis cautum sit, quod occurrentibus litibus, & controuersijs inter prouisos de dignitatibus, officijs, canonicatibus, & præbendis portionibus, & præstimoniis, ceterisque beneficijs ecclesiasticis qualitercunque qualificatis, tam ordinaria, quam apostolica auctoritate, tam super illorum prouisione, seu institutione, aut possessione, quam illorum idoneitate, & habilitate, aut alias ex quauis causa, & eorundem ad dignitates, canonicatus, & præbendas, ceteraque beneficia ecclesiastica prædicta admissione, & receptione, & Capitulum, & canonicos ceterosque capitulares personas, ad quos admissio, & receptio tam de iure, quam ex consuetudine spectat, & pertinet, aut etiam alias personas ecclesiasticas asserentes beneficia prædicta ad se de iure spectare, ipsi sic prouisi interim beneficiorum huiusmodi fructus, ac distributiones non percipiant, sed Capitulum, & canonici illas, vel in suos vsus, & vtilitatem conuertendas, seu restituendas ei, cui de iure restituendæ erunt, recipiant, prout in dictis Constitutionibus, & statutis, seu consuetudinibus continetur, quo factum est vt lites huiusmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri possit. Hinc est, quod nos hac nostra perpetuo valitura Constitutione auctoritate Apostolica statuimus, atq; decernimus, quod fructus, redditus, & prouẽtus, & distributiones, ceteraq; emolumẽta, quæ vigore Constitutionũ, cõsuetudinum, & statutorum prædicto-

dictorum a Capitulo,& Canonicis recipienda (vt præmittitur) erant, amplius non ab eisdem Capitulo,& Canonicis recipiãtur,sed penes personam fide,& facultatibus idoneam,per iudicem, coram quo causæ huiusmodi pendere repertæ fuerint, eligendam,& nominandam deponantur, restituenda ei,cui de iure postea restituenda fuerint.Sicq; per quoscunq; &c.Non obstantib.&c.

SERVITIVM CAPPELLANIÆ.

QVONIAM inter nostrates Iurisconsultos concertatum est, varie sentientes in dubitatione illa,videlicet,Quando testator, præuia Ordinarij licentia,ex proprijs bonis Cappellaniam fundauit, disponendo, quod quotiescunq; vacaret,prouideretur Cappellanus qui celebret, vel dicat tot Missas in qualibet hebdomada,seu mense, An in hoc casu Cappellanus præsentandus debeat necessario esse Sacerdos,seu saltem in tali ætate quod possit infra annum prebyteratus Ordinem suscipere, an vero testatoris voluntati satisfieret, etiam si præsentaretur non Sacerdos,qui per alium Missas celebrari curaret,sciendum est, quod posteriorem partem, nempe quod talis Cappellania non sit sacerdotalis, recipit ac pluries decidendo amplexa fuit Rota Rom.teste Hieron.Gonzalez in comment. ad reg 8.Cancell.gl.5.sub nu.77.& infra, eo quod prædicta verba (qui celebret tot Missas) non respiciunt factum ipsum celebrationis ab ipsomet Cappellano, nec obligationem Sacerdotij,sed potius sunt posita ad denotandum onus,quod ipse fundator Cappellæ imponebat, & sufficit vt expresse non sit ita impositum Cappellano quod per alium expleri non possit; Accedebat ad tollendam omnem hæsitationem declaratio Congregationis Sacrosanct.Conc.Trid.in vna Pistorien.sub illis verbis Item Episcopus non potest compellere obtinentem Cappellaniam vt ipsemet celebret, licet in eius funndatione disponatur, quod Cappellani celebrent,nam istis oneribus Missarum recte per substitutum satisfit.Et simiiter eadem Sacra Congregatio declarauit vt sequitur,Si fundatio Cappellæ esset sub verbis testatoris,quod Cappellanus debeat celebrare diuina officia die,noctuque sicut ceteri Cappellani faciunt,an Cappellanus hic debeat esse presbyter? Congregatio censuit ex his verbis positis in fundatione huius Cappellæ, non inferri necessario, vt Cappellanus debeat esse presbyter.

Prædicta sunt intelligenda,nisi expresse contrarium in fundatione cautum esset,scilicet quod Cappellania sit sacerdotalis,& ad eam præsententur Sacerdotes, & non alij,qui per seipsos, & non per substitutum celebrare possint, vel quod Cappellanus præsentandus dẽat esse actualiter Sacerdos, Cũ enim hæc verba exploratam disponentis voluntatem ostendant, interpretandi ratio cessat: verũ in primo casu adhuc sufficeret,quod præsentãdus in ea sit ætate,vt saltẽ intra annũ ad presbyteratus Ordinẽ promoueri valeat, in vltimo aũt secus, adeo quod nisi tẽpore præsentationis cũ effectu sit Sacerdos cũ ei deficeret qualitas illa a fundatore requisita,nec verba cõueniant,censetur ab ipso fundatore (cuius voluntas seruanda erit) excluſus,quæ cum ipsi sensui exposita sint,nullius probationis ope indigent. Dicunt tamen Doctores, & præsertim Felin.in c. cum accessissent, sub num.19.& 20.de constit.posse Episcopum ex causa pro vna vice dispensare. Sed an hodie huic potestati sit derogatum per Conc. Triden. sess. 24 cap.5.de refor. esset consulenda Sacra Congregatio. An autem Sacerdos obtinens cappellaniam

cum

cum onere celebrandi certas Missas, teneatur illas tempore infirmitatis per alia celebrari facere, adeo quod si id negligeret Capellaniæ redditus suos facere nequiret, late tradit Petr. Nauar. lib. 2. de restit. nu. 210.

SIMONIA.

PRAETER Summistas sciendum est, quod vltra committentes Simoniam realem in ordine, & beneficio ac mediatores, vt in extrauag com. Pauli Secundi de Simon. declarata per Nau. in Man. confess. c. 27. sub num. 106. per Card. Paris. in consil. 29. nu. 12 & infra volu. 4 per Addentes ad Diaz. in pract. cri. can. c. 91. & late per Io. Guttier. lib. 1 canon. q. c. 9. eius pœnæ fuerunt innouatæ, & ampliatæ per Pium V. vt patet ex constit. edita Kal. Aprilis 1566, fol. 924. in Bullario cip. Cum primum, & infra.

Pij V. Vt simoniacæ prauitatis labes prorsus aboleatur, constitutiones Antecessorũ nostrorum contra Simoniacos editas, & præsertim Pauli II. inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquentes tam in sacrorum ordinum receptione, quam in beneficiorum assecutione, statutis etiam inferius pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicunque igitur detestabile crimẽ Simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequẽdis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates ecclesiasticas simoniace acquisierit, illis sit ipso iure priuatus in futurum inhabilis ad eas, & quascunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium ecclesiasticum simoniace adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuũ omnium, quos perceperit restitutionem teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea & quæcunque alia beneficia ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus ecclesiasticis degradatus a fidelium cõsortio eijciatur. Qui vero ordines, & beneficia simoniace cõtulerint, pœnis a iure statutis puniantur cuiuscunque gradus, conditionis, & dignitatis etiam si Episcopi, Archiepiscopi, vel maioris fuerint. Caueant præterea quicunque, ne in sacramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant, alioquin grauissime puniantur per locorum ordinarios, qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurent iuxta Conc. Trid. statuta.

Sixti V. Sixtus Quintus alias pœnas addidit contra promouentes, & promotos ad ordines simoniace etiam in prima tonsura, vt in eius constitutione cõtra Clericos male promotos, quę in hoc non fuit moderata per S. D. N. Clement. viij. quam habes supra in verbo Ordo. fol. 390.

ADDITIO. Præd. extrauagantem Pauli 2. nouissime explicat Rodriquez in sum par. 2. cap. 58. conclus. 6. & Barthol. Vgolin. in tract. de Simonia tab. 4. c. 3. & sequentibus, vbi etiam aliqua ad intellectum Constitutionis Sixti V. quã ad verbũ recitat. reperies, & id quod passim prælleg. Doctores aliique ab eis citati affirmãt. Sed extrauag. Pauli 2 habere tantum locum in Simonia reali, quando aliquid datur vel recipiatur, decisum fuit per Dominos de Rota prout continetur in decis. 408 diuers. vol 1. An autẽ qui dat pecunias mediatori, vt sibi impetret dimissorias seu reuerendas ad ordines suscipiendos, quas per pecunias mediator impetrauit cõprehẽdatur in dispositione d. extrauag. Pauli 2. disputat. & resoluit Nauar. in cons. 58. de simon. in antiq. & 67. in nouis.

Vide ẽt Tolet. in sum lib. 1. c. 49. & li. 5. c. 93.

Contra

Contra prauas consuetudines recipiendi a prouisis de beneficijs. Vide Conc. Trid. sess. 24 cap 14. de refor. generali. Reuocatio priuilegiorum, & consuetudinum ecclesiarum aliquid recipiendi in collatione, aut alia prouisione, seu admissione ad possessionem beneficiorum fuit facta a Pio V. Romæ publicata, die 13. Iulij 1570. fol. 1085. in Bullar. incip.

Durum nimis, & incommodum arbitramur, quod ecclesiarum ministri in ijs quæ ad ipsorum sustentationem suppeditant, dispendia patiantur. Quo circa cū hanc ad rem, simulque prohibendam ab ecclesia Dei auaritię prauitatem, editas ante hac sanctiones minime satis esse intelligimus, nouæ Constitutionis subsidio cogimur prouidere. Cum itaque alias ex plurium ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatorum Constitutionibus, aut ex praua consuetudine obseruari intelligeretur, vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius Cathedralis ecclesiæ, vel beneficij canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesue illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus ecclesijs dicuntur turnorum lucra, interponeretur, licet sancta Synodus Tridentina hæc detestata mandauerit Episcopis, vt quæcunque huiusmodi, quæ in vsus pios non conuerterentur, atque ingressus eos, qui simoniacę labis aut sordidæ auaritiæ suspicionem haberent, fieri non permitterent. Ipsique diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus super prædictis cognoscerei, & illis tantum quas probarent exceptis, reliquas vt prauas, & scandalosas reijcerent. Eos vero, qui aduersus prædicta quauis ratione commisissent, pœnis contra simoniacos editis teneri decreuerit. Multorum tamen indomita cupiditate tam prædicta, quam alia ad beneficium, & commodum ipsorum ministrorum, edita, aut omnino contemnuntur, aut in varios sensus traducta perperam eluduntur. Quare nos pro diuini cultus exercitio, simulque euocatorum ad illum auxilio plenius, euidentiusque consulendum fore, rati, reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, consuetudines, & statuta quarumcunque ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanorum, ac maiorum nec non collegiatarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, aut alio quouis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriam, & longissimo, ac quantocunque tempore etiam continuo obseruata, siue pro soluendis ecclesiarum, vel Prælatorum debitis, siue pro supportādis illorum oneribus, siue alijs etiam maioribus, maximis, & vrgentissimis causis concessa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, & moderata, quod vacantibus, ipsarum Ecclesiarum dignitatibus, Canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficijs, & officijs fructus, ac etiam quotidianæ distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione Anno, aut longiore, vel etiam breuiore tempore prouenturi, Mensæ episcopali, seu Capitulari, alioue loco integre, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes vsus cedant, seu inter alios canonicos, & personas ecclesiæ seu Capituli diuidantur. Quodque nullus etiam Apostolica auctoritate prouisus in canonicū recipi, aut ad dignitatem, seu portionem, beneficium, vel officium admitti, vel alias in eius possessionem induci possit, nisi prius de obseruandis huiusmodi priuilegijs, consuetudinibus, & statutis iuramentum præstiterit, & obtentæ illorum derogationis, ac fructuum, distributionum perceptioni renunciauerit, seu Capitulo, & personis prædictis cesserit, sed (vt appellant) dulciaria

aut,

aut quid aliud præstiterit. Quorum omnium tenores, causas, & effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscunque illa concepta sint formulis, nec nō irritantibus, & alijs decretis roborata. Volentes ea omnia vires, & effectum de cetero non habere. Præcipimus igitur, & interdicimus omnibus Episcopis Capitulis, Collegijs, & personis, ad quos id pertinet, ne posthac fructus aut distributiones huiusmodi, nec prorsus vllam eorum partem retineant, neue ipsorum cessionem, vel renunciationem, aut dulciaria, vel alia quomodocunque petant, vel exigant, aut quemquam siue ordinaria, siue Apostolica auctoritate prouisum, ad præstandum huiusmodi iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti possessionem impediant, vel remorentur. Quicunque contra fecerint, si ecclesiarum Antistites tam diu a Pontificalis officij exercitio sint suspensi, donec satisfactione præuia illis per Sedem Apostolicam suspentio relaxetur. Capitula vero, & Collegia quæcunque ecclesiastico subiaceant interdicto, ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant. A qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio quam a Rom. Pont. absolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes huiusmodi præstita iuramenta non tenere nec quemquam illis obligari, quinimo iurantes in huiusmodi censuram incidere, nec non irritum, & inane quicquid secus super his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus statuimus, vt vbicunque huiusmodi fructus, & distributiones fabricæ, vel sacristiæ, aut alterius pij loci vsibus vltra semestre tempus reperiuntur concessi, horum duntaxat dimidia pars ipsi sacristiæ vel fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram vero beneficiati prædicti integre percipiant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Decreto prædictæ synodi, ac etiam Constitutione fel. rec. Ioannis Papæ xxii. quæ incipit, Suscepti, & alijs iuribus hac de re disponentibus nihilominus alias in suo robore duraturis. Ceterum per prædicta non intendimus illis præiudicare Capitulis, Collegijs, mensis, aut personis fructus, & distributiones inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem, siue possessionis apprehensionem prouenientes ex statuto, consuetudine, vel priuilegio huiusmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipsi illos interim vt antea, exigere valeant, & habere. Postremo volumus, vt præsentium exemplaetiam impressa, Notarii publici manu, & Prælati ecclesiastici, eiusue Curiæ sigillo obsignata eandem illam prorsus fidem vbique locorum in iudicio, & extra iudicium faciant, quam facerent ipsemet præsentes, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ reuocationis, abolitionis, præcepti, interdicti, decreti, statuti, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctū Petrū, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo, septuagesimo, pridie kal. Iulii. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Et vide c. veniens, & c. Iacobus, & extrauag. com. Vrbani 4. d. tit. de Simo. & Conc. Trid. d. sess. 24. de refor. generali c. 14. & adde ad extrau. com. vnicam. ne sede vacan. quæ est eadem cum extrauag. Ioan. 22. de electio.

ADDI-

ADDITIO. Huius decreti Concilii Trid. vigore præter alia argumenta ab eo adducta consuluit Nauar. cons. 15 de Simon. in antiq non licere Episcopo pro expeditione literarum collationis beneficii tertiam partem fructuū illius accipere, & proinde ad restitutionem teneri. Eiusdem decreti virtute consuluit idem consil. 7. eod. tit non potuisse tuta conscientia, Secretariū Cardinalis, consuetudine non obstante percipere scuta duo, unum pro subscriptione, & registratura Bullæ prouisionis beneficii ecclesiastici, & alterum pro impressione, seu appensione sigilli nullum alium laborem in ea sustinendo. Fertur tamē quo ad hoc Congregationē declarasse non posse Cancellarios pro expeditione literarū collationis, vel institutionis quorumcunque beneficiorum, vel pro deputatione Vicariorum in illis accipere suā mercedem nisi suo labori conuenientem, qui tamen scriptura, sigillo, & ceris computatis, vnum aureum nō excedat, dummodo ipsis Cancellariis salarium vllum pro officio exercēdo constitutum nō sit, & ex pecunia quam acceperint nihil prorsus emolumenti Collatores aliquo modo directe, vel indirecte accipiant. Potest vero in adeptione possessionis alicuius beneficii seu canonicatus, vbi talis adest consuetudo, aliquid solui conuertendum tamen in aliquem pium vsum ex Panor. in c. Iacobus de simon. quem communiter receptum, idque per prælleg. Conc. decretum confirmari fatetur. Nauar. in Man. confes. c. 23. sub nu. 102. vt ibi latius per eum.

Contra dantes, & recipientes etiam Episcopi ministros pro collatione ordinū vide Conc. Trid. sess. 21. c. 1. de refor. ex quo tex. notat inter alia Tolet. in Sum. lib. 5. c. 88. ex ea, quod Concilium generalissime loquatur, periculum esse etiā Cardelas accipere, vide S. Thom. 2. 2. & q. 100. artic. 2. ad 4 Sot. lib. 9. decis. & in q. 6. artic. 1. Nauar. in man. c. 23. nu. 102. & cons. 88. de Simon. in nouis, Vgoli. de Simon. tab. 4. c. 3. nu. 2.

Contra examinatores deputatos pro eligendis ad gubernandas ecclesias parochiales aliquid accipiendis decernit Conc. Tri. sess. 24. de refor. gen. c. 18. §. ...

Caueantque ne quidquā prorsus occasione huius examinis nec ante, nec post accipiant, alioqui simoniæ vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrant, a qua absolui nequeant, nisi dimissis beneficiis quæ quomodocunque etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur, &c.

ADDITIO. Huius ratio videtur, quia per approbationem factam in concursu acquiritur approbato ius ad beneficium, & sic pro illo iure spirituali datum videretur temporale examinatoribus. Nauar. cons. 58. vers. Ad quartum. de Sim. in antiq. etiam in Miscell. 41 de oratione, insinuat, in quibus huiusmodi examinatores peccare soleant, de quibus quatenus ad Simoniæ labem pertinet, agit Vgol. in tract. de Simon. tab. 1. cap. 48. §. 3. Et ex parte competitorum committi potest Simonia ex sequentibus. & Primo si duo concurrentes ad beneficium, alter ad impedimentum tollendum alteri pretium det, vt a concursu desistat, vt sic solus existens ipse obtineat Maiol. lib. 5 de irregu. c. 45 nu. 3 Secūdo si fieret pactio, quod alter alteri in concursu defectus, & exceptiones nō opponat cū realiter possint obiicere, sed se examini submitterent, & qui per superiorem dignior iudicaretur beneficium haberet, & solueret alteri pensionē annuam cum beneplacito Sedis Apostolicæ Nau. cons. 3. nu. 1 de Simon. in antiq. & cons. 39. 41. & 42. de simo. in nouis Flamin. Paris. in tract. de consid. benef. prohib. quæst. 47. nu. 9. Tertio si quis per virū potentē, cui pecuniam traderet seu promitteret, metum alius inferret, vt a cōcursu cessent. Vgolin. in d. §. 3. sub num. 5.

Eſt,& alia certa Simoniacæ prauitatis ſpecies, quam beneficiorum confidentiam vocant,de qua extat Pii IIII. Conſtitutio contra quoſcunque eccleſias,& beficia eccleſiaſtica quacunque in confidentiam retinentes, ſeu recipientes. Romæ publicata die 4 Decemb. 1564. fol. 820. in Bullario incip.

Pij IV. Romanum Pontificem in excelſa militantis eccleſiæ ſpecula conſtitutum, vigiles mentis oculos, non ſolum in abſentium extendere, ſed potiſſimum in præſentium domeſticorumque fratrum,& filiorum ſuorum mores diligẽter perſcrutandos,aliquando reflectere, ac eos præſertim, quos in Apoſtolicæ ſolicitudinis partem euocauit altiſſimus,ne dum ab omni pactionis illicitæ contagione,verum etiam ab eius omnimoda ſuſpicione,vacuos,& immunes cõſeruare decet, vt qui ceteros illuſtris officii ſublimitate antecellunt,eoſdem priſca etiam illa morum integritate præſtare dignoſcantur. Sane licet dudum,cum certam ſimoniacæ prauitatis ſpeciem,quam beneficiorum confidentiam vocant,etiam in Rom. Curia atque adeo in ſacrum venerabilium fratrum noſtrorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Collegium,quaſi per cuniculos irrepſiſſe, ac nonnullos ex ipſis fratribus,nimia quadam facilitate, ſeu potius importunis amicorum, familiarium que precibus adductos,beneficia eccleſiaſtica in cõfidentiam huiuſmodi recepiſſe,& frequenter recipere,intelleximus, hanc illicitam beneficentiæ exercendæ,ſeu amicitiæ colendæ viam,a tanto ſaltem Collegio prorſus eliminare cupientes, eoſdem fratres in Conſiſtorio noſtro ſecreto,non ſemel admouerimus,huiuſmodi beneficia cuſtodiendi modo ne aſſueſcerent,neue illa hoc pacto reciperent, vtque ſic recepta admitterent. Nihilominus nuper ad aures noſtras peruenit, eorum aliquos,monitionis noſtræ,immo potius ſuimet oblitos,ea, quæ cuſtodienda receperant,beneficia nondum tamen dimiſiſſe. Et inſuper illos,& nonnullos alios,etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos,Eccleſias,monaſteria,dignitates, & alia beneficia huiuſmodi,in ſui fauorem reſignata,ceſſa,vel alias dimiſſa,acceptaſſe,aut de illis,per obitum,& alias vacantib.a nobis, & prædeceſſoribus noſtris,ſeu etiã ab ordinariis, & aliis inferiorib.collatorib,et ad patronorum præſentationẽ, ad alterius cõmodum ſibi prouideri obtinuiſſe,illaque,ac etiam alia aliter vacantia,ſibi in titulũ, commendam,vel adminiſtrationem, aut alias dicta auctoritate conceſſa quandoque in reſignãtium, vel cedentium,ſeu etiam aliorũ fauorẽ ceſſiſſe,vel alias dimiſſiſſe. Ac ſibi propterea pẽſiones annuas,ac fructus, redditus,& prouentus Eccleſiarum, Monaſteriorũ,dignitatum,& aliorum beneficiorum huiuſmodi,in toto,vel in parte,etiam aliquando cum facultate illas, & illos trãsferendi, ac etiã collationẽ,prouiſionem,præſentationẽ, & aliam diſpoſitionem beneficiorũ eccleſiaſticorum,ad earundẽ eccleſiarum,monaſteriorum,& dignitatum Prælatos pro tẽpore exiſtentes,ac alios huiuſmodi beneficia pro tempore obtinentes pertinentiũ, nec non regreſſus, ſiue acceſſus,& ingreſſus ad eccleſias,etiã Cathedrales monaſteria,ac alia diuerſa beneficia eccleſiaſtica,ſibi reſeruari procuraſſe,& obtinuiſſe,ad hoc vide licet, vt confidentes ſic decimarũ Apoſtolicarum, vel communis dicti Collegii, & annatæ,aliorumque iurium dictæ Cameræ debitorum, ſolutionem eludant, integriſque beneficiorum, etiam in menſibus Apoſtolicis vacantium,aut alias diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ generaliter reſeruatorum,collationibus,ac interdum vt beneficia ipſa,tempore procedente,in aliquorum tunc forſan de iure inhabilium,& incapacium, vel nondum adhuc natorum, fauorem cedantur, ſeu reſignentur, vel vt perſonæ inhabiles, & incapaces huiuſmodi,

modi, etiam laici, pensionibus, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis fruantur, & gaudeant, seu potius illis, & facultate trãsferendi prædicta abutantur, in animarum suarum periculum, & perniciosum exemplum. Quare nos hanc Cardinalium eorundem, in monitionibus nostris parendo, in curiam, & tã illorum, quam ceterorum Prælatorum, etiam clericorum, ac aliorum quorumcũque indignam fallaciam, conniuentibus oculis diutius minime dissimulandam, sed huic errori, ne radices altius agat, occurendum tandem esse censentes. Et quoniam hanc ipsorum, qui monitioni nostræ non parentes beneficia huiusmodi in confidentiam, vt præfertur, retinuerunt, & fructus ex eis indebite, vel percipiendo, vel per alios nomine suo, etiam per simulatas illorum locationes, & fictas de receptis quietantias, ac donationes, & remissiones percipi sinendo, grauiter excesserunt Cardinalium metam, potius ex immoderata erga suos indulgentia, qualique præceptorum nostrorum spretu processisse facile reputamus, idcirco omnes, & singulas ecclesias, etiam Metropolitanas, & alias Cathedrales, & monasteria, etiam consistorialia, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates, etiam maiores, & principales etiam Conuentuales, personatus, administrationes, & officia ceteraq; beneficia ecclesiastica, cũ cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, ẽt de iure patronatus, etiam laicorum, etiam nobilium, & illustrium, etiam ex fundatione, & dotatione existentia, per eiusdem Romanæ Ecclesiæ etiã Episcopos, Cardinales, & quoscunque alios etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam eiusdem Cameræ Clericos, in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias, in huiusmodi confidentiam iure prohibitam, cuiusuis personæ, vt præfertur, contemplatione, vel intuitu, quouis modo recepta, illorum liberam collationem, & dispositionem nobis, & Sedi Apostolicæ, harum serie reseruãtes, ipso iure a die receptionis eorundem, vacauisse, & vacare: Ac fructuũ & pensionum reseruationes, ac facultates trãsferendi, & collationis beneficiorum concessiones, eis, vt præmittitur, factas, ac regressus, siue accessus, & ingressus concessos huiusmodi, cessasse, & cessare, ac extinctos esse, & eosdem Cardinales, seu quosuis alios a prima die receptionis beneficiorum huiusmodi citra, fructus, redditus, & prouentus earundem Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ac pensiones, prædictas, indebite percipere, suosque facere non potuisse, neque debuisse, sed illos omnes, & singulos, ad Cameram eandem deuolutos fuisse, & esse, illique deberi, ac ipsos Cardinales, & alios, ad quorum manus quomodolibet peguenerunt, & eorum hæredes, ad integram illorum restitutionem in vtroque foro teneri, & ad id opportunis iuris remedijs compelli debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, decernimus, & declaramus. Et in super vniuersis, & singulis, tam eiusdem Ro Ecclesiæ Cardinalibus etiã Episcopis, quã Prælatis, & Clericis, & aliis prædictis pręsentibus, & futuris, ne deinceps vllo vnquam tempore, aliquas Ecclesias, Monasteria, dignitates, vel alia beneficia, etiam, de dicto iure patronatus, vti pręfertur, existentia, aut fructus, vel pensiones, aut regressus, seu accessus, in cõfidentiam prædictam, aut ad effectum reseruationum huiusmodi, sibi postmodum cedentibus procurandarum, recipere præsumant, Cardinalibus videlicet, & aliis Pręlatis huiusmodi in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub interdicti ingressus ecclesiæ, reliquis vero sub maioris excommunicationis latæ sententiæ pœna, per contrafaciẽtes eo ipso incurrẽda, a qua, nisi a nobis, aut Ro. Pontifice pro tempore existẽte, præterquam in mortis articulo, cõstituti, absolui nequeant, districtius inhibemus. Ac quascunque collationes, prouisiones, præfectiones, commendas, reseruatio-

nes, facultates etiam transferendi, ac regrediendi, siue accedendi, & ingrediendi, ac alias dispositiones, de ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, & aliis beneficis, eorumq; fructibus, & beneficiorum collationibus per nos, & alios Romanos Pontifices successores nostros etiam motu proprio, seu consistorialiter, aut etiam per ordinarios, & alios inferiores collatores, etiã ad patronorum eorundem præsentationem, & alias quomolibet cum interuentu confidentiæ huiusmodi, expresse, siue occulte ac de iure præsumpto, & alias contra præmissa pro tempore factas, nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, neque cuiquam suffragari, sed ecclesias, monasteria, dignitates, ac alia beneficia huiusmodi, ipso iure vacare, ac nostræ, & Sedis Apostolicæ dispositoni reseruata, fructusque, & pensiones Cameræ Apostolicæ applicatos, ut præfertur esse, & censeri: Sicque in premissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices, & Commissarios, etiam ipsius Ecclesiæ Romanæ Cardinales, sublata eis quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas, & eorum arbitrio (cum alias confidentias huiusmodi in lucem erui, & probari non posse constet) procedendo, iudicari, & definiri debere. Ac quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irritum, & inane similiter decernimus. Non obstantibus, &c.

De confidentiis beneficialibus, earumque casibus, præsumptionibus, & probationibus, & pœnis retinentium beneficia in confidentiam, extat etiam Pii V. Constitutio Romæ publicata die 6. Augusti 1569. fol. 1051. in Bullario incip.

Intolerabilis multorum peruersitas, qui Sacrosanctas Constitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, sæpe illarum auctores in necessitatem adduxit cautius prouidendi, quo pertinacium animi ab improbis conatibus grauiore sanctione proposita reprimantur. Bene quidẽ, & prouidenter felicis recordationis Pius Papa IV. prædecessor noster ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum ecclesiasticorum corruptelam, statuit, & decreuit, vt ipso iure vacarẽt ecclesiæ, monasteria, ceteraque beneficia ecclesiastica in confidentiam a quibuscunque, etiam S.R.E. Cardinalibus, cuiusuis personæ contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum dispositionem, sibi, & Apostolicæ Sedi reseruando; Nec valerent ipsorum collationes, seu concessiones, nec fructuum, nec pensionum reseruationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi seu accedendi ad ecclesias, monasteria, beneficia supradicta, illaque recipientes, fructus, pẽsiones, & alias res eorundẽ indebite perciperent, Prohibens quibuscunq; etiã sub censuris ecclesiasticis, ne qui huiusmodi amplius auderent. Ac etiã decreuit omnes, & quascunque prouisiones, præfectiones, collationes, cõmendas, & alias dispositiones de ecclesiis Monasterijs, & beneficijs, nec non reseruationes fructuum, pensionum, rerum, & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedẽdi, & ingrediendi, aliasque facultates, siue per se, siue futuros Rom. Pont. etiam motu proprio, ac consistorialiter, siue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præsentationem, cum interuentu confidentiæ huiusmodi, siue expresse, siue occulte, ac de iure præsumpto, & alias contra prędicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam suffragari, sed ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi ipso iure vacare, ac prædictæ dispositioni reseruata esse, sicque per quoscunque etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas, & alias

eorum

eorum arbitrio procedendo (cum alioqui confidentias huiusmodi in lucem erui, & probari non posse constaret) iudicari, & diffiniri debere. Nec non irritum, & inane, quicquid secus contigerit attentari, quemadmodum confectis super his literis suis plenius continetur. Veruntamen propter improbas multorum cupiditates, prædicta quæ ad purgandam hac pernicie ecclesiam, & animarum salutem ab ipso prędecessore edita sunt, in multis deprehendimus viam aperuisse grauius delinquendi. Si quidem cum frequentibus plurium querelis pridem concitati, quod iudices in causis huiusmodi confidẽtiarum expediendis remissiores essent, omnes, & singulas causas ipsas vbicũque, & inter quoscunque motas ad nos aduocauissemus, ac omnimodã huiusmodi causarum præsentium, & futurarum, rerumq; omnium ex ipsis resultantium cognitionem nobis, & successoribus nostris reseruauissemus, & super quibusdam coram nobis processum fuisset, variis inde, nec leuibus coniecturis intelleximus vitium quidem confidentiæ occulte irrepsisse, sed in plerisque causis præsumptiones, & coniecturas, quæ ad illud probandũ deducuntur, minime sufficere, cuiusque rei causa plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem huiusmodi confidẽtias exercebant, vbi cognouerunt obstructam veritatem propter difficultates probãdi in iudiciis confidentias ipsas contẽpta constitutione prædicta, ecclesias, monasteria, & beneficia sic recepa, vt prius retinere, alios fructus, pensiones, & alias res percipere: alios eorum exẽplo ad similia, & grauiora fidentiis commoueri. Multi enim ipsa beneficia iure retinere nequeunt: alij ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, & ad bellum proficiscantur, vt inimicos occidant: alii vt alieno nomine lites agant, aut defendant; alij propter crimina incapaces: quidam vt purgato delicto, vel absolutione consecuta illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum, aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpe laicis, & inhabilibus. Plerique vel senes, vel infirmi, vt beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciarunt, & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa etiam num infantibus, aut nascituris asseruent, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reseruatione fructuũ, & aliarum rerum, aut accessu præsertim ab illis, qui præstandorum iurium Cameræ Apostolicæ sunt immunes: alii aut incapaces, aut aliis beneficijs ecclesiasticis onusti, aut ecclesiastico ordini sese mancipare refugientes, aut mere laici beneficia ecclesiastica alij conferenda procurant, vt de illis postmodum ad libitum suũ disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarij, & alii collatores, ac etiã patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus, seu pensiones capiant eorundẽ, aliisue faciant ministrari. Alia itẽ permulta eiusmodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarũ puritas impie violatur, disciplinæ ecclesiasticæ neruus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarũ. Quare nos volentes periculosam taliũ audaciam noui iuris subsidio cohibere, præsentiũ auctoritate statuimus, vt si quis quacunque auctoritate ecclesiam, vel monasteriũ, aut aliud beneficium ecclesiasticum, qualecunque ex resignatione, vel cessione cuiuscunque personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, vt illa, vel illud etiam in euentum regressus, vel accessus, eidem dimittendi vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alii, vel aliis concedantur, vel pensiones soluantur, ex eisdem hæc confidentia censeatur. Itidem si ordinarius, vel alius collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum beneficium ecclesiasticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, aut postea in alterum pro ar-

bitrio collatoris, seu alterius cuiuscunque contra ius communis ordinationem di sponatur, siue vt de eo prouisus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis, vel cedentis, aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionē illi, vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per se, vel aliū scripto, aut verbo iusserit, seu significauerit, persoluat, & pariter si a patrono etiā laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc si clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius a solutione iurium ipsius cameræ, vel etiam Cancellariæ Apostolicæ exemptus, post resignationem, vel cessionē alicuius extranei, de ecclesia, monasterio, vel alio beneficio ecclesiastico in Sede Apostolica, vel alia auctoritate factam, & admissam, illam, vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa in eūdem resignantem vel cedentem, modico spacio interiecto, veluti duorum, aut trium mensium retroceserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus ecclesiæ, seu monasterij, aut beneficij, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reseruatum aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illam, vel illud, ipsi clerico, vel Cardinali, aut alij exempto sit, fuerit ue concessus. Postremo si quis crimine aliquo absolutus, aut cū quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit, quacūque auctoritate ecclesiam, monasterium, vel aliud beneficium ecclesiasticū, quod ante, vel post commissum delictum, aut contractum irregularitatem dimiserit, in quouis horum casuum confidentiæ prauitas sit contracta, casusque huiusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illi speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Ad probandum vero plene confidentiarum abusum inter alias etiam hæ præsumptiones, & coniecturæ habeantur legitime videlicet, si quis post cessam ab se ecclesiam, vel monasterium, aut beneficium, & publicatā resignationem, seu cessionē, captamque a successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus illius, per se, vel alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicunque successor illi, vel eius propinquis ipsos, aut partem aliquā remiserit eorundem. Si recipiēs beneficiū constituerit dimittentē, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendū, vel locandū fructus beneficij dimissi, & illi vel illis de fructibus perceptis, aut percipiēdis, donationem fecerit. Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ personā recipiētis cōcernit prosecuta sit, simulque expēsæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. Denique si quis pro cōcessione alicui facta quacūque auctoritate de beneficio ecclesiastico per se, vel aliū seu alios interceserit, vel alias in negotio cōcessionis, sese immiscuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructib. talis beneficij de facto ēt per manus possessoris, ac ēt simplicis donationis titulo perceperit seu de illa postmodū ad voluntatē interceſsoris fuerit dispositum quandocunq; Testes aūt de quaque re singulares singulas probare valeant præsumptiones, & cōiecturas, pluresque huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenā probationē faciant in prædictis. Ceterum criminosi, & ceteri omnes, qui ad perhibendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur. Sed ne quisquam ēt vana fiducia fretus, non intendendi contra se iudicii, in crimine perseueret, vtque hoc malum grauioris censuræ stimulo vsquequaque prohibeatur, omnes, & singulos, qui hucusque ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones, alia sue res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, nisi statim ad se reuersi, & resipiscentes celeri dimissione sibi prospexerint, & quicquid tale admiserint in futurum, etiam omnibus, & singulis aliis

ecclo-

ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, administrationibus, officiis, & beneficijs obtentis, quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi volumus, nec non fructibus, pentionibus, & alijs rebus ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & alijs officijs temporalibus præsentium auctoritate priuamus, & ad futuras inhabiles decernimus, & in iuris subsidiũ excõmunicationis sententia innodamus, a qua nullus, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio, quã a Rom. Pont. absolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim aduocatione causarũ huiusmodi, & reseruatione cognitionis illarum, rerumque omnium inde emergentiũ, nobis, & prædictis successoribus, vt prædictũ est, factis (causis illis duntaxat exceptis, quæ iam coram nobis pendere noscuntur, ac etiãm s, quas ratione ecclesiarũ, & monasteriorũ, quorum dispositioni Consistorio fieri consueuit, aut debeat, itemque cõtra ordinarios collatores Eõs, & alios superiores, prælatos, etiã Cardinales haberi cõtigerit, vti iã alijs nr̃is literis statutũ est, audiendis, & terminandis) harũ serie prorsus relaxata, decernimus ita deinceps quoscunque iudices ordinarios, & legatos, ẽt causarũ Palatij Apostolici Auditores, ac prædictæ Rom. Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & ipsorum cuicunque quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicare, interpretari, & diffinire debere, nec non irritũ, & inane, quicquid secus in prædictos per quoscunque, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinarijs districtius iniungimus, vt in suis quisque ecclesiis, ciuitatibus, diœcesibus, & locis etiam exemptis, ad prædicta studiose attendant, & quatenus illis relaxauimus, in delinquentes seuere animaduertant, si diuinæ maiestatis iudicium, dictæque Sedis censuram voluerint euitare. In ceteris vero causis, negotijs (nobis, & prędictis successoribus exceptis) eosdem locorum ordinarios præsentium auctoritate delegamus, vt gratia, & fauore postpositis, pro se quisque, cũ venerit vsus, contra prædictos omnes sub ipsa exceptione comprehensos diligẽter inquirant, suoque inquisitiones omnes sigillo obsignatas ad prædictam Sedẽ quam primũ trãferant, vt nos, & prędicti successores in causis huiusmodi procedẽtes, quod iustũ fuerit, decernamus. Nos enim singulis ordinarijs ipsis prędictos omnes, & quoscunque alios, etiam exemptos, etiam per edictum publicum, constito prius summarie, & extraiudicialiter de non tuto ad illos accessu, citãdi monendi, eisque ac iudicibus ordinarijs, & delegatis, alijsque personis quibuscunque, ne prædictorũ executionem quoquomodo impediant, vel alias in illis sese interponant, etiam per simile edictum inhibendi, eosdemque, alios contradictores, & rebelles quoscunque per censuras, & pęnas ecclesiasticas, ac omnia alia iuris, & facti remedia opportuna compellendi, auxilium brachij sæcularis, quandocunque opus erit, inuocandi, ceteraque in prædictis omnibus, & singulis necessaria faciendi, & exequendi, plenã, & liberã tenore præsentiũ concedimus facultatẽ. Non obstãtibus, &c. literis prędecessoris huiusmodi in suo robore duraturis. Volumus autem &c.

Ad hanc Constitutionem vide Suarez de censuris disp. 22. sect. 6. fol. 437. & ad materiam confidentiæ per hanc extrauag. prohibitæ extant consi. Nauar. in tit. de simon. in nouis videlicet a cons. 70. vsque 84. & vide Guttier. lib. 2. cano. q. c. 24. a num. 78. Lodouic. Lopez in instructorio conscien. par. 2. c. 9.

ADDITIO Præfatæ constitutionis Pii V. quatuor sunt partes principales, quæ tota die practicantur, si quidẽ post relationẽ tenoris Cõstitutionis Pii IV. quã fortiori vinculo innouat, confirmat, & ampliat, & post specificationem causarum, ex quibus moueri possunt homines ad confidentiæ crimen committendũ, vt in versic.

Multi enim &c. In prima parte exprimit seu ponit quatuor casus quos ipse confidentiales iudicat, qui continentur in § Quare nos volentes & in c. in secunda parte inducit modos probandi confidentiam per quatuor coniecturas, seu legitimas præsumptiones, ex quibus in foro exteriori commississe conuincitur in §. Ad probãdum, & c. in 3. parte disponit circa personas testium s. vt ad probandum hoc confidentiæ crim. testes singulares sufficiãt, & vnius testis dicto stetur, in §. Testes autem, etc. Et quoniam præd casus, & coniecturæ quib. hæc Simoniæ species s confident ia detegitur post Nauar in man. cap. 23 nu 109 & seq. reassumuntur per Maiol lib 5. de irreg., c. 45 Masc. in tract de prob. concl. 1307 Menoch in tract. de præsum. lib. 5 præs 9. Bartholom. Vgolin. in tract de Simonia tabula prima cap 22 latissime explicantur per Flamin. Paris in tract. de confident benefi. prohib. præsertim quæst 27 & septẽ aliis sequent. nõ erit propterea insistendũ; addimus tamẽ duas alias confidentiæ species per Rotam Romanam tales iudicatas, quarum prima est, quando resignans cum esset infirmus conuenit cum resignatario cui beneficia resignauerat, vt si ex illa infirmitate conualesceret, ipsa beneficia sibi restituerent, & si moreretur essent sua ita habetur in decis. 337 diuers. par. 3 li. 3 altera est, quãdo cõstaret ex literis missis resignanti directis in quibus resignatarius fateretur sibi factam fuisse beneficii resignationes ob id quod ipse tanquam fideiussor resignantis soluerat debitum eius creditori, & quia sumus in his, quæ difficilem habent probationem sicuti in cõfidentia quæ secrete tractatur, fuit conclusum hanc coniecturam seu circumstantiã sufficere ad probandam confidentiam ita Caputaq. decis. 200 part. 1. assertio illa quod quando Sumus in his quæ sunt difficilis probationis sufficit probatio per coniecturas, declaratur per Gratum in cons. 45. nu 4. lib. 2.

Quartam igitur, & postremam huius constitutionis principalem partem assumẽdo s. circa pœnas inobedientibus, & contrafacientibus inflictas, de quibus agitur in §. sed ne quisquã, & c. breuiter, & succincte aliqua diseremus. Et primo quod statẽ priuatione seu vacatione beneficiorum ipso iure per prænarratas extrauagantes illata, quorum collatio ipsi Sedi Apostolicæ reseruatur, nota casum specialem, cuius meminimus nos supra in verbo beneficiorum resignatio fol. 106 vers. Huius occasione, & c. in quo quis in foro conscientiæ tenetur beneficia dimittere, etiã quod non præcedat sententia declaratoria, & ratio est quia in illis non videtur iuste intitulatus. Paris in præalleg tract. q. 58. nu. 6 & ab initio nihil iuris in eis acquisiuit Nauar in man c. 23. sub nu. 111. optime Rodriquez in sum. c. 58. concluf. 6. notab. 8 p. 2. Et Vgolin. in tract de Simon. tab. 4. c. 6. §. 1. nu. 2. Amplia, vt postquã illa dimiserit, non possit de nouo impetrare, & illa ex nouo titulo obtinere Caputaq. decis. 201. num. 2. par. 1. & expresse statuitur in quadam constit Pii IIII. edita ad reformandum officium Pœnitentiariæ fol. 744. in Bullar. incip. In sublimi §.

Caueat autem Pœnitentiarius ne in absolutionibus a Simonia reali, vel conuẽtionali etiam occulta vnquam concedat, vt ipsi Simoniaci, beneficia, super quibus Simoniam commiserunt, seu pecunias, vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde post commissam Simoniam perceptos in toto, vel in parte retinere possint; Quinimo, & in absolutionibus huiusmodi apponatur clausula, quod verque ad beneficium, super quo fuit commissa Simonia perpetuo inhabilis existat. Hactenus verba Pij IIII. per quæ verba, vt asserit Tolet. in sum. lib. 5 c. 93. n. 6. Summus Pontifex reseruauit sibi dispensationem in retinendo beneficio, & fructibus per Simoniam conuentionalem, & occultam perceptis.

Secundo

Secundo ampliatur vt d. priuatio censeatur ipso iure facta non solum de beneficijs, super quibus est commissa confidentia, sed etiam de alijs ante rite, & licite obtentis, ita ex vi verborum Constitutionis Pii V. colligi per plura docet Paris. in eadem quæst. 58. nume. 31. & infra, quod nota quo ad multos effectus, qui resultant ex amissione beneficiorum ipso iure, de quibus per Hoied. in tract. de incompatib. benef. cap. 13. num. 59. & sequ. par. 1. Declara secundum Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 37. sub §. 5. prope finem. hoc procedere in foro exteriori, verum vt in foro conscientiæ Simoniacus dimisso beneficio Simoniace habito, & absolutus ab excommunicatione possit frui primis beneficijs rite suscep tis, & ita in gl. in c. inquit temperandum esse rigorem extrauag. Pauli II. & Pii V. de cõfidẽtia, vbi rationẽ affert, quia bonis propriis, & iure quæsito, ac possessione nemo in pœnã priuandus est ante sententiam saltẽ criminis declaratoriã.

Tertio amplia, vt ad euitandam hanc priuationis pœnam non suffragetur allegati ignorantiam præd. Constitutionum, ac confidentiæ per eas prohibitæ, quã opinionem veriorem in iure esse, eam sustinendo, voluit Decius in c. 2. nu. 35. de Constit. & ratio est, quia hæc ignorantia non videtur probabilis ex attentatione facti alias de se damnati, & illiciti Panor. in c. a nobis. el 1. num. 9. de sen. excom. quam opinionem sectando Paris. q. 11. nu. 30. alia ratione comprobat, quia alias daretur causa committendi confidentias, & deludendi præfatas Constitutiones, ideoque hanc viam non esse aperiendam.

Limita, & primo, quando confidentia esset commissa ab alio, accipientibus tamen beneficia illam ignorantibus, veluti cum consanguineus procurat, vt alicui ex suis coniunctis conferatur, seu renuncietur beneficium, promittens beneficii, eiusque fructuum dispositionem ad libitum ipsius cõferentis, seu resignãtis, vel & secundo cũ beneficia asseruãtur pro quibusdã incapacibus, quibus effectis habilib. fuerũt postea dicta beneficia resignata ab his, qui illa habuerunt in confidentiam, quæ limitatiõ sane est intelligenda, & primo non quidem ad effectum, vt in foro exteriori priuari nõ possint ipsis beneficiis, super quibus commissa est confidentia, quamuis insciis illius facti, & ratio est, quia in odiũ criminis ad quoscũque trãsit res, trãsit cũ vitio. Panor. in c. ex insinuatione, nu. 6. de Simon. sed duntaxat quo ad pœnas priuationis aliorum beneficiorũ iuste obtentorum, & declarationis inhabilitatis ad alia, quæ per has Constit. inducuntur, esset enim contra omnem legem, vt quis ex delicto ab alio commisso puniatur, & ita cũ hic casus euenisset fatetur Paris. in d. quæst. 21. sub num. 47. se vidisse cõsultum per plures excellentissimos V. I. DD. Italiæ, & Hispaniæ. Secundo d. limitatio intelligenda est, quod isti tales, ne incipiant ligari his, & alijs pœnis in præd. extrauag. adiectis super veniente sciẽtia, & certificati de hoc, s. de confidentia ab alio commissa, debent statim illa beneficia dimittere, quam conclusionem approbasse Ro. Romanam asserit Gomes. in regula de Trien. possess. quæst. 12. vers. Et ista quæ dicta fuerunt, &c. Nauar. in cons. 15. num. 6. & cons. 65. de Simon. in antiq. Vgolin. in cit. tract. tab. 4 §. 2. num. 1 & est comm. opinio. vt per Pari. in ead. quæst. 21. num. 52. Secundo limita has extrauag. in eo, quod reddunt ipsarum transgressores incapaces, & inhabiles ad alia beneficia in futurum obtinenda, nisi habuerint dispensationem, qua mediante sit licitum, quod alias erat illicitum Doct. in cap. at si clerici, §. de adulterijs, de iudic. Caputaque. in præalleg. decis. 201. num. 1. par. 1. & decis. 238. par. 3. Tertio limita, vt per has Constitutiones non puniatur tractatus illicitus de renunciando beneficium sub confidentia, ipsa resignatione non sequuta, vel etiam si fuisset sequuta, sed non eo modo

vt

vt fuit tractatum, ac etiam si facta fuisset traditio chirographi continentis promissionem illicitorũ, a quibus postea recessum fuerit ex Nauar. in cons. 48. nu. 3. de Simon. in antiq. & ex lectura ac contextu præd. constitutionũ apparet illas loqui in casibus, in quibus realiter fuerit confectus actus sub titulo confidentiæ, prout considerat Paris. in d. tract. q. 3.

Altera pœna quæ ex his extrauag. & præsertim. Pij IIII. in vers. in eosdem Cardinales, &c. colligitur, est, Cõfidentiarios, eorumque hæredes in vtroque foro teneri ad integram fructuum perceptorum restitutionem ex beneficijs, quos habuerunt in confidntiam a prima die receptionis illorum Cameræ Apostolicæ faciendam, & ratio est quia illos suos facere non potuerunt ex causa iniustæ acceptionis, tanquam a lege prohibitæ, arg. text. in c. qui contra iura. de regul. iur. in 6. vnde cum causa confidentiæ commissæ reddidit eorum titulum inutilem, & ipso iure nullum, non habuerunt facultatem a illos capiendos, & sic, vt quidam fures rem alienam detinere videntur. Rodoan in tract. de simon. part. 4. cap. 14. sub nu. 19 & diceretur integre fieri restitutio quando plenarie, & vsque ad vnũ quadrantem fieret arg. tex. in c. commissum, & c. tua nobis. de decim. Bald. in c. conquerente, nu. 1. de restit. spoliat. vide Purpurat. cons. 466. nu. 27. vol. 2. Amplia vt tanquam iniusti alienæ rei possessores tam in iudicio animæ, quam in foro exteriori teneantur restituere nõ solum fructus qui potuissent a quolibet diligẽti percipi, sed etiam fructus perceptos propter eorum industriam, & solicitudinem, deducta tamen huius solicitudinis iusta mercede, prout explicat Didacus Couar. in relect. regulæ peccatum. par. 2. §. 2. num. 4. de reg. iur. in 6. Declara hoc esse intelligendum deductis etiam expensis in colligendo ipsos fructus, & illis, qui expensi sunt in vtilitatem Ecclesiæ. D. Thom. 2. 2. qu. 100. art. 6. in solut ad 3. Burgas. in tract. de irregular. par. 6. tit. de Simonia, num. 85. & Vgolin. in præal. leg. tract. tab. 4. cap. 6. §. 2. num. 4 & cap. 7. §. 2. num. 3. Ioan. Gutier. lib. 2. cano. q. c. 24. num. 14. Secundo amplia vt etiam habita prius absolutione ab excommunicatione reseruata, nequeat Confessarii hos Confidentiarios absoluere, nisi facta præd. fructuum restitutione, alioquin si per ignorantiam crassam, seu affectatam absoluerent ante restitutionem, vel antequam præciperent eam confitenti ad id parato, peccarent, & remanent obligati ad restituendum, quia fuissent in causa ne alienum restituatur, Rosel. in verbo Restitutio 2. §. 9. Angel. in cod. verbo vlt. §. 5. declarando, vt per Nauar. in man. ca. 17. num. 22. Limita, vt non debeat fieri restitutio de fructibus perceptis ab iis, qui d. beneficia assequuti, sunt per confidentiam a tertio commissam, ipsis tamen ignorantibus ex dictis per Nauar. in cons. 30. num. 3. & 4. & cons. 60. de Simon. in antiq. quod intellige, & primo de perceptis ante habitam notitiam de confidentia, secus vero de perceptis post eius notitiam ex rationibus per eundem Nauar. adductis in cons. 61. nu. 7. cod. tit. 2 intellige de perceptis, & qui bona fide consumpti reperiuntur ante d. scientiam vitij confidentiæ, secus vero de fructibus extantibus tempore scientiæ, & dimissionis faciendæ ipsorũ beneficiorũ ex D. Thom. loco præcit. quẽ sequi videtur Couar. in regul. peccatum par. 2. §. 8. sub num. 8. de regul. iur. in 5. & Rodriq. in sum. par. 2. cap. 68. concluſ. 3. Vgolin. in d. cap. 7. § 2. Paris. vero in præal. leg. tract. q. 21. num. 50. nulla habita distinctione in hoc casu in terminis, huius extrauag. Pii V. tenet fructus perceptos esse restituendos: mihi vero æquius, & probabilius videtur eius opinionem esse moderandam, ac intelligendam secundum præsentem, & præ narratam declarationem. tu autem cogita. Secundo limita quo ad fructus sic male, & indebite perceptos, cõdonatos seu remissos ipsi bene-

beneficiario, siue in totum ex gratia, siue in partem vltra summam solutam ratione compositionis factæ cum Camera Apostolica, cum de stylo Datariæ sit, vt soleat partem fructuum male perceptorum exigere, & reliquos condonare, vt colligitur ex Nauar. in comment. de Spol. cle. §. 12. sub num. 4 & Mandos. de signat. grat. ti. de Absolutio a mala fruct. percep. quæ compositio dicitur quædam gratuita conuentio. Rebuf. in tract. de decim. q. 13. nu. 14. qui beneficiarius vt sit tutus in foro conscientiæ, debet exprimere verum valorem fructuum exactorum Nauar. cons. 73. de Simon. in antiq. etiam si huiusmodi fructus fuissent modicæ quantitatis, cum eius taciturnitas gratiam surreptitiam redderet. Puteus decis. 131. lib. 1. Mandos. loc. cit. Paris. in eod. tract. q. 60. num. 35. & infra, quo loco etiam insinuat formã, & praxim hodiernã circa hãc fructuũ restitutionẽ seu cõpositionẽ.

Est & alia pœna quę per has extrauag. infligitur scilicet excommunicatio ipso facto incurrenda, cuius absolutio Summo Pontifici reseruatur. Amplia, & primo vt de eius substantia non requiratur, seu expectetur iudicis declaratio, sed statim ipsi confidentiarij in eam incidant, eaque ligentur, & ratio est quia immediate trahit secum executionem cap. pastoralis, §. verum, de appellat. Felin. in cap. Rodulphus, sub num. 38. de rescript. Decius cons. 45. num. 4. Sot. lib. 1. de iust. & iure quæst. 6. art. 6. Roderi. Tom. 1. quæst. regul. q. 8. art. 4. Cęsar de Graf. decis. 2. num. 13. sub tit. de sent. excom. Secundo hanc excommunicationis pœnam extende, vt illa afficiatur etiam mediator seu interceslor, qui ipsam confidentiam procurauerit, tum quia mediator criminis dicitur ipsum delictum committere, vt annotant Gemin. & Franc. in c. mediatores, de testib. in 6. tum quia qua ratione mediator Simoniæ incidit excommunicationem, vt expresse cauetur in extrauag. 2. §. statuentes, sub tit. de Simon. inter com. eadem etiam mediator Confidentiæ arg. tex. in l. illud, ff. ad legem Aquil. & in l. a Titio. de verb. oblig. & ad hoc vt quis dicatur mediator Simoniæ, seu confidentiæ non requiritur, quod ipse ob eã aliquid percipiat, sibique quærat, sed satis est, vt mediator fuerit, vt illa fiat, sicuti probatur in d. extrauag. 2. & tradit Nauar. in cons. 59. de Simon. in antiq. Vgolin. in eod. tract. tab. 4. cap. 8. vbi de istis proxenetis, & mediatoribus, post Redoan. in tract. de Simon. par. 4. cap. 10. agit, & ad pœnas ad quas teneantur; Vbi vero huiusmodi mediator aliquid de beneficij fructibus perceperit, tũc quia non solum est mediator, sed etiam dicitur principaliter facere, & confidentiæ delictum committere, aliis vtique pœnis afficietur præter illam excommunicationis. Paris. in eo. tract. quæst. 22. sub num. 14 dicens id aperte liquere ex verbis d. extrauagan. Pij V. in vers. Denique si quis, &c. Limita, vt in hanc excommunicationis pœnam non incidant tam ignorantes prædictas Constitutiones iuxta ea, quæ scribit Nauar. in plutibus consilijs, sub tit. de sen. exc. & præsertim in man. cap. 27. num. 274. vbi neruosius quam alibi huius conclusionis rationes tangit, etiam si per legem Papæ excommunicatio esset imposita pro facto de se illicito, & tradit. qui alios citat in sum. lib. 1. cap. 8. vers. Aduerte rursus. prope finem, quã etiam ignorantes confidentiam ab alio commissam, in quo omnes Doctores cõcordare asserit Paris. in d. tract. quæst. 21. num. 43. quod declara ex dictis supra in secundo intellectu primæ limitationis ad primam pœnam. Secundo limita, vt neque irregularitatem incurrant si ante absolutionem ab excommunicatione a Summo Pontifice obtentam ignoranter celebrarint, quia ignorantia ac bona fide attenta ab irregularitate excusarentur, cum sine dolo non contrahatur ex allegat. in proprijs terminis per Nauar. in cons. 18. numer. 5. de Simon. in antiq. Sed extra casum violatæ censuræ dubium versatur in eo, an respectu ipsius

sius criminis scilicet confidentiæ in beneficio commissæ efficiatur quis irregularis, & quidem quod Simoniacus in beneficio sit irregularis probat Lambert. de iure patron. par. 1. lib. 2. quæst. 9. art. 10. Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 45. sub nu. 1. & firmat Achil. de Graf. decis. 2. sub titul. de Simon. Veruntamen Nauar. in conf. 34. & seq. eod. tit. in antiq. sentire videtur, quod non solum iure antiquo attento, sed etiam nouo extrauag. Pij V. incip. Cum primum, ob crimen Simoniæ in beneficio commissum ipso iure in foro conscientiæ quis irregularitatis, & inhabilitatis pœnas non contrahat ante sententiam condemnatoriam, & Henriquez loco superius cit. asserit Simoniacum etiam publicum in beneficio non fieri irregularem, quia nullo iure exprimitur, nec sit crimen depositione dignum, in terminis vero huius Constitutionis Pij V. Paris. in præalleg. tract. q. 61 num. 9. affirmatiuam opinionem verissimam, ac in iudicando, & consulendo tenendam existimat ponderando inter alia ipsam in eo, quod confidentiarios beneficiis obtentis priuet, & ad futura inhabiles reddat, ex quo, inquit, satis videri constare de irregularitate, quæ inter præcipuos effectus hunc inducit, vt irregulari non possint beneficia conferri. Doct. in cum nostris, de concess. præb. Cardin. Paris. in cons. 136. nume. 40. vol. 4. alijque citati per Didac. Couar. in præd. §. 8. sub nume. 6.

Pauli IV. Constitutio publicata Romæ die 27. Nouembris 1557. contra eos, qui pro obtinendis beneficijs seipsos pro alijs in examine supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab eis aliquid consequãtur, vel pro seipsis, vt alijs postea cum pensione resignent f. 6014. in Bullar. incip. Inter ceteras curas, & infra.

Nos præmissis fraudibus, & dolis, ac hæresi Simoniacæ quantum cum Deo possumus efficaciter occurrere volentes, Apostolica auctoritate, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, atque decernimus, quod de cetero omnes, & singuli, qui post publicationem præsentium in locis infra scriptis faciendam occasione beneficiorum obtinendorum se alios esse simulauerint, & tanquam tales se in examine supposuerint aut beneficia pro personis ignorantibus, seu pro se, vel pro alijs cum oblatione alicuius pensionis annuæ, aut pro alijs cum spe pensionem annuam, aut aliud quantumuis modicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro seipsis principaliter, animo, & intentione ea prorsus modũ in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum, cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procurauerint, cuiuscũque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, etiam si Episcopali, aut alia maioti dignitate Ecclesiastica, vel Cardinalatus honore seu mundana, etiam Regia, Ducali, aut Marchionali præeminentia præfulgeant excommunicationis, & anathematis, ac maledictionis æternæ sententiam, a qua nisi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti absolui nequeant, nec non priuationis omnũ, & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, sæcularium, & quorumuis ordinum regularium per eos in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnam eo ipso absque alia desuper facienda declaratione incurrant, ita vt confiito solum summarie, & extraiudicaliter, quod ipsi contra tenorem præsentium aliquid fecerint, per Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalem Auditorem, seu Viceauditorem vel eius Locumtenentem pro talibus, & vt tales publicari possint, & nihilominus sic, vt præfertur, obtentæ prouisiones, & commendæ, aliæq; dispositiones

tiones nullæ sint, irritæ & inanes, nullumque alicui ius in ipsis beneficiis, vel ad illa tribuant, nec aliquis earum vigore fructus suos faciat, sed ad eorum restitutionem teneantur, possintque beneficia, tum sic impetrata, quam per eos antea obtenta, tanquam modo præmisso vacantia a nobis, & Rom. Pontifice pro tempore existente duntaxat libere impetrari volumusque statutum, ordinationem, & decretum nostrum huiusmodi, etiam quo ad Monasteria monialium, & alia beneficia per moniales, aut alias mulieres obtineri solita locum habere. Non obstantibus.

SODOMIA.

PRÆTER Summistas sciendum est, qualiter contra clericos nefandi criminis reos vltra disposita in Concil. Lateranensi sub Alex. 3. relato in c. clerici de excessi prælat. pœnæ fuerunt aggrauatæ per duas Constitutiones Pii V. quarum prima est sub Datum Romæ kal. Aprilis 1566. in Bullario fol. 924. incip. cum primum.

§. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, perpetrauerit, curiæ sæculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit omnibus ordinibus degradatus simili pœnę subiiciatur.

Altera vero constitutio de priuatione clericorum propter incontinentiam, & eorum traditione brachio seculari, est eiusdem Pii V. publicata Romę die tertio Septembris 1568. fol. 1028. in Bullario incip.

Horrendum illud scelus, quo pollutæ fœdatęque ciuitates tremendo Dei iudicio conflagrarunt, acerbissimum nobis dolorem intulit, grauiterque animum nostrum commouet, vt ad illud quantum potest comprimendum, studia nostra cõferamus. Sane Lateranensi Concilio dignoscitur constitutum, vt quicunque Clerici, illa incontinentia, quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, deprehensi fuerint labore, a Clero deijciantur, vel ad agendam in Monasterijs pœnitentiam detrudantur. Verum ne tanti flagitij contagium, impunitatis spe, quæ maxima peccandi illecebra est, fidentius inualescat, Clericos huius nefarij criminis reos, grauius vlciscendos deliberauimus, vt qui animæ interitum non horrescunt, hos certe deterreat ciuilium legum vindex gladius sæcularis. Itaque quod nos iam in ipso Pontificatus nostri principio, hac de re decreuimus, plenius nunc, fortiusque persequi intendentes, omnes, & quoscunque Presbyteros, & alios Clericos sæculares, & regulares, cuiuscunque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico præsenti Canonis auctoritate priuamus, Ita quod per Iudicem Ecclesiasticum degradati, potestati statim sæculari tradantur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laico hoc in exitio deuolutos, legitimis reperitur sanctionibus constitutum. Nulli ergo, &c.

c. clerici de excess. prælat. & subdito.

ADDITIO Præsentis constitutionis dispositionem, & pœnas ampliamus non solum in clerico Sodomita masculorum concubitore, sed & in eo qui feminam præposlera venere cognouerit, cum in hoc casu Sodomia proprie committi dicatur, sicuti præ aliis voluerunt Afflict in constitut regni, legum asperitate lib. 3. rubr. 42. num. 13. Iul Clar. qui de comm. opinione attestatur libr. 3. recep. sent. §. Sodomia num. 2. eamque sequutus est Menoch. de arb. Iud lib. 2 casu 86 num. 5. & in addit. ad eundem casum num. 40. Couar. in epitome de sponsal. & matrim par. 2 §. 5. num. 7. & Sayrum lib. 7. thesaur. conscien. c. 12. sub num. 21. Secundo ampliamus in

Ampl. 1.

2.

in Clerico, qui vitium bestialitatis commiserit cum brutis luxuriæ causa turpiter se commiscendo, vt in specie notat Rodriq. in sum par 1. c. 209. sub num 2 ratione de qua ibi per eum, vide Rolan cons 7 vol. 1.

Illam vero in pluribus limitamus, & primo in Clerico Sodomita occulto quo ad suspensionem ipso iure in foro conscientiæ ab ordinum executione & per consequēs quo ad irregularitatem si in illis ministraret, & quamuis in contrarium se habeāt quamplurimorum Doctorum auctoritates, etiam post peractam pœnitentiam ante dispensationem prout est videre apud Lambert. de iure patron par. 1 lib 2 quæst 9. art 18. Couar. in Clem si furiosus par 1. §. 1 num 6 de homicid. & huic opinioni ad stipulatur Lopez ad Diaz cap 86. & ita propter criminis grauitatem practicandū esse inquit Foller in pract crim can in Miscellan cap 37. num 11 Oppositum tamen ex pluribus defendit, ac demostrat Nauar in man cap. 27 num 149. & latius in comment de necef defend prox num. 37 Vgolin in tract de irregular cap 43 §. 3. num 4 idque etiam stante præfato Pij V. motu; Henriq in sum libr. 13. de excōm. cap. 16 in fine in gl lit. & clarius lib. 14 de irregular c 5 sub §. 1. concurrit Rodriq in praalleg c. 209 conclus 1 Secus vero in notorio, & publico ex prad doct. quo casu vt aduertit Tolet. in sum lib 1 cap 74. huiusmodi irregularitas non dicitur prouenire ex delicto sed ex infamia & scandalo, quæ ex delicti notorietate oriuntur; minusque dicendum est irregularitatem per laicos contrahi, de quibus hoc extrauag. non loquitur ex eisdem Nauar. Toleto & Vgolino. Secundo limita procedere tantum in clerico habente copulam Sodomiticā, quæ non alias consummari dicitur, nisi intra vas contra naturam semen effunderetur arg. tex in c. fin de Spōs. & ita declarat Nau. vbi supra, quem sequitur Lopez & Roderiq tam in sum quā in tom 1. q regul q. 30 art 18 & tom 2 q 27 art 2 Vgolin loco prox cit. Secus autem si extraordinariam pollutionem cum puero haberet quamuis inter actus Sodomiticos cōputetur. Tertio consequenter limita in Clerico, qui attentauerit hoc scelus perpetrare ex allegatis per Menoch. 2. de arb. iud in addit. ad cas. 280. nume. 37 etiam si ad actum proximum deueniſset, non tamen delictum perfeciſſet. Vnde sciendum, quod dicitur attentari pueri pudicitia cum id agitur vt ex pudico impudicus fiat c si quis tam femminam, de pœnit dist 1. idque verificari, & existere potest duob modis & primo quando processum esset ad aliquem actum de per se ordinatum de præsenti ad ipsum factum scelestissimum, veluti ad leuandum vestes, & alia præparatoria, de quibus per Cardin. Pariſ in cons 163. vol 4. Secundo modo quando peruentū esset ad actum magis proximum, & immediatum, qui tunc talis diceretur, quo supposito de facili ipsius facti continuatio sequeretur ex dictis per Boer. de cis. 316 & sicut neutro modo clericus pœnis per hanc constitutionem pro hoc crimine impositis puniendus veniret, nisi tale delictum perfeciſſet, & omnino consummaſſet, idque probatur ex eo, quia hodie de generali consuetudine totius Italiæ, imo totius mundi, (per quam iuri communi abrogatum esse censetur) introductū est, vt etiam in atrociſſimis & grauiſſimis attentatū pro consummato non puniatur, nec conatus seu affectus non sequuto effectu etiam si ad actum proximum deuentum esset ita vt licet puniatur eadem lege, non tamen eadem pœna ab ipsa lege determinata sed minus seu mitius, & extraordinarie, de qua consuetudine præter alios, quos recensere possem, attestantur Afflict. in const. regni, asperitatem. par. 2. rubr. 11. num. 2 Gram deciſ 2 num 8 & infra, & deciſ 74. num 9. & 30. idem Gram in voto 19 num 4 & voto 20 nume 8. Iul Clar in pract crim quæst. 92 sub num 2. tutius hoc esse existimans & nouiſſime Prosper Farinac qui alios Doctores plena manu congerit, in sua pract crim tit. de delict. & pœn. quæſt. 7. num.

num. 49. Ego autem perpensa huius criminis detestatione, & grauitate, & cum sit res pernicioſi exempli arbitrarer (meliori iudicio ſemper ſaluo) quod vbi clericus conatus fuerit hoc ſcelus committere & ad aliquem actum admodum proximum ſeu directum in ſceleris conſummationē peruenisſet, deinde propria pœnitentia ductus ſua ſponte & a nemine impeditus a crimine ceſſauerit incepto, ex doctrina Couar. loco infra citando debere prædictas pœnas in alias mitiores commutari arg. tex. in l. qui falſam ff. de falſ. & gloſa in l. qui ea mente ff. de furt. vbi vero per ipſum minime ſtetiſſet omnem conatum adhibendo ad actus perfectionem ſed aliquo exteriori impedimento fuerit impeditus quo minus crimen perageret exequeretur, & in totum conſummaſſet, veluti quia detectus fuiſſet ob aliorum ſuperuenientiam, vt in hoc caſu veniat puniendus pœnis in d. conſtitutione contentis, & expreſſis Et ad ita decidendum mouent me ſcripta per Felin in tract. quando conatus puniatur & in c. 2. de præſumpt. & præciſe tradita per Couar. in Clem. ſi furioſus. par. 2. in initio nu. 6 & infra ita in ſpecie admonet me Menoch lib. 2. de arbitr. iud. caſu 360. num. 60. & Rodriq. in d. c. 109 aſſerens in Regnis Hiſpaniæ comburi eos, qui hoc peccatum committere conantur & procurant, quamuis impediti copulam non conſummaſſent Quarto limito vt huius extrauag. pœnæ ſaltem quo ad forum conſcientiæ procedant in clerico qui exiteratis actibus vitium hoc frequentaret, adeo vt ex vſu quaſi cōtinuato id exerceat, ac boni viri arbitrio illius exercitor dici poſſit, ex alleg. per Nauar. d. c. 27. nu. 250 non autem in eo qui aliquoties cadit & cecidiſſet pœnitet, ideoque minus recte ſenſiſſe exiſtimo Ignat. Lopez loco præalleg. qui vnicum lapſum ſufficere prætendit Nauarri opinionē impugnando & reprobando de quo etiam miratur Rodriq. in locis citatis eo quod ob quoddam leue & fragile argumentum, cui ipſe reſpondet, & ego ne inutiliter membranas occupem referre omitto. a tam pia, & tanti viri opinione recedat Gregor. XIII. auctoritate confirmata. Sed quoniam prædictarum difficilis eſt probatio niſi per confeſſionē ipſorum delinquentium, cum huius delicti natura ſit, vt ex communiter accidentib. ſecrete, & occulte committi ſoleat, dubitari poſſet, An & quando dictū ſolum pueri ſtupratī & Sodomiam paſſi faciat indicium ād torturā contra Stuprantem ſeu agētem: Ad cuius dubij reſolutionē præ aliis videndi ſunt Ægid. Boſ. in tit. de indic. & conſid. ante tort. Plot. in conſ. 133. quod eſt inter conſilia criminalia diuerſorū, Gram. deciſ. 40. nu. 16. Card. Pariſ. conſ. 63. volu. 4 & nouiſſime ac notab. Proſper Farinac. qui communem Doctorum opinionē & praxim inſinuat in pract. crim. tit. de indic. & tort. q. 43. nu. 89. & infra. Quinto & denique limito præſentem conſtitutionem quo ad pœnas in ea contentas ipſo facto incurrendas quantum ad forum interius, quia clericus tali vitio irretitus non tenetur ſtatim cōmiſſa culpa dimittere beneficia, officia, & dignitates Eccleſiaſticas, abſq; eo quod præcedat iudicis ſententia, non enim tenetur eſſe executor dictarum pœnarum contra ſe ipſum, ex com. & frequentiori ſententia vt per Symanc. de cathol. inſtit. c. 9. nu. 209 Nauar. in comment. de dat. & promiſ. notab. 31. nu. 42 in fine, Molina in tract. de iuſt. d. ſpu. 96. late Gutier. lib. 1. can. q. c. 1. ſub nu. 12 concludens, quod ſententia tenentiū contrarium eſt a cōmuni Schola Theolog. & canoniſtarum exp oſa, quod ſ. vtrum legum pœnalium tranſgreſſores ante latam ſententiam pœnas ipſas ſubire teneantur, examinat etiam Rodericus tom. 1. q. regular. q. 6. ar. 10 & latiſſime Alex. Moneta intrat. de diſtributioni. quotidia. par. 3. q. 7 quinimo quod d. extrauagans tantū reſpiciat forū exterius, & quo ad forū conſcientiæ in praxi recepta non ſit. multi Hēriq. & Tolet. locis ſuperius cit. & ex pluribus demonſtrare nititur Graf. par. 1. li. 2. de etiſ. aurear. c. 90. nu. 5. & infra & ita refert Vgolin. in tract. de irregular. cap. 43.

§. 2.

§. 2. *sub nu* 4. *in fine testatum fuisse quendam ex Societate Iesu Illustr. Card. Sabellium Rom. Pont. Vicarium, cum de hac re Romæ contentio esset, consuetū respondisse, hancque sententiam probasse vnum ex panitentiarijs S. Petri de Vrbe, quā, & ipse sequitur.*

Hinc deducitur, & primo quod cum pœna priuationis beneficiorum, & c. sit ipso iure ab hac extrauag. imposita propter illa verba S. (præsentis canonis auctoritate priuamus) quæ cum sint præsentis temporis inducūt pœnā ipso iure ex allegatis per Nauar. in man. c. 279. sub nu. 24. non erit necessaria sententia priuatoria, & sic vt feratur super pœnā, quæ longe distat a declaratoria, in qua per simplicē criminis declarationē venit ipso iure priuatio Sot. lib. 1. de iust. & iur. q. 6. ar 6. concl. 3. Rota diuers. decis. 728. par 3. sub num. 2. sed requiritur declaratoria tantum ad factum, non autem ad ius. Achilles de Gras. decis. vnic. num. 5. sub tit. de pœnis, & alibi diximus alios citantes. Deducitur secūdo quod quis posset facere sibi prouidere de beneficiis, illaque acceptare etiam ante d. sententiam ex com opinione vt inquit Mādos. qui quamplurimos Scribentes in hoc cōuenientes, cumulat, in addit ad Lap. al legat 16. lit. Ad idem Achil. de Gras. in eadē decis. nu. 2. ipse vero clericus de hoc crimine infamatus remanet in possessione a qua inauditus amoueri nō potest ex veriori, & com sententia vt testatur Hoieda de benef incompat par. 2. c. 4. sub nu 9. vel antequā sententia declaratoria promulgetur imo neq; post datam sententiā, ni ipse reus d. possessione expolietur. Henriq. optime lib 13. de excom c. 56 in fine §. 3. vide Supra in verbo alienatio, nu. 49 & in verbo beneficiorum resignatio.

SPOLIA CLERICORVM.

Congruit tit. de peculio Clericorum.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod in hac materia sunt aliquę Summorum Pontificum Constitutiones, quarum prima est. Pauli III. Declaratio, & Constitutio super Spolijs ad Cameram Apostolicam spectantibus ab antiquissimo tempore, citra fol. 240. in Bullario incip. Romani.

Iulij 3. Declaratio quod fructus beneficiorum, tempore obitus beneficiatorum inexacti debeantur successoribus in beneficijs, & non hæredibus dictorum beneficiatorum, &c. Incip. cum sicut nobis nuper. folio 504.

Eiusdē. Declaratio regulæ, siue constitutionis perpetuæ nuper publicatæ super fructibus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum inexactis fol. 505.

Quod constitutio perpetua super fructibus beneficiatorum inexactis edita, locum non habeat in locis in quibus collectores Cameræ Apostolicæ esse consueuerunt fol. 506. & sic limitatur dispositio cap. fin. de off. ord. in 6. & c. quia sæpe. de electio. in 6. & Clem. statutum eo. tit. & c. cum vos, de offi ord. quia non reseruantur vacantibus Ecclesijs eorum successoribus. Aduerte tamen, quod extat Breue super fructibus pendentibus, & maturatis, & a solo minime separatis, seu non dum exactis vsque ad diem apprehensionis possessionis per beneficiatum spectantibus ad Cameram Apostolicam Sixtus Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

Sixti V. Cum sicut accepimus, variæ dubitationes, ac etiam contentiones inter modernum, & pro tempore existentem nostrum, & Sedis Apostolicæ Nuncium in Regno Neapolitano ex vna, & clerum singularum ciuitatum, & diœcesum eiusdem Regni, qui super spolijs clericorum, & presbyterorum beneficiatorum, ac aliorum dicti Regni ab humanis pro tempore decedentium cum nobis, & Camera nostra Apostolica transegerunt, & concordarunt, eorumque hæredes

præ-

prætendentes fructus beneficiorum Ecclesiasticorum, clericorum, & presbyterorum dicti Regni ab humanis pro tempore eorum obitus pendentes, & maturatos, ac etiam a solo minime separatos, seu a quibus id contingit nondum exactos ad clerum, seu Capitulum, vel hæredes beneficiatorum huiusmodi, non autem Camerã prædictam spectare, quamuis in schedulis transactionum super spoliis huiusmodi mentis, intentionisque nostræ fuerit eosdem fructus pendentes quorumcunque benef. Ecclesiast. in quouis mense, pro tempore vacantium, etiam iuxta felicis recordationis Iulii Papæ III. prædecessoris nostri constitutionem desuper editam, eidem Cameræ nostræ reseruare, eosque a die obitus beneficiatorũ vsque ad diem captæ possessionis per illorum successores in dictis beneficijs decurrendos, eidem Cameræ applicare, indies oriri soleant. Nos igitur pro nostri Pastoralis Officii munere dubitationes, & contentiones, seu controuersias, huiusmodi medio tollere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus quorumcunque beneficiorum Ecclesiast. cum cura, & sine cura secularium, & etiam quorumuis ordinum regularium in dicto Regno consistentium, etiam in quocunque mense pro tempore vacantiũ, tam ante obitum illorum possessorum pendentes, & maturatos, ac etiam a solo minime separatos, seu nondum exactos, quam etiam post eorum obitum vsque ad diem adeptę possessionis dictorum beneficiorum per successores in eis maturandos, & seu decurrendos, pro rata temporis a die adeptæ possessionis eorundem beneficiorum ad ipsam Cameram nostram spectare, illosque eidem Cameræ applicandos esse, & illos per venerabilem fratrem Marcum Antonium Episcopum Fulginatensem modernum, & pro tempore existente Nuncium Apostolicum in Regno prædicto pro eadem Camera, & eius nomine percipi, exigi, & leuari, ac etiam pro facilliori illorum exactione si videbitur in fine anni cum successoribus in dictis beneficiis computandi, dividi, & illorum sic diuersorum, quemlibet eorundem Nuncij seu ab eo deputatorum Commissariorum in dictis beneficijs successorum in ratas partes modo, & forma præmissis in dictis beneficijs respectiue tangentes, etiam percipere, exigere, & leuare posse, & debere declaramus, ac de cetero perpetuis futuris temporibus ita, & non aliter in præmissis obseruari volumus, ac etiam perpetuo statuimus, & ordinamus, omnesque & singulas lites, causas, quæstiones & controuersias super præmissis fructibus, & illorum perceptione inter ipsum Nuncium ex vna, & quouis Clericos hæredes, & successores dictorum beneficiatorum defunctorum coram quibusuis iudicibus, etiam ordinariis, & delegatis hactenus quomodolibet introductas, & adhuc indecisas pendentes partibus, ex altera in eisdem statu, & terminis in quibus reperiuntur, ab eisdem Iudicibus ad nos aduocamus, illasque penitus extinguimus, & annullamus, sicque per quoscunque iudices, &c. Non obstantibus litis pendentia, & aliis præmissis, ac quatenus opus sit nostra de non tollẽdo iure quæsito, & quibusuis aliis Constitutionibus & ordinationib. Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque; Volumus autem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 1 Iun. 1589. Pont. nostri anno 4.

Applicatio R. Cam. Apostolicæ fructuum beneficiorum in Regno Neap. Sedi Apostolicæ reseruatorum a die vacationis vsque ad diem, quo prouisi a Rom. Põtifice possessionem capient de manu Nuncii Apostolici eodem Regno fol. 991. incip. Cupientes &c. *Pij 4.*

Eiusdẽ.

Reseruatio, & applicatio ad R. Cameram Apostolicam fructuum omnium beneficiorum Sedi Apostolicæ reseruatorum, seu affectorum pro tempore vacan-

Eiusdē. tium fol. 700. incip. Cupientes malitiis &c.

Quod clericorum bona ex illicita negotiatione acquisita sub spoliorum nomine veniant. fol. 685. incip. Decens &c.

Eiusdē. Declaratio literarum super bonis ex illita negotiatione acquisitis editarum. fol. 695. incip Romanos &c.

Et ad maiorem declarationem. Per procedere sopra l'illecita negotiatione nel Regno di Napoli, non obstante le compositioni, fatte, etiam, che non sia cominciata la lite, in vita del negotiante, extant literæ Sixti Quinti tenoris sequentis.

Sixti V.

MONSIGNOR Giorierio Chierico della nostra Camera Apostolica, & nostro Nuntio nel Regno di Napoli. Essendosi di nostro ordine fatte molte compositioni di Spogli con diuersi Capitoli, & Cleri, & altri particolari di detto Regno, come per instrometi sopra ciò in piena Camera Apostolica stipulati appare, & in essi si sia conuenuto, che per causa della illecita negotiatione fata da Preti, ò Clerici, nó si possa procedere dopò la morte di essi, nō essēdosi cominciato il giuditio in vita loro; Et intēdēdo, che da questo, loco si fanno più arditi a cōtrauenire alli Sacri Canoni, & Cōstitutioni Apostoliche, quali cō rāto rigore ph biscono tali illecite negotiationi, & che di qua loro pigliano occasione di peccare licentiosamente, Percio volendo noi in questo prouedere alla salute dell'anime loro, che è il nostro principale intento. Per la presente Apostolica autorità, & di certa nostra scientia, & Motu proprio dechiaramo, che quando costerà ò in vita, ò dopoi morte loro, trouādosi in esser la mercantia, ò prouandosi di voce, & fama publica, ò per proue euidenti, & presenti, & non mendicate che loro habbiano negotiato illecitamente, detto patto, ò conuentione posto in detti instromenti di cōpositioni non obsti, anzi ordiniamo, & comandiamo tanto à voi, quanto all'altri Nuntij Apostolici, che pro tempore saranno in detto Regno, che conforme a qsta nostra intentione, debbiano nelli casi predetti procedere, & giudicare, leuando, & a uoi, & ad essi, & à qualunque altra persona qualsiuoglia autorità, & facoltà di giudicare altrimente. Et tanto esseguirete che tale è mente, & intentione nostra, non obstāte le dette compositioni, & instrumenti sopra esse, etiam di ordine nostro stipulate, ele reg le di Cancellaria de non tollendo iure, quæsito, & qual si voglia altra cosa, che facesse in contrario, allequali, anchorche, di esse bisognasse farne qui espressa mentione, hauendole noi per inserte, & sufficienter espresse, per questa volta sola in quanto alle cose predette deroghiamo. Dal nostro Palazzo Apostolico il dì 16. d'Aprile M.D.XC.

Sixtus Papa Quintus.

ADDITIO, Qua huc pertineret examinare Clericos negotiatores, & alienæ rei conductores tangentia pro Spolijs Cameræ Apostolicæ faciendis, ne his idē repetam deseruient dicenda infra in addit. ad Verbum Vectigal & vide Nauar. cons. 10. de testamen. in antiq.

Declaratio applicationis fructuum omnium beneficiorum reseruatorū in Regno Neap. pro tempore vacantium a die vacationis vsque ad diem, quo prouisi possessionem cæperint de Manu Nuntij. folio 1008. in Bull. incip. Cupientes, &c. & vide supra in verbo beneficiorum possessio.

cla-

Declaratio circa bona, quæ non veniunt sub nomine Spoliorum Romæ publicata die 28. Septembris 1567. fol. 995. in Bullar. incip. Romani Pontificis prouidentia circumspecta ad ea solicitudinis suæ partes potissimum conuertit, per quę singulis Ecclesijs debita obsequia, & opportuna subuentionis auxilia minime subtrahantur. Cum itaque sicut accepimus, nonnulli Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopis, & Abbates, seu Cõmendatarij, ac alii beneficia Ecclesiastica obtinẽtes, proprii honoris, & salutis immemores, etiam prætextu facultatum testandi eis per Sedem Apostolicam concessarum, in eorum vltimis voluntatibus, res Sacras, ac vasa, ornamenta, & paramenta Ecclesiastica, aliaque cultui diuino dicata quandoque ex fructibus Ecclesiasticis per eos acquisita, non Ecclesiis, & Monasteriis, ac beneficiis, quibus præfuerunt seu a quibus prouentus Ecclesiasticos, & stipendia acceperunt, prout rationi, & honestati consentaneum foret, sed aliis locis, etiã aliquando non piis ac interdum eorum sanguinis, & affinibus relinquere, ac Cameræ Apostolicæ Collectores prætextu quod illa sub appellatione Spoliorum veniant, tanquam eiusdem Cameræ Spolia exigere, & percipere non erubescant in maximum Religionis dedecus, ac ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum scandalumque plurimorum. Nos abusibus, scandalisque huiusmodi prouidere, ac singularũ Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumq; quorumlibet saluti consulere volentes Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apolicę potestatis plenitudine, ac nostra perpetuo valitura constitutione, statuimus, ordinamus decernimus, & declaramus quod de cetero omnia, & singula ornamenamenta, & paramenta, ac vasa, nec non Missalia, & gradualia ac cantus firmi, & musicæ, aliisque quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res Sacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoscunque Patriarchas Archiep. Episcopos, Abbates seu Commendatarios, & alioscunque quecumque, qualiacunque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura sæcularia, & quorumcunq; ordinum regularia in titulum, vel Commendã, aut alias quomodolibet obtinentes quocunque nomine, vel titulo censeantur, etiam si de illis, & eorum qualitatibus specialis, & expressa mentio habenda foret, ad vsum, & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & Cappellis, vel Oratorijs destinata tempore eorũ obitus ex testamento, vel intestato relicta sub quibusuis facultatibus testandi, & alias disponendi, de bonis per eos altari, vel alias quomodolibet acquisitis per quoscunque Rom. Pont. prædecessores, & successores nostros, ac nos sub quibusuis tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio aut alias quomodolibet concessis, & concedendis minime cõprehendantur. Nec sub appellatione Spol. veniant, sed ad singulas Ecclesias, Monast. etiam Conuentu carentia, & beneficia huiusmodi in quibus resederint, aut quibus præfuerint, seu quæ alias obtinuerint omnino spectent, & pertineant, ac spectare, & pertinere, illaque post eorum obitum eisdem Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs, etiam si in Romana Curia, & procul ab illis decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, etiam si antea Ecclesiarum, & Monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia huiusmodi renunciauerint, eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur. Ita quod liceat illis defunctis, in eisdem Ecclesiis, Monasteriis, & beneficis successoribus, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, huiusmodi capitulis, & Conuentibus, respectiue illa propria authoritate, libere apprehendere, ac eorum Ecclesiis, & Sacristiis applicare, & incorporare, ac quæcunque donationes, ac relicta, & legata testamenta, & codicilli, & aliæ

vltimæ voluntates, seu spolia desuper contra præsentis Constitutionis nostræ tenorẽ quomodolibet pro tempore factę, quo ad præmissa nulla, & inualida nulliusque roboris, & momenti existant, & personis, etiam Ecclesiasticis, seu locis etiam pijs, aut Ecclesiasticis aliis quibuscumque, in quarum, seu quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minime suffragentur, nec per ea eisdem personis, seu locis, vel aliis ecclesiis huiusmodi aliquod ius in rebus prædictis, uel ad illas acquiri possit. Quinimmo res sacras, ac alia bona prædicta, quocunque nomine, vel titulo pro tempore deuenientes ad illa Ecclesiis, & Monasteriis, ac beneficiis per defunctos quomodolibet acquisitis, vt præfertur iuxta præsentium tenorem realiter, & cum effectu restituẽdum, & contignandum, quibusuis dispositionib. de illis in contrarium quomodolibet factis minime attentis, omnimo teneantur, & ad id per censuras, & pœnas, etiam furti, & sacrilegii, ac alia iuris, & facti remedia opportuna cogi, & compelli possint, & debeant. Insuper ne deinceps contingat insolentia Spoliorum Cameræ Apostolicæ Collectorum, vel subcollectorum aliquas Ecclesias, nec hominum queroquam, damno, & iniuria affici, nec cuiquã de cetero vertatur in dubium, quæ res habendę sint nomine spolii, simili modo statuimus, decernimus, & declaramus, quod quæcumque scamna, Cathedræ, arcæ, & etiam ligneæ, vel lapideæ etiam marmoreæ Mensæ, & Tabulæ, ac quæcumque dolia, seu vasa vinaria, & alia similia supellectilia domestica per quosuis presbyteros, seu clericos ab humanis pro tempore decedentes tempore eorum obitus in Ecclesiis, seu eorum Domibus Ecclesiarum earundem vel alibi vbiuis locorum relicta, etiam si ex fructibus, & prouentibus beneficiorum, quæ dum viuerent obtinebant acquisita fuerint sub spoliorum appellatione minime veniant, nec pro spoliis vllo modo reputari possint, præterea quod nullum spolium Cameræ præfatæ, fieri, nec quicquam a quibusuis spoliorum Cameræ huiusmodi Collectoribus, vel subcollectoribus exigi possit per obitum illius qui dum viueret, vnum, vel plura beneficia Ecclesiastica obtinuerit, cuius, vel quorum insimul fructus, redditus, & prouentus, triginta ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excesserint, aut qui pensiones annuas super quibusuis fructibus Ecclesiasticis vsque ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is se ab omni illicita negotiatione, & a sacris Canonib. prohibita abstinuerit. Ita quod si quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum, qui similia beneficia obtinuerit, seu similes pensiones perceperint prætextu spoliorum eiusdem Cameræ percipere, aut alias contra præsentes nostras literas, attentare præsumpserit, ad totalem bonorum per eum perceptorum restitutionem teneatur, ac ad id via iuris, etiam per similes censuras, & pœnas cogi, & compelli possit, & debeat. Districtius inhibentes quibusuis Cameræ præfatæ spoliorum Collectoribus nunc, & pro tempore existentibus, ne sub indignationis nostræ, & priuationis eorum officiorum pœnam ornamentis, & paramentis, ac vasis, & libris præfato cultui diuino dicatis, ac aliis rebus sacris, nec non supellectilib. præfatis quomodolibet se intromittant, nec in eorum inuentariis tanquam spolia redigant, seu describant sed ornamẽta, & paramenta, necnõ vasa, & libros, aliaq; diuino cultui dicata huiusmodi ecclesiis, Monasteriis, Cappellis, & aliis beneficiis huiusmodi, eorumq; Rectorib. & aliis præfatis libere dimittãt, & cõsignent, ac consignari faciant, cũ effectu. Ac supellectilia prædicta in locis vbi cõstiterint relinquant. Ac decernentes, sic in præmissis omnib. & singulis p quoscũq; Iudices, & Cõmissarios, quauis auctoritate fungẽtes sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretãdi facultate, et auctoritate iudicari,

cari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super iis a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali auditori, & singulis locorum ordinariis, ac majorem dignitatem, post Pontificalem in vniuersis Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis pro tempore obtinentibus per Apostolica scripta, motu simili mandamus, quatenus, ipsi, vel duo aut vnus eorum præsentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte quorumcumque in præmissis interesse habentium, vt præfertur fuerint requisiti solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta quæcumque firmiter obseruari. Ac singulos, quos literæ ipsæ concernunt illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper quomodolibet indebite molestari. Contradictores nostra appellatione postposita compescando. Non obstantibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus, Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, & monasteriorum huiusmodi iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, facultatibus testandi, aliisque priuilegijs indultis, & literis Apostolicis, quibusuis concessis, approbatis, & innouatis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa mentio facienda esset illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, illis in reliquis in suo robore permanentibus ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod si aliquis ex Patriarchis, Episcopis, Abbatibus, seu Commendatarijs & aliis beneficiatis præfatis pluribus Ecclesiis, seu Monasterijs, pro tempore simul, vel successiue præfuerit, seu plura beneficia obtinuerit ornamenta, & paramenta ac res, & bona prædicta ad illa omnia habita ratione fructuum, & temporis, quo eadem beneficia possedit omnino pertineant, & proportionabiliter inter ea diuidantur, quodque præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica, & acie Campi Floræ, de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describãtur, &c. Nulli ergo &c. Item quæ ad Cameram Apostolicam pertineant, vide in commissionibus generalis Thesaurarii præsertim Sixti V. fol. 1367, in Bullar.

ADDITIO. Hanc Pij V. Extrauag. ad verbum recitat cum annotationib. Nauar. in commentar. de Spol. Cleric. §. 8. & ad eius intelligentiam aliqua etiam scribit in conf. 4. de donation. in antiq. Cuius dictis adde, quod hæc constitutio est in vidice intelligenda, si deducto prius ære alieno, & debitis quibus alias minime satisfieri posset Roderic. in sum. par. 2 cap. 34. conclus. 4 & tom. 1 quæst regular q. 30. art. 11. ex Ioan. Gutierez. lib. 2. pract. quæst cap. 94. in fine. Et in dubio Bona, quæ Prælatus habet, an censentur acquisita ex redditibus Ecclesiæ & post obtentam dignitatem & an ex propria industria, & intuitu personæ præter Doct. in c. 3. de pecul cler. & alios videndi sunt Andreas Barbat. in tract. de præst. Card par 1 qu. 3. Bertacchin in tract de Episcop. lib. 4 par. 4. num. 9. Didac. Couar. in c. 1. num 6. & infra de testam Iul Clar lib 3. receptar sentent. quæst. 27. num 1 Mascard in tract. de probat. conclus 202. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præs 53. & Molin in tract de iust & iu disp. 141. in fine, Vbi enim constaret de paupertate Ecclesiæ & de bonis ac diuitijs propriis Episcopi prædefuncti, semper bona quæ reperta fuerũt, non habentia signum Ecclesiæ, præsumuntur potius quæsita ex bonis Episcopi, quam Ecclesiæ Rota Rom. quæ alios allegat decis. 182. diuers. par. 3. lib. 3.

Declaratio, quod Bona Regularium extra clauſtra degentium ad Cameram Apoſtolicam ſpectant, & quod in omnibus ſpoliis eadē Camera eſt vere, & propriè hæres fol. 1254. in Bullar. teneris ſeq.

Officii noſtri partes ſedulo præſtare tenemur, vt dubia, quæ ab aliquibus ſub falſo prætextu, vel nimis ſubtiliter excitata, in Cameræ noſtræ Apoſtolicæ præiudiciū tendūt, declaratione noſtra dilucidētur. Nuper accepimus, quod, & ſi fel. rec. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter cōſtitutionē, & quæcūque in illa cōtinerē tur per piæ memoriæ Paulū Papā IIII. etiā prædeceſſorū noſtrū cōtra Apoſtatas editam, per quam inter cetera decreuit bona quæcunque mobilia, & immobilia, ac cenſus, reddituſ, & prouentus, iura, & actiones per regularem ordinem profeſſos extra clauſtra ſuorum regularium locorum, etiam de licentia ſuorū Superiorum degentes, tempore quo extra clauſtra huiuſmodi fuiſſent acquiſita, etſi acquiſitiones huiuſmodi ab ipſis profeſſis ex redditibus beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, vel ſine cura per eos obtentorū, ſeu detentorum, aut ex propria induſtria, ſeu artificio, mercatura, vel ex teſtamento, ſiue ſucceſſione ab inteſtato quorumuis conſanguineorum, affinium, vel amicorum ſuorum, aut quorumcunque aliorum factæ eſſent nō fiſco, aut Cameræ Apoſtolicæ, ſed Religioni, aut Monaſteriis, in quo, ſeu quibus primo profeſſi fuiſſent, eo ipſo applicata eſſe, & cenſeri debere, ad iuris, & ſacrarum Conſtitutionum formā reduxerit: Nec non præfata bona Regularium extra clauſtra, vt præfertur, degentiū ſiue mendicantiū, ſiue non mendicantium, aut militiarum profeſſorum, ēt', ſi loca, & canonicales portiones, aut dignitates in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis cuiuſuis Ordinis regularib. obtinuerint, ac Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriachali, Primitiali, vel quauis alia præfulſerint dignitate poſt eorum obitum ad eandem Cameram Apoſtolicā, & iuſtam cōſtitutionem fel. rec. Pauli Papę III. ſuper ſpoliis, ſub Dat. videlicet. Tertio nonas Ianuarii, Pōtificatus ſui anno 3. promulgatā legitime ſpectēt, & pertineāt, idq; per Romanos Pōtifices prædeceſſores noſtros, ac nos, dū collector generalis ad recuperāda ſpolia regulariū ſpecifice deputatus fuit, aperte demonſtratum extiterit, ac in poſſeſſione illa exigendi, ac recuperandi eadem Camera merito ſemper fuerit: nihilominus nonnulli vano ſub dictæ Conſtitutionis Pauli III. prædeceſſoris præfati prætextu contrariū aliquando aſſerere non dubitarint: Nos omnem circa prędictam dubitandi occaſionem dimouere, ſimulque æquitate, & iuſtitia ſuadentibus, eiuſdem Cameræ indemnitati, ne in dies moleſtiis, & incommodis afficiatur, conſulere volentes, prędentium auctoritate, Declaramus res, & bona quæcunque per dictos Regulares extra clauſtra Eccleſiarum, Monaſteriorum, domorum, & quorumcunque regularium locorū degē tes, quocunque iure, & actione, ſiue ex cauſa teſtati, ſiue inteſtati acquiſita, & in poſterum acquirenda, vel ad eos delata in quibuſuis prouinciis, dominiis, regnis, & locis conſiſtant, niſi idem, ad quos illi ſpectauerint, ſufficienti fuerint teſtādi, aut de illis diſponendi facultate ſuffulti, eeque legitime vſi fuerint, ad eādē Cameram pleno iure pertinuiſſe, & ſpectare, ac bona quęcūque eorundem ſub ſpoliorum nomine comprehenſa per ipſam Cameram, eiuſque nomine, a quibuſcunque occupantibus, & detinētibus recuperari, ac vindicari potuiſſe, & poſſe, ac iuxta Pauli III. & aliorum prædeceſſorū noſtrorum literas eadem Cam. Apoſt. in huiuſmodi bonis ſpolia nuncupatis vere vniuerſaliter ſuccedente, quod ipſa Camera, quæ ceteris heredibus, & ſucceſſoribus ampliori eſt priuilegio munita, cuique merito magis fauendum eſt, dem in eam rerum, & bonorum dominium, ac poſſeſſio nulla traditione præcedente tranſeat, in quacunque bonorum, & ſpo-

liorum

liorum siue ad sæculares, siue ad regulares dum viuerent spectantium successione, quibuscunque in rebus, siue pecuniis illa consistant, etiam si nominatim, aut alia speciali nota illa designanda essent, quæ ad eandem Cameram iure spoliorum pertinuerunt & pertinebunt, in posterum, omni prorsus fictione penitus cessante, ius & nomen veri hæredis in eisdem spoliis habere, illiusque naturam sortiri, ac veri hæredis priuilegijs, & iuribus in quibuscunque bonis, pecuniis, iuribus, & actionibus vti ante hac potuisse, & nunc posse idque eorundem prædecessorum, ac nostræ etiam intentionis semper per fuisse, & esse auctoritate præsentium declaramus: sicque per quoscunque iudices in quibuslibet causis, etiam per appellationem, aut alias pendentibus, & futuris, ac in quacunque causa, vel instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, iudicari, & diffiniri debere, nec non quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Mandantes, &c. Non obstantibus, &c.

ADDITIO Huius extrauag. ac intentionis d. Pontificis in ipsa edenda meminit Nauarr. in consi 25. num 14. de regular. in antiq & iuxta eisdem diffinitionem, quam declarando prosequitur in commentarijs super c. non liceat Papæ. 12. q. 2 §. 1 num 2. spolia sunt bona Eccle. personæ quæsita immediate, vel mediate ex bonis Ecclesiasticis, vel redditibus eorum debitis, quæ nõ fuerunt ante mortem eius in re impensa, nec facta iure patrimonij alia nec quæsita alij irrenocabiliter, vel quæ sunt ex illicita negotiatione comparata, de quibus ante eum copiose scripsit Redoan. in tract. de spolijs Ecclesiast & ad materiam vide etiam Mando. de signat. grat tit. licentia testandi, & spoliorum concessio & eundem Nauarr. in cons 5. de donat. & cons. 14 de regular. in antiq & cons. 5. & seq eo. tit. in nouis, ac Molinam in præal. disput. 147.

S. D. N. Pauli Diuina prouidentia Papæ Quinti. Declaratio quod Curiales, & incolæ Vrbis, ac Ciues Romani originarij in Vrbe, & eius Districtu intra decem miliaria decedentes, non faciant spolia de bonis in dicta Vrbe, & eius districtu prædicto existentibus.

Paulus Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti Apostolicæ dignitatis specula, meritis licet imparibus, superna dispositione cõstituti, inter ceteras curas, quæ ex iuncto Apostolicæ seruitutis officio nobis incumbunt, illa præcipua est, vt almę Vrbis nostrę Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum martyrio consecrata, ad quam omnes Christi fideles ex vniuersis Mundi partibus tanquam ad communem Patriam, & Portum cunctarũ gentium, & nationum, atque adeo ad Magistram Veritatis, & Religionis confluunt, iis demum gratijs, & priuilegijs exornetur, per quæ omnes, qui ad eam vndique veniunt, illamque incolunt, nunc, ac perpetuis futuris temporibus sine vlla animi molestia in illa stare, & permanere, & Romanæ Ecclesiæ,

Sedique Apostolicæ adiumento esse possint, ac animaduertentes alias fe: recor: Sixtum Quartum, Iulium Tertium, Pium Quartum, & nõnullos alios Prædecessores nostros Romanos Pontifices, vt eiusdem Vrbis decori, illamque incolentiũ, & Curiã prafatã sequentiũ indemnitati consulerent, Curialibus, & Incolis prædictis diuersa presertim de eorũ bonis testãdi, seu alias disponẽdi priuilegia, facultates, & indulta concessisse, prout in eorundẽ Prædecessorum literis desuper expeditis latius continetur. Quæ temporum forrasse iniuria, diuersas ob causas iminuta, aut alias abrogata dicuntur. Volentesque Nos, qui in eadẽ Vrbe nati sumus, Curialium, & Incolarum prædictorum indemnitati, & tranquillitati consulere, ac tam eos, quam Romanos Ciues originarios pari fauoris, & gratiæ prærogatiua prosequi, eorundem Prædecessorũ vestigiis inharendo, Motu proprio, & ex certa scientia, matura deliberatione, & mera liberalitate nostris, deque Apostolicæ nobis attributæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, decernimus, & declaramus, quod post hac perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Romanam Curiam sequentes, seu ipsam Vrbem incolentes, nec non ipsi Romani Ciues originarij nunc, & pro tempore existentes, etiam Clerici, & in Sacris, etiam Presbyteratus ordinibus constituti, ceteræque omnes, & quæcunque aliæ personæ Ecclesiasticæ cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis, etiam Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, & etiã maiori, & quauis alia Ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentes, & quæcunque beneficia Ecclesiastica sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, aut alias quomodolibet qualificata, & speciali nota digna obtinentes, nec non quascunque pensiones annuas super quarumuis Menfarum Patriarchaliũ, Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, ac Dignitatũ, Canonicatuum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificatorum fructibus, redditibus, & prouentibus, aut ipsos fructus, redditus, & prouẽtus loco pensionum annuarum sibi Apostolica auctoritate quomodolibet reseruatas, & assignatas, ac reseruatos, & assignatos habẽtes, & obtinẽtes, qui in dicta Vrbe, vel eius Districtu intra decem milliaria ab ipsa Vrbe nõ tamẽ extra de bitã residẽtiam decesserint, de omnibus suis bonis mobilibus, & immobilibus, ac se mouentibus, iuribus, & actionibus quibuscunque, nec iocalibus, & pecuniis ac rebus alijs in dicta Vrbe, & eius Districtu intra decem milliaria huiusmodi cõsistentibus, & seu existentibus, ac etiã prouenientibus ex quibuscũque fructibus, redditibus, & prouentibus, ac iuribus, obuentionibus, & emolumentis, etiã decimalibus dictarũ Ecclesiarum, & beneficiorum, vt præfertur, quomodolibet qualificatorum, quæ in titulum, vel Commẽdã, aut administrationẽ, vel alias quomodolibet, etiam ex quibus concessionibus, & dispensationibus Apostolicis obtinent, & seu antea obtinuerunt, vel in posterum obtinebunt, nec non etiã ex quibusuis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis Ecclesiasticis, atque pensionibus annuis super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus, ac etiam distributionibus quotidianis sibi reseruatis, cõcessis, cõstitutis, & assignatis, nec non ex emolumentis quorumcunque Rom. Curiæ officiorum, etiam administrationem habentiũ, & locorum Montium, vel censuum, ac alias prouenientiũ, quæ ipsi pro tempore habuerunt, & obtinuerunt, ac habent, & obtinent, habebuntque, & obtinebunt in futurum, cuiuscunque qualitatis, quantitatis, & summæ, ac pretij, & valoris existant, per eos, et eorum quemlibet acquisitis, et acquirendis, et in eadem Vrbe, et illius Districtu infra decem milliaria vt supra cõsistentibus, disponere, et tã donatione inter viuos, vel causa

mortis,

mortis, seu testamento, legato, & fideicommisso, quam alia quauis dispositione inter viuos, seu vltima voluntate in fauorem consanguineorum, & affinium suorum, Collegiorumque Vniuersitatum, & locorum piorum, ac quarumuis aliarum personarum, etiam penitus extranearum disponere, & ordinare, ac in eisdē rebus, & bonis consanguineos, & affines, Collegia, & Vniuersitates, ac loca, & personas prædictas, hæredes vniuersales, vel particulares pro eorum libito voluntatis facere, de illisq; libere, & licite pro libito volūtatis disponere possint, & valeāt plenam, & liberam eis, & cuilibet eorum licentiam, & facultatem omnimodam concedimus, & impartimur. Declarantes, quod si contingat, dictos Clericos, & alias Ecclesiasticas personas prædictas disponere de ipsorum bonis in fauorem illegitimorum, (non tamen ex eorum proprio corpore procreatorum) tunc, & eo casu quo ad bona, & iura, & alias res ipsorum disponentium mere patrimonialia, & laicalia in dicta Vrbe, & illius Districtu, vt supra consistentia, nec Camera, nec ipsi illegitimi in illis vllo modo succedāt, sed ad venientes ab intestato iuxta iuris dispositionem spectēt, & pertineant, quauis alia Constitutione forsan contrarium disponente non obstante. Præterea Motu, scientia, & potestate similibus decernimus, & ordinamus, quod si dicti Curiales, seu Incolę Vrbis, Romani, Ciues originarij, alijq; prædicti in Vrbe, & Districtu prædictis, non tamen extra eorum debitam residentiam, ab intestato decesserint, eorum bona, pecuniæ, iocalia, iura, actiones, & res huiusmodi, etiā ex bonis, & redditibus Ecclesiasticis supradictis prouenientia per eos, vt supra acquisita in dicta Vrbe, & eius Districtu intra decem milliaria, vt præfertur, consistentia, ad eorum hæredes ab intestato venientes libere deueniant, nec illa ad Romanum Pontificem, aut Sedem, & Camerā Apostolicam spectare, & pertinere dici, vel prætendi possit, minusq; Ministri, vel Agentes dictæ Cameræ, etiam sub prætextu quod dicti hæredes in Vrbe non reperiantur, dictorum bonorum possessionem apprehendere, vel sequestrare, aut de illis inuentaria conficere, at in illis quouis modo se intromittere valeant. Districtius inhibentes modernis, & pro tempore existētibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, & dictæ Cameræ generalibus Thesaurario, Commissario, nec non Præsidentibus Clericis nunc, & pro tempore existentibus omnibusque, & singulis Spoliorum, & Iurium Cameræ Apostolicæ Collectoribus, vel Subcollectoribus, ac alijs Ministris quocūnque nomine nuncupatis, ne hæredes, & successores quoscunque etiam ab intestato dictorum Curialium, ac Incolarum, & Ciuium Romanorum in Vrbe, ac illius Districtu præfato pro tempore decedentium super prædictis bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus quibuscunque per dictos Curiales, Incolas, Romanosq; ciues originarios, pro tempore in Vrbe prædicta, & infra illius Districtum huiusmodi decedēn. vt præfertur, acquisitis, contra præsentium nostrarum literarum formam, etiam sub prætextu, seu causa illicitæ negotiationis molestare, perturbare, inquietare, & se in hęreditatibus, & bonis prędictis quouis modo immiscere aut illa petere, seu sibi, aut Cameræ prædictæ vendicare, seu de illis Inuentarium conficere audeant, seu præsumant. Decernentes sic nostræ mentis, & immutabilis voluntatis existere, ac ita, & non aliter per Camerarium, Thesaurarium, Commissarium, præsidentes, & Clericos præfatos, ac alios quoscūq, Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales quauis auctoritate fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum prorsus, nullum, & inane quicquid secus super his a quoquam

quauis

quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, nec non Cameræ præfatæ, & Ecclesiarum, in quibus dicta beneficia forsan fuerint, aut Monasteriorum, & Ordinum, quorum illa extiterint, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, nec non priuilegiis, concessionibus, indultis, & literis Apostolicis, illis nec non Camerario, Thesaurario, Commissario, Cameræ Præsidentibus, & Clericis, aliisque prædictis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis per quoscunque Romanos Pontifices, etiam Prædecessores nostros in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine similibus, aut alias quomodolibet, etiam consistorialiter concessis, & approbatis, ac innouatis: Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorumque, totis tenoribus specialis, specifica, & ad verbum expressa mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes ad effectum præsentium illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac suos effectus aduersus declarationem, voluntatem, statutum, & ordinem nostros huiusmodi sortiri, aut vendicare non posse, neque debere volumus, & decernimus, ceterisque contrariis quibuscunque. Ceterum, quia difficile foret, præsentes nostras literas ad singula quæque loca deferri, volumus, & declaramus, quod illarum transumptis, etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica Constitutæ sigillo munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique adhibeatur, quæ eiusdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1606. Pontificatus Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

Anno a Natiuitate D. N. Iesu Christi 1609. Indictione quarta, die vero octaua mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius Primo; Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicæ Principis Apostolorum, & Basilicæ Sancti Ioannis Lateranen. ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, vt moris est, per me Christophorum Fundatum Apostolicum Curs.

Io: Baptista Bagni Magister Curs.

INSTRVT-

INSTRVTTIONI A SVCCOLLETORI, & Commissarij nelle essecutioni di spogli, nel procedere sopra li negotij illeciti fatti da Clerici, & Preti in vita, o dopò morte loro, & nel pigliare possesso de' beneficij generalmente, & specialmente affetti alla Santità di Nostro Signore, & alla Sede Apostolica, fatte dall' Illustrissimo, & Reuerēdissimo Monsignor Giacomo Aldobrandino Vescouo di Troia, Nuntio Apostolico, Collettor Generale, e General Commissario a pigliar il possesso de' simili beneficij deputato da sua Beatitudine in questo Regno di Napoli.

DEVENO prima sapere, che la maggior parte delle Dioceſi del Regno sono composte con la Reuerenda Camera Apostolica, & quali siano queste, & le non composte deputando Noi ordinariamente vn Succollettore per ciascuna Dioceſi, ogn'vno in particolare saperà, se l'assegnatagli paga la compositione ò nò, e però chi haurà in cura vna Dioceſi, ò più composte procurerà, che al tempo, che maturano le paghe, & li Capitoli mandino quà a sodisfare l'intiero, & trouando renitenza, trascuragine, ò impossibilità deueno auisarlo a Noi, per aspettarne l'ordine, che ci parerà di dare: Auertendo, che se li Capitoli voleſſero dare a loro il danaro, che deueno, di non pigliarlo in alcun modo, perche sono obligati a loro rifico farlo pagar a Napoli.

Quando muore alcun Prete in Dioceſe che non sia composta, deue il Commissario prima sapere, se poſſedeua beneficio ò beneficij, con cura, ò senza, che renda ò rendeſſero oltre trenta scudi d'oro di Camera d'entrata, che saranno circa ducati quarantadue di Regno, & se troua che ne poſſedeſſe, deue fare l'inuentario subito di tutta la facoltà lasciata dal morto, consista, ò in stabili, ò in mobili, o persimobili ò in qual si voglia altra cosa, ponendo gl' Editti publici per trouare quello, che foſſe stato occupato da qualsiuoglia congionto, ò estranio del morto, & per hauer reuelatione de' crediti, fra vn certo termine d'assignarsi, secondo che parerà al Cōmissario, e quelli, che non reueleranno deue publicarli per escommunicati, e affigerli li cartoni nella Chieſa principale, o altri luoghi publici pur che non siano Vniuersità, contra le quali non si vuole, che si esseguiſchano le censure, senza licenza Nostra, auertendo di non esseguire ne anco le censure contra debitori se non in sussidio, & se la somma non passa venti ducati, senza Nostro espresso ordine, & poi deue essaminare testimonij, & formar processo interrogando del Nome, Cognome, Patria, & parenti del morto, del titolo, ò titoli del beneficio, ò beneficij, del luogo, doue è posto, ò son posti, della Dioceſe della rendita e valore esprimendo in che consiſte in particolare, sopra la facoltà, & sopra l'essigenze, & crediti, come più amplamente si dirà nelle interrogationi, & finito il processo sequeſtrare in mano di terza persona sicura ogni cosa, non pigliando per sequeſtrato in poter loro cosa alcuna mandando a Noi l'originale per la prima commodità buona subito con diligenza, etiam per huomo a posta, secondo l'importanza dello spoglio, e ritenendone appresso di se copia autentica per ogni caso che poteſſe succedere.

Morendo,

Morendo nelle medesime Diocesi, che non sono composte Preti beneficiati di meno di trenta scudi d'oro di Camera d'entrata, il Commissario non deue fare inuentario, ne ponere Editti, ne formar processo, non facendo spoglio (come vuole la Bolla di Pio Quinto di santa memoria) ma solamente deue informarsi in voce da più persone di titoli de beneficij, del luogo doue sono posti, della Diocese, & del valore, et rendita loro scriuendo a Noi ogni cosa distintamente, & con chiarezza per lettera particolare.

Nelle Diocesi composte, morendo alcun Prete beneficiato di oltre trenta scudi d'oro di Camera d'entrata, ò di meno basta che il Commissario faccia quel che si è detto disopra di quelli, che muoiono in Diocese non composta beneficiati di meno entrata di trenta scudi d'oro simili.

E perche il negotiare è prohibito da' sacri Canoni, & Constitutioni Apostoliche, a' Clerici, & Preti beneficiati, ò non beneficiati, di più delli trenta scudi d'oro ò di meno in Diocesi composta ò non composta douerà il Commissario morendone alcuno, che in vita sua habbia negotiato illecitamente & questo sia notorio, pigliar informatione con la dispositione de testimonii, della facultà lasciata in mobili stabili, ò animali, di quella, che quando prese l'habito clericale haueua della qualità dell'industrie, & negotij che faceua della quãtità di essi del capo, & del lucro che può hauer fatto, come si dirà più amplamente di sotto, & trouandola concludente inuentariare tutta la facultà, & sequestrare tutto quello che si può giudicar e acquistato da simili negotij illeciti in mano di terza persona sicura, non interessata in alcun modo, & poi citare li pretensi heredi auanti a Noi fra certo termine breue da assignarsegli dal Commissario, hauendo risguardo alla distanza del luogo, & qualità del tempo, a dir la causa, perche non si debbia incamerar li beni acquistati con negotij illeciti, & che non comparendo in detto termine si procederà in loro contumatia sino alla promulgatione della sentenza senza altra cittatione, ma solamente si cittaranno per affixionem ad valuas & poi si procederà alla essecutione di detta sentenza, procurando fatte tutte queste cose, che l'informatione venghi sicuramente quanto prima,

Sapendo vn Commissario, che alcun Prete negotia illecitamente non vogliamo, che senza espressa Nostra licenza ne pigli informatione, ma commettendogliela Noi, ò sopra l'auiso, ch'egli ci douerà dare di questo, ò perche per altro verso habbiamo hauuto notitia, deue essaminare li testimonij sopra li sequenti capi.

Che facultà si troua, in che consiste, come la possiede, quanto gli fu lasciato dal Padre, ò altri congionti del tempo, che prese l'habito Clericale, quel che si trouaua all'hora, il resto de che l'hà fatto, in che negotij si è essercitato, ò si essercita, se nel seminar territorij alieni, della quantità della sementa, dell'affitto, che risponde & paga, si è solo in esso, se si stima, ch'habbia guadagnato, e quanto, ò nel comprar, e vendere, la qualità delle merce, la sorte de' bestiami, ò il numero delli tumoli di grani, & altre biade, la quantità di esse, & del lucro, che può hauer fatto interrogando in oltre, se sà, che sopra alcuno capo di mercantia ui sia scrittura publica & cercando di sapere il nome del Notaro che se n'è rogato, procurandone da quello la copia per ponerla in processo, & trouando l'informatione concludente, & che proui a bastanza vno di sopradetti capi di negotiationi illecita, ò altri sopra quali parerà alla diligenza del Commissario essaminarli, cauati dalli prohibitioni de' sacri Canoni, & Constitutioni Apostoliche, sequestri in mano di terza persona sicura, la mercantia che gli trouasse in essere, in che deue premere quanto

più

più potrà, & quella parte della sua facoltà, che giudicherà hauer acquistata con li detti negotii illeciti citandolo nella forma di sopra narrata, & poi mandando l'informatione per via sicura.

Oltra il detto sopra la vacanza de' beneficii deuono li Commissarii vacando ne vno, ò più di maggior ò minor rendita delli detti trenta scudi, con cura ò senza, in Diocese composta ò non composta, nelli mesi della Collatione Apostolica ò riseruati, & affetti ad essa, andare à pigliare di ciascuno il possesso in nome della Reuerenda Camera, & Nostro facendone fare instrumēto publico, & sequestrare li frutti, che fossero restati nō essatti dal gia possessore di essi, & che per la rata del tēpo, che staranno vacanti matureranno, & se saranno in luoghi distanti dalla sua habitatione potrà deputare vno economo fedele a suo risico, & pericolo, che habbia cura delle essigenze di essi al tempo che maturano dando auiso a Noi subito di quāto hauerà fatto per attendere quel che ci parerà di commandare

Le Chiese Cappelle & Altari mentre che stanno vacanti, & non hanno Rettore, Cappellano, ò Beneficiato che li frutti di essi sono della Reuerenda Camera. deuono esser seruite & officiate con tutti li pesi che ordinariamente portano li possessori di essi, & perciò non deputando il Prelato ordinario, del luogo l'economo in diuinis lo faccia il Commissario, cercando persona atta a quel seruitio, con promedi sodisfatione, secondo che ci parerà honesto, saputa la entrata, & qualità de carichi.

Vacando beneficij nel mese che tocca al Prelato ordinario di quella Diocese la Collatione di essi & similmente li patronati, non deue il Commissario pigliarne il possesso, ma sopra li frutti far le diligenze espresse di sopra, deputando l'economo alla essattione, & sequestrando quelli che restassero inessati, & che matureranno nel tempo che staranno vacanti.

Il possesso, che pigliano de' beneficii riseruati alla Sede Apostolica, che sono le Prime dignità nella Cathedrale post Pontificalem li Monasterii Consistoriali li beneficii che vacano nel mese del Papa, beneficij, che vacano in Curia Romana, beneficij de' famigliari del Papa, beneficij de' Succollettori, & altri beneficij affetti, e per dispositione di Canoni, & regole di Cancellaria reseruati a sua Santità, non lo deuono relasciare a' nuoui prouisti senza espresso Nostro ordine, & lettera, ancorche alcuno li presentasse le Bolle Apostoliche perche così vien disposto da' Sommi Pontefici.

Et se nella relassatione di esso possesso vi trouasse intruso qualche Clerico, Prete, ò Laico di qual si voglia dignità, grado, stato, & preheminenza, hauendolo conferito Nostro Signore, osserui con lui la forma della Bolla.

In ogni tempo che muoiono Preti beneficiati, il conto della rata per la Reuerenda Camera de' frutti pendenti per la vacanza de' benefitii si deue fare, & calculade nel seguente modo; cioè. Dal primo di Settembre tutto il grano, & ogni sorte di biade. Dal primo di Nouembre il Vino. Et dal primo di Decembre l'oglio, ghiande, & altri frutti vernali, perche il guadagnato dal prete fin al tempo della morte appartiene alla medesima Camera. & oltre a questo deuono sapere li Commissarii che tutti li frutti non essati dal morto beneficiato per qualsiuoglia tempo si deuono ricuperare per essa Camera, & così si deue osseruare, secondo il motu proprio di Sisto Quinto sopra questa materia.

Nell'inuentario che faranno di qualsiuoglia cosa, vogliamo, che sempre v'interuenghi la prima dignità di quella Città, ò Luogo, e non vi essendo, chi è secondo terzo, ò quarto, ò chi siegue, & potrà, facendo, che sempre apparisca in essi questo interuento.

teruento, & trouando libri di qualsiuoglia sorte, tanto stampati, quanto manoscritti, o altre scritture, deuono distintamente notar li nomi delli Autori, & la materia, che trattano.

Non deuono li Commissarii vendere cosa alcuna senza espresso Nostro ordine, & quando se li commetterà la vendita, non deuono venire a quest'atto se prima, ciò che s'hà da vendere non sarà stimato da persona esperta, e da bene, & poi si subasti ogni cosa a lume di candella in luogo publico, doue ogni persona vi possa interuenire, & offerire in beneficio di detta Camera, auertendo i Succollettori, ne loro, ne loro parenti, ne per loro stessi, ne per interposte persone, di non offerire, ne comprare cosa alcuna di spogli, ò frutti pendenti sotto la pena contenuta nella pregeria, & sicurtà de fideliter administrando.

Li Calici, Croci, Libri di canto, Messali, & altre cose simili dedicate al culto diuino, deuono restare alla Chiesa, & si deuono consignare a quelli, che verranno prouisti del beneficio, che vaca.

Hauendo il beneficiato morto la casa della sua habitatione nell'istesso luogo, doue è la Chiesa li suppellettili di casa, come sono casse di legname semplice, segge (non però di drappo) botte vacue, tauole, lettiere, & altre cose simili, si deuono conseruare alla Chiesa, & al successore nel beneficio, come vuole la Bolla di Pio Quinto di Felice Memoria.

Quando muoiono Vescoui ò Abbati di Abbatie Concistoriali, il primo Commissario, che pone le mani nello spoglio, deue essere preferito a gl'altri, che concorsero poi, & diligentemente far l'inuentario di ciò, che troverà, poner gl'Editti, & poi subito per huomo a posta mandarlo a Noi, auisandoci insieme del nome, & cognome del Vescouo ò Abbate, della vera rendita del Vescouato ò Abbatia, & di quanto appresso poco potrà importare lo spoglio, & in tanto, che Noi ci risoluiamo, ò di lasciarui quel Commissario, ò di destinarui altro, formerà il processo con quelle diligenze, che potrà maggiori, & successiuamente ci significherà quanto da lui si farà fino a Nostro altro ordine.

Non solo ne' Vescouati, ò Abbatie Concistoriali deue tra più Commissarii concorrent in vno luogo, valere la preuintione, ma in tutti gl'altri negotij d'interesse delli Reuerenda Camera, non ostante, che a ciascheduno si assegni vna, ò più Diocesi in particolare nella Commissione, & così dichiariamo, & questo perche si vuole, che li più diligenti siano più adoprati, & con questa emulatione, & concorrenza nõ si trascuri cosa alcuna, amonendo, & comandando a tutti in generale, che debbano procedere con quella modestia, & carità, che conuiene per non dar scandalo, & per seruitio della medesima Camera con intera sodisfattione d'ogn'vno.

Non ardisca nessun Commissario di trattar compositione, ò transattione sopra qualsiuoglia cosa, ne per qualsiuoglia somma, sotto le pene, che parerà al rigoroso Nostro arbitrio, riserbando questa facoltà solamente al Nostro Tribunale, ma in tutti li negotii potrãno essortare l'interessati a venire, ò mandar quà a trattar di compositione, promettendo loro quella gratitudine, che chi tratta con Noi suole sempre riportare.

Habbiamo saputo, che alcuni Commissarii alcuna volta hanno posto gli Editti in luoghi publici auanti, che sia morto il prete, che si pretenda faccia spoglio, & che con quelli habbiano anco fatti sequestri, & però prohibiamo questo espressamente, auertendoli, che non si seruano di essi, se non nelli casi nominati di sopra, & che se per l'auenire ci verranno più querele di questo, saranno li trasgressori puniti come disobedientia.

Ciascuno

Ciascuno Commissario douerà tener conto chiaro, distinto, & ordinato di tutto quello, che occorrerà nella Diocese, ò luogo doue egli sarà deputato, nel qual conto douerà farsi introito di quel che gli peruenirà nelle mani per qualsiuoglia cosa, di tempo in tempo, & esito di ciò, che rimetterà a Noi, ò pagherà per conto di spese, ò altro, notando li beneficii, che vacheranno, nominando la persona, per cui vacano, il tempo della morte, & li frutti di essi beneficii, che spetteranno alla Camera per rata, calculata ne' tempi, come di sopra, & facendosi da Noi transattione, ò compositione di essi, ò d'altra cosa similmente ne faranno mentione in detti conti, con notarci li decreti, & ordini che li saranno dati sopra detta transatione, & così di tutto quello restasse pendente di detti frutti, o altri, tanto', che s'habbia piena notitia di ciò, che passa, ò resta in beneficio di detta Camera.

S'ordina a detti Commissarij, ch'ogn'Anno nell'infrascritti tempi mandino, ò vengano di persona a dar detti conti sotto scritti di lor propria mano, con dichiaratione delli tempi, nelli quali sono occorsi li negotii in Nostra mano; cioè la prima volta nel mese d'Aprile, & la seconda nel mese di Settembre di ciascuno Anno, con le cautele, & giustificatione, che saranno necessarie per saldare detti conti, aggiongendoui semper in fine di essi quel che resterà da maturarsi, ò esigersi per l'auenire. Et quando non fosse occorso cosa alcuna in detta Diocese, non manchino per qualsiuoglia cosa in detti tempi di scrinere quel che sarà fatto ò non fatto.

Per salario, & fatica del Commissario si constituisce ragione d'un ducato il giorno, & cinque carlini il dì al Notaro, che meneranno, con le spese di loro seruitori, e caualli di detti Commissarii, & Notari, & vettura d'essi caualli non essendo proprii. Morendo alcun prete nella lor propria patria, li Commissarij non possono pigliar più di cinque carlini il giorno, purche non passino otto, ò dieci dì, & vinticinque grana per il Notaro senz'altro.

Et perche alcuni Commissarii sono stati soliti alle volte consumare molte giornate, aggrauando le parti di molte spese, & pigliando più per li loro viatici, & giornate, che non è quello, che peruiene poi alla Camera, per tanto ordiniamo, che si debbano spedire con ogni celerità più ò meno secondo la qualità delli spogli, & bisogno delli negotii, & che in fine di ciascuno processo, che manderanno a Noi ci mandino anco, senza preterire, lista, & notamento di tutto quello, che haueranno pigliato per loro viatici, giornate, caualli, & altre spese, ponendoui il numero delli giorni, che haueranno vacato in quello spoglio, ò altro negotio.

INTERROGATORII SOPRA QVALI SI haueranno da esaminare li testimonij in qualsiuolgia spoglio, che accaderà, riemettendoci alla diligenza del Commissario, nella qualità, & diuersità de' casi.

INterrogatur primum, se il Prete morto possedeva beneficio ò beneficii, con cura, ò senza, del titolo, o titoli, del luogo, doue è posto, o sono posti della Diocese, della rendita, & valore, & in che consistono l'entrate che facoltà possedeua, se haueua fratelli, ò nepoti come viueuano, tanto il beneficiato, quanto li fratelli ò nepoti, che arte faceuano, se viueuano insieme, & in commune, ò separati se haueuano diuisa l'heredità paterna, & se ha fatto testamento, chi Notaro se n'è rogato per

procurarne la copia da ponerla in processo.

Che compre fece il morto in vita se le compre, che si trouassero in faccia de' fratelli, ò altri congionti erano di suoi propri denari, se il morto, o parenti si lasciorno mai intendere, & vscir parola di questo, come costa o potria costare al presente, chi altri lo sa, chi si pigliaua li frutti, e l'entrate di dette cose comprate in faccia di parenti, & chi disponeua d'essi.

Che robbe mobili, stabili, animali, & esigenze sono rimaste alla morte del Prete, & sempre s'interroghi, chi altri potrà sapere quel che depone ogni testimonio per hauere più testimonii contesti.

Del valore, & prezzo delle robbe tanto stabili, quanto mobili, & animali, & non potendolo sapere per il detto de' testimonii, le faccia apprezzare, & stimare da persona esperta, mandandoci poi con il processo anco l'apprezzo.

MODO DA INTERROGARE SOPRA le negotiatione illecite dopò la morte de' Preti.

CHe facoltà resta, & si troua, distinguendo li stabili da' mobili, gl'animali, & crediti, del tempo che prese l'habito Clericale, quanto possedeua all'hora, della qualità de' negotii essercitati da lui, ò se altri l'hanno fatti de' suoi denari.

Se ha fatto il campo, ò massaria in territorii alieni, & tenuti affitti, la quantità delli grani, che seminaua, quanto rispondeua a' padroni de' territorii & quanto tempo ha tenuto questi & c'ha atteso.

Se compraua ò vendeua grani, biade, olii animali, vini ò altra sorte di merce comestibile, ò di vso commune, ò di qualsiuoglia altra sorte, la qualità, quantità, ò genere, se andaua a fiere, ò mercati, da chi compraua, à chi vendeua, che cosa, & à quanto prezzo, se nascuan tra contrahenti scritture publiche, sotto rogito di chi notaro, per poterne far cauar copia, & sopra ogni capo di lucro, & guadagno fatto, & quel che parerà da vantaggio alla sofficienza del Commissario, essendo fatto il processo il detto di sopra.

SYNODVS DIOECESANA.

DECRETO Concilii Trid. sess. 24. de ref gen. cap. 2. præcipitur vt Synodi Diœcesanæ quotannis celebrẽtur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias, cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur, ratione tamen parochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ij, qui illarũ curam gerunt, quicunque illi sint, Synodo interesse. Ordo ad celebrandã Synodum habetur in Pontificali Romano par. 3.

Cõgruit titul. de off. iudi.

Acta vero, quę necessario in Synodo fieri debent, sunt videlicet. Post emanatum edictum de Synodo ad certam diem inchoanda, & successiue prosequenda, debet in primis fieri electio Consultorum Theologorum, & in vtroque iure Doctorum, Promotoris, & Notarij siue Secretarii ipsius Synodi.

Secundo monendi, & requirendi sunt omnes, qui Synodo adesse, & interesse debent,

debent,& contemnentes per pœnas ecclesiasticas ad illam venire compellendi sunt,ac comparentes obedientiam,& reuerentiam exhibere debent, iux.tex.in c. quod super his,de maior.& obed. & contra absentes, nec legitimas excusationes adducere curantes, veluti contumaces procedi vt debita pœna mulctentur.

Tertio debet fieri,& promulgari decretum, quod si contigerit quem in sedendo,loco sibi debito nō stetisse,seu vocatum fuisse, aliudue egisse quod nullum circa præcedentiam patiatur præiudicium, sed cuiuscunque ius semper saluum consistat, vocationis tamen ea sit ratio, vt primo Ciuitatis, deinde Diœcesis Clerus vocetur.

Quarto debet apponi pœna ne quis, nisi tota Synodalis sessionis actione completa,ac benedictione obtenta,discedere præsumat.

Quinto moneri debent omnes, qui in ipsa Synodo querelas proponere velint,& si quæ sint,audiantur, legantur,& prouideantur. Solent insuper eligi Punctatores,& testes Synodales,aliaque agi, quæ Episcopo expedire videbuntur.

His peractis,alta,& intelligibili voce legi debet professio Fidei, iuxta formulam præscriptam in Bulla fel.rec.Pij IV.incip. Iniunctum,&c.qua lecta,accedere debent,qui ad id tenentur, vocati iuxta eorum gradum, & dignitatem adiurandum Fidei professionem secundum formulam recitatam,præstitoque iuramēto,decet etiam quemque osculari manus Reuerendissimi Prælati in signum reuerentialis obsequij,ac debitæ reuerentiæ.

Legatur etiam Decretum Concilij Tridentini de designandis personis ad id aptis,quibus causæ delegandæ committantur,illique, qui Synodales iudices deputati fuerint,pronuncietur,& publicentur. *Sess.25. de ref. ca.10.*

Legatur etiam Decretum eiusdem Concilij de proponendis examinatoribus promouendorum ad Ecclesias Parochiales,pro quibus probandis suffragia ferātur,& electi nominatim promulgentur, de quibus examinatoribus in Synodo approbandis,extant literæ nomine Sacrę Congregationis Concilij scripię tenoris seq. *Sess.14. de ref. ge.ca. 18.*

Illustr.& reuerendiss.Domino vti fratri D.Patriarchæ Venetiarum.

Illustr. & Reuerendissime Domine vti frater. Consultationi Amplitudinis tuę super examinatoribus in Synodo approbandis,sic respondit Congregatio Sacri Trid.Cōcilij interpre.nempe.Examinatores, qui ab Amplitudine tua proposi ti fuerint,a Synodo tam per vota secreta,quam aperta posse probari. Itaque Amplitudo tua eum modum in probatione seruari faciat,quem magis expedire iudicauerit.Quod reliquum est,Deum illi quam beneficentissimum precamur.Romę die 11.Iulij M.D.XCII.

Amplitudinis tuæ Illustr.& Reuerendiss.

Vti frater Hieron.Card.Matthæius.

Legatur etiam dispositio decretorum Concilij Trid.super personali residentia facienda c 1.sess.6.de ref.& sess.23.de ref.c.1. in cuius fine id expresse cauetur, vt in Episcopalibus Conciliis publicentur. Publicato autem statutorum Concilij Prouincialis fit in Episcopalibus Synodis ex dispositis in c.licut olim,de accusat.

In priuatis Congregationibus tractentur decreta, & constitutiones Synodales faciendæ, quæ postea publice in Ecclesiæ promulgentur, illæ autem fieri possunt sine Synodi approbatione, super quo extant literæ nomine Sacrę Congregationis Concilij scriptę tenoris sequen.

Illustr. & Reuerendiss. Domino vti fratri D. Patriarchæ Venetiarum.

Illustr. & Reuerendissime Domine vti frater. Sacra Congregatio Illustr. Patrum, qui Trid. Conci. interpretando a S. D. N. præfecti sunt, per libellum Amp. tuæ nomine porrectum consulta respondit; eandem Amp. tuam in Synodo Diœcesana facere posse constitutiones absque consensu, & approbatione Cleri, debere tamen requirere consilium Capituli, licet illud non teneatur sequi, nisi in casibus a iure expressis: non obstante, quod ex forma Rom Pontificalis in celebranda Diœcesana, & Prouinciali Synodo expresse habeatur, vt constitutiones in Synodo publicandæ a Patribus per verbum Placet, confirmentur, cui Congregationis sententiæ Amp. tua in hęrens in suam Synodum peragendam nouiter incumbat, & bene valeat in Domino, quem vt illi in huiusmodi pastoralibus, ac salutaribus muniis sua gratia semper ad sit, ex animo rogamus.

Romæ die 27. Aprilis 1592.

Amp. tuæ Illustr. & Reuerendissimæ,

Vti frater studiosissimus Hieron. Card. Matthæius.

Quas, & præcedentes relatas literas habes impressas in Synodo Veneta celebrata in mense Septembris 1592. fol. 46. & seq.

His explicitis, priusquam Synodus dimittatur, fiant acclamationes sanctæ cũ gratiarum actionibus, iuxta modum, & formulam a prælato præscriptam, quib. terminatis, omnes Sacerdotes, & Clerici surgẽtes, cum reuerentia osculum pacis ab Episcopo accipiant, & sibi inuicem dent cum timore, & amore Dei, quod vero sancti osculi significatione ostendunt, id re ipsa præstent, vt coniunctissimis animis concordique voluntate, & pacis, atque charitatis studio quęcunque decta, sancitaue sunt, sollicite exequantur, ac æque ab omnibus custodiantur, in synodis diœcesanis magis deceret vt omitterentur acclamationes, & pacis oscula, vt habetur in cæremoniali episcoporum lib. 1. 21. in fi.

Demum Episcopus solenniter benedicat, & Archidiaconus verbis in Pontificali libro contenti Synodi conclusionem, absolutionem, & dimissionem significet.

Verum an sicuti Synodus Prouincialis, ita etiam & Diœcesana antequam publicetur, sit ad vrbem transmittenda, vt eius statuta prius recognoscantur, & approbentur per Sacram Concilij Tridentini congregationẽ (Et respondeo, quod non, prout ex sequentibus literis manifrste deducitur.

Illustri, atque Reuerendiss. Domino vti fratri Domino Episcopo Hostien.

Illustris, & Reuerendissime Domine vti frater. Non est in more positum apud Patres Illustrissimos, qui Triden. Concilii decretis interpretandis præfecti sunt Diœcesanas Synodos recognoscere, sed Prouinciales tantum emendare. Quare vt voluntati, vterque Pastorali amplitudini tuæ zelo in tuæ Sinodi correctione quoquomodo satis per me fierer, illud pro mea in te & in ecclesiam tuam chari-

charitate mihi sumpsi, vt Synodum ipsam percurrerem, simulque ea adnotarē, quæ notatu digna visa sunt, quemadmodum licebit in extremis ipsius Synodi paginis, vbi nostras animaduersiones adscripsimus, inspicere. Quod superest tu, Cleruſque tuus in tot salutarium constitutionum obseruatione nouitet incumbite, memores vnam, optimamque legem esse legum obseruantiam. Valete in Domino. Romæ pridie kal. Decembris 1586.

Amplitudinis tuæ Perillustris, atque Reuerendissimæ

Vti frater studiosus A. Card. Carafa.

De synodo episcopi, & de statutis episcopi synodalibus copiose scripsit Henricus de Bottis omnino videndus.

TORNEAMENTA.

PRÆTER Summistas in hoc verbo sciendum est, super prohibitione taurorum, & ferarum, & annullatione votorum, & iuramentorum super eisdem pro tempore interpositorum extare Bullam Pij V. Romæ publicatam die 15. Nouembris 1567. tenoris sequentis.

De salute gregis dominici nostræ curæ diuina dispensatione crediti, prout ex debito Pastoralis officij astringimur, solicite cogitātes, fideles cunctos gregis eiusdem ab imminentibus corporū periculis, etiam animarum pernicie perpetuo arcere studemus. Sane licet detestabilis Duellorū vsus a diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilii Trydentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plerisq; ciuitatibus, & aliis locis, quamplurimi ad ostentationem virium suarum, & audaciæ, in publicis, priuatisque spectaculis cū tauris, & aliis feris bestiis congredi nō cessant. Vnde etiā hominum mores, membrorum mutilationes, animarumq; pericula frequēter oriuntur. Nos igitur considerantes hæc spectacula, vbi tanti, & feræ in circo, vel foro agitātur, a pietate, & charitate Christiana aliena esse, ac volēter hæc cruēta, turpiaque dæmonū, & non hominum spectacula aboleri, & animarū saluti quantum cū Deo possumus prouidere, omnibus, & singulis principib. Christianis quacunque tam ecclesiastica, quam mundana etiam Imperiali, Regia vel qualuis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupantur, vel quibusuis communitatibus, & respublicis hac perpetuo nostra constitutione valitura sub excōmunicationis, & anathematis pœnis ipso facto incurrendis, prohibemus, & interdicimus ne in suis prouincijs, ciuitatibus, Terris, oppidis, & locis huiusmodi spectacula, vbi Taurorū, aliarumq; ferarum bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant. Militibus quoq; ceteriſque aliis personis, necum Tauris, & aliis bestiis præfatis spectaculis, ipsi tā pedestres, quā equestres cōgredi audeant interdicimus. Quod si quis eorū ibi mortuus fuerit ecclesiastica careat sepultura. Clericis quoque tā regularibus, quā secularib. beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinib. constitutis, sub excommunicationis pœna, ne eisdem spectaculis intersint, similiter prohibemus, omnesque obligationes iuramenta, & vota, a quibusuis personis, vniuersitate, vel collegio de huiusmodi Taurorum agitatione, etiam vt ipsi falso arbitrantur, in honorem Sanctorum, seu quarumuis ecclesiasticarum solennitatum, & festiuitatum) quæ diuinis laudibus spiritua-

libus gaudiis piisque operibus, cum huiusmodi ludis celebrari, & honorari debent) hactenus factas, & facta, seu in futurum fiendo (quæ & quas omnino prohibemus) cassamus, & annullamus, ac pro cassis nullis, & irritis haberi perpetuo decernimus, atque declaramus; mandamus autem omnibus principibus, comitibus, & Baronibus S. R. E. feudatariis, sub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipsa ecclesia Romana obtinenti, reliquos vero Principes Christianos, & terrarum Dominos prædictos hortamur in domino, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore, præmissa omnia in suis dominijs, ac terris huiusmodi exactissime seruari faciant, vberrimam, ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi; ac vniuersis venerabilibus fratrib. patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, aliisque locorum ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicii, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus in ciuitatibus & diœcesibus propriis præsentes nostras literas sufficienter publicari faciant, & præmissa etiam sub pœnis, & censuris ecclesiasticis obseruari procurent. Non obstantibus &c.

* *ADDITIO. Ad huius Constitutionis intellectum vide tradita per Nauarr. qui eam ad verbum refert in man. c. 15. num. 18. & tribus seq. Ioan Gutier. lib. 1. canon. quæst c. 7. Petr. Nauarr. in tract. de restitut. lib. 2. cap. 3. num. 300. & seq. & Rodriq. in Sum par 2 cap. 73. Neque ignorandum, quod præfatæ constitutionis pœnæ, & censuræ in Regnis Hispaniarum, quo ad laicos, & fratres Milites tantum quarumcunque Militiarum, (dummodo sacris Ordinibus initati non fuerint,) reuocatę fuerunt per Greg. 13. duabus adhibitis conditionibus, s. vt agitationes taurorum festis diebus non fiant, nec non prouiso per eos, ad quos spectabit, quod exinde alicuius mors, quo ad fieri poterit, sequi non possit, per quem in reliquis a Pio 5. sancitis nihil immutatur, vt latius in quibusdam literis ab eo editis anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto die 25. Auguſti continetur, quarum literarum seriem & tenorem recenset Ignat. Lopez ad Diaz in pract. crimin. can. c. 73. Et insuper in eisdem Hispaniarum Regnis duntaxat, ac cum eisdem conditionibus Sanctissimus D. N. Clemens 8. abundantius prædictas pœnas, & censuras in Pij 5. constitutione contentas sustulit, & amouit, scilicet, quo ad omnes in ea expressos (exceptis Monachis, & Fratribus mendicantibus, ceterisque regularibus cuiuscumque Ordinis, & instituti,) illam ad terminos iuris communis reducendo, non tamen illi derogando Monet tamen sua Sanctitas, ac in Domino hortatur Clericos sæculares beneficia Ecclesiastica obtinentes, vel in sacris Ordinibus, seu in Ecclesiastica dignitate constitutos ibi existentes, ne paterna hac eius benignitate abutantur, prout plenius in suis literis sub Dat. Romæ Anno milleſimo quingenteſimo ſexto die 13. Ianuarij habetur, quarum literarum contextum refert cum annotationibus Roderic. Tomo 3. quæst. regular. quæst 68. art. 2*

VECTI-

Greg. XIII. Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, quod felicis recordationis Pius Papa prædecessor noster, periculis fidelium occurrere volens, per suam Constitutionem, omnibus Principibus Christianis, ceterisque personis in ea expressis sub excommunicationis, & anathematis, & alijs censuris, & pœnis prohibuerit, ne in eorum locis, spectacula, vbi taurorum aliarumque ferarum bestiarum agitationes exercentur, fieri permitterent: aut illis quomodolibet interesse, prout in eadem Constitutione latius continetur. Nihilominus idem Philippus Rex Regnorum suorum Hispanorum vtilitate motus quæ ex agitationibus huiusmodi taurorum peruenire solita erant, nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos ipsius Philippi, regis, nobis in hac parte humiliter porrectis supplicationibus inclinati, excommunicationis, anathematis, & interdicti, aliarumque ecclesiasticarum sententiarum, & censurarum in ipsius Pij prædecessoris Constitutione contentas pœnas in eisdem, Hispaniarum Regnis, quo ad laicos, ac fratres milites tantum quarumcunque militiarum, etiam præceptorias, & beneficia ipsarum militiarum pro tempore obtinentes, dummodo dicti fratres milites Sacris ordinibus initiati non fuerint, & agitationes taurorum festis diebus non fiant, auctoritate Apostolica tenore præsentium tollimus, & amouemus, præmissis, aliisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Prouiso tamen per eos ad quos spectauit, quod exinde alicuius mors quo ad fieri poterit, sequi non possit. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 25. Augusti 1575. Pontificatus nostri anno quarto.

Sequitur moderatio Clem. VIII. ralata per Emanuelem Rodericum in loco præallegato.

NOs considerantes pœnas omnes excommunicationis præsertim, & anathematis salutares esse debere, quod eo consilio adhibendæ sint, vt omnes illarum timore perterriti eas res, quæ prohibentur omnino cuitent, & animaduertentes commemoratas censuras, & pœnas parum in dictis Hispaniarum Regnis hactenus præfecisse, atque hoc tempore non solum animabus non mederi, sed plurimum obesse, quinimo materiam Scandali plerisque afferre, his sane malis, atque periculis pro debito pastoralis officii quantum cum domino possumus occurrere cupientes auctoritate Apostolica tenore præsentium excommunicationis, atque anathematis ceteraſque pœnas in dictis literis,

contentas,quo ad omnes in illis expressos in Regnis Hispaniarum dũtaxat (monachis & fratribus mendicantibus,ceterisq, cuiuscunque ordinis, & instituti regularibus exceptis) tollimus, remouemus, & amouemus, easdem, quæ Pii prædecessoris literas ad terminos iuris cõmunis,cui per præsentes non intẽdimus de rogare,perpetuo reducimus,ac restituimus, reductasque, & restitutas esse decernimus,& declaramus, non obstantibus præmissis, nec non ceteris constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, alijsque contrarijs quibuscunque, volumus autem vt huismodi taurorum agitationes in eisdem Hispaniarum regnis festis diebus non fiant, & per eos ad quos spectat prouideatur, ne inde alicuius mors,quod fieri poterit sequatur, clericos vero seculares beneficia ecclesiastica obtinentes,& in Sacris ordinibus,seu in ecclesiastica dignitate constitutos indictis Hispaniarum regnis existentes per præsentes monemus, & hortamur in domino,ne paterna hac nostra ex Sedis Apostolicæ benignitate abutantur sed memores muneris,& vocationis suæ eamque vtriusque rationem habeant,vt nihil quod a propria dignitate & a sua,ceterorumque salute,alienum existimatur vllo vnquam loco admisisse arguantur. Datum Romæ apud Diuum Petrum sub annulo Piscatoris die decimo tertio Ianuarij anno 1596. Pontificatus nostri anno quarto.

VECTIGAL.

PRÆTER Summistas sciendum est,qualiter illi, qui collectas,decimas,taleas,præstantias,& alia onera Clericis,Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis,ac eorum,& Ecclesiarum,Monasteriorum,& aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis,illorumque fructibus,redditibus,& prouentibus huiusmodi absque simili Romani Pontificis speciali,& expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt,aut sic imposita etiam a sponte dantibus,& concedentibus recipiunt. Non,qui per se, vel alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, ac in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur; cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, &c. Sunt excommunicati, & absolutio est reseruata Papæ, vt in Bulla Cœnæ capit. 18. vbi etiam capit. 5. sunt excommunicati,qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas, præterquam in casibus sibi a iure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis imponunt, vel augent, aut imponi, seu augeri prohibita exigunt.

Regula: quod psonæ ecclesiasticæ & eorum bona gaudẽt immunitate.

ADDITIO. Firmissima,& Generalis statuenda est Regula,quod Clerici,& quælibet personę Ecclesiasticę gaudent immunitate gabellarum,collectarum,& huiusmodi, eorumque bona a similibus oneribus, & exactionibus esse exempta, est etiam priuilegium eis a iure concessum, ita vt a laicis compelli non possint ad soluendas gabellas, victigalia,datia,& c. cap non minus. vbi Aabbas num. 3. & 17. & c aduersus. de immunit Eccles. idem Abbas in cons. 13 par 2 c. quamquam de cens. in 6 clem presenti eod. tit. cum alijs concord. Concil. Trid sess. 25. de ref. c. 20. vbi immunitates & priuilegia Ecclesiarum,ac Ecclesiasticarum personarum innouantur, & confirmantur. Soto in 4. sent dist. 25 q. 2. art. 2. Alfons. de Castro lib. 1. de

1. de lege pæn. c. 12. late Medina in Cod de restit. quæst. 15. Nauarr. decisionem hanc amplificans in Man. capit. 17. num 202. Quam amplia, & primo vt non solum sint immunes ab omnibus oneribus, & gabellis Clerici in sacris Ordinibus cõstituti, verum etiam Clerici primæ tonsuræ, dummodo incedant in habitu, & tonsura Clericali, & inseruiant in diuinis. Couarr. notab. cap 31. practicar. quæst. sub nu. 9 (prout de Clericis primæ tonsuræ adest in hoc Regno) Capitulum incip Item statuimus, quod Clerici, qui Clericaliter viuunt non cogantur communicare cum alijs in Collectis, & exactionibus alijs quibuscunque. nec pro bonis Ecclesiasticis, nec pro patrimonialibus eos legitime contingentibus, quo loco per Addentes declaratur, qui dicantur clericaliter viuere. Secundo amplia, vt Clerici Græci quamuis coniugati gabellarum immunitate gaudeant, quia sunt vere, & quo ad omnia personæ Ecclesiasticæ Doct. addentes ad præd. Regni capit. Clerici autem Latini coniugati illas subire, & præstare tenentur gloss. celebris in cap. vnic. in ver in ceteris de cler. coniug. in 6. Bertacchin. in tract. de gabel. par. 7. num 12. Guido Papæ decis. 383. & est communis Doctorum opinio in cap ex parte eod. tit de qua testatur Couarr. loco præcit. Tertio amplia, vt etiam possint Clerici donare, & vendere siue totum, siue id, quod eis supereesset de immunitate taxata sicuti communis vsus comprobat. Quarto amplia vt nec teneantur Clerici soluere datia vini, carnium, panis, & huiusmodi declarando, vt per Sylvest. in verbo Immunitas 1. sub num 22 quem refert, & sequitur Ludou. Lopez in instructor. conscient. par 2. c. 40. q 9. & Rodriq. in sum. par. 2. c. 75 concl. 14. Quinto amplia, vt absque gabellæ solutione vendere, seu vendi facere possint bladum, vinum, oleum, & similia habita tã ex fundis & vineis patrimonialibus, quam beneficialibus non solum in ponderе magno, seu ad grossum, sed etiam ad minutas mensuras Bertacchin. in tract. de gabel. par. 7. col 4. vers. An autem &c Campan in repet. extrauag Clem. 7. cõtra Cler nõ incedentes in hab & tons. sub nu. 128 Rolland a Valle in cons. 71. nu. 9 lib 4 quia cum talia sint ex rebus suis recollecta non dicuntur negotiari Panorm. in consil. 6 prope finem par. 1 Grauet. cons. 163. nu. 3. Roland. ibidem nu 11. Tolet in Sum. lib. 1. c 38 vers. vndecima habetur &c Extende vt id eis liceat non obstante prohibitione de hoc publice facta Ignat. Lopez ad Diaz in pract. crimin. can. cap 55. quem sequitur Matthæus Bois in Addit. ad Stephan. Aufrer. in tract. de potest. sæcular. in Ecclesiast. regula 2 fallent 32. Neque ex hoc inferetur posse Clericum tenere tabernam, & vinũ quod ex possessione sua, vel Ecclesiæ colligit, personaliter, & per seipsum vendere. licet possit illam etiam in domibus Ecclesiæ tenere, & vinũ per alium vendere Gem. & Fran. in c. vn. de vit. & honest. cler. in 6 et alii quos cõgerit Lãber. de iure patron lib. 2 par 1 q. 6. art. 26. nu. 4. Sexto & denique amplia, ut neque possint Clerici cogi ad hospitandum milites lib. 1. & ibi Bal. notab. 3 C. de Episc. & Cler. & in hoc Regno adest Capitulum incip. Item statuimus quod domos Prælatorum, &c. & quo ad monasteria extat etiam Bulla Pij V. incip. Dũ ad vberes. relata supra in verbo priuilegia Regularium fol. 505 & de exemptione Religiosorum quo ad tributa, & exactiones late loquitur Roder. tom 2 q regul q. 65. quo loco etiã de fratribus Hierosolymitanis, quos vulgus appellat de Malta, & de fratribus tertij Ordinis B Francisci agit.

1. amp. 2. amp. 3. et 4. amplia tio. 5. amp. 6. amp.

1. limit.

Eandem limita, & primo, ut hac immunitate non gaudeant Clerici in fraudem collectarum assumentes habitum Clericalem, sine vlla intentione clericandi argu. tex in l. qui sub prætextu C. de sacros. Eccles. Secundo limita, ut neque illa gaudeat Clerici in rebus eis fraudulenter donatis a patre, fratre &c Bart. in consil. 180. nu. 3. lib. 1. Luc de Pen in l. ult. in fine. C. de annon. & tribut. lib. 10. Petrus Duen re-

2. limit.

gula 100. num. 5. qualiter autem probetur fraus in donatione facta Clerico, videndi sunt Speculat. in tit. de Cler coniug. num. 17. lib. 4 & Sylvestr. in verbo Excommunicatio. quæst. sub nu. 13. quæ fraus præsertim detegitur, vbi Pater fecisset sibi fieri albaranum de illis detinendis nomine suo, & tunc tenetur integre restituere omnia damna illata vniuersitati cum sit facta donatio. secus vero si quis donaret filio animo transferendi dominium, & donatio non esset immoderata, & vltra virilē, quā uis causa impulsiua fuerit, vt non teneatur soluere collectas, cum enim in hoc casu sit vera donatio, excusatur filius Clericus a collectis, quia causa motiua, siue causa

3. limit. sine qua non vitiat actum, probatur hoc in simili de iure congrui quod non habet locum quotiescunque fit donatio iuxta constitutionem Regni sancimus, quæ donatio sufficit, quod sit vera, licet causa impulsiua ad illam faciendam fuerit pro euitando retractu seu iure congrui, quia est cautela a lege concessa. Tertio limita, quod quamuis Clerici de iure Regni hac immunitate in bonis eis donatis nō gaudeant, hoc non procedit quando eis essent data seu concessa pro titulo sacrorū Ordinum loco beneficii iuxta decretum Conc. Trid. cum non deceat sess. 21. de ref. quia censetur Ecclesia

4. limit. Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ nu. 10. de constitut. Decius in c. Episcopus num. 20. de præben. Nau. in cons. 5. sub nu. 1 de immunit. Eccl. in nou. Quarto limita, quā do ad ipsos Clericos transierit res aliquo onere affecta, eo quod haberet annexam annuam præstationem tributi, seu census quis soluebatur antequam illius rei possessio ad eos peruenerit l. Imperatores ff. de publican. & vectigal. c. tributum 23. q. 8 & arg. tex. in c. ex literis de pignor. cum concord. idque intellige dummodo illud onus

Vide Menoc. l. 4. de p̄ sum. præ sum 82. nu. 4. esset ordinarium perpetuum, & inuariabile. secus si esset extraordinarium, tēporale, & incertū ex allegatis per Campan. loco superius cit. nu. 101 & seq. veluti in collecta, quæ secundum varietatem negotiorum imminentiū, & prout necessitas exposcit interdū in maiori, & interdum minori quantitate imponitur, quia tale onus cū non sit perpetuum, neque certum non dicitur durare postquam res peruenit ad personam priuilegiatam Panorm. & Imola in c. fin. nu. 12. de vita, & honest. Cleric. Sylvest. in verbo Immunitas primo sub nu. 19. optime Addētes ad Capitulum Regni primo citatum, & notab. declarat Campan. vbi supra nu. 104 in fine, & sub nu. 109.

5. limit. Quinto limita, vt teneantur Clerici soluere onera, & gabellas (ēt non expectato assensu Apostolico) quando soluerentur pro communi damno, seu periculo euitando,

Hāc Panor. doctrinā sequitur ēt Nat. in cons. 63. iuxta casum positum per Panor. in c. non minus sub nu. 20. de immun. Eccles. Bertachinus in prad. tract. par. 7. col 5. vers. Sed limita verum & c. Sylvest. & Ludou. Lopez locis cit. Campan. in eadem repet. sub nu. 113. Roderiq. in Sum. par. 2. capi 73. concluf. 13. & per Anastas. Germonium lib. 3. de Sacr. Immnni. c 17. nu 28. Sexto limita nisi S. Pontifex immunitates Clericis debitas in aliquem locum piū transtulisset, eique applicasset.

Sexta et Septima limitatio. Limitatur denique in Clerico negotiatore; Ad cuius materiæ dilucidationem, tria animaduertenda proponimus. Primum est, quod Clericus non est iudicandus negotiator, seu mercator per vnius rei emptionem, & venditionem. sed qui plures negotiationes fecisset ex gloss. & ibi Bar. in l. 1. §. licet in verbo omnes, ff. de tribut. act. Panor. & Ripa, in c. 1. de iudic. dicentes in hoc considerandam esse vulgi opinionem, Ancharan. Gem. & Franc. cap vnic. de vit. & honest. Cler. in 6. Philip. Prob. in cap. vni. num 1. de Cler. conugat. in 6 Ignatius Lopez qui alios memorat in eodem cap. 55.

Quibus Clericis sit interdicta negotiatio Secundo animaduertimus, quod in proposito nostro, sub prohibitione sacrorum Canonum, ne Clerici exerceant negotiationem, comprehenduntur duo genera Clericorum, nempe constituti in ordine sacro, & Clerici beneficiati, ceteri vero in mi-

noribus

minoribus ordinibus constituti, vel primę tonsuræ, quo ad habentur vt laici, vt non sit eius interdicta negotiatio Panor in cap 1. num 12 ne Cler. vel monach sæcul. negot. se immisc. Nauar. in cons. 3. num. 2. de succes. ab intest. in antiq. & cons. 5. n nou. Ignat. Lopez vbi supra. Rodriq. in Sum. par. 2 cap 1. conclus. 1. cuius rationem affert. Redoan. in tract. de spolijs Eccles quæst. 2. num 61 quia possunt impune sæculariter viuere, & ad sæculum redire, ac ordini Clericali in totum renunciare, & si non verbo, saltem facto exercendo actum omnino contrarium.

Tertio, (quatenus ad id de quo agitur attinet) emptionem, & venditionem in duo tantum genera diuidimus, quorum alterum est, quando emitur res aliqua, & in sua forma integra, qua empta est, lucrando reuenditur, & hæc proprissime dicitur negotiatio. Alterum est, quando emitur res, seu rudis materia, vt inde sit occasio operandi, & mutata forma vendatur charius, & tunc potius dicitur artificiū seu industria, quam proprie negotiatio, quia illud lucrum non prouenit ex re illa uēdita forma adhuc integra, & intacta, sed ex artificio, quo mediante, secundum regulam alicuius artis ad aliam formam res illa est redacta. Feder. de Senis in cons. 207. num. 2. Panor. in c. fin. num. 10 de vi & honest. Cler. Archid. Ioan And. Gemin. & Franc. in cap. quamquam de cens. in 6. Imola, & Vitalin. in Clem. præsenti eod tit. Sylvest. in verbo Excommunicatio nono. sub quæst 21. Capyc. in iunest feud. fol. 116 in princ. Redoan in præd q. 2. num. 36 & infra. & Molina de contract disp. 339. num. 3. Quibus sic prælibatis verissima est propositio, quod cum negotiatio mera lucrativa strictissimo modo sumpta, quæ ad primum genus pertinet sit Clericis prohibita, prout Canones 88 dist. per legenti manifestum apparebit, cuiusque exercitium ipsi sub pœna anathematis interdicitur iux. tex. in cap. secundum instituta. ne Cler. vel Monac. huiusque prohibitionis ratio est indecentia maxima ratione personæ; & dignitatis Ecclesiasticæ, ideoque cum de peccato suo, ac facto indecenti, & contra Canones non debeant commodum reportare, neque eis sit fauendum in eo in quo iura violant, vt per Cardinal Zabar. in cons. 12. num. 3. huiusmodi Clerici negotiatores tenentur in concernentibus negotiationem gabellas soluere. cap fin de vita, & honest. Cler. d. cap. quamquam, & d. Clem præsenti de cens. a contrario sensu, Duen in d. reg. 100 num. 11. Quam amplo & primo, vt in conscientia ad d gabellas soluendas statim sint astricti, antequam ter sint admoniti abstinere a talibus commerciis. Gemin. & Franc. in d cap quamquam Campan loco superius cit. sub nu 112. optime Molina de contract disp. 34 nu. 4. & seq. cui opinioni etiā adhæsit communis præceptor admodū Reuer. P. Marius Andria, quicquid in contrarium dicat Lud. Lopez, in instructor conscient. par. 2. c. 41. cuius doctrinā sectatur etiā Rodriq. in Sum p. 2. c. 75. concl. 9 in fine, moti per tex in d. c. fi. cuius intellectum ad defensionem huius ampliationis recte indicant præalleg. Doctores, quē ipsi non satis animaduerterunt. Secundo amplia etiā si per manus alienas d. negotiationē exercerent, tū quia & in ea interuenire videtur aliquid sœditatis, & indecētiæ ratione status Clericalis, vt inquit Molina, tum quia maximam bonorum temporalium cupiditatem præ se ferat, vt ait Ignat. Lopez. in præd. c. 55 fallit si adesset circūstantia paupertatis suæ siue familiæ, quæ eum excusaret, quæ quando est vera mutat naturā rei, & operatur, vt licite illa per alios fieri possit. Medina in Cod. de restit. q. 30. imo etiā per seipsum quādo nō fit ad locupletandū, sed ad propriā, seu suorum inopiam subleuandam ex Imola in c fi sub nu. 13. de vita, & honest. Clericor. & Nauar in Man c. 25. sub num 110. & in cons. 3 num. 3. de succes ab intest in antiq. & cons. 5. in nou. Itē principalis propositio limitationem recipit, vt per ipsum Clericum emerentur res aliquæ ad propriam sustentationē, vel suæ familiæ pro victu

Negotia q̄ dicatur & quādo licita.

Idem Panor cons. 6. sub n. 2 p. 1.

Quādo clericus tenentur soluere gabellā.

totius

totius anni, & præter propositum de eis supereſſent, vt tunc illæ res superfluæ poſſint licite vendi iuſto pretio tunc currenti licet maiori, quam emerit abſque periculo negotiationis, quia illa venditio eſt per accidens, & id quod fit per accidens, nō eſt in conſideratione D. Thom. 22 quæſt 77. art. 4. Nauar. in præd c. 25. ſub eodem num. 1. eritque immunis a gabellæ ſolutione, quod in practica eſſe notatu dignum aſſerit Ignat. Lopez loco præcit. idque extende, vt in præfato caſu quando ſcilicet emerit neceſſaria ad proprium ſuorumque vſum abſque animo reuendendi, accreſcente poſtea pretio, ex cuius magnitudine ad vendendum ipſe Clericus, attrahatur (intelligens ſe deinde vilius emere poſſe res ſimiles) liceat ei illa vendere charius, quam timuerit, & lucrari ſine vlla tributi obligatione excom. omnium ſentētia, de qua teſtatur Molina loco prox. cit. nu 1. eoque maxime ſi dicta venditio fieret propter occurrentem neceſſitatis articulum, attenditur enim prima deſtinatio, prout etiam in alijs ſimilibus concludit Roderic. tom. 3. quæſt. regul. q 75. art 8. ſub 3. concluſ.

Difficultas verſatur in his, quæ de ſecundo genere emptionis, & venditionis ſunt videlicet, quando Clericus emeret lanam, vt per miniſtros ſeu operarios ſua impenſa conductos, illique rei aptos ex illa pannos conficiat, quos vendat quæſtus faciēdi cauſa, aliaque ſimilia exempla ad hoc ſecundum genus ſpectantia, quæ recenſet Molina ibid. numer. 6. & infra, & quidem præfatus Doctor affirmat, quod cum huiuſmodi negotiationes multum accedant ad primum genus ex identitate rationis in his Clericus immunitatis priuilegio non gaudeat, idem fatetur Roderic. in præd. q. 74. art 8. concluſ 2. quod, & ante ipſos pronunciauit Bonif. de Vital. in præd. Clem. præſenti, nu. 59 & ſeq ſcilicet, vt non ſit facienda differentia inter primum, & ſecundum genus quando id Clericus faceret cauſa lucri, & cupiditatis, ſecus, veroſi illud lucrum ordinatum eßet ad finem prouidendi ſuis neceſſitatibus, & ſic vt in primo caſu debeatur gabella, in ſecundo vero non, idque, vt prædixi, intellige quando per manus perſonarum mercenariarū faceret, vt in ſimili habetur per Ancharan. in d cap. quanquam. num 5. quem ſequitur Sylueſt in ver Excom. 9. ſub nume. 4. & Nauar, in Man c 27 ſub num. 128. quia tunc nulla verſatur induſtria Clerici, alias ſecus, & ideo excipitur ab hac concluſione negotiatio impropriſſima, veluti quoties Clericus aliquam rem emendo, & poſtea ſua opera, & induſtria mutatam vendendo vellet aliquo artificio vti, vt aliqua lucretur præſertim ad neceſſaria vitæ comparanda, iuxta textum in can. clericus ab inſtanti 21. quæſtio. 1. gloſ in Sum. 14 q. 7 in fine, Albert Trotius lib 2. de vero, & perfecto Clerico c. 52. nu. 5. tuncque ei licitum erit duobus concurrentibus ſcilicet, modo ea de cauſa non ſe ſubtrahat ab his, quibus incumbere ex Clericali officio tenentur. c Clericus 91. diſt Sylueſter in verbo Clericus 3. nu 2 & dummodo artificium inhoneſtum ſeu illicitum nō reddatur ratione rerum, quas conficeret, vt ſi eſſent chartę luſoriæ, taxilli, arma bellica & ſimilia, vel ſi eſſet artificium ſordidum, & immundum veluti pelles, & coria aptare, & huiuſmodi.

An exactor teneatur ſtare dicto clerici.

Et quia poſſet oriri controuerſia inter publicanum, & Clericum viatorem de rebus quæ inuehuntur, an ſcilicet deferantur cauſa negotiandi, vel ne, & an ſint ſuę vel alterius, quid igitur erit in caſu iſto agendum. Reſpondeo ex mente gloſſę nota. in d. Cle. præſenti. in ver. non negotiandi, & ibi Doctores, quod cum graue eſſet ſemper iudicem adiri pro fide huius rei recipienda, teneatur gabellæ exactor ſtare nedū ipſius Clerici iuramēto ſed, & ſuorum nunciorum, niſi de contrario fides haberetur in promptu, vel perſonarum qualitas diſſuaderet iuramentum, vt quia male conditionis eſſent, ſeu de mendacio conuincerentur, vt per Roland. in præalleg. conſ. 71. num.

num. 34. quam gloſſam ſequitur etiam Campa vbi ſupra. ſub num. 10. & communiter receptam fatetur Nauar. in conſ. 1. nu. 4. de immunit. Eccleſ in antiqu. & conſ. 5. in nou.

Quæritur an inter negotiationes Clericis prohibitas computetur alienа prædia conducere. Reſpondeo affirmatiue quoties propter cupiditatem, & lucri cauſa, vel vt per operarios illa colerent, id ab eis ageretur c. 1 & 3. 21. q. 3 & proinde ex venditione fructuū inde collectorū gabellā ſoluere tenerentur. Molina in præalleg. diſp. 342 ſub nu. 7. Limitatur duob modis, & primo quādo conductori ſuccederent, quia tunc licite in illa conductione permanere vſque ad præfinitū locationis tempus poſſent glo. & Panor in c. 1. ne Cler. vel monach firmat Sylueſt. in verbo Clericus 3. ſub nu. 2 & Redoan in præf. q. 2 num. 12 Secundo limitatur inſtāte neceſſitate, eo quod propria eis, ſuiſque non ſufficerent, aliterque commode viuere nequirent, tunc enim id eis permittitur, vt ipſimet excolant ſoluendo certam fructuum, ſeu pecuniā portionem gloſ in can. peruenit. in verb. conductiones. 86. diſt. & in c dilecti in ver. conduxiſtis de decim. & de mente omnium Doctorum. Conductio an ſit negotiatio illicita.

Similiter ad illicitæ negotiationis genus, pertineret, quādo Clericus emeret equos, boues, iuuencos, oues &c. & agros alienos conduceret, vt in illis ſeminet ad animalia paſcenda, & poſtea vendenda, vel ſi emeret vt illa ad incrementum traderet, ſecus vbi animalia empta in proprio territorio nutriret, vt poſtea illarum fœtus, & fructus, vel cum creuerint, vel ſuo labore, & induſtria meliorata charius vendat. Item non eſſet negotiationis genus ſi proprium iumentum, quod ſibi inſeruit alijs locaret ſecus autem ſi iumenta emeret ſolum, vt ea locet Molin. loco præallegato ſub nu. 14.

Et quoniam ſupra in verbo Spolia Clericorum oſtenſum ex varijs Summorum Pontificum Conſtitutionibus conſtare, quod bona quæ a Clericis ex illicita negotiatione acquiruntur, ſub nomine ſpoliorum veniunt, non immerito dubitare contingit; An ſuccedentes Clericis in prædictis bonis ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato tuta conſcientia ea retinere valeant, illarumque titulum acquirant. Reſpondeo quod hanc quæſtionem decidunt Nauar. in conſ. 10. de teſtam. in antiq. & conſ. 3 in nouis. Molina de iuſtitia diſ. 147. ſub concl. 5. & Rodriq. in Sum par. 2 c. 1 concl 4.

Vt autem exigentes gabellas, collectas, & huiuſmodi a Clericis incidant in cenſuram reſeruatam in Bulla Cœnæ Domini ſupra relata, requiritur illarum impoſitio expreſſe facta quo ad Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas ita recentiores illam exponentes ex ea communiter annotat Gregor Sayr. in Theſauro caſ. conſ. c. 22. nu. 10. Barthol Vgolin in tract de cenſuris Ro. Pont reſeru par. 2. poſt §. 5. nu. 8 & 9. vbi vero in impoſitione gabellarum nulla facta eſſet mentio Clericorum, & exactores indiſtincte exigerent tam a laicis, quam a Clericis tunc tantum inciderēt in excommunicationem contentam in c. quamquam de cenſ. in 6 quę cū vt per Doctores ibi, & per Caiet. in Sum. in verbo Excommunicatio cap 36. & Nauar. in Man. c. 27. num. 62. in fine, & in conſ. 6. nu. 8 de cenſib. in nou. habetur, Summo Pōtifici nō ſit reſeruata, poterit ab ea Epiſcopos pręuia, ſatisfactione abſoluere c. nuper. de ſent. excomm. Intereſt etiam inter primum, & ſecundum caſum, ſiquidem in primo recipientes gabellas a Clericis, & ſi ſua ſponte perſoluentibus, adhuc in cenſuram incurrere prout ex lectura eiuſdē Bullę clariſſime patet, in ſecundo vero caſu ſecus eſt, Sylueſt. in verbo Excom. 9 nu. 48 in fine, & eſt cōmunis opinio teſte Nauar. in Mā. c. 26 ſub nu. 228 in quo aduerte quatenus in hac Bulla ſit extenſio, etiam ad accipiētes ſponte oblata, quod tunc diceretur Clericus ſponte ſoluere, quando nulla præcedente. Quando exactores a clericis incur. in Bullā cœnæ.

dente petitione, & coactione illas solueret, non autem si soluere rogatus soluere tan quam debitum esto vis non adhibeatur vt docet Caietan. loco prox. cit. quem sequitur Nauar. in d. cap. 27 sub nu. 61. dicuntur sponte dari, non quia ex absoluta, & omnino libera voluntate donandi dentur, cum hoc non sit prohibitum sed quia sine aliqua speciali vi, & coactione præter exactionum impositionem dantur, adeo quod hæc sit sufficiens vis & coactio ita vt si hoc titulo dentur, quocunque modo accipiantur hæc censura incurratur, ita nouissime explicat Suarez de censuris in communi disput 21. de censuris S. Pontifici reseruatis in bulla Cœnæ Domini sect 2. censura 18. & ideo si Clericus ad iurgia, & contentiones euitandas, & ne publicani in termorentur propter bonorum arrestationem, non valens alio modo se iuuare aliquid eis vltro offerre, & præstare eligeret, tunc enim diceretur inuitus, & non pōte soluere.

Contrariū ampliationes asseuarare videtur Suarez loco prę-cit. & disp. 23. sect. 4. pag. 452.

Item ex eiusdem Bullæ verbis colligunt præfati Doctores in illius censuram incurrere non solum imponentes, exigentes gabellam, & similia onera super bonis, quæ Clerici ab Ecclesiis seu beneficij habent, verum etiam super bonis patrimonialibus propriis ipsorum. Tolet in Sum lib 1. c. 29. Sayr. in eod. c. 22 num 9. Vgolin. in præd. c 18. § 3 num 1.

Item huius Bullæ censura vendicat sibi locum, nedum quando prædicta onera directe ipsis Clericis & eorum bonis, sed etiam si alijs, quorum damna ad ipsos redūdaret, imponerentur, veluti si fieret statutum, quod Coloni clericorum, vel eorum consanguinei grauioribus oneribus afficiantur, quia dictum statutum Clericos per indirectum, seu obliquum afficeret, & gauaret arg. tex. in c. quanto de priuileg &c. fin. de immunit Eccles. in 6. & ita Vgolin. exemplificat in eod. c. 18 super vers. directe, vel indirecte, &c. alia exempla vide per Purpurat. cons. 594. vol. 2. Rim. cons 489 & 499. vol. 3 Menochi. de Arbitrad centu 6 casu. 562 nu 46. & 54.

Item ab huius Bullæ censura excipiantur ministri, seu famuli conductorum, & rendatorum ipsarum gabellarum, qui ad portam ciuitatis, vel in alio loco designato ad illas exigenda, præponuntur, & per probabilem ignorantiam etiam a Clericis exigerent arg. tex in c. 2. de constit in 6. Nauar loco prox cit. Vgol in eod. c. super. vers diuersis etiam & c num 4. in fine.

Item Bulla hæc non procedit, quando esset facienda contributio pro aliquo extraordinario, quod immediate spectaret etiam ad bona ipsorum Clericorum, & quadā ratione naturali illis incumberet, veluti si ageretur de reficienda via penitus destructa, quæ extenderetur etiam per domos, & prædia ipsorum Clericorum propter quod eis ad suas possessiones difficilis esset accessus nec per illa eorum plaustra duci possent, & alibi similia in quibus ipsorum vtilitas principaliter verteretur, vt tunc teneantur ad expensas contribuere, ex dictis per Panor. in cap. non minus sub nu 16. Item dico & c. de immun. Eccles. & Sylvest. in verbo Immunitas 1 sub nu. 19. vers. Sunt tamen aliqua onera & c. ac per Campan. in suprad repet. sub nu. 118. & Nauar in Man c. 27 sub nu. 115. & in terminis huius Bullæ affirmat Vgolin. in eod c. 18. § 3 in fine.

Clausulam vero Bullę Cœnæ Domini supra narratam nouissime post Nauar. in Man c. 27. nu. 41. & in cons 6. ac duobus sequen. de censibus in nou declarant Tolen. in Sum lib. 1. cap. 21. Gregor. Sayr. in thesauro cas. cons. lib 3 cap 9 late Bartholom. Vgolin. præd. tract de censuris S. Pontificis reseru. c. 9. Franc. Suarez loco præcit. censura. 5.

VICA

VICARIVS PERPETVVS.

SCIENDVM est, quod post Conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 7. & sess. 25. c. 16. ad declarationem portionum assignandarum Vicarijs perpetuis parochialium pijs locis perpetuo vnitarum, emanauit constitutio fel. rec. Pij V. Romæ publicata die 15. Nouemb. 1567. fol. 999. in Bull. incip.

Ad exequēdū pastoralis officij, & infra, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica hac nostra perpetuo valitura cōstitutione statuimus, & ordinamus, ac declaramus quemadmodum etiam de ipsius Concilij mente fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos præfatos assignatione portionis ipsis Vicarijs perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum prælatorum arbitrio facienda ita se continere, & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & alijs obuentionibus communiter percipi solitis eis omnino assignetur nisi Vicarijs tēporarijs solitum fuisset plus assignari, siue in quantitate, aut quota fructuum, pecuniaque, numerata, fundo seu alia re stabili portio huiusmodi constituatur, cuiuscunque valoris parochialis ecclesia vnita fuerit, & habita etiam ratione reddituū, & onerum loci, cui parochialis ipsa vnita fuerit, ita quod portiones vltra, vel infra dictas summas scutorum centum, & scutorum quinquaginta hactenus assignatæ, vel in posterum forsan assignādę quo ad excessum, & defectum huiusmodi nullius roboris, & momenti existant, & ad summas prædictas reductæ, & auctæ respectiue censeantur, nisi tamen valor annuus ipsius parochialis vnitæ, habita ratione (vt præfertur) minor sit quinquaginta scutis, quo casu portio assignata, vel assignanda Vicario perpetuo, non debeat excedere summam annuam valoris dictæ parochialis, sed sufficiat, quod omnes fructus eius duntaxat attribuuntur ipsi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum esset, eos, qui commodis priuantur, eadem onera, quæ prius sustinebāt debere sufferre, volumus, & statuimus, quod ecclesię, monasteria, collegia, beneficia, & pia loca huiusmodi in quorum parochialibus ecclesiis vnitis contiget Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipsis Vicarijs perpetuis assignatorum, ad solutionem quindenniorum, quam nobis, & Cameræ Apostolicæ soluunt, vlterius non teneantur, sed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur. Ita tamen, quod Vicarii perpetui, qui pro tēpore deputabuntur, teneantur accipere a Sede Apostolica nouam prouisionem suæ deputationis, & soluere annatam pro portione fructuum, reddituum, & prouentuum certorum sibi assignata, & expedire literas Apostolicas, nec alias ad possessionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & seruitium earundem parochialium admitti possint, nisi soluta annata, & expeditis literis Apostolicis nouæ prouisionis, vt præfertur, alioquin integrum quindennium solui debere, nec Vicarij prædicti antea tuta cōscientia fructus percipere possint. Volumus insuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum præuio examine approbatione deputentur. Et si dictæ parochiales vnitæ erunt monasteriis regularium mendicantium, possint a superioribus dictorum monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus, quos si ordinarii præuio examine per se, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis

neis approbauerint, teneantur Vicarios, ad nutum tamen superiorum suorum amouibiles, deputare. Idemque etiam seruetur in regularibus monachis tantũ, dummodo in ea parochiali, in qua vnus ex eis monachis fuerit, seruata forma prædicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alii ex dictis monachis. Sicque per quoscunque, &c. Non obstantibus, &c.

Aduertendum ne quis decipiatur, putans præfatam Pii V. Constitutionem reuocatam fuisse per constitutionem bonæ memoriæ Gregorij XIII. incip. In tanta rerum, & negotiorum mole, &c. folio 2208. in Bullar. quam habes supra in verbo priuilegia Regularium fol. 410. Nam vltra quod dicta Gregorij constitutio duntaxat procedit quoad Vicarios parochialium vnitatum monasterijs; postea idem Gregorius XIII. ore reualidauit eandem Pij V. cõstitutionem, dummodo cum fratre, seu religioso Vicario ad nutum amouibili per monasteriũ pro subeunda animarum cura assignando, vnus duntaxat alius religiosus extra claustrum maneat, & non plures, prout Sacra Concilij Tridentini congregatio declarauit pro interpretatione d c. 7. sessione 7. de reformat. adeo quod memorata Pii Quinti constitutio est hodie seruanda, de quibus omnibus testimonium perhibet insignis Doctor Hieronymus Gonzalez in Romana Curia Aduocatus in comment. ad regulam 8. Cancel. gl. 5. §. 3. nu. 79. Romæ impress.

De perpetuis vicariis habetur in clem. 1. de iure patro. in c. extirpandę §. qui vero. c. auaritię, & c. de monachis de præben. & eod. tit. in 6. & extrauag. Io. 22. de præben. & ibi glo. in verbo Vicarios. c. ad hæc de offi. vica. clem. vnica. eo. tit. c. 1. de cappel. mona. in antiquis, & in 6. ac extat Petri Rebuff. tractatus congreg. portionis beneficiorum Vicarijs.

VSVRA.

PRÆTER Summistas sciendum est, qualiter de vsura circa cambia extat Pii 5. constitutio Romæ publicata die 7. Feb. 1571. fol. 1154. in Bullar. incip. in eam & infra.

Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ sicca nominantur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, sed ad alia loca cambia celebrare simulant, ad quæ loca ii, qui pecuniam recipiunt, literas quidem suas cambii tradunt, sed non mittuntur, vt transacto tempore vnde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi literis traditis pecunia ibi demique cum interesse reposcitur, vbi contractus fuerat celebratus, nam inter dantes, & recipientes vsque a principio ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis, aut locis supradictis huiusmodi literis receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ, siue depositi, siue alio nomine ficti cambii traduntur, vt postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur. Sed, & in ipsis cambiis quæ realia appellantur, interdum (vt ad nos perfertur) campsores præstitutum solutionis terminum lucro ex tacita, vel expressa conuentione recepto, seu etiam tantummodo promisso, differunt. Quæ omnia nos vsuraria esse declarmus, & ne fiat districtius prohibemus. Porro ad tollẽdas quoque in cambiis, quantum cum Deo possumus, occasiones peccandi, fraudesque fœneratorum, statuimus, ne deinceps quisquam audeat siue a principio, siue alias certum, & determinatum interesse, etiam in casu non solutionis pacisci, neque

que realia cambia aliter quam pro primis nundinis, vbi illæ celebrantur: vbi vero non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum vsum exercere abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis, & deinceps nundinis siue terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum in quibus solutio destinatur, nedum longiores præfiguntur, quam loca destinatæ solutionis desiderant, fœnerandi detur occasio. Quicunque contra hanc nostram constitutionem commiserit, pœnis a sacris Canonibus contra vsurarios inflictis, se nouerit subiacere. Eos vero, qui cõspirationes fecerint, vel congestam vnique pecuniam ita ad se rederint, vt quasi monopolium pecuniæ facere videantur pœnis, quæ a iure contra exercentes monopolia, constitutæ sunt, teneri sancimus. Volumus &c. Hanc Bullam refert, & declarat Nauar. in Man. c. 17. sub nu. 299. in fine, & in commentario de vsuris.

Decreto Sereniſſimi Dominij Veneti præuio correxit, & quæ de nouo adiuncta facerunt ſuis locis inſeruit M. Matthias Coldiz, finem aſpirante Deo faciens in Vigilia Inuentionis S. Crucis. Anno CHRISTI nati M. DC. XVIII.

FINIS.


Th
4787
IV III
11